BR 1, 39 s.: BRa 15-17. Cfr. *Coli. Dionusiana,* ML 67, 298-360; *Col. Hispana,* ML 84, 777 h.

Quales eligendi sint episcopi. Episcopus cleri et populi consensu eligendus. Subdiaeonis carnale coniugiom prohibetur

(Ex Eptet. *Quanta fraternitate,* ubi nonnulla# dubitationes ab Anastasio, Thessalonicensi Episcopo, Apostolicae Sedis Vicario, propositos diluit, 444).

43 Cap. 111. - In civitatibus, (piarum rectores obierint., de substituendis episcopis haec forma servetur: ut is, qui ordinandus est, etiam si bonae vitae testimonio fulciatur, non laicus, non neophytus, nec secundae coniugis sit maritus, aut qui vel unam quidem habeat, vel habuerit, sed nec qui sibi viduam copulant. Sacerdotum enim tam excellens est electio, ut haec, (piae in aliis Ecclesiae membris non vocantur ad culpam, in illis tamen habeantur illicita.[2]

44 Cap. IV. - Nam cum extra clericorum ordinem constitutis nuptiarum societati et procreationi liliorum studere sit liberum, ad exhibendam tamen perfectae continentiae puritatem, nec subdiaeonibus quidem connubium carnale conceditur, ut et (pii habent, sint tamquam non habentes, (1 ('. 7, 29), et (pii non habent, permaneant singulares. Quod si in hoc ordine, qui quartus a capite est, dignum est custodiri; quanto magis in primo, aut secundo, vel tertio servandum est, ne aut levitico, aut presbyterali honore, aut episcopali excellentia quisquam idoneus existimetur qui se a voluptate uxoria necdum fraenasse detegitur?

45 Cap. V. - Cum ergo de summi sacerdotis electione tractabitur, ille omnibus praeponatur, (piem cleri, plebisque consensus concorditer postulant, ita ut si in aliam forte personam partium se vota diviserint, metropolitani indicio is alteri praeferatur, qui maioribus et studiis iuvatur et meritis, tantum ut nullus invitis et non petentibus ordinetur, ne plebs in vita episcopum non optatum, aut contemnat, aut oderit, et fiat minus religiosa, quam convenit, cui non licuerit habere, quem voluit.

RR I, 52.

[1] *Dist.* 61, can. 5b. 8 (CI I, 229, 230).

[2] Cfr. Epist. *Postquam litteras* S. Hil a k ii Pp. ad Episcopos Tarraconensis provinciae, a. 465: BR 1. 165.

Sacerdotalis et levitica ordinatio post sabbati ieiunium celebranda

(Ex Epist. IV *Quantum dilectioni* nd Dloscorum episc. Alexandrinum, 21 iul. 444).

Cap. I. - ... Quod ergo a patribus nostris propensiore cura novimus esse servatum, a vobis quoque volumus custodiri, ut non passim diebus omnibus sacerdotalis vel levitica ordinatio celebretur; sed post diem sabbati, eius noctis, quae in prima sabbati lucescit, exordia deligantur, in quibus his, qui consecrandi sunt, ieiunis, et a ieiunantibus sacra benedictio conferatur. Quod eiusdem observantiae erit, si mane ipso dominico die, continuato sabbati ieiunio, celebretur, a quo tempore praecedentis noctis initia non recedunt, quam ad diem resurrectionis, sicut etiam in Pascha Domini declaratur, pertinere non dubium est.

BRa 7.

De virtute et perfectione episcopali

(Ex Epist. *Provectionem dilectionis* ad Ravcnnium episc. Arclatunscm. 22 aug. 449'.

Ad omnium enim fidelium decus atque utilitatem redundat, cum talis habetur antistes, cuius plurimi et adiuventur praesidio, et incitentur exemplo. Unde, quia non ignoras quid de sinceritate animi tui secundum praecedentem notitiam senserimus, iustissime nos agnoscis exigere, ut quod praesumimus, hoc probemus, frater carissime. Modestiae igitur tuae non desit auctoritas, constantiam mansuetudo commendet, iustitiam lenitas temperet, patientia contineat libertatem, et declinata superbia, cui proximum est ut decidat, ametur humilitas, cui semper debetur, ut crescat. Ecclesiasticarum legum non ignara est dilectio tua, ut intra earum regulas atque mensuras omnia potestatis tuae hira contineas. Insto quippe ideo dicitur lex non esse posita, quia normam praeceptionis implet indicio voluntatis, cum verus recti amor in semetipso habeat et apostólicas auctoritates et canonicas sanctiones. Quarum devotus sectator et diligens executor, in eorum procul dubio consortio gloriaberis, qui de creditorum sibi profectibus talentorum audire meruerunt: *Euge, serve bone cl fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam, intra in gaudium Domini tui (Mt.* 25, 21-23).

CONCILIUM OECUM. CHALCEDONENSE (451)

De clericis a militia et saeculari dignitate arcendis

(Ex interpretatione Dionysii Exigui).

48 (30) Can. VII. - Qui semel in clero deputati sunt, aut monachorum vitam expetiverunt, statuimus, neque ad militiam, neque ad dignitatem aliquam venire mundanam [saecularem] aut hoc tentantes et non agentes paenitentiam, ut redeant ad hoc, quod propter Deum priinitus elegerunt, anathematizari.[1]

Mansi 7. 375. Cfr. *Coll. Dionysiana* ML 67, 173; *Coll. Híspana,* ML 84, 167 fl.

S. HILARIUS I (461-468)

CONCILIUM TUHONICUM I (461)

De sanctitate et puritate sacerdotum atque de illicitis ordinationibus. De clericis vagantibus

49 Can. I? - Primo ergo in loco sacerdotes vel ministri ecclesiae, de quibus dictum est, Pos *estis lux mundi (Mt.* 5, 14), ita in omni sancta conversatione a Dei timore actus suos dirigant, ut et divinae possint placere clementiae, et bonum fidelibus praebeant exemplum: quia sicut vae eis, per quos nomen Dei blasphematur, ita illi immortalitatis gloriam consequentur, per quorum actus nomen Dei benedicitur. Si enim universis fidelibus secundum apostolicam doctrinam castitas custodienda indicitur, ut qui habent uxores (1 ('. 7, 29), ita sint quasi non habentes; quanto magis sacerdotes Dei ac levitae divino mancipati altario, custodire debent, ut non solum cordis, verum etiam corporis puritatem servantes, pro plebe supplicaturi preces suas ad divinum introire mereantur auditum? quia secundum auctoritatem apostoli, *qui in carne sunt, Deo placere non possunt: vos autem non estis in carne, sed in spiritu* (*fí.* 8, 9), et iterum: *Omnia munda mundis: coinquinatis et infidelibus nihil est mundum, sed polluta est eorum et mens et conscientia* (T. 1, 15-16). Cum ergo laico abstinentia imperetur, ut possit orationi vacans et Deum deprecans exaudiri; quanto magis sacerdotibus, vel levitis, qui omni momento parati Deo esse debent in omni munditia et puritate, securi, ne aut sacrificium offerre, aut baptizare, si id temporis necessitas poposcerit, cogantur? Qui si contaminati fuerint carnali concupiscentia, qua mente excusabunt, quo pudore usurpabunt, qua conscientia, quo merito exaudiri se credent!

' (Cfr. n. 21].
1 Hic canon totus C8t conflatus ex cap. 7 Epist. SlRicn Pp. [Cfr. n. 19].

50 Can. II. - Et licet patribus nostris emissa auctoritate id fuerit constitutum, ut quicumque sácenlos vel levita filiorum procreationi operam dare fuisset convictus, a communione dominica abstineretur: nos tamen huic districtioni moderationem adhibentes, et justam constitutionem molientes, id decrevimus, ut sacerdos vel levita conjugali concupiscentiae inhaerens, vel a filiorum procreatione non desinens, ad altiorem gradum non ascendat, neque sacrificium Deo offerre, vel plebi ministrare praesumat. Sufficiat his tantum, ut a communione non efficiantur alieni. Sed ut haec valeant observari, fomitem omnium vitiorum oportet abscidi, apostolo praecipiente: *Nolite inebriari vino, in quo eut luxuria (Eph.* 5, 17). Et quam gravi ebrietas supplicio expietur, idem apostolica manifestat doctrina, inter cetera dicens, neque fornicatores, neque idolis servientes, neque ebriosos regnum Dei possessuros (1 *0.* 6, 9-10). Si quis vero in omni officio clericali Deo militans ab ebrietate se non abstinuerit, secundum status sui ordinem competens in eum vindicta tribuatur.l

51 Can. X. - Ordinationes vero illicitas in irritum devocamus, nisi satisfactione quae ad pacem pertinent, componantur.

52 Can. XI. - Si quis vero clericus, absque episcopi sui permissu, derelicta ecclesia sua, ad alium se transferre voluerit locum, alienus a communione habeatur.

l 53 Can. XII. - Et ut clerici non absque sacerdotum suorum commendatione ad alias provincias, sive civitates, ambulare disponant.

Mansi 7. 914-946.

S. GELASIUS l (492-496)

De illitteratis et corpore vitiatis ad statum clericalem non assumendis

(Ex Epist. *Necessaria rerum* ad Episcopos per Lucaniam et Brut ios et Siciliam constitutos, 11 mart. 49«i).

54 (31) XVIIl. - lIliteratos et nonnulla parte corporis imminutos, sine ullo rvspectu ad ecclesiasticum didicimus venire servitium. Quod simul antiqua traditio, et apostolicae sedis vetus forma non recipit: quia nec literis carens sacris esse potest aptus officiis, et vitiosum nihil prorsus Deo offerri

l Paucos post annos Concilium .I *urclianensc* (5.38) haec habet can. G: Do clericorum praemittenda conversione id omnimodis observetur, ne ullus ex laicis ante annualem conversationem vel aetatem legitimam, id est vigiliti quinque annorum diaconus et triginta presbyter, ordinetur, ita ut de ipsis quoque, qui ordinandi sunt clerici, regulare custodiatur studium, ne aut duarum uxorum vir aut renupto maritus aut poenitentiam professus aut senius corpore vel qui publice aliquando adreptus est» ad supra scriptos ordines promoveatur* (MGI1. *Condì.* I, 75). Cfr. CG 2, 116.

legalia praecepta sanxerunt *(Lev.* 21, 16-24). Itaque de caetero modis omnibus haec vitentur, nec quisquam talis suscipiatur in clerum.[1]

BR I, 105. Cfr. *Coll. Dionysiana,* ML 67, 307: *Coll. Hispana,* ML 81, 803.

Evangelizare Pontificis officium est;
de auctoritate tum episcopi tum sacerdotum

(Ex Epist. *Famuli vestrae pietatis* ad Anastasium Imperatorem, 491).

55 Quod cum vas electionis beatus Paulus apostolus formidet et clamet, multo magis mihi exiguo metuendum est, si divinitus inspiratum, et paterna devotione transmissum subtraxero ministerium praedicandi. Pietatem tuam precor, ne arrogantiam indices divinae rationis ollicium. Absit, quaeso, a Romano principe, ut intimatam suis sensibus veritatem arbitretur iniuriam. Duo quippe sunt, imperator Auguste, quibus principaliter mundus hic regitur, auctoritas sacra pontificum, et regalis potestas. In quibus tanto gravius est pondus sacerdotum, quanto etiam pro ipsis regibus Domino in divino reddituri sunt examine rationem. Nosti etenim, fili clementissime, quod licet praesideas humano generi dignitate, rerum tamen praesulibus divinarum devotus colla submittis, atque ab eis causas tuae salutis expetis, inque sumendis coelestibus sacramentis, cisque (ut competit) disponendis subdi te debere cognoscis religionis ordine potius, quam praeesse. Nosti itaque inter haec, ex illorum te pendere iudicio, noti illos ad tuam velle redigi voluntatem. Si enim, quantum ad ordinem pertinet publicae disciplinae, cognoscentes imperium tibi superna dispositione collatum legibus tuis ipsi quoque parent religionis antistites, ne vel in rebus mundanis exclusae videantur obviare sententiae: quo (rogo) te decet affectu eis obedire, qui pro erogandis venerabilibus sunt attributi mysteriis? Proinde sicut non leve discrimen incumbit Pontificibus siluisse pro divinitatis cultu, quod congruit; ita his (quod absit) non mediocre periculum est, qui, cum parere debeant, despiciunt. Et si cunctis generaliter sacerdotibus recte divina tractantibus fidelium convenit corda submitti; quanto potius sedis illius praesuli consensus est adhibendus, quem cunctis sacerdotibus et divinitas summa voluit praeeminere, et subsequens Ecclesiae generalis iugiter pietas celebravit? Ubi pietas tua evidenter advertit, nunquam quolibet penitus humano consilio elevare se quemquam posse illius privilegio, vel confessioni, quem Christi vox praetulit universis, quem Ecclesia veneranda confessa semper est, et habet devota primatem. Impeti possunt humanis praesumptionibus, quae divino sunt iudicio constituta, vinci autem quorumlibet potestate non possunt. Atque utinam sic contra nitentibus perniciosa non sit audacia, quemadmodum, quod ab ipso sacrae religionis auctore praefixum est, non potest ulla virtute convelli: *Firmamentum enim Dei stat* (2 *T.* 2,19).

BRa 281.

[1] *DM.* 36. can. I (CI I. 133).

De qualitate ordinandorum et de tempore quo ordines sint accipiendi

(Ex Epist. *Probabilibus desideriis* ad clerum et populum, 492-496).

56 Cui dedimus in mandatis, ne unquam ordinationes praesumat illicitas; ne bigamum, aut qui virginem non est sortitus uxorem; qui neque illiteratum, vel in qualibet corporis parte vitiatum, aut expocnitentem, vel curiae, aut cuilibet conditioni obnoxium, nota-tuinquc ad sacros ordines permittat accedere. Sed si quos huiusmodi forte repercrit, non audeat promovere.

Ordinationes vero presbyterorum, seu diaconorum non nisi quarti septimi et decimi mensium ieiunils; sed et ingressu quadragesimali atque medio, vespere sabbatbi noverit celebrandas.

BRa 313.

De ordinatione presbyterorum

(Ex Epist. *Consuluit dilectio* ad Victorem episcopum, a. 492-490).

57 Quapropter quia invitos fieri ecclesiastica moderatio, gravitasque non patitur, ut ex nolent ibus fiant volentes, ordinatio illa potest perficere, si quos habes vel in acolytis, vel subdiaconis maturiores aetate, et quorum sit vita probabilis, hos in presbyteratum studeas promovere, ut. qui in suis ordinibus proficere noluerint, reddantur suis inferioribus post minores ipsaque commoda presbyteri propensius, quam diaconi consequantur, ut hae saltem ratione constricti, et honorem, quem refugerant, appetere nitantur, et quaestum.

BRa 320.

0’7’-l 77’7’J *ECCLESIAE ANTIQUA* (saec. V-VI)l

De disciplina clericorum

58 (32) X (22).2 - 1’t episcopus absque consilio compresbyterorum suorum clericos non ordinet ita ut civium conniventiam et testimonium quaerat.3

59 XIII (25). - 1’t in sacerdotibus ordinandis etiam aetas requiratur.

l Haec Statuta, maximi quidem momenti, quia disciplinam ecclesiasticam tunc temporis communem nobis manifestant. in veteribus imis canonici collectionibus (inde a Canonum Collectione *Hispana)* et in ipso *Decreto* (iraiinni (also udscribebantur Concilio Car-*Ihaainiensi IV* (a. 398), quod nunquam habitum est.

‘Numeri romani exprimunt canonum ordinem authenticum, qui in mss. antiquissimis invenitur; arabici vero dant rerum ordinem ex *Hispana* collectione.

’ *Disi.* 21, eau. C (CI I, 89).

<50 (33) XVII (55). - Ut episcopus accusatores fratrum excommunicet; et si emendaverint vitium recipiantur ad communionem, non ad clerum.[1]

61 (34) XXV (44). - Clericus nec comam nutriat nec barbam.[2]

62 (35) XXVI (45). - Clericus professionem suam etiam habitu et incessu probet; et ideo nec vestibus nec calceamentis decorem quaerat.[3]

63 (36) XXVII (46). - Clericus cum extraneis mulieribus non habitet.

64 (37) XXVIII (47). - Clericus per plateas et andronas certa et maxime oflicii sui necessitate ambulet.

65 (38) XXIX (52). - Clericus victum et vestimentum sibi artificiólo, vel agricultura absque officii duntaxat sui detrimento praeparet?

66 (39) XXXIV (48). - Clericus qui non propter emendum aliquid in nundinis aut in foro deambulat, ab officio suo degradetur?

67 (40) XXXV (49). - Clericus qui absque corpusculi sui inaequalitate vigiliis deest, stipendiis privetur?

68 (41) XL1I (54). - Clericus invidens fratrum profectibus, donec in vitio est, non promoveatur?

69 (42) XLI1I (56). - Clericus qui adulationibus et proditionibus vacare deprehenditur, degradetur ab officio?

70 (43) XLIV (57). - Clericus maledicus, maxime in sacerdotibus, cogatur ad postulandam veniam. Si noluerit, degradetur; nec unquam ad officium absque satisfactione revocetur?

71 (44) XLV (53). - Omnes clerici qui ad operandum validi sunt, et artificiolum et litteras discant.[10]

72 (45) XLVI (58). - Eum qui frequentor litigat, et ad accusandum facilis est, in testimonium nemo absque grandi examinatione recipiat.

[1] *Disi.* 46. can. 4 (CI 1. 168).
[2] *Decretal.* 1. 3, t. I, cap. 5 (CI 2, 449).
[3] *Dirt.* 41, can. 8 (CI I. 150).
[4] *Dirt.* 91, can. 3a (CI I, 316).
[5] *Dirt.* 91, can. 4c (CI I, 316).
[6] *Dirt.* 91, can. 3b (CI I, 316).
[7] *Dirt.* 46, can. 7 (CI I, 168).
[8] *Dirt.* 46, can. 3 (CI I, 168).
[9] *Dirt.* 46. can. 5 (CI I, 168).
[10] *Dirt.* 91. can. 4b (CI I, 316).

73 (46) XLVIII (59). - Discordantes clericos episcopus vel ratione vel potestate ad concordiam trahat. Inobedientes synodus per audientiam damnet.[1]

74 (47) LV (67). - Seditionarios nunquam ordinandos clericos, sicut nec usurarios, nec iniuriarum suarum ultores.[2]

75 (48) LXXII (50). - Clericum inter tentationes ab officio suo declinantem, vel negligentius agentem ab ipso officio retrahendum?

76 (49) LXXIII (60). - Clericum scurrilem et verbis turpibus iocularem ab officio retrahendum?

77 (50) LXXIV (61). - Clericum per creaturas iurantem acerrime obiurgandum. Si perstiterit in vitio, excommunicandum?

78 (51) LXXV (62). - Clericum inter epulas cantantem supradictae sententiae severitate coercendum?

79 (52) LXXVI (63). - Clericum qui in tempore indicti ieiunii absque inevitabili necessitate ieiunium rumpit, minorem habendum.

Ml (53) LXXIX (51). - Clericus quantumlibet verbo Dei eruditus artificio victum quaerat?

SI (54) LXXX (70). - Clericus haereticorum et schismaticorum tam convivia quam sodalitates specialiter vitet?

82 (55) LXXXÍV (68). - Ex poenitentibus, quamvis bonus, clericus non ordinetur; et si per ignorantiam episcopi factus luerit, deponatur a clero, quia se ordinationis tempore non prodidit fuisse poenitentem. Si autem sciens episcopus ordinaverit talem etiam ipse ab episcopatus sui ordinandi duntaxat potestate privetur?

ML 56, 881-887. Cfr. *Coli. Hispana,* ML 81. 202-205; Mansi 3, 953-957.

[1] *DM.* 90, can. I (CI I. 313).
• *DM.* 46, can. 8 (Cl I, 169).
[2] *DM.* 91, can. Id (CI I, 316).
• *DM.* 46, can. 6 (CI I, 168).
• *Caus.* 22, <i. I, can. 9a (CI 1,863).
• *Caus.* 22, q. I, can. 9b (CI I, 863).
[3] *DM.* 91, can. 4a (CI I, 316).
[4] *Caus.* 24, q. 3, can. 35a (CI I, 999).
[5] *DM.* 50, can. 55a (CI I, 199).

S. SYMMACHUS (498-514)

No facile admittantur laici ad ordines sacros

(Ex Epist. *Hortatur nos* ad S. Caesarium episc. Arelatensem, 6 nov. 502).

83 III. - De laicis personis decernimus, ne facile ad sacerdotium permittantur accedere, quibus et tempora, et gradus constituti sunt, per quos ad hanc dignitatem debeant adspirare: quia quicumque sine instituto promovetur, non facile caret offensa, et sine experimento non potest quis electionis obtinere sententiam.

Mansi 8, 212.

CONCILIUM AGATHENSE (506)

De aetate et qualitate ordinandorum. De ordinatione paenitentium

84 Can. XVI. - Episcopus benedictionem diaconatus minoribus quam viginti quinque annorum penitus non committat...

85 Can. XVII. - Presbyterum vel episcopum, ante triginta annos, id est, antequam ad viri perfecti aetatem veniat, nullus metropolitanorum ordinare praesumat; ne per aetatem, quod aliquoties evenit, aliquo errore culpentur.

86 (56) Can. XX. - Clerici qui comam nutriunt, ab archidiácono, etiamsi noluerint, inviti detondeantur: vestimenta vel calceamenta etiam eis, nisi quae religionem deceant, uti vel habere non liceat.l

87 Can. XXVII. - Monasterium novum nisi episcopo aut permittente aut probante nullus incipere aut fundare praesumat. Monachi etiam vagantes ad officium clericatus, nisi eis testimonium abbas suus dederit, nec in civitatibus nec in parrociis ordinentur. Monachum nisi abbatis sui aut permissu aut voluntate ad alterum monasterium commigrantem nullus abbas suscipere aut retinere praesumat, sed ubicumque fuerit, abbati suo auctoritate canonum revocetur. Si necesse fuerit clericum de monachis ordinari, cum consensu et voluntate abbatis praesumat episcopus.

88 Can. XLIII. - De paenitentibus id placuit observari, quod sancti patres nostri synodali sentencia statuerunt, ut nullus de his clericus ordinetur; et qui iam sunt per ignorantiam ordinati, ut sicut bigami aut internuptarum mariti locum teneant. Ministrare diaconus aut consecrare (in) altari buiusmodi presbyter non praesumat.

Mansi 8, 327 b. Cfr. *Coli. Hispana,* ML 84, 206; CG I, 205, 211.

* *Disi.* 23, can. 22 (CI I. 85).

CONCI/›/UM A(JRELIA.NVENSE (511)

Circa laicoruin ‹4 servorum ordinationem

89 Can. IV. - De ordinationibus clericorum id observandum esse censuimus, ut nullus saecularium ad clericatus officium praesumatur nisi aut cum regis iussione aut cum indicis voluntate...

90 Can. Vili. - Si servus absente aut nesciente domino et episcopo sciente, quod servus sit, aut diaconus aut presbyter fuerit ordinatus, ipso in clericatus officio permanentem episcopus eum domino dupli satisfactione compenset. Sin vero episcopus eum servum esse nescierit, qui testimonium perhibent aut eum supplicaverint ordinari, simili redibitione teneantur obnoxii.

CG 2, 6 s.

De adspirnntibus ad sacerdotalem dignitatem

(Ex Epist. *Hortatur nos* nd S. Caesarium episc. Arelatensem, 6 nov. 513).

91 to?) II. - Illud magnopere commonens, ut hi, qui non Dei gratia, sed promissione rerum ecclesiasticarum praemissa ad sacerdotium conantur accedere, desideriorum talium reprimantur effectus. Qui autem huiusmodi se intentione non cohibent, vindictis canonum sciant se sine dubitatione subjiciendos, ne facile ad sacerdotium permittantur accedere, quibus, et gradus, et tempora constituta sunt, per quae ad hanc dignitatem debeant adspirare: quia quicumque sine statuto promovetur, non facile caret offensa, et sine experimento non potest quis electionis obtinere sententiam.

Bit 1. 130. Cfr. *Coli, Hispana,* ML 84. 811.

S. HOILMISDAS (511-523)

De sacerdotibus secundum statuta canonum ordinandis

(Ex Epist. *Benedicta Trinitas* ad universos Episcopos Hispaniae, 2 apr. 517).

92 (58) I. . Ut in sacerdotibus ordinandis, quae sunt a patribus praescripta. et definita cogitetis: quia sicut est caput Ecclesiae Christus, Christi autem vicarii sacerdotes, sic et in eligendis his curam oportet esse perspicuam. Irreprehensibiles enim esse convenit, quos praeesse necesse est corrigendis: nec quidquid illi deesse personae, penes quam est religionis summa, et substantia disciplinae (1. *T.* 3, 2-7; 2. 7'. 3, 17; 7't. I, 7-2). Aesti-

inet quis pretium dominici gregis, ut sciat, quod meritum constituendi deceat esse pastoris. Hoc ita fiet, si non sacerdotii gradus saltu quodam passim laicis transferantur. Longam debet vitam suam probatione monstrare cui gubernacula committuntur Ecclesiae. Non negamus esse in laicis Deo placitos mores, sed milites suos probatos sibi quaerunt instituta fidelia. Discere prius quisque debet, antequam doceat, et exemplum religiosae conversationis de se potius aliis praestare, quam sumere: emendatiorem esse convenit populo, quem necesse est orare pro populo. Longa observatione religiosus cultus retardatur, ut luceat, et clericalibus obsequiis erudiendus inserviat, ut ad venerandi gradus summa perductus, qui sit fructus humilitatis ostendat. Nec leve, nec vacuum fuit, quod nec apud veteres quidem, nisi levitici generis viri, ad sancta admittebantur altaria, ne pessime, meritis contemptis, aut pretio, aut praesumptione ad sacros cultus impar accederet. Tunc migrabant per illam praerogativam familiarum ad instituta cultorum: nunc est doctrina pro genere. Quod illis facit nasci, hoc nobis imbui. Illos tabernaculo dabat natura, nos altaribus parturit disciplina. Nec tantum de laicis consecrari inhibemus, sed nec de poenitentibus quisquam quidem ad huiusmodi gradum profanus temerator adspiret. Satis illi postulanti sit veniam. Qua conscientia absolvat reum, qui se per peccata sua populo sit teste confessum? Quis enim, quem paulo ante vidit iacentem, veneretur antistitem. Praeferens miserandi criminis labem, non habet lucidam sacerdotis dignitatem.

93 11. - Iloc quoque ad praemissa adiungimus, ne benedictionem, quae divina esse creditur per impositionem manus, quis pretio comparet: quoniam ante oculos esse convenit, quod Simon Spiritum Sanctum volens redemptione mercari, Apostoli fuerit detestatione percussus. Tunc deinde quis non vile putat esse, quod venditur? Istam sacerdotibus ordinandis reverentiam servet electio, ut in gravi murmure populorum divinum credatur esse indicium. Ibi enim Deus, ubi simplex sine pravitate consensus. Verum nec hanc quidem partem solicitudinis, et admonitionis omittimus, nec vel ille se a culpa aestimet alienum, qui, etsi ipse quidem a redemptione liber, initiaverit benedictione mystica sacerdotem, et tamen ad alterius redempti voluntatem vel sponte in hoc, vel necessitate consenserit. Quid prodest illi suo errore non pollui, qui consensum praestat erranti? Procul dubio contra mandata committit, et qui habet peccatum proprium, et qui peccatum sequitur alienum. Incassum animus resistit cupiditati, si non resistit et timori. Adversus haec facilius, Deo adiuvante, providebitur, si circa metropolitanos privilegia a sanctis patribus constituta permaneant: si metropolitani circa parochias suas ordinem suum ea, qua decet, veneratione custodiant, ut nec electio praesulis empta detur pretiis, et nec obsequentis sit quaesita operibus, sed ita fixa habeantur in cordibus, quemadmodum releguntur in Scripturis, si

' Dúrf. 61. can. 2. 3 (CI I. 227 b.).

nulla sint in templis emptionum semina, nulla erunt fomenta discordiae; sed regnante charitate, sub, illa quam nobis promisit Deus, et retribuit, pace vivatur. *(Aci.* 8, 18 s.).

Hit 1, 133 s. Cfr. *Coli. Hispana,* ML 84, 820 s.

CONCILIUM EPAONENSE (517)

Qui professi sunt paenitentiam ne ordinentur

94 Can. III. - Paenitentiam professi ad clericatum penitus non vocentur.[1]

CG 2, 25.

S. FELIX IV [III] (526-530)

CONCILIUM TOLETANUM II (527)

De pueris spei bonae in domum ecclesiae excipiendis

95 (59) Cap. I. - De his quos voluntas parentum a primis infantiae annis clericatus officio emancipavit [mancipavit] statuimus observandum, ut mox cum detonsi, vel ministerio electorum [lectorum] contraditi fuerint, in domo ecclesiae, sub episcopali praesentia, a praeposito sibi debeant erudiri. At ubi octavum decimum aetatis suae compleverint annum, coram totius cleri plebisque conspectu, voluntas eorum de expetendo coniugio ab episcopo perscrutetur. Quibus si gratia castitatis, Deo inspirante, placuit [placuerit] et professionem castimoniae suae, absque coniugali necessitate se spoponderint servaturos, hi tanquam appetitores arctissimae viae, lenissimo Domini iugo subdantur: ac primum subdiaconatus ministerium habitu probationis suae [habita probatione sua] a vicesimo anno suscipiant. Quod si inculpabiliter ac inoffense vicesimum et quintum annum aetatis suae peregerint, ad diaconatus officium, si scienter implere posse ab episcopo comprobantur, promoveri debent. Cavendum tamen est his, ne quando suae sponsionis immemores, aut ad terrenas nuptias, aut furtivos concubitos ultra [ultro] recurrant. Quod si forte fecerint, ut sacrilegii rei damnentur, et ab ecclesia habeantur extranei. His autem quibus voluntas propria, interrogationis tempore, desiderium nubendi persuaserit, concessam ab Apostolis [Apostolo] sententiam auferre non possumus; ita ut cum perfectae [provectae] aetatis in coniugio positi renunciaturos se pari consensu operibus carnis spoponderint, ad sacratos gradus aspirent?

Mansi 8, 785. Cfr. CV 42: *Coli. Hispana,* ML 84, 335.

1 « Nullus pooñitcntcm... in praedictis honoribus audeat ordinare '(Concilium *Arelalen-*
– IV (521) can. 3: CG 2, 1 I).
- *l C.* 7. 2-9.
- *Disi.* 28, can. 5 (CI I, 101 s.).

De ([Halitate ordinandorum tum sacerdotum tum episcoporum

(Ex Epist. *Leqi> quod* ad S. Caesarium cpisc. Arelatensem, 3 febr. 528).

96 Legi, quod inter fraternitatem vestram est constitutum, non licere ex laica conversatione ad officium sacerdotale ante probationem temere promoveri; de qua re etiam ante ad nos pervenit opinio, aliquos post ordinationem ad saeculares vitae mores fuisse transgressos. Et licet sit talis nefanda praesumptio, plus tamen est periculosa neglectio. Qui enim potest venienti malo resistere et hoc dissimulans fieri permittit, ipse magis mali auctor operis adprobatur. Nemo se itaque per antiquam consuetudinem speret exuere, quia, quae inlicite inchoata sunt, si damnentur in posterum, suos fructos generare non possunt; nam, quod gradibus eruditur, si sine perfectione doctrinae ad suum perveniat constitutum, errat per examinationem, quia non recipit firmitatem; nec honorem quis per timorem potest servare, qui in eius gloriam sine labore pervenit. Vas electionis ad suum vernaculum Timotheum scribit dicens: *Nemini cito manus imposueris, nec communicaveris peccatis alienis* (1. *T.* 5, 22). Quid sibi vult: ne citius imponas manus? Quia dignitas, quae datur, ideo datur, ut duret immobilis. Debet enim, antequam concedatur, longa sub deliberatione tractari. Unde magister, qui elementorum ignorat initia? Unde gubernator, qui inter nautas sua servitia non monstravit? Ignorat quaenam ratio magistris debetur, qui ad obedientiam sua corda non flexit, unde quemadmodum in domo Dei conversari debeat, posteris sit exemplum. Sit in omnibus clericis, et in his maxime, qui sunt ad sacerdotia deligendae apostolicae monitionis eloquium, qui ait: *Oportet et testimonium habere bonum ab his, qui foris sunt* (1 *T.* 3, 7). Quapropter communi consensu, sub observatione venerabilium canonum, ordinandum eligite sacerdotem, ut et de nostra simus salute solliciti, et illorum utilitatibus consulamus, qui fuerint ad hunc ordinem diligenter adseiti. Deus te incolumem custodiat frater carissime.l

BRa 468. Cfr. MG1I. *Epist.* 3, 45.

CONCILIUM VASENSE II (529)2

De dignis presbyteris parandis

07 (<>0) Can. 1. - Hoc placuit, ut omnes presbyteri, qui sunt in parrociis constituti, secundum consuetudinem, quam per totam Italiam satis salubriter teneri cognovimus, ¡uniores lectores, quantoscumque sine uxoribus habitèrent, secum in domo ubi ipsi habitare videntur, recipiant, et eos quomodo boni patres spiritualiter nutrientes psalmis parare, divinis

l Cfr. Epist. *Fideli* sermo* Martini I Pp. ad loannem cpisc. Philadelphiae, a. 649: BR If l94e

• Apud Mvnsi (8, 725) id Concilium appellatur E(Mense ///; sed cfr. 11L 2, 1110, n. 3.

lectionibus insistere et in lege Domini erudire contendant, ut et sibi dignos successores provideant et a Domino proemia aeterna recipiant?

Cum vero ad aetatem perfectam pervenerint, si aliquis eorum pro carnis fragilitate uxorem habere voluerit, potestas ei ducendi coniughila non negetur.

MGH *Condi.* 1, 56. Cfr. *Coli. Hispana,* ML 84, 261.

S. AGAPITUS (535-536)

CONCILIUM ARVERNENSE (535)

Clericus cum muliere extranea ne habitet

Can. XVI. - Episcopus, presbyter adque diaconus ita sancte conscientiae luce resplendeant, ut effugiant probitate actuum maledicorum obloquia et testimonium in se divinum implere contendant, quod Dominus ait: *Sic luceat lumen vestrum coram hominibus, ut videntes vestram bonam operam glorificent Patrem vestrum, qui est in caelis (Mt.* 5, 16). Igitur auctoritate canonica adque mansura in evuni constitutione sancimus, ut fugiatur his extranearum mulierum culpanda libertas et tantum cum avia, matre, sorore vel nepte, si necessitas tolerit, habitent; de quibus nominibus, ut priorum canonum series continet, nefas est aliud, quam natura constituit, suspicari.

MGH *Condi.* 1, 69.

VIGILIIS (537-555)

CONCILIEM ASPASII EPISCOPI METROPOLITANI ELUSANI (551)

Consensus populi circa presbyteros aut diaconos eligendos

Can. V. - De ordinatione vero clericorum id convenit observari, ut, cum presbyter aut diaconus ab episcopo petitur ordinandus, precedentibus (liebus Vili populus quemquam ordinandum esse cognoscat et, si

l Canon iste Concilii Vasensls (raison), cui S. Caesah**I**is. episcopi!* Krclatcnsis et Summi Pontificis tam in Galliae quam in Hispaniae provinciis Vicarius, praefuit, magni est momenti, quia scholas *prcsbylerales* commemorat in universa Italia iam constitutas: quod, sino dubio, Summo Pontifice auctor»' factum erat.

Harum scholarum notitiam non imperviam invenimus in Cone. *Emeritensi,* in Hispania. anno 666: Proindo statuit haec sancta synodus, ut omnes parochiam praesbyteri. insta ut in rebus sibi a Deo creditis sentiunt habere virtutem, de ecclesiae suae familia clericos sibi faciant: quo» per bonam voluntatem ita nutriant, ut ad ollieium sanctum digna peragant, et ad servitium suum aptos eos habeant ». Can. 18: M.VNSI 11. 83. ('one. *Illtrdensc* (524) in redigendo c. 8 de re disciplinari, has exstare scholas videtur admittere: ' Nullus clericorum servum aut discipulum suum ad ecclesiam confugientem extrahere audeat vel flagellare praesumat ». Mansi 8, 613. Cfr. CV 338, 67.

qua vitia in eum quis c populo forte esse cognoscit, ante ordinationem dicere non desistat, ut, si nullus comprobationem certam contradicturus extiterit, absque ulla hesitatione benedictionem inspectus mereatur accipere.

MGH *Condì.* 1, 114.

PELAGIUS I (556-560)

De damnatione simoniacae Ordinationis

(Ex allocutione ad populum, a. 555).

100 (61) *Eodem tempore Nards d Pelagius papa consilio inito. data ladania ad sanctum Pancratium, cum hymnis d canticis spiritualibus venerunt ad sanctum Petrum apostolum. Qui Pelagius tmrns evangelio d crucem Domini super caput suum in umbone ascendit d sic satisfecit cuncto populo et plebi Quia nullum malum peregisset contra Vigilium.*

Item adiecil Pelagius papa et dixit: « Peto enim ut petitionem meam continuetis, ut si quis ille est qui promovendus est in sancta Ecclesia, ab hostiario usque ad grados episcopatus. ut neque per aurum neque per aliquas promissiones proficiat: vos omnes scitis quia himoniacum est. Sed si quis ille doctus in opere Dei, bonam vitam habens, non per dationem, sed iubemus eum per bonam conversationem usque ad primum gradum venire •.

Lib. Pont. I, 303.

I0ANXES III (560-573)

CONCILIUM BRACARENSE I (561)

De cleri institutione

101 (’an. XX. - Item placuit, ut ex laico ad gradum sacerdotii ante nemo veniat, nisi prius anno integro in officio lectorati vel subdiaconati disciplinam ecclesiasticam discat: et sic per singulos gradus praedictus ad sacerdotium veniat. Nam satis reprehensibile est, ut qui necdum didicit, iam docere praesumat; dum et antiquis hoc patrum institutionibus interdictum sit.

Massi 9, 779. Cfr. CV 76.

CONCILIUM TURONENSE ¡1 (567)

De simonia in ordinationibus

102 Can. XXVII. - Nullus episcoporum de ordinationibus clericorum praemia praesumat exigere, quia non solum sacrilegium, sed et haereticum est, sicut in dogmatibus ecclesiasticis habetur insertum, ad ordinandum clericum per ambitionem ad imaginem Simonis Magi, pecuniam offerri sacerdoti, quia dicitur: *gratis accepistis, gratis date (Mt.* 10, 8). Et cum talis sit qui gratiam Dei a sacerdote aestimat pretio comparari, qualis ille qui vendit, uterque usque ad synodum ab Ecclesia segregetur. Cauta est enim in salutem provisio ad effugiendam culpam delicti, aditum delinquendi repellere.l

Mansi 9, 805.

PELAGIUS II (579-590)

CONCILIUM MATISCONENSE 1 (5S3) *

De veste ecclesiastica a clericis induenda et armis non gerendis

103 (62) Can. V. - Ut nullus clericus sagum aut vestimenta vel calceamenta saecularia, nisi quae religionem deceant, induere praesumat.3 Quod si post hanc definitionem clericus aut cum indecenti veste aut cum arma [armis] inventus fuerit, a senioribus ita coherceatur, ut triginta dierum conclusione detentus aquam tantum et modici panis usu [modico pane] diebus singolis sustentetur.

MGH *Concit.* 1, 156 8.

l Agitur de eadem re in Concilio *tíracarcnsi* II (572) can. 3 (M \xsi 9» 893: CV 82); in Epistolis S. Gkegokii I Pp.: *Et antequam fraternitatis tuae* ad Columbam, episc. Numidiae, iul. 593; *Postquam excellentiae vestrae* ad Brunechildain, reginam Francorum, iul. 599: *Cum regni vestri nomen* ad Theodoricum et Thcodobertum, reges Francorum, iul. 599: *Quia bene olim* ad Columbam, episc. Numidiae, mart. 602 (MGH *Epist.* I, 203, 198. 201: II, 355 s.): in oonflrmationo canonum apostolicorum contra simoniacas ordinationes Benedicti VII Papa»*, a. 98.3 (BR 1. 119); in Concilio *Tolosano* (1119), »-an. l tMw-i 21. 226): in Concilio *Lateranensi* I (1123) can. l (Manbi 31. 282); in Concilio *Dalmatico* (1199) cap. l (Maxsì 22, 701); in Concilio *Biterrensi* (1233) can. 8 (Mansi 23, 275) ...

l Mansi (9, 933) habet an. 581: sed cfr. HL 3. 202.

l Hoc idem invenitur praescriptum in condì. *Agathensi.* can. 20 (cfr. n. 86).

CONCILIUM TOLETANUM Hl (589)

In omni sacerdotali convivio legatur Sacra Scriptura

104 Can. VII. - Pro reverentia Dei sacerdotum, id universa sancta constituit synodus; ut quia solent crebro mensis otiosae fabulae interponi, in omni sacerdotali convivio lectio scripturarum divinarum misceatur. Per hoc enim et animae aedificantur ad bonum, et fabulae non necessariae prohibentur.

Mansi 9, 994. Cfr. CV 127.

S. GREGORIUS l M. (590-604)

Qualis esse debeat sacerdos

(Ex Epist. Synodal! *Consideranti mihi* ad loanneni episc. Constantinopolitanum et alios Patriarchas, febr. 591).

105 ... Quid antistes ad Dominum nisi pro delictis populi intercessor eligitur? Qua itaque fiducia ad eum pro peccatis alienis intercessor venio, apud quem de propriis securus non sumí Si fortasse quispiam apud potentem virum, qui et sibi iratus et mihi esset incognitus, intercessorem suum me fieri quereret, protinus responderem: Ad intercedendum venire nequeo, quia eius notitiam ex sedula familiaritate non habeo. Si igitur recte homo apud hominem, de quo minime presumpsissem, fieri intercessor erubescerem, quantae hoc audaciae est, quod apud Deum pro populo locum intercessionis obtineo, cui familiarem me esse per vitae meritum non agnosco? Qua in re est mihi adhuc aliud gravius formidandum, quia sicut cuncti liquido novimus, cum is (pii displicet ad intercedendum mittitur, irati animus ad deteriora provocatur. Et valde pertimesco, ne comissa mihi plebs fidelium reatus mei additamento depereat, cuius nunc usque Dominus aequanimiter delicta tolerabat. Cum vero utcumque hunc timorem supprimo et consolatam mentem ad pontificalis operis studia accingo, considerata ipsa rei inmensitate deterreor.

Perpendo quippe, quod omni cura vigilandum est, ut rector cogitatione sit mundus, operatione praecipuus, discretus in silentio, utilis in verbo, singulis compassione proximus, prae cunctis contemplat ione suspensus, bene agentibus per humilitatem socius, contra delinquentium vitia per zelum itisi itiae erectus.l Quae videlicet cuncta dum subtili studeo inquisitione perscrutari, ipsa me in singulis latitudo considerationis angustat.

MGII *Epist.* 1, 28 R.

l *Rwil. Pastor.* lib. I. cap. 10: ML 77, 23,
• *Pastor.* lib. II. cap. I: ML 77, 26.

De castitate ante ministerii altaris susceptionem approbanda

(Ex Epist. *Quod responsalein* nd Petrum, Sedis Komanae subdiaconum, cui Summus Pontifex vices suas intra provinciam Siciliam ℭommiserat, mai. 591),

106 (63) Videtur mihi, ut a praesenti die episcopis omnibus dicatur, ut nullum facere subdiaconum praesumant, nisi qui se victurum caste promiserit, quatenus et praeterita, quae per propositum mentis appetita non sunt, violenter non exigantur et futura caute caveantur... Nullus debet ad ministerium altaris accedere, nisi cuius castitas ante susceptum ministerium fuerit approbata.[2]

MGH *Epist.* 1, G7.

De indignis et incognitis peregrinis non ordinandis

(Ex Epist. *Pastoralis officii* ad loannem eplsc. Squillacinum. iul. 592).

107 (64) Praecipimus autem, ne umquam inlicitas ordinationes facias ... ignorantem litteras, vel in qualibet parte corporis vitiatum, poenitentem, vel curiae aut cuilibet conditioni obnoxium, ad sacros ordines permittas accedere... Afros passim, vel incognitos peregrinos ad ecclesiasticos ordines tendentes nulla ratione suscipias, quia Afri quidem aliqui Manichaei, aliqui rebaptiz.ati, peregrini vero plurimi, etiam in minoribus ordinibus constituti, fortiori de se praetendisse honori saepe probati sunt.[1]

MGH Epist. 1, 133.

Ne donum vel patrocinium in electione sacerdotis interveniat

(Ex Epist. *Natalem, Salolinae ecclesiae* ad Antoninum subdiaconum, mart. 593).

108 Illud quidem prae omnibus curae tibi sit, ut in hac electione nec datio quibusque modis interveniat praemiorum, nec quarumlibet personarum patrocinia convalescant. Nam si quorundam patrocinio fuerit quisquam electus, voluntatibus eorum cum fuerit ordinatus oboedire reverentia exigente compellitur, sicque fit, ut res illius minuantur ecclesiae, et ordo ecclesiasticus non servetur. Talem ergo te inminente debent personam eligere, quae nullius incongruae voluntati deserviat, sed vita et moribus decorata tanto ordine digna valeat inveniri.

MGH *Episi.* 1, ISO.

De cautelis in sacra ordinatione adhibenda

(Ex Epist. *Qualiter erga* ad Adeodatuin eplflc. primatem Numidiae. iul. 593).

p)5) Estote ergo praecipue in ordinatione solliciti, et ad sacros ordines aspirare, nisi provectiores aetate et mundos opere, nullatenus ammittatis. ne forte semper esse desinant, quod inmature esse festinant. Eorum enim,

1 Epist. *Valde necessarium* ad Siciliae Episcopos, sept. 590: MGH *Epist.* I. 1.
' *Disi.* 28, can. I: 31, cnn. 1 (CI 1. 100, III). Cfr. *Decretal.* 1. I. t. 11. cup. 9 (Cl 2. 129).
' *Dist.* 98, can. 3 (Cl I. 349).

qui in sacro sunt ordine conlocandi, prius vitam moresque discutite, et ut dignos huic officio adhibere possitis non vobis potentia aut supplicatio quarumlibet subripiat personarum. Ante omnia vero cautos vos esse oportet, ut nulla proveniat in ordinatione venalitas, ne quod absit et ordinatis et ordinantibus periculum maius in mineat. Si quando igitur de his tractari necesse est, graves expcrtosque viros consiliis vestris adhibete participes, et cum eis communi de hoc deliberatione pensate.[1] Prae omnibus autem Columbum [2] fratrem et coepiscopum nostrum in cunctis adhibere vos convenit.

MGH *Epiai.* 1, 204.

Ei qui implicatus fuerit publica administratione, ad ecclesiasticum officium venire ne liceat

(Ex Epist. *Omnipotenti Deo* ad Mauritium Imperatorem, aug. 593).

110 ...dominorum pietas sanxit, ut quisquis publicis administrationibus fuerit implicatus, ei ad ecclesiasticum officium venire non liceat.[3] Quod valde laudavi, evidentissime sciens, quia qui saecularem habitum deserens ad ecclesiastica officia venire festinat, mutare vult saeculum, non relinquere.[4]

MGH *Epist.* 1, 220.

De candidatis ante ordinationem probandis

(Ex Epist. *Fratris et coepiscopi* nd lamiarium episc. Calaritanum, mai. 594).

Ill (6G) Ne umquam hi qui ordinati sunt pereant, provideri debet quales or(linentur, ut prius aspiciatur, si vita eorum continens in annis plurimis fuit, si studium [orationis et] lectionis, si elemosynae amorem habuerunt... Videndum etiam, ne sine litteris, aut ne obnoxius curiae compellatur post sacrum ordinem ad exactionem publicam redire?

MGH *Epist.* 1. 2(11.

[1] *Caos.* I, Q. I. can. 119 (CI I, 401).

[2] Hunc' Numidiae episcopum S. Pontifex epistolii *Et antequam* eodem die data hortatur. ut Adeodatum « primatem synodi suae › admoneat ne sacri ordines aut mercede aut pueris, quorum scilicet non sit artas legitima, conferantur: MGH *Epist.* 1» 203; ML 77. 613. Cfr. ‹'‹i›t›. I. .| 1. .an. 120 •‹ | I» 104).

[3] Cfr. Ph. JAFFE. *Regesta Pontificum Romanorum.* I (Graz 1056) | 159.

[4] Cfr. Epist. eiusdem Pontificis *Legem quam,* tam memoratam, nov. 597, ubi de eadem re agitur (MGH *Epist.* 2. 12 s« .

[5] Cfr. MGH *Epist.* 1. 133.

In Sacrae Scripturae expositione no adhibeantur formae oratoriae profanae

(Ex Epist. *Dudum te.* ad S. Leandrum, episc. Ilispalensetn. lut. 595).

112 Quaeso autem, ut huius operis dicta percurrens in his certiorum folia non requiras, quia per sacra eloquia ab eorum tractatoribus infructuosae loquacitatis levitas studiose compescitur, dum in templo Dei nemus plantari prohibetur... Unde et ipsam loquendi artem, quam magisteria disciplinae exterioris insinuant, servare despexi. Nam sicut huius quoque epistolae tenor enuntiat non metacismi collisionem fugio, non barbarismi confusionem devito, situs[1] modosque et praepositionum casus servare contemno, quia indignum vehementer existimo, ut verba caelestis oraculi restringam sub regulis Donati. Neque enim haec ab ullis interpretibus in scripturae sacrae auctoritate servata sunt.

MGH *Epist.* 1. 357.

De sacra ordinatione gratuito et dignis conferenda

(Ex Epist. *() quam bona* ad Virgiliani,‘ episc. Arelatensem. cui Summus Pontifex vices suas in regno Childcbcrti gerendas committit, 12 aug. 595).

113 2. - Quibusdam namque narrantibus agnovi, quod in Galliarum vel
(67) Germaniae partibus nullus ad sacrum ordinem sine commodi datione perveniat. Quod si ita est, tiens dico, gemens denuntio, quia cum sacerdotalis ordo intus cecidit, foris quoque diu stare non poterit. Scimus quippe ex Evangelio, quid Redemptor noster per semel ipsum fecerit, quia ingressus templum cathedras vendentium columbas evertit. Columbas enim vendere, est de Spiritu Sancto, quem Deus omnipotens consubstantialem sibi per impositionem manuum hominibus tribuit, commodum temporale percipere. Ex quo, ut praedixi, malo iam innuitur, quid sequatur, quia qui in templo Dei columbas vendere praesumpserunt, eorum Deo indice cathedrae ceciderunt (.1/L 21, 14). Qui videlicet error in subditis cum augmento propagatur. Nam ipse quoque qui ad sacrum honorem perducitur, iam in ipsa provectus sui radice vitiatus, paratior est aliis venundare quod emit. Et ubi est quod scriptum est: [1] Gratis accepistis gratis date *! (J/i.* 10, 12). Et cum prima contra sanctam Ecclesiam simoniaca heresis sit exorta, cur non perpenditur, cur non videtur, quia eum quem quis cum pretio ordinat provehendo agit, ut haereticus fiat?

14 3. - Alia quoque nobis est res valde detestabilis nuntiata, quod qui-
[1]›) dam ex laico habitu per appetitum gloriae temporalis defunctis episcopis

1 Hiatus?
3 BR habet *Vigilium;* sed cfr. MGH *Epist.* 1. 3<>S.

4

tonsurantur, et lìunt subito sacerdotes. Qua in re iam notum est, qualis ad sacerdotium venit, qui repente de laico habitu ad sacrum transit ducatum; et qui miles numquam extitit, dux religiosorum fieri non pertimescit. Quam iste suam praedicationem habiturus est, qui fortasse numquam audivit alienam? Aut quando aliena mala corrigat, qui nec deflevit sua? Et cum ad sacros ordines Paulus Apostolus neophytum venire prohibeat (1 *T.* 3, 6), sciendum nobis est, quia sicut tunc neophytus vocabatur, qui adhuc nova erat planctatus in fide, ita nunc inter neophytos deputamus, qui adhuc novus est in sancta conversatione.

BR I, 164; MGH *Episl.* 1, 3G9 s.

De sacra ordinatione gratuito et dignis conterenda

(Ex Epist. *Laetos Nos* ad Childebcrtum, regem Francorum, 15 aug. 595).

115 Pervenit autem ad nos obeuntibus episcopis quosdam ex laicis tonsurari atque ad episcopatum praecipiti saltu conscendere. Et qui discipulus non fuit, inconsiderata ambitione, magister efficitur; et quoniam quod possit docere non didicit, sacerdotium tantummodo gerit in nomine; nam laicus in sermone perseverat et opere. Quomodo ergo pro aliorum peccatis intercessurus est, qui sua primitus non deflevit? Talis enim pastor non munit gregem, sed decipit, quia, dum contradicente verecundia non potest aliis hoc quod ipse non facit persuadere, quid est aliud, nisi ut plebs dominica praedonibus populanda permaneat et inde sumat interitum, unde salutiferae protectionis magnum debuit habere subsidium? Quod quam pravum quamve perversum sit, ex sua quoque ordinatione excellentiae vestrae celsitudo perpendat. Certum namque est non vos ante exercitui ducem praeponere, nisi vobis labor eius fidesque constiterit, nisi eum ante actae vitae virtus et sollicitudo aptum esse monstraverit. Sivero non aliis nisi huiusmodi viris committitur gubernandus exercitus, qualis dux esse debeat animarum, ex istius bene rei comparatione colligitur. Sed verecumdum nobis est et dicere pudet, quia sacerdotes sibi ducatum arripiunt, qui exordium religiosae militiae non viderunt.

Simul autem et illud valde exeerandum nobis est nuntiat um, quod sacri ordines per aimoniacam hacresem, id est accepto praemio, conferantur. Et quia pestiferum nimis est et sanctae ecclesiae universali contrarium in sacrum quempiam ordinem non meritis, sed pretio collocari, hortamur, ut tam detestabile facinus de regno suo excellentia vestra prohiberi praecipiat. Nam ipse se ad hoc officium ostendit prorsus indignum, qui donum Dei pecunia mercari non metuit et commodis praesumit appetere quod habere per gratiam non meretur.

MGH *Epist.* 1. 371.

De vita ordinandorum subtiliter inquirenda

(Ex Epist. *Indicavit nobis* ad Candidum episc. Urbis Veteris Maioris, mari. 5Û6).

116 (70) Illud prae omnibus estote solliciti, ut vitam actusque eorum qui in hoc sunt officio [i. e. presbyteri] constituendi suptiliter debeatis inquirere et tunc eos, si digni fuerint, ordinare. Si vero aliqua in eos culpa claruerit, quae eos ad hunc ordinem canonica prohibitione provehi non permittat, nullius vobis supplicatio aut gratia personae subripiat, ut talibus debeatis manum imponere, ne quod absit, hic honor et illis poena et vobis incipiat esse peccatum.

MGH *Epist.* 1, 406.

CONCILIOM TOLETANUM, sub Reccaredo rege (597)

De servanda a clericis castitate

117 Can. I. - Priscorum[l] patrum sequentes monita, id praecipiunt Dei sacerdotes, ut quae sanctae Trinitati conveniunt operibus fidei catholicae in omnibus coniungantur: ita ut sanctam et amicam Dei observantes castitatem non solum retinendam pontifices suo corpore censeant, sed et presbyteris, et diaconibus ministrantibus Dei altaribus, modis omnibus observandam constituant: ut ex his qui castitatis voluerit patientiam violare tali sorte coerceatur; ut ultimus a quo est gradu deiectus, Deo amplius non ministret, sed sacerdotis sui electione sit tali claustro conseptus. ut ceteros suo exemplo corrigat, et ille ex poenitentia reviviscat.

Mansi 10, 477; CV 157.

De simonia ac de ordinatione per saltum

(Ex Epist. *Quanta in omnipotentia Dei* ad Brunechiklani. reginam Francorum, sept. 597).

118 Christianitatis vestrae sollicitudo diligenter invigilet et nullum, qui sub regno vestro est, ad sacrum ordinem ex datione pecuniae vel quarumlibet patrocinio personarum seu proximitatis iure patiatur accedere, sed ille ad episcopatus vel alterius sacri ordinis officium eligatur, quem dignum vita et mores ostenderint, ne, si, quod non optamus, honor venalis fuerit sacerdotis, simoniaca in illis partibus haerosis, quae prima in ecclesia prodiit et patrum sententia est damnata, consurgat et regni vestri, quod absit, vires Diminuât. Nam grave omnino et ultra, quam dici potest, facinus est spiritum sanctum, qui omnia redemit, venundare.

[l] In editione critica CV legitur *priorum* (p. 157).

Sed et hoc vobis curae sit, ut, quia, sicut nostis, neophytum egregius praedicator ad sacerdotii regimen omnino vetat accedere,[1] nullum ex laico patiamini episcopum consecrari. Nam qualis magister erit, qui discipulus non fuit? Aut quemadmodum ducatum gregi dominico praebeat, qui disciplinae pastoris subditus ante non fuerit? Si cuius ergo talis vita constiterit, ut ad hunc dignus sit ordinem promoveri, prius ministerio debet ecclesiae deservire, quatenus longae exercitationis usu videat, quod imitetur, et discat, quod doceat, ne forte onus regiminis conversionis novitas non ferat, et ruinae occasio de provectus inmaturitate consurgat.

MGH *Epist.* 2, 6 s.

Ordinandi presbyteri vita inquiratur

(Ex Epist. *.Inte hoc biennium* ad Chrysanthum, episc. Spolctanuin, iun. 599).

119 ... cum omni studio ac vivacitate personas exquirite, qui illic in presbyterii ordine valeant consecrari. Quorum vitam actusque ita suptili primitus inquisitione discutite, ut in nullo eis vel sacri canones vel ecclesiasticae regulae valeant obviare, ut hac provisione populus illic degens communionem, qua se privatos ob sacerdotum necessitatem flebiliter conqueruntur, recepisse se gaudeant et in ecclesiis illis sacra missarum sollemnia deesse non debeant.

MGH *Epist.* 2, 105.

BONIFATIUS IV (608-615)

De cura et sollicitudine pastorum

(Ex Epist. *Mulinili, frater carissime* ad Florinnum, episc. Arelatcnscm, 23 aug. 613).

120 Officium etenim sacerdotis assumere, si interiori vigilantia perpendamus, plus est oneris quam honoris: quippe cui propria curare non sufficit, nisi et salubriter gesserit aliena.[2] Nam si pastores ovium solem geluque pro gregis sui custodia die ac nocte ferre contenti sunt, ut ne qua ex eis aut errando pereat aut ferinis laniata morsibus rapiatur, oculis semper vigilantibus circumspectant: quanto sudore quantaque sollicitudine debemus esse pervigiles nos, qui pastores animarum dicimur? Attendamus et susceptum officium exhibere erga custodiam dominicarum ovium non cessemus, ne inde post desidiam nostram ante summum pastorem neglegentiae reatus excruciet, unde modo honoris reverentia subli-

‘ Cfr. *1 T.* 3, 6.
1 Cfr. *Liber diurnus liomunorum Pontificum, XLVI* (Ed. SlCKEL, p. 35).

iniorcs inter ceteros indicamur.[*] Sic itaque nos oportet esse sollicitos, ut callido antiquoque humani generis inimico aditum praecludamus et totis contra eius voracitatem viribus obsistamus, ne nostra, ut diximus, forte desidia rabida, quod absit, quemquam fauce deglutiat et eius ad nostram non inmerito applicetur poenam perditio, qui commissos sollicita custodire cautela negleximus. Exhibeamus ergo, quod dicimur, et, quibus divini dispensatione consilii praeesse nos contigit, prodesse quantum possumus festinemus, ut, dum creditor rationes nobiscum positurus advenerit lucrum fecisse repperiat et sua nos, sicut promisit, remuneration© laetificet...[2]

Haec itaque, frater carissime, tota virtute considera et locum, quem adeptus est, non ad requiem, sed ad laborem te suscepisse cognosce. Adhortationis ope fidelium corda corrobora, infidelium vero converte. Quod ut facilius assequi merearis, praedicationem tuam vita commendet; ipsa eis instructio, ipsa magistra sit; ad desiderium aeternae vitae, te docente, suspirent, tuo viventes exemplo perveniant;[3] quia ideo, divina gratia suffragante, ad hoc honoris culmen vocatus es, ut fraternitatis tuae doctrina, quae soli tibi utilis prius inter ceteros latebat, iam nunc in altum ducta multis proficiat et divinae sapientiae radios spargat.

MGH *Epist.* 3, 153 s.

HONORIUS I (625-638)

CONCILIEM NARBONENSE (627)

De scientia pastorum

Can. XI. - Amodo nulli liceat episcoporum ordinare diaconum, aut presbyterum litteras ignorantem: sed si qui ordinati fuerint cogantur discere. Qui vero diaconus aut presbyter fuerit litteris ineruditus, et desidiose legere vel implero ollicium distulerit, et in ecclesia ad omnia utilis non fuerit; ab stipendio reiiciendum, et inclinandum, quoadusque curvatus impleat et. defendat, quod osse cognoscitur. Ad quid erit in ecclesia Dei, si non fuerit ad legendum exercitatus? Et si perseveraverit desidiose, et non vult proficere, mittatur in monasterio, quia non potest aedificare populum.

Mansi 9, 1027.

[1] *Liber diurnus.* XLV (p. 32 s.).
[2] *Liber diurnus.* XLVI (p. 35 8.).
[3] *Liber diurnus.* XLVI (p. 36).

CONCILIUM TOLETANUM IV (633)

De iuvenibus clericis iu communi instituendis

122 (71) Cap. XXIV. - *Prona est omnis aetas ab adolescentia in malum-,*[l] nihil enim incertius, quam vita adolescentium. Ob hoc constituendum [constituere] oportet ut si qui in clero puberes [impuberes] aut adolescentes existunt, omnes in uno conclavi atrii commorentur: ut lubricae aetatis annos non in luxuria, sed in disciplinis ecclesiasticis agant, deputati probatissimo seniori quem et magistrum disciplinae, et testem vitae habeant.[l] Quod si aliqui ex his pupilli existunt, a sacerdotali tutela foveantur, ut et vita eorum a criminibus intacta sit, et res ab iniuria improborum. Qui autem his praeceptis resultaverint, monasteriis deputentur, ut vagantes animi et superbi severiori regula distringantur.

Mansi 10, 626; CV 201 s.; Cfr. *Coli. Hispana,* ML 81, 374.

S. MARTINUS I (649-655)

De munditie quae in promovendis ad sacros ordines expostulatur

(Ex Epist. *Fraternitatis tuae* ud Amandum episc. Traiectensoin [Tungrensem), a. 649).

123 (72) ... tales quaerimus ad sacros ordines promovendos, quibus nulla ruga, nullumque vitae contagium mentes et corpora praepediat.

ML 87, 136; Cfr. MGH *Script. Rer. Mereto.* 5, 153.

S. VITALIANUS (657-672)

CONCILIUM LEUDEGARI episc. Augustodunensis (663-680)

Presbvter aut clericus non accipiens Symbolum Apostolorum, condemnetur

124 Can. I. - Si quis presbyter aut diaconus aut clericus symbolum, quod sancto inspirante Spiritu apostoli tradiderunt et fidem sancti Athanasii presidís inreprehensibiliter non recensuerit, ab episcopo condempnetur.

CG 2. 319.

‘ Cfr. *Gn.* 8, 21.

• Haec sententia Concilii *Toletani tJ',* cui praefuit S. lamoRVS Hispalensis, in Concilii Tridentini decreto *de Seminariorum erectione* repetitur [cfr. n. 290].

S. GREGORIUS II (715-731)

Impedimenta ordinationis. Distributio stipendiorum

(Ex allocutione ud clerum et populum, a. 714).

Probabilibus desideriis nihil tarditatis praestantes, fratrem iam et coepiscopum nostrum Bonifacium vobis ordinavimus sacerdotem. Cui dedimus in mandatis, ne unquam ordinationes praesumat illicitas, ne bigamum, aut qui virginem non est sortitus uxorem, neque illiteratum, vel iu qualibet corporis parte vitiatum, aut ex poenitente, vel curiae, aut cuilibet conditioni obnoxium, notat unique, ad sacros ordines permittat accedere; sed si quos huiusmodi forte repererit, non audeat promovere. Afros passim ad ecclesiasticos ordines praetendentes nulla ratione suscipiat, quia aliqui eorum -Manichaei, aliqui rebaptizati saepius sunt probati. -Ministeria atque ornatum ecclesiae, vel quidquid illud est in patrimonio eiusdem, non minuere studeat, sed augere. De reditu vero ecclesiae, vel oblatione fidelium, quatuor faciat portiones, quarum unam sibi ipse retineat, alteram clericis pro officiorum sedulitate distribuat, tertiam pauperibus et peregrinis, quartam ecclesiasticis fabricis noverit reservandam; de quibus divino erit indicio redditurus rationem. Ordinationes vero presbyterorum, sive diaconorum, non nisi quarti, septimi et decimi mensis ieiuniis, sed et in ingressu quadragesimali, atque medio, vespere sabbati noverit celebrandas. Sacrosancti autem baptismi sacramentum, non nisi in paschali festivitate et pentecoste noverit esse praebendum, exceptis iis, quibus mortis urgente periculo, ne in aeternum pereant, talibus oportet remediis subvenire. Huic ergo sedis nostrae praecepta servanti devotis animis obsequi vos oportet, ut irreprehensibile placitumque fiat corpus ecclesiae, per Christum Dominum nostrum, qui vivit et regnat cum Deo Patre omnipotente, per omnia saecula saeculorum.

Mansi 12, 239 s.

S. ZACHARIAS (741-752)

Prohibeatur exercitium sacerdoti fornicario et sanguinai io

(Ex Epist. *Susceptis sanctissime,* nd S. Bonifatium, 1 apr. 743).

Quis enim sapiens habens cor eos aestimet sacerdotes, qui neque a fornicationibus abstineunt neque ab effusione sanguinum manus servant innoxias? Quisve eorum sacrificiis Deum esse credit placatum, dicente propheta: *Virum sanguinum, et dolosum abhoinhiabitur Dominus (Ps.* 5, 7). Isti namque, ut praemisi, ne sacerdotium fungi patiantur neque divina

contingere inisteria, commonemus. Quiequid vero aliud, ut dictum est, eos contra aecclesiastica in regulam excessisse reppereris, canones sive instituta patrum prae inanibus habeto et, iuxta quod in eis edoctus fueris, discerne.

MOli *Epist.* 3. 303.

CONCILIUM CLOVESHOVIAE II (747)

De scientia et sanctitate clericorum

127 Can. VI. - Sexto statuitur decreto, ut episcopi nullum de clericis seu monachis ad sacrum presbyterii gradum ordinent, nisi prius eius vitam qualis extitcrit, vel tunc quae morum probitas ac scientia fidei existât, manifeste perquirant: qua namque potest ratione aliis integritatem fidei praedicare, sermonis scientiam conferre, peccantibus discretionem poenitentiae indicare, nisi prius vigilanti intentione, haec pro viribus ingenioli sui studeat ediscere, ut iuxta apostolum *Potens sit exhortare in doctrina sana* (7' 1, 9).

128 Can. VII. - Septimo decreverunt condicto, ut episcopi, abbates atque abbatissae... studeant, et diligenti cura provideant, ut per familias suas lectionis studium indesinenter in plurimorum pectoribus versetur, et ad lucrum animarum laudemque regis aeterni multorum vocibus innotescat; nam dictu dolendum est, quod his temporibus perpauci inveniantur, qui ex intimo corde sacrae scientiae rapiantur amore; et vix aliquid elaborare in discendo voluerint; quin potius a iuvenili aetate vanitatibus diversis, et inanis gloriae cupiditatibus occupantur, atque praesentis vitae instabilitatem plusquam sacrarum scripturarum assiduitatem vagabunda mente sequuntur. Proinde coerceantur et exerceantur in scholis pueri ad dilectionem sacrae scientiae, ut per hoc bene eruditi inveniri possint ad omnimodam ecclesiae Dei utilitatem, nec sint rectores terrenae tam avidi operationis, ut domus Dei desolatione spiritalis ornaturae vilescat.

129 Can. VIH. - Octavo monuerunt capitulo, ut presbyteri indesinenter reminiscant, ad quod divina ordinatione prae caeteris promoti sint; quod Dei videlicet ministri et dispensatores mysteriorum Christi vocantur, et tunc *quaeritur inter dispensatores, ut fidelis guis inveniatur* (I *C.* 4, 2): unde sciant se necessario pro Dei intuitu debere a saecularibus negotiis causisque in quantum praevaleant, vacare; altaris officium divinique cultus obsequium summa intentione persolvere: oratorii domum, et cuncta ad cultum ipsius pertinentia sub sua cura conservare; lectioni, orationi, missarum celebrationi, psalmisque canendis invigilare, abbatibusque suis sive abbatissis diligenter ac tideliter, ubicumque opus fuerit, auxilium praebere, pro iniuncto scilicet sibi divinitus officio reminiscant, id est in admonendo. et corripiendo, atque exhortando subjectos, ut pariter et exemplis et hortamentis illorum alii, ut decet, ad Dei famulatum semper incitentur.

Mansi 12. 397 ».

Detestabile est invenire pastores in ludis et degere vitam in venationibus

(Ex Epist. *Cratias ago* ad Throandum et alios viros, 1 mai. 748),

130 Detestabile est enim et iniquum opus, clericorum in ludis inveniri aut cum acceptoribus vel venationibus degere vitam; tantisque scenicis causis sauciatum ad episcopatum aut presbiterium vel quod libet sacerdotale officium accedere, non bonis, sed malis vitiis plenum. Scriptum namque est: *Qui diligitis Dominum, odite malum (Ps.* 96, 10).

MGH *Epist.* 3. 364 s.

b) aetate ordinandorum

(Ex Epist, *Benedicius Deus* ad S. Bonifatium, 1 nov. 751).

131 Inquisisti etiam et hoc: si ante tricesimum annum liceat sacerdotem ordinari. Bonum et congruum est, carissime, si fieri et inveniri potest, ut provecte aetatis et boni testimonii viri iuxta sacrorum canonum instituta ordinentur sacerdotes. Si autem minime repperiuntur et necessitas exposcit, a vigiliti quinque annorum et supra levitae et sacerdotes ordinantur,[1] quemadmodum in lege Domini continetur.

MGH *Epist.* 3, 371.

HADRIANUS I (772-795)

REGUJf FRANCORUJ/ CJPITULÂRIA

Reges Francorum una cum Episcopis, in conventibus generalibus, ad clerum litteris sacraque disciplina instituendum mulla constituerunt, quae S. Sedes rata habuit et confirmavit.[2] Ex quibus praecipua hic subiicerc visum est.

De vita et officio magisterii sacerdotum

(Ex Caroli M. Epist. *Considerans pacifico* nd omnes ecclesiasticae pietatis ordines seu saccularis potentino dignitates, 23 mart. 789).

132 LXXII. - Sacerdotibus. Sed et hoc flagitamus vestram almitatem, ut ministri altaris Dei suum ministerium bonis moribus ornent, seu alii canonice observantiae ordines vel monachici propositi congregationes; obsecramus, ut bonam et probabilem habeant conversationem, sicut ipse

[*] *Decret. Grat.* D. 75 C. 5.

[*] Ex litterarum monumentis quae supersunt cfr. Epist. S. Leonis IV *De capitulis* (a. 863) ad Lotliariuin augustum: MGH *Epist.* 5, 001 s. - *Disi.* 10, can. 9 (CI I. 21).

Dominus in euangelio praecipit: « *sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona et glorificent patrem vestrum qui in caelis est* » (Jfi. 5, 16), ut eorum bona conversatione multi protrahantur ad servitium Dei, et non solum servilis conditionis infantes, sed etiam ingenuorum filios adgregent sibique socient. Et ut scolae legentium puerorum fiant. Psalmos, notas, cantus, compotum, grammaticam per singula monasteria vel episcopia et libros catholicos bene emendate; quia saepe, dum bene aliqui Deum rogare cupiunt, sed per inemendatos libros male rogant. Et pueros vestros non sinite eos vel legendo vel scribendo corrumpere; et si opus est euangelium, psalterium et missale scribere, perfectae aetatis homines scribant cum omni diligentia.

133 LXXX - Omni clero. Ut cantum Romanum pleniter discant, et ordinabiliter per nocturnale vel gradale officium peragatur, secundum quod beatae memoriae genitor noster Pippinus rex decertavit ut fieret, quando Gallicanum tulit ob unanimitatem apostolicae sedis et sanctae Dei aecelesiae pacificam concordiam.

MGII *Capitul.* 1, 59. 61.

S. LEO III (795-816)

CONCILIUM FOROIULIENSE (796-797)

De simonia; de sanctitate sacerdotum. Nemo cohabitet cum muliere subintroducta; nec exerceat officia saecularia

134 Cap. 1. - Primum igitur, ut iuxta priscas patrum divinitus aeditas sanctiones nullus Domini sacerdotum vel quicumque sub canone sunt constituti canonicas, quinimmo apostólicas ignorantes aut parvipendentes definitiones inordinate vel inhoneste in domo Dei, quae est ecclesia, conversentur, sed, in suo ordine cuncta persistentia, pulchritudo ecclesiastici decoris inviolata permaneat. Illud summopere vigilantique studio praecaventes decernere curavimus, ut nullus canonicae deditus dicioni donum sancti Spiritus pecunia, praelio fraudulenter deceptus, vendere vel emere praesumat, ne cui in quemlibet sacrum ecclesiastici ordinis gradum muneris exigente merito liceat quempiam subvehens promovere patentique semper cordis aure pertimescat, intellegat clarissimam illam Domini vocem dicentis: *Gratis accepistis, gratis date (Mt.* 10, 8). Hanc quippe pestiferam simoniacam heresem primus pastor ecclesiae in ipsa, ut ita dixerim, originali cupiditatis radice anathematis ferro funditus resecare curavit.[1]

» Cfr. *A.* 8, 18 88.

135 Cap. II. - Ut longe altius excellat vita pastoris conparata subditi gregis, quoniam singulariter boni pastoris voce dicitur; *Vos estis lux mundi,* et rursus: l os *estis sal terrae,* et iterum: *Luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona et glorificent patrem vestrum, qui in caelis est (Mt. 5,* 14, 13, 16). Hinc etenim colligi potest, in quantum distare debet pastor a grege, dum istos homines et illos plus quam homines, id est lucem hominum, Dominus voluit appellari. Si ergo lux mundi sumus, lucere utique absque nebulosa hypocrisis ammixtione debemus et, si sal terrae sumus, condire nichilominus terrenas mentes sapientiae sapore per verbum praedicationis debemus.

136 Cap. IV. - Ut iuxta Niceni venerandi diffinitionem concilii nullus patiatur subintroductas mulieres secum in domo propria habere vel private cum eis cohabitantes conversari. Et quamquam de quibusdam inhonesta carentibus suspitione clementius aliquo modo inibi legatur indultum, nos autem omnes omnino nunc necessarium vetare prospeximus, eo quod experimento didicerimus ob illarum velamentum alias licentius ad eos aditum veniendi perditionis causam habuisse. Non autem vetamus quempiam, sed potius adoriamur pauperibus personis iure sibi cognationis coniunctis benefacere, curn sit omnibus benefaciendum; sed ab eis segregate in suis degentes domiciliis perseverent.

137 Cap. V. - Ut secularia negotia ultra modum mensurae nulli liceat exercere. Ait enim Apostolus: *Nemo militans Deo implicat se negotiis secularibus, ut ei placeat, cui se probavit* (2 *T.* 2, 4). Intueri quapropter subtilius libet, cuius nos esse regis milites gratulamur. Et quia in castris dominicis militamus, sollicite pensare constringimur, quibus armis muniti cum tanto adversario certaminis bella adgressi pugnare valeamus, ut expediti ab omni praesentis saeculi inpedimento, intrepidi in prima acie persistentes, post palmam victoriae triumphatricis gloriae coronam ab eo rege, qui nos de antiquo hoste triumphavit, suscipere mereamur.

138 Cap. VI. - Item placuit, ut eas prorsus mundanas dignitates, quas seculares viri vel principes terrae exercere solent, in venationibus scilicet vel in canticis secularibus aut in resoluta et inmoderata laetitia, in liris et tibiis et his similibus lusibus, nullus sub ecclesiastico canone constitutus ob inanis laetitiae fluxum audeat fastu superbie tumidus quandoque praesumendo abuti, nisi forte, si in yrnnis et spiritualibus canticis delectatur, de sacris videlicet scripturarum voluminibus digne honesteque conpositis utatur. Ab his igitur non solum non inhibemus abstinere, verum etiam connibentes licentiae concedimus votum.

MG1I *Condi. 2,* 190 s.

CONCILIUM EISPACENSE (798)

De institutione clericorum; de vestitu; de cantu ac de recta exsecutione ofilcii liturgici

139 IV. - ... hoc consideret episcopus, ut ipsi presbyteri non sint idiothae, sed sacras scripturas legant et intellegant, ut secundum traditionem Romane aecclesiae possint instruere et fidem catholicam debeant ipsi agere et populos sibi commissos docere, missas secundum consuetudinem celebrare, sicut Romana traditio nobis tradidit.

140 VII. - Qui sunt ministri altaris Domini debent esse dissimiles caetero populo. Clericali vestitu vestiantur, sicut canones constituerunt;[1] arma non praesumant portare nec laicum vestitum ullus canonicus clericus. Sicut sunt dissimiles moribus inter saeculares, ita et in vestitu debent esse dissimiles.

141 Vili. - Episcopus autem unusquisque in civitate sua scolam constituat et sapientem doctorem, qui secundum traditionem Romanorum possit instruere et lectionibus vacare et inde debitum discere, ut per canonicas horas cursus in aecclesia debeat canere unicuique secundum congruum tempus vel dispositas festivitates, qualiter ille cantus adornet aecclesiam Dei et audientes aedificentur. Et eum summa reverentia et amore Dei ministrent in altare Domini, ut populus, qui hoc audiverit vel viderit, cum alia praedicatione vel illa compunctione, quam videt et audit, adtrahatur ad amorem caelestem et compunctus hoc agat, quod placeat.

MGH *Concit. 2,* 198 s.

De disciplina clericorum

(Ex Cakom M. Capitili. *Idcoquc convenit,* 799-800).

142 XVII. - Ut nullus ex clero feminam aecum in domo habitare permittat propter suspitionis causam, nisi matrem et sororem aut amitam, sive eas quae suspitiones malas effugiunt, sicut in Niceno concilio continentur.[1]

143 XXVI. - I t nullus ex clero domnum regem inquietare audeat, antequam notetur causa episcopo suo...

[1] Ctr.Coneil. *Matisr.* (583)can.5: *Iai Iu ii.* (663-75) ea». 2; *Suession.* (7t4)con.3; *Admon. gener.* (789) can. 70 (MGH *Conni.* 1. 156, 218; *Capititi.* 1. 29. 59).

* Cfr. Capit. eiusdem Imperatoris *Primo commemorandus est* (811): MGH Capitili. 1, 162, 164.

144 XXXVI. - Ut hi (pii ad sacrum ministerium ordinati sunt presbiteri nullatenus praetermittere audeant indesinenter missarum sollemnia celebrare, nisi certis ex causis quae nostra sunt definire, pro quibus abstinere magis oportet usque ad tempus.

MGH *Capitili.* 1. 228 s.

Do litteris colendis

(Ex CAROLI M. Epist. *Nolunt ipilur sil* ad regni Francorum metropolitanos, c. a. 800).

145 (73) ... nos una cum fidelibus nostris consideravimus utile esse, ut episcopia et monasteria nobis Christo propitio ad gubernandum commissa praeter regularis vitae ordinem atque sanctae religionis conversationem etiam in litterarum meditationibus eis qui donante Domino discere possunt secundum uniuscuiusque capacitatem docendi studium debeant impendere, qualiter, sicut regularis norma honestatem morum, ita quoque docendi et discendi instantia ordinet et ornet seriem verborum, ut, qui Deo placere appetunt recte vivendo, ei etiam placere non negligant recte loquendo ... Nam cum nobis in his annis a nonnullis monasteriis saepius scripta dirigerentur, in quibus, quod pro nobis fratres ibidem commorantes in sacris et piis orationibus decertarent, significaretur, cognovimus in plerisque praefatis conscriptionibus eorundem et sensus rectos et sermones incultos; quia, quod pia devotio interius fideliter dictabat, hoc exterius propter negligentiam discendi lingua inerudita exprimere sine reprehensione non valebat. Unde factum est, ut timere inciperemus, no forte, sicut minor erat in scribendo prudentia, ita quoque et multo minor esset quam recte esse debuisset in sanctarum scripturarum ad intelligendum sapientia. Et bene novimus omnes, quia, quamvis periculosi sint errores verborum, multo periculosiores sunt errores sensuum. Quamobrein hortamur vos litterarum studia non solum non negligere verum etiam humillima et Deo placita intentione ad hoc certatim discere, ut facilius et rectius divinarum scripturarum mysteria valeatis penetrare. Cum autem in sacris paginis schemata, tropi et caetera his similia inserta inveniantur, nulli dubium est, quod ea unusquisque legens tanto citius spiritualiter intelligit, quanto prius in litterarum magisterio plenius instructus fuerit. Tales vero ad hoc opus viri eligantur, qui et voluntatem et possibilitatem discendi et desiderium habeant alios instruendi. Et hoc tantum ea intentione agatur, qua devotione a nobis praecipitur. Optamus enim vos, sicut decet ecclesiae milites, et interius devotos et exterius doctos castosque bone vivendo et scholasticos bene loquendo, ut. quicunque vos propter nomen Domini et sanctae conversationis nobilitatem ad videndum expetierit, sicut de aspectu vestro aedificatur visus, ita quoque do sapientia vestra, quam in legendo seu cantando perceperit, instructus omnipotenti Domino gratias agendo gaudens redeat.

MGH *Capital.* 1. 70.

De vita coni ninni et canonica ac de qualitatibus ordinandorum

(Ex Caroli M. Capitili. *Missorum generali,* initio 802).

146 XXII. - Canonici autem pleniter vitam observent canonicam, et domo episcopali vel etiam monasteria cum omni diligentia secundum canonica disciplina erudiantur. Nequaquam foris vagari sinantur, sed sub omni custodia vivant, non turpis lucri dediti, non fornicarii, non fures, non homicides, non raptores, non litigiosi, non iracundi, non elati, non ebriosi, sed casti corde et corpore, humiles, modesti, sobrii, mansueti, pacifici, ut filii Dei digni sint ad sacro ordine promovere; non per vicos neque per villas ad ecclesiam vicinas vel terminantes sine magisterio vel disciplina, qui garabaiti dicuntur, luxoriando vel fornicando vel etiam caetera iniqua operando, quae consentiri absordum est.

147 XXII1. - Presbiteri cleros quos secum habent sollicite praevideant, ut canonice vivant: non inanis lusibus vel conviviis secularibus vel canticis vel luxoriosis usum habeant; sed caste et salubre vivant.

MGH *Capilul,* 1, 95 s.

De vita et officiis sacerdotum

(Ex Caroli M. Cupitu). *Ut cuncti sacerdotes,* oct.1 802).

148 II. - I't unusquisque sacerdos cotidianis adsistat orationibus pro pontifice cuius gubernatur regimine.

149 111. - Ut unusquisque sacerdos ecclesiam suam cum omni diligentia aedificet et reliquias sanctorum cum summo studio vigiliarum noctis et divinis officiis conservet.

150 IV. - Ut omnibus festis et diebus dominicis unusquisque sacerdos euangelium Christi populo praedicet.

151 V. - I t unusquisque sacerdos orationem dominicam et symbolum populo sibi commisso curiose insinuet ac totius religionis studium et christianitatis cultum eorum mentibus ostendat.

152 VI. • Ut unusquisque sacerdos cunctos sibi pertinentes erudiat, ut sciant qualiter decimas totius facultatis aecclesiis divinis debite offerant.

153 XI1. - Ut nullus presbyter sacrum officium sive baptismatis sacramentum aut aliquid donorum spiritalium pro aliquo pretio vendere praesumat, ne vendentes et ementes in templo columbas imitentur; ut pro his qui adepti sunt gratiam divinam non pretia concupiscant terrena, sed solam regni coelestis gloriam promereantur accipere.

154 XV. - Ut nullus sacerdos extranearum mulierum habeat familiaritatem nec in sua domo, in qua ipse habitat, nullam mulierem umquam permittat habitare.

MOH *Capilul.* I. 106 g.

De clericis examinandis

(Ex Ca iio l i M. Capitili. *Omnes ecclesiasticos,* oct.1 802).

155 Omnes ecclesiasticos de eorum eruditione et doctrina diligenter examinare, et in eadem examinatione nos quamvis imperiti simus per provinciam istam, et non solum aecclesiasticorum dogma, sed etiam laicorum investigare iussa sunt nutriinepta vel benivolentia sanctae exercende iuBtitiae.

156 I. - Primo qualiter unusquisque aecclesiasticus, sive episcopus seu abbas vel presbiter omnesque canonici vel monachi, suum habeant officium praeparatum, quidque neglectum quidve emendationi condignum, ut is qui bene noverit officium suum gratias exinde habeat et in melius semper proficere suadetur; qui autem négligeas aut desidiosus inde fit, condigna satisfactione usque ad emendatinem congruam constringatur.

157 II. - Qualiterque presbiteri psalmos habeant, qualiterque cursum suum sive diurnum vel nocturnum adimplere secundum Romanum usum prevaleant.

158 III. - Quomodo catecuminos de fide Christiana instruere soleant, ac deinde quomodo missas speciales sive pro defunctis vel etiam pro vivis sciant commutare rationabiliter secundum utrumque sexum sive in singulari numero sive in plurali.

159 IV. - Similiter et in doctrina populorum et in officio praedicandi necnon et confessione peccatorum, qualiter eos agere doceant, qualiter eis remedium peccatorum imponere sciant vel procurent.

160 V. - Super omnia autem de eorum conversatione et castitate, quomodo formam et exemplum praebeat Christianis.

161 VI. - Quomodo oboedientes sint episcopis suis, qua verecundia et pace vel caritate inter se invicem vivant.

MGH *Capilul.* 1, 109 s.

Dc examine ordinandorum

(Ex Ca iio l i M. Capitili. Missorum *Dc ecclesiis emendandis et ubi,* 803, et *Interrogo vos,* post a. 803).

162 (74) 2. - Ut presbyteri non ordinentur priusquam examinentur.

1. Cap. Interrogo vos, presbiteri, quomodo credetis ut fidem catholicam teneatis seu simbolum et orationem dominicum quomodo sciatis vel intellegitis.

2. Canones vestras quomodo nostis vel intellegitis.

3. Benitcntiulem quomodo scitis vel intellegitis.

I. Missam vostram secundum ordinem Romanam quomodo nostis vel intellegitis.

5. Euangelium quomodo legere potestis vel alios inporitos erudire potestis.
6. Il ŏmelia orthodoxorum patrum quomodo intellegitis vel alios instruere sciatis.
7. Officium divinum secundum ritum Romanorum in statutis sollemnitatibus ad tocantanduin quomodo scitis.
8. Baptisterium quomodo nostis vel intellegitis.

/n *palatio rcqis inventum habent, ut presbyteri non ordinentur priusquam examinentur. Haec sunt quae iussa sunt discere omnes ecclesiasticos:*

1. Fidem catholicam sancti Athonasii et cetera quaecumque de fide;
2. Symbolum etiam apostolicum;
3. Orationem dominicam ad intellegendum pleniter cum expositione sua;
I. Librum sacramentorum pleniter tam canonem missasque speciales ad commutandum pleniter;
5. Exorcismum super caticuminum sive super demoniacos;
6. Commendationem animae;
7. Paonitentialem;
8. Compotum;
9. Cantum Romanorum in nocte;
10. Et ad missa similiter;
11. Euangelium intellegere, seu lectiones libri comitis;
12. Omelia» dominicis diebus et solemnitatibus dierum ad praedicandum canonem; monachi regulam similiter et canonem firmiter;
13. Librum pastoralem canonici atque librum officiorum;
14. Epistulam Gelasti pastoralem;
15. Scribere cartas et epistulas;

MGH *Capilul.* 1, 115. 234 s.

Do verbi Del praedicatione

(Ex Caroli M. Capitul. - Epist. *Coonotcatis quia* Ghaekualdi, cpisc. Leodiensis ad suae dioecescos presbyteros, 803-811).

163 Mandamus vobis atque contestamur per tremendam omnipotentis magestatem, ut negligentes de hac re amplius non existatis, sed pleniter cum omni studio et omni diligentia, ut unusquisque vestrum ad suam basilicam, vel in quantascumque basilicas missarum sollempnia celebrat, praedicare et commonere unusquisque iuxta modum capacitatis suae faciat...

MGH *Capitul.* 1, 242.

b) praedicatione et exemplo sacerdotis

(Ex Cahoi.i M. Capit.nl. ***Primo*** *omnium,* c. a. 809).

164 1. - Primo omnium admonendi sunt de rectitudine (idei suae, ut eam et ipsi teneant et intelligant et sibi subiectis populis vivo sermone annuntient. Et unusquisque eos quos habet in suo ministerio cognoscat, sive viros sive feminas, ut noverit singulorum confessiones et conversationem, quia pro omnibus redditurus est rationem Deo.

165 II. - Secundo, ut ipsi sacerdotes talem ostendant suam conversationem subiectis sibi populis quae imitabilis sit, videlicet, sicut apostolus dixit (*T.* 1, 7 s.; 1 *T.* 3, 2-3), in castitate, in sobrietate, ut non deserviant gulae et cupiditatibus huius seeuli, ut quod alios monent observare in se ipsis ostendant, ut caveant se ab omni avaritia et cupiditate... Necnon mulierum declinent consortium et secum habitare non permittant, ut auctoritas est canonica.

166 111. - Tertio, ut orationem dominicam, id est Pater noster, et Credo in Deum omnibus sibi subiectis insinuent et sibi reddi faciant tam viros et feminas quamque pueros.

167 IV. - Quarto, ut ipsi presbyteri a comessationibus, potationibus, ut apostolus monet, se subtrahant; nam quidam illorum cum quibusdam vicinis suis utuntur usque ad mediam noctem et eo amplius cum ipsis bibendo morantur; et (pii religiosi et sancti esse videntur non quidem tunc ibi manent, sed tamen saturati vel ebrii revertuntur ad ecclesias suas et neque in die neque in nocte officium Deo in ecclesia sibi credita persolvunt; nonnulli vero in eodem loco, ubi ad convivium pergunt, dormiunt.

168 V. - Quinto, ut ipsi presbyteri tales acholarlos habeant, id est ita nutritos et insinuatos, ut si forte eis contingat non posse occurrere tempore competenti ad ecclesiam suam officii gratia persolvendi, id est tertiam, sextam, nonam et vesperas, ipsi scholarii et signum in tempore suo pulsent et officium honeste Deo persolvant.

169 VI. - Sexto, ut diligenter resciatis post ordinationem uniuscuiusque presbyteri, quantum quisque fecerit in suo ministerio: quia qui ante ordinationem pauperes fuerunt, post ordinationem vero de rebus cum quibus debuerant ecclesiis servire emunt sibi alodium et mancipia et caeteras facultates, et neque in sua lectione aliquid profecerunt neque libros congregaverunt aut ea quae pertinent ad cultum religionis augmentaverunt, sed semper con vit iis et contritionibus et rapina vivunt.

MGH *Capital.* 1, 237 s.

CONCILIUM MOGUNTIENSE (813)

De vita communi canonicorum et clericorum

170 De vita canonicorum. Cap. IX. In omnibus igitur, quantum humana permittit fragilitas, decrevimus, ut canonici clerici canonice vivant, observantes divinae scripturae doctrinam et documenta sanctorum patrum, et nihil sine licentia episcopi sui vel magistri eorum positi agere praesumant in unoquoque episcopatu et ut simul manducent et dormiant, ubi his facultas id faciendi suppetit vel qui do rebus ecclesiasticis stipendia accipiunt, et in suo claustro maneant et singulis diebus mane prima ad lectionem veniant et audiant quid eis imperetur. Ad mensam vero similiter lectionem audiant et oboedientiam secundum canones suis magistris exhibeant.

171 De vita clericorum. Cap. X. - Discretionem igitur esse volumus atque decrevimus inter eos, qui dicunt se saeculum reliquisse, et adhuc saeculum sectantur. Placuit itaque sancto concilio, ut ita discernantur, sicut in regula clericorum dictum est. His igitur lege patrum cavetur, ut a vulgari vita seclusi a mundi voluptatibus sese abstineant, non spectaculis, non pompis intersint, convivia inhonesta et turpia fugiant. Tamen Hieronimus in epistola ad Nepotianum dicit: *Omnium Christianorum domos quasi proprias amare debemus, ut consolatores nos in meroribus suis potius quam convivas in prosperis noverint.*[1] Item Isidoras: *Clerici tamen convivia privata non tantum pudica, sed et sobria colant, usuris nequaquam incumbant neque turpium occupationes lucrorum fraudisque cuiusquam studium appetant. Amorem pecuniae quasi materiam cunctorum criminum fugiant, saccularia officia negotiaque abiciant, honorum gradus per ambitionem non subeant, pro beneficiis medicinae Dei munera non accipiant, dolos et coniurationcs caveant, odium, aemulationem, obtrectationem atque invidiam fugiant. \'on vagis oculis, non infreni lingua aut petulanti tumidoque gestu incedant, sed pudorem ac verecundiam mentis simplici habitu incessuque ostendant, obscenitatem etiam verborum sicut et operum penitus execrentur. Viduarum ac virginum visitationes frequentissimas fugiant, contubernia feminarum nullatenus appetant, castimoniam quoque inviolati corporis perpetuo conservare studeant. Seniores quoque debitam praebeant oboedientiam nec ullo iactantiae studio se adtollant. Postremo in doctrina, in lectionibus, psalmis, yninis et canticis exercitio iugi incumbant. Tales enim esse debent, qui divinis cultibus se mancipandos student exhibere, scilicet ut, dum scientiae operam dant, doctrinae gratiam populis administrent.*[3]

MGH *Concit.* 2, 262 s.; Mansi 14, 67 s.

[1] *Epist. ad Nepotianum'.* ML 22, 527.

[3] *De officiis Ecclesiast.* 2, cap. 2: ML 6, 777 8. De hac vita communi loquitur saeculo sii INNOCENTIUS III Papa in Epist. Jd *tollendas lites* (1198): BR 3, 116 s.

CONCILIUM TURONENSE III (813)

De institutione clericorum et de eorum praedicatione et vita communi

172 Can. II. - Ut omnes episcopi studiose operam divinae dent lectioni: sanctum evangelium, et epistolas B. Pauli apostoli, non solum crebro lectitent, sed etiam quantum possint, memoriae studeant commendare: sanctorumque patrum opuscula super eadem exposita devote frequentent. Similiter et de ceteris libris canonicis faciant.

173 Can. III. - Nulli episcopo liceat canones, aut librum pastoralem a B. Gregorio papa editum, si fieri potest, ignorare, in quibus se debet unusquisque, quasi in quodam speculo, assidue considerare.

174 Can. IV. - Sollicite studeat unusquisque episcopus gregem sibi commissum sacra praedicatione, quid agere, quid ve vitare debeat, informare. Et ipse episcopus vita, habitu, forma et conversatione sancta, suis sit subjectis exemplum, ut juxta dominicam vocem, videant opera ejus bona, et glorificent patrem Deum, qui in caelis est. *(Mt.* 5, 16).

175 Can. V. - Episcopum non oportere nimium profusis incumbere conviviis: sed parco et moderato contentus sit cibo, ne videatur Domini abuti sententia dicentis: *Attendite ne graventur corda vestra in crapula et ebrietate (L.* 21, 34). Et quamdiu convivatur, potius sacra lectio ante mensam ejus recitetur, quam otiosa a susurronibus resonent verba.

176 Can. Vili. - Sacerdotibus non expedit, saecularibus et turpibus quibuslibet interesse jocis: venationes quoque ferarum vel avium minime sectentur.

177 Can. IX. - Presbyteri quoque et diaconi in omnibus bonorum exhibitionibus sui episcopi vestigia sectentur; et in bonorum morum probitate, quae episcopo sunt observanda, eadem et sibi observanda esse cognoscant.

1'8 Can. X. - Episcopi quidem maximam curam et sollicitudinem circa pauperes habeant, et res ecclesiasticas ecclesiis collatas cauta circumspectione dispensent, quasi Dei ministri, non quasi turpis lucri sectatores: iliisque ita utantur, non ut propriis, sed ut sibi ad dispensandum commissis.

"9 Can. XII. - Presbyterum ordinari non debere ante legitimum tempus, hoc est ante xxx. aetatis annum: sed priusquam ad consecrationem presbyteratus accedat, maneat in episcopio discendi gratia officium suum tamdiu, donec possint et mores et actus ejus animadverti: et tunc, si dignus fuerit, ad sacerdotium promoveatur.

180 Can. XVII. - Visnm est unanimitati nostrae, ut quilibet episcopus habeat homilías continentes necessarias admonitiones, quibus subjecti erudiantur, id est de fide catholica, prout capere possint, de perpetua retributione bonorum, et aeterna damnatione malorum; de resurrectione quoque futura, et ultimo judicio, et quibus operibus possit promereri beata vita, quibusve excludi. Et ut easdem homilías quisque aperte transferre studeat in rusticam Romanam linguam, aut Theotiscam, quo facilius cuncti possint intelligere quae dicuntur.

181 (’an. XXI. - Servandum presbyteris firmiter statuimus, ne tabernas ingrediantur comedendi bibendive caussa. Quod si, post haec statuta, facere praesumpserint, canonica decernimus sententia feriendos.

182 Can. XXIII. - Canonici et clerici civitatum, qui in episcopiis conversantur. consideravimus ut in claustris habitantes, simul omnes in uno dormitorio dormiant, simulque in uno reficiantur refectorio, quo facilius possint ad horas canonicas celebrandas occurrere, ac de vita et conversatione sua admoneri et doceri: victum et vestimentum juxta facultatem episcopi accipiant, ne paupertatis occasione compulsi per diversa vagari, ac turpibus se implicare negotiis cogantur: dimissoque ecclesiastico officio incipiant indisciplinate vivere, et propriis deservire voluptatibus.

Mansi 14. 83-86; MGH *Condi.* 2, 288.

CONCILIUM CABILONENSE II (813)

Constituantur scholae instituendis clericis; de vita eorum exemplari

183 Can. III. - Oportet etiam, ut sicut dominus imperator Carolus, vir singularis mansuetudinis, fortitudinis, prudentiae, justitiae, et temperantiae praecepit, scholas constituant, in quibus et litteras sollertia disciplinae, et sacrae scripturae documenta discantur, et tales ibi erudiantur, quibus merito dicatur a Hornino: l’os *estis sal terrae (Mt.* 5, 13) et qui condimentum plebibus esse valeant, et quorum doctrina non solum diversis baeresibus, verum etiam antichrist! monitis, et ipsi antiehristo resistatur: ut merito de illis in laude ecclesiae dicatur: *Mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium (Cl.* 4, 4).

184 Can. IV. - Opportunum ducimus, ut humilitatem atque religionem et in vultu, et in opere, et in habitu, et in sermone demonstrent: ut bene agentes et habitu et vultu demulceant; male agentibus vero ipso suo visu terribiles sint, juxta illud quod in tabernaculo Dei boum et leonum effigies expressae fuisse memorantur: et Dominus in evangelio, et astutiam serpentis, et simplicitatem columbae habendam percenset.

185 Can. V. - Ut juxta apostoli vocem sacerdotes irreprehensibiles sint, et moribus ornati: et nequaquam turpibus lucris deserviant, juxta illud quod ait scriptura: *Nemo militane Deo implicat se negotiis saecularibus, ut ei placeat cui se probavit* (2 *T.* 2, 4). Et a turpibus lucris et usuris non solum ipsi abstineant, verum etiam plebes sibi subdiras abstinere instituant.

Maxsi II. 91; Cfr. MGH *Concit.* 2, 274 s.

CONCILIUM NEMENSE (813)

Unusquisque ordinem, ad quem promovendus sit, agnoscat

186 Can. 111. - Ut quicumque ad gradus ecclesiasticos condigne ascendere voluerit, unusquisque intellegeret, qualiter secundum possibilitatem intellectus sui in eo gradu, ubi constitutus est. Deo militare et se ipsum valeret custodire.

MGH *Concit.* 2. 251.

CONCILIE .1/ CONSTA NTINOPOLITANI V (8141

De ordinatione luxuriosi et illegitimorum

187 Can. Vili. - Si quis ad annos vigiliti et deinceps dissolute et in luxu vixerit, deinde studiosus apparuerit virtutis, non est ordinandus Sacrum enim impollutum est.

188 Can. XV. - Qui ex concubina et scorto, et ex bigamis et trigamis nati sunt, si virtutibus praediti appareant, et sint sacerdotio digni, ordinentur.

Í Maxsi II, 122.

CONCILIUM AQUISGRANENSE (S1G)

Qualitates morales ordinandorum. De institutione adolescentium in peculiaribus domibus

180 Can. VU. - Item Esidori de diaconibus...1: *Idles enim decet Dominum habere ministros, qui nullo carnis corrimipantur contagio, sed potius eminentia castitatis splendeant. Quales autem diaconi ordinentur, apostolus Paulus plenissime scribit ad Timotheum. Nam cum praemisisset de sa-*

1 *De Eccles. Officiis,* 2, cap. 8: ML fi, 788 s.

cerdotum electione, continuo subiunxit: Diacones similiter, irreprehensibiles, *hoc est sine macula sicut episcopi,* pudici *utique, id esta libidine continentes, non bilingues, scilicet ne conturbent habentes pacem,* non inultum vino dediti, *quia ubi ebrietas, ibi libido dominatur et juror,* non turpe lucrum sectantes, *ne de cadesti ministerio lucra terrena sectentur. Est quoque et turpis lucri appetitio plus de praesentibus quam de futuris cogitare. Post haec subiecit:* Hi autem probentur primum et sic ministrent, nullum crimen habentes.[1] *Ili utique sicut episcopi ante ordinationem probari debent, si digni sint,* et *sic postea ministrare.*

190 Can. IX. - Item Esidori de sacerdotibus...:[2] *1am vero, quod seculares viri nequaquam ad ministerium ecclesiae adsumantur, eadem auctoritas apostolica docet et dicit:* Manus cito nemini imposueris, *et iterum:* Non neofìtum, ne in superbiam elatus (1 T. 5, 22; 3, 6) *putet se non tam ministerium humilitatis quam administrationem saecularis potestatis adeptum et in condempnationem superbiae sicut diabolus per iactantiam, dciciatur. Quomodo enim valebit secutoris homo sacerdotii magisterium adimplere, cuius nec officium tenuit nec disciplinam cognovit, aut quid docere poterit, cum ipse non didiceritì Enne vero sepe cernimus plurimos ordinationem talibus jacere: nec eligunt qui ecclesiae prosint, sed quos vel ipsi amant vel quorum sunt obsequiis deliniti vel pro quibus maiorum quispiam rogaverit et, ut deteriora dicam, qui, ut ordinarentur, muneribus impetrarunt. Taceo de reliquis. Ilii successores, filios vel parentes faciunt et conantur posteris praesulatus relinquere dignitatem, cum hoc nec Moyses amicus Dei jacere potuit, sed Losuc de alia tribu elegit, ut sciremus principatum in populo non sanguine defendendum esse, sed vitae merito.*[3]*... Quia lex peccatores a sacerdotio removet, considerei se unusquisque et sciens, quia* potentes potenter tormenta patientur, *(Sap.* 6, 7) *retrahat se ab hoc non tam honore quam onere et aliorum locum, qui digni sunt, non ambiat occupare. Qui enim in erudiendis atque de instruendis de virtute populis praeerit, nccessc est in omnibus sanctus sit et in nullo reprehensibilis habeatur. Qui enim alium de peccatis arguit, ipse a peccato debet esse alienus...*

191 Can. CXXXV. - Ut erga pueros, qui nutriuntur vel erudiuntur in congregatione canonica, instantissima sit adhibenda custodia.[4] Sollerter rectores ecclesiarum vigilare oportet, ut pueri et adolescentes, qui in congregatione sibi commissa nutriuntur vel erudiuntur, ita iugibus ecclesiasticis disciplinis constringantur, ut eorum lasciva aetas et ad peccandum valde proclivis nullum possit repperire locum, quo in peccati facinus proruat. Quapropter in huiuscemodi custodiendis et spiritaliter erudiendis talis a praelatis constituendus est vitae probabilis frater, qui eorum curam summa gerat industria eosque ita arctissime constringat, qualiter ecclesiasticis doctrinis imbuti et armis spiritalibus induti et ecclesiae utili-

[1] Cfr. *1 T.* 3. 8 e.
[2] *De Eccles. Officiis,* 2, cap. 5: ML C, 780 8.
[3] Cfr. *Nu. 27,* 18.
[4] Cfr. *UeauJa* S. Chrodeoanoi, cap. 2: ML 89, 1058.

tatibu8 decenter parere et ad gradus ecclesiasticos, quandoque digne possint, promoveri. Libuit praeterea ob aedificationem congruam er instructionem negotii, de quo agitur, quondam sanctorum patrum sententiam huic operi inserere, quae ita se habet: *Prona esi omnis aetas ah adolescentia in malum, nihil incertius quam vita adolescentium.*[1] *Oh hoc constituendum oportuit, ut, si quis in clero puer est aut adolescentes existunt, omnes in uno conclavi atrii commorentur, ut lubricae aetatis annos non in luxoria, sed in disciplinis ecclesiasticis agant, deputati probatissimo seniori, quem et magistrum doctrinae et testem vitae habeant,*[2] et caetera, ilis ita premissis oportet, ut probatissimo seniori pueri ad custodiendum, licet ab alio erudiantur, deputentur, 1'rater vero, cui haec cura committitur, si eorum curam parvipendent et aliud quam oportet docuerit aut eis in aliquo cuiuslibet laesionis maculam ingesserit, severissime correptus ab officio amoveatur et fratri alio id committatur, qui eos et innocentis vitae exemplis informet et ad opus bonum peragendum excitet?

MGH *Concit.* 2, 321. 324-325. 413.

S. PASCHALIS 1 (817-824)

K

Do clericis ab Episcopis ecclesiastica disciplina instituendis

(Ex Ludovici Pii Capital. Eccles. *Quia iuxla sanctorum,* a. 818 vel 819).

192 XXVIII. - Episcopos... ut clerum sibi commissum in sobrietate et castilo) tate nutrirent divinisque officiis imbuerent, qui rite ad sacrosanctos ecclesiasticos ordines promoveri possint... diligenter admonuimus.

MGH *Capitili.* 1, 279.

CONCILIUM ATTINIACENSE (822)

De scholis pro clericorum institutione

*93 Can. II. - Quia vero liquido constat, quod salus populi maxime in doctrina et praedicatione consistat, et praedicatio eadem impleri ita ut oportet non potest nisi a doctis, necease est, ut ordo talis in singulis sedibus inveniatur, per quem et presens emendatio et futura utilitas sanctae ecclesiae preparetur. Qualiter autem hoc fieri debeat et possit, in sequenti capitulo demonstrabitur.

» Cfr. *Gn.* 8, 21.
* Condì. *Toletanum IV* (633) can. 24. [Cfr. n. 122).
' Ctr. Capital. Ludovici Pii *Neminem tu genere* (819): MGH *Capitili.* 1, 356.

194 Can. III. - Scolas itaque, de quibus hactenus minus studiosi fuimus quam debueramus, omnino studiosissime emendare cupimus, qualiter omnis homo sive maioris sive minoris aetatis, qui ad hoc nutritur, ut in aliquo gradu in ecclesia promoveatur, locum denominatum et magistrum congruum habeat. Parentes tamen vel domini singulorum de victu vel substantia corporali, unde subsistant, providere studeant, qualiter ita solatium habeant, ut propter rerum inopiam a doctrinae studio non recedant. Si vero necessitas fuerit propter amplitudinem parrochiae, eo quod in uno loco colligi non possunt, propter amministrationem, quam eis procuratores eorum providere debent, fiat locis duobus aut tribus vel prout necessitas et ratio dictaverit.

195 Can. IV. - Sed quia huiusmodi doctrina minus utiliter agitur, si aequaliter his, qui docere debent, discendi oportunitas non ordinatur, necease est, ut his praesulibus, quibus omnimodis agendi facultas aut funditus aut certe magna ex parte per dioceses suas deest, a dominis rerum, ut id fieri congrue possit, provideatur. Ili autem, qui res ecclesiasticas aut baptismales ecclesias iure suo in promptu habent, officium praedicationis inexcusabiliter implere valent.[1]

MGII *Condì.* 2. 471 8.

EUGENIUS II (824-827)

De indoctis sacerdotibus

(Ex LUDOVICI Pii Capitili. *In nomine Domini,* 12 nov. 826).

196 IV. - Quamquam admonita doctorum et statuta patrum sacerdotes indoctos prohibent consecrari, oportuni temporis moderatione, si episcopus inveniatur indoctus, a metropolitano proprio, et deinceps sacerdotes id est presbyteri, diaconi vel etiam subdiaconi, a suo proprio episcopo ut doceri possint admoneantur; et interim subiecti sacerdotes et tales clerici ad tempus a celebratione divini mieterli et officiis suspendantur, ut docti valeant ad debitum ministerium advenire. Si autem non potuerint edoceri, in potestate episcopi sint.

MGH *Capititi.* 1, 372.

[1] Cfr. *Capitili.* Ludovici Pii *Omnibus vobis* (825): MGII *Capititi.* 1, 304; Concit. Ticinense (87G) cun. 10. ‹ Ut episcopi in civitatibus suis proximum ecciesiae claustrum instituant, in quo ipsi cum clero secundum canonicam rctniliun Deo militent »: Mansi 17, 327.

vita spirituali et communi clericorum deque scholis apud episcopia et ecclesias

197 Can. IV. - De sacerdotibus indoctis. Quamquam admonita doctorum et statuta patrum sacerdotes indoctos prohibeant consecrari, oportuni temporis moderatione, si episcopus inveniatur indoctus, a metropolitano proprio et deinceps sacerdotes, id est presbyteri, diaconi vel etiam subdiaconi, a suo episcopo, ut doceri possint, admoneantur, et interim subiecti sacerdotes et tales clerici ad tempus a celebratione divini mysterii et officiis suspendantur, ut docti valeant ad debitum ministerium advenire. Sin autem non potuerint edoceri, in potestate episcopi sint canonicae indicandi.

198 Can. V. - Itaque sacerdotes et ministri Christi, qui inter gradus clericorum ordinati exist unt, debito officio secundum Deum et doctrinam patrum in omnibus conversentur, eruditi existentes in divinis libris, valeantque se conspicere et alios emendando docere, ut quibus commissa sunt divina tractare mist evia prudenter atque decenter cum Dei timore sua valeant ministeria adimplere, ut Deo, cui assistunt, profecto placere possint. Cavendum quippe est, ut non ineruditi ad ministerium ('liristi vel inlitterati, ut dedecet, accedant, ne. quod absit, eveniat, sicut Dominus ait: *Si caecus caeco ducatum praestitit, ambo in foveam cadunt* (*Mt.* 15, 14), quia non eos convenit saeculares curas peragere vel etiam per domos alienas inconvenienter conversari, sed potius in ecclesiis habitantes debita studeant officia exercere.

199 (76) Can. VII. - Ubi clerici consistere debeant. Necessaria etenim res existit, ut iuxta ecclesiam claustra constituantur, in quibus clerici disciplinis eclesiásticas vacent. Itaque omnibus unum sit refectorium ac dormitorium seu ceterae officinae ad usus clericorum necessariae. Ministri vero post episcopum super cos tales eligantur, quorum vita atque doctrina illos potius exornet quam dehonestet.1

200 Can. VIII. - Ut clerici non plus quam sufficiant ordinentur. Itaque in congregandis clericis modus discretionis teneatur, videlicet ne plus admittantur, quam facultas rerum eis canonicae adtributa sufficere possit.

201 Can. IX. - De sacerdotibus, qui in ecclesiis vel monasteriis non habitant. Sacerdotes namque constitui non oportet, nisi in ecclesiis aut speciali monasterio deputentur,2 ne necessitas in saecularibus domibus illis

• *Cans.* 12. q. 1. can. 3 (('I 1, 677).
1 Cfr. Cone. *Chalccdoiicn.se,* can. 6: M vxsi 7. 375.

habitandi occurrat. Alioquin a propriis episcopis aut in episcopia aut in monasteria habitandi et conversandi pro exercendo ofiicio constituantur; in quibus enim mulieres conversari nulla ratio permittit. Ideoque ibi eos conversari et enutriri oportet.

202 Can. XV. - De suspectis sacerdotibus. Si quispiam sacerdotum, id est episcopus, presbyter aut diaconus vel etiam subdiaconus, de quacumque femina crimine fornicationis suspicatus, post primam secundamque et tertiam ammonitionem metropolitani vel alterius episcopi aut eius, cui subiacere videtur, inveniatur fabulari cum ea aliquove modo conversari, canonicae indicetur. Quapropter unusquisque episcopus in tali re studiosae hac diligenter curam habere debet, ne eclesia Christi a propriis possit sordidari ministris, quia, cum propriam uxorem habere non permittitur, maximae ab omni femina sit abstinendus.

203 (77) Can. XXXIV. - De scolis reparandis pro studio litterarum. De quibusdam locis ad nos refertur non magistros neque curam inveniri pro studio litterarum. Idcirco in universis episcopiis subiectisque plebibus et aliis locis, in quibus necessitas occurrerit, omnino cura et diligentia habeatur, ut magistri et doctores constituantur, qui, studia litterarum liberaliumquc artium ac sancta habentes dogmata, assiduae doceant, quia in his maximae divina manifestantur atque declarantur mandata.[1]

MGH *Condì.* 2, 566-568, 570 s. 581: Mansi 14, 1003. 1008.

De ministris altaris; de eorum praedicatione; de schola puerorum habenda

(Ex *Collectione Capitularium* Ansegesi Abbatis, a. 827).

204 LXV111. - De *ministris ditaris et de schola.* Sed et hoc flagitamus vestram almitatem, ut ministri altaris Dei suum ministerium bonis moribus ornent, seu alii canonici observent eorum ordines, vel monachi propositum consecrationis; obsecramus, ut bonam et probabilem habeant conversationem, sicut ipse Dominus in euangelio praecepit: *sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona et glorificent patrem vestrum qui in coelis est (Jit. 5,* 16), ut eorum bona conversatione inulti protrahantur ad servitium Dei, et non solum servilis conditionis infantes, sed etiam ingenuorum filios aggregent sibique socient. Et ut scolae legentium puerorum fiant. Psalmos, notas, cantus, compotum, grammaticam per singula monasteria vel episcopias et libros catholicos bene emendate; quia saepe dum bene aliquid Deum rogare cupiunt, sed per inemendatos libros male rogant. Et pueros vestros non sinite eos vel legendo vel scribendo corrumpere; et si opus est euangelium et psalterium et missale scribere, perfectae aetatis homines scribant, cum omni diligentia.

[1] *Did.* 37, can. 12 ((’I 1, 139).

205 LXXVI. - *De praedicatione episcopi vel presbyterorum.* Sed et vestrum videndum est, dilectissimi et venerabiles pastores et rectores ecclesiarum Dei, ut presbiteri quos mittitis per parrochias vestras ad regendum et praedicandum per ecclesias populum Deo servientem, ut recte et honeste praedicent; et non sinatis nova vel non canonica aliquos ex suo sensu et non secundum scripturas sacras fingere et praedicare populo. Sed et vosmetipsi utilia honeste et recte, et quae ad vitam ducunt aeternam praedicate aliosque instruite, ut haec eadem praedicent.

MGH Capit. 1, 403 s.

GREGORIUS IV (827-844)

SYNODUS PARISIENSIS (829)[1]

De sanctitate sacerdotum, de disciplina ordinationum deque vigilanti cura in educandis et erudiendis clericis

206 Lib. I, Cap. IV - Quod in successoribus apostolorum religio Christiana vigere et salvatio subiectorum debeat consistere. Quia constat religionem Christianam per successores apostolorum salubriter administrari populisque ad vitam aeternam ducatum exhiberi debere, primo necessarium indicavimus, ut quicquid in nobis reprehensibile sacrisque ministeriis, quibus indigne mancipamur, inconveniens et indecens contrariumque videbatur toto annisu, Domino opem ferente, corrigeremus et per exempla sanctorum sacerdotum, quorum vice ecclesiae Christi sanguine redemptae praelati sumus, vitam et actus moresque nostros in melius componere satageremus. Quoniam praedicatio sacerdotalis contemnitur, quando quod verbis praedicat operibus non adimplet...

207 Cap. Vili. - Quod hi, qui extra statuta tempora baptizantur, ad gradus ecclesiasticos provehendi non sint. Sicut in plerisque, ita et in eo auctoritas a nonnullis saepe violatur canonica, quando scilicet hi, qui in aegritudine baptismatis suscipiunt sacramenta, ad gradus ecclesiasticos contra fas provehuntur. Is usus, quia auctoritati canonicae resultat, oportet ut corrigatur, quoniam huiuscemodi baptizatos, quos vulgaris sermo gravatarios vocat, canonica auctoritas a gradibus ecclesiasticis patenter repellit. Unde in concilio Xeocaesariensi capitulo XII. legitur: *Si quis in aegritudine fuerit baptízalas, ad honorem presbyterii non potest promoveri, quia non ex proposito fides eius, sed e.r necessitate descendit, nisi forte propter sequens studium eius et fidem atque hominum raritatem talis possit admitti.*[2] Quodsi hi, qui in egritudine baptizantur, a gradibus

[1] Haec Synodus, quae dio (› iuitii 829 habita est. inscribi solet *Concilium Parisiense* VI; Cfr. Mansi 11. 529.

[2] Mansi 3. 515 s.

arcentur ecclesiasticis, multo magis illi arcendi sunt, qui aut per cupiditatem aut per temeritatem, contempta canonica auctoritate, baptizantur et postea similiter ad gradus ecclesiasticos provehuntur. Quia ergo hactenus iu hac re. sive propter neglegentiam sacerdot um sive propter incuriam laicorum minus caute, immo alitor, quam auctoritas ecclesiastica doceat, actum est, decet ut abhinc observetur, ne amplius ad iniuriam canonicae institutionis et dehonorationem ecclesiasticorum graduum haec transgressio iteretur.

208 Cap. X. - Sicut studendum est sacerdotibus ut auditores sui mysterium sacri baptismatis intelligant, et Deo opem ferente operibus compleant, ita nihilo minus procurare debent, ut abrenuntiationes, quas in diabolum suaque opera, ejosque pompas fecerunt, intelligant, et his intellectis, ne ad eas denuo redeant, sollicite invigilent. Quibus etiam admonendo saepius inculcandum est, ne jugo satanae quod rejecerunt, ejusque dominationi, quam aspernati sunt, quoquomodo succumbant. Magna quippe ex parte Christianum decus vilescit, quando renati in Christo, ea. quibus in baptismate renuntiaverunt, nec intelligere curant, nec ab his se, ut Christo polliciti sunt, abstinere satagunt. Quae si intellexissent, procul dubio, adjuvante Christi gratia, se. ab his vigilantius custodissent. I nde necesse est ut praedicatores in admonendo, et auditores in discernió, et opere complendo, abhinc, ut suum cavere periculum possint, majus adhibeant studium. Abrenuntiare igitur diabolo est penitus eum respuere, spernere, rejicere, eique contradicere, seque et unumquemque ab eo alienare. sive aliud quid, quod hoc verbo in hoc sensu exprimi potest. Opera ejus sunt, quae utique operibus salvatoris cont raria existant. Primum superbia, cujus ille auctor est, et quae eum ex angelo daemonem fecit, quae est etiam initium omnis peccati, et cetera vitia quae ex radice prodeunt superbiae. Pompa diaboli, haec est (piae pompa mundi, id est, ambitio, arrogantia, vana gloria, omnisque cujuslibet rei superfluitas in humanis usibus. I nde crescit elatio, (piae multoties honestati solet adscribí, et cetera hujusmodi quae de fonte superbiae procedere noscuntur. Haec et his similia sunt, quae unusquisque fidelis tempore baptismatis a se rejecit, Christoque se mancipavit pact unique cum Deo fecit, ne penitus ad ea quibus abrenuntiavit rediret. Verum si jura humanae pactionis firmiter conservantur, lixius tamen atque ferventius jura tanti pacti, quae cum Deo facta sunt, inviolabiliter sunt observanda.

209 t ap. XI. - Qualiter observandum sit de electione et promotione eorum, qui ad formam et exemplum aliis proficiuntur. Providendum ac summopere cavendum est, ut hi, per quos et religio Christiana constare et ceteri ab offensione debent salvari, tales posthabita symoniaca peste eligantur, (piales et apostólicas sermo et canonicus ordo et beati Gregorii past oralis regula docet,l scilicet ut nullius terrenae rei gratia nisi Dei solius eligantur...

l S. Ghegok IVH, *Rrtjula Pastoralia:* ML 77. 26 s.

210 Cap. XII. - Qualiter ad culmen regiminis veniendum, qualiter in eo vivendum qualiterque docendum, vel qualiter quotidie propriae infirmitatis consideratio sacerdoti ante oculos sit ponenda, praefati beati Gregorii regula plenissime docet. A cujus doctrina, quod valde dolendum et contremiscendum est, multi nostrorum, qui pastorum nomine censemur, longe peccatis praepedientibus distare convincimur. Unde et nostrum, et eorum quibus prodesse debemus, magnum periculum imminere cognoscimus. Quapropter sollicite vigilanierque nobis satagendum est, ut per ejusdem doctoris et ceterorum sanctorum dicta et exempla, vitam nostram in melius componamus, quatenus nobis et illis, quibus ad vitam aeternam ducatum praebere debemus, Domino auxiliante, salutiferum consultum ferre possimus. Persona quoque sacerdotis qualis esse debeat, in memorato pastorali libro, et in apologetico Gregorii Nazianzeni, copiose taxatum est. Sed et in libro Levitico tit. xxviti. ita personam >acerdotis Dominus describit, loquens ad Aaron: *Vinum et omne quod inebriare potest non bibetis tu et lilii tui, quando intratis in tabernaculum testimonii, ne moriamini: quia praeceptum sempiternum est in generationes vestras. Et ut habeatis scientiam discernendi inter sanctum et profanum, inter pollutum et mundum: doccalisque filios Israel omnia legitima mea, (piae locutus sum ad cos per manum Moysis (Lr.* 10, 8-11). In Ezechiele: *Victimam igitur et pro peccato et pro delicto, sive pro ignorantia, comedent sacerdotes (Ez.* 44, 29). Hieronymus: Nec tantum, inquit, gaudendum est ad oblationem munerum, quantum timendum ad honoris condemnationem, si eo abutamur indigne. Item post pauca: hoc autem facimus ut reponat sacerdos benedictionem et oblationem nostram in «lomo sua, sive ut ad imprecationem ejus Dominus benedicat domibus nostris. Grandis dignitas sacerdotum, seti grandis ruina, si peccent. Laetamur ad ascensum, sed timeamus ad lapsum. Non est tanti gaudii excelsa tenuisse, quam moeroris de sublimibus corruisse. Nec enim solum pro delictis nostris reddemus rationem, sed pro omnium quorum abutimur donis, et nequaquam sumus de eorum salute solliciti. In Aggaeo: *Interroga sacerdotes legem (Agg.* 2, 12). Idem Hieronymus: Considera sacerdotum esse officii, de lege interrogatos respondere. Si sacerdos est, sciat legem Domini: si ignorat legem, ipse se arguit non esse Domini sacerdotem. Sacerdotis enim est scire legem, et ad interrogationem respondere de lege. Item in Malachia: *Lex veritatis in ore ejus (Ma.* 2, 7-9), hoc est doctrina populorum, quae in sacerdote nidio debet mendacio deturpari, sed tota de veritatis fonte procedere. Et post pauca: *Et mullos avertit ab iniquitate.* Qui sacerdos est. et non corripit delinquentes, sacerdotis ollieium praeterit: *Labia sacerdotis custodient scientiam (Ibid.* 2, 7). Non dixit, proferent, sed *custodient.* Et post non multa: *Sicut non servastis vias meas, et accepistis faciem in lege (Ibid* 2, 9). Inter omnia peccata Levi, sive eorum qui ex Levi sunt sacerdotum Dei, illud et ultimum et maximum ponitur, quare accipiant faciem in lege, ut non caussam, sed personam considerent, justurnque pauperem despicientes iniquos divites suscipiant et honorent. In evangelio: *Pastor bonus animam suam dat pro oribus suis (J.* 10, 11). Hanc sententiam beatus Gregorius exponens ait: Qui non dat pro ovibus

substantiam suam, quando pro eis daturus est animam suam ? Primum itaque nostrum est, exteriora nostra ovibus ejus impendere: post modum vero, si necease sit, pro iisdem ovibus animam ponere. Paulus ad Timotheum, nec non ad Titum, quid sit episcopatum desiderare (I *T.* 3, 1; *Tt.* 1,6s.) et qualis persona episcopi esse debeat, regente ejus calamum sancto Spiritu, affatim salubriterque describit. Haec igitur quae praelibata sunt, quisquis ad pastorale magisterium aspirat, sobrie diligenterque perpendat, seque sagaciter metiri studeat, ne, quod absit, terrenis desideriis succensus, propriisque reatibus adstrictus, dum loco, ut beatus Gregorius ait, delectatur gloriae, fiat subditis auctor ruinae. Omnibus igitur sacerdotibus illa specialiter sententia beati Gregorii ante oculos constituenda est, in qua inter cetera: Cum rerum, inquit, necessitas exposcit, pensandum valde est ad culmen quisque regiminis qualiter veniat, atque ad hoc rite perveniens qualiter vivat, et bene vivens qualiter doceat, et recte docens, infirmitatem suam quotidie quanta valet consideratione cognoscat.l

211 Cap. XX. - Ut conversatio sacerdotalis testes vitae probabilis habeat. Quod moderni pontifices sanctorum decedentium patrum exempla usquequaque sectari debeant, in praecedentibus iam dictum est. Sed quia nonnullos socios ordinis nostri sine his personis, qua sua religiosa conversatio testes habere et quibus exemplum bonum debuit praebere, cubilia secreti sui didicimus incolere, id non sine magna turbidaque indignatione ferre potuimus et, ne deinceps quispiam praelatorum id facere pertemptet, pari consensu inhibuimus, quia in hoc facto conversatio sacerdotalis commaculatur et detrahentibus locus praebetur et animarum perditio generatur. Ut ergo sacerdos discipulis suis de se ipso exemplum bonum debeat praebere, apostolus scribens ad Titum docet dicens: *In omnibus te ipsum praebe exemplum bonorum operum, in doctrina, in integritate, in castitate (Tt.* 2, 7). Beatus quoque Gregorius in decretis suis ita ait: *Verecundus mos torpore indiscretionis inolevit, ut huius sedis pontificibus ad secreta cubili servitia laici pueri eis seculares obsequantur: et, cum pastoris vita esse discipulis semper debeat in exemplum, plerumque clerici, qualis in secreto sit vita sui pontificis, nesciunt et, ut dictum est, saeculares pueri sciunt. De qua re praesenti decreto constituo ut quidam ex clericis vel etiam ex monachis electi ministerio cubiculi pontificalis obsequantur, ut his, qui in loco est regiminis, habeat testes tales, qui eius in secreto conversationem videant et ex visione sedula exemplum provectus subeant.-* Haec igitur beatus Gregorius scripserit. Ceterum si qui de hac re copiosiora exempla quaerere voluerint, vitas beati Augustini et Ambrosii et ceterorum aliorum sanctorum virorum legant et perspicue invenient, quod vita et conversatio pontificis semper testes vitae probabilis habere debeat.

212 (78) Cap. XXX 3. - lamdudum a pio et orthodoxo principe domno Hludowico Deo amabili imperatore iussum et admonitum est, ut rectores

l Condi. Romanum (595) can. 2; *Opera* S. Gr e u q r ii 2. app. V: ML 79, 1372.

* Cfr. *Opera* S. Giieo o oiu i. *Reg. Pastor.* cap. IV: ML 77, 30.

• Cfr. huius Synodi 1. 3. c. 12 (MGII *Condì.* 2, 075); ncc non *Episcoporum relatio,* aug. 829, c. 39 (MGJ1 *Capit.* 2, 10).

ecclesiarum in ecclesiis sibi commissis strenuos milites Chri-ti, quibus Deus placari posset, praepararent et educarent,[1] adtendentes illud Danihelis prophetae: *Qui autem docti jucrint, fulgebunt sicut splendor firmamenti et gui ad iustitiam erudiunt alios, sicut stellae in perpetuas aeternitates (Dn.* 12, 3). Sed super hac eiusdem principis ammonitione, immo iussione a nonnullis rectoribus tepide et desidiose hactenus actum est. Cnde omnibus nobis visum est, ut abhinc postposita totius torporis neglegentia ab omnibus diligentior in educandis et erudiendis militibus Christi et vigilantior adhibeatur diligentia, et quando ad provintiale episcoporum concilium ventum fuerit, unusquisque rectorum, sicut iam in praecedentibus[2] memoratum est, scolasticos suos eidem concilio adesse faciat, ut suum sollers studium circa divinum cultum omnibus manifestum fiat.[3]

213 Lib. III, Cap. I. - Igitur quia constat religionem Christianam per successores apostolorum salubriter administrari populisque ad vitam aeternam ducatum exhiberi debere, primo necessarium indicavimus, ut quicquid in nobis reprehensibile sacrisque ministeriis, quibus indigne mancipamur, inconveniens et indecens contrariumque videbatur, toto adnisu Domino opem ferente corrigeremus, id est in vita nostra et doctrina et conversatione et morum probitate et studio praedicationis et in consacerdotum et ministrorum subiectorumque nostrorum correctione diligentiorem deinceps cum omni studio et sollicitudine curam et providentiam adhiberemus et ut nos non tantum in cupiditatibus mundanis et curis et sollicitudinibus, sed potius in divinis officiis implicaremus et in scholis habendis et educandis militibus sanctae Dei ecclesiae operam daremus. Quae nos Deo miserante in omnibus pro viribus imi lari et exercere ad nostram et universorum salutem cupimus, in quantum nobis divina favente gratia sacerdotalis libertas et optatum otium adtiibutum fuerit. Nam et in statutis conventibus primo omnium pari voto parique consensu decrevimus, ut unusquisque nostrum in patrocina sua dictis et exemplis plebes sibi subiectas ad meliora incitare studeret easque, ut se a malis cohiberent et ad Deum ex toto corde converterent, sollicite admonerent Deumque, quem peccando sibi iratum fecerant, digna pacuitentiae satisfactione et eleinosynarum largitione sibi placabilem facere satagerent necnon et pro vita vestra coniugum prolisque vestrae incolumitate Dei immensam misericordiam cernuis precibus implorarent.

214 Cap. XXII. Iterum monendo magnitudini vestrae suppliciter suggerimus, ut deinceps in bonis pastoribus rectoribusque in ecclesiis Dei constituendis magnum studium atque sollertissimam adhibeatis curam/

[1] Cfr. Lorimtn. Italiao regis, Capitulare Olonnenso ecclesiasticum prunum *PlacuH noIn's ul si pro quibuslibet* (mai. 825) c. 6: MGII *Capit.* 1, 327.

[2] Cap. 20: MGII *Concit.* 2, 029.

[3] De huiusmodi scholis ecclesiasticis habendis actum est, ut vidimus in nonnullis Conciliis huius temporis. [Cfr. nn. 141, 183. 194], Insuper cfr. Concil. *Valrntinum* III (a. 855) c. 18: et Concil. *Tullense* apud *Saponarias (a.* 859) c. 10: Ma XSI 15, 11. 539.

[4] Cfr. Relatio episcoporum ad Ludovicuin Imperatorem .Vos *famuli* (a. 829) cap. 1.2, 3, 4: MGII *Capit.* 2, 29 s.

quia, si aliter factum fuerit, et ordo ecclesiasticus suam non habebit dignitatem et religio Christiana in multis labefactando detrimenti sui iacluram patietur et animae vestrae, quod non optamus, periculum generabitur.

Mansi 11, 538. 542-546. 553. 591. 601.

CONCILIUM AQUISGRANENSE II (836)

Sacerdos cognoscere ac meditari debet tum Sacram Scripturam tum documenta apostolica

215 Can. IV. - Convenit insuper sacerdotali ministerio scire formam evangelieam, documenta apostolica, canonum instituta, normam regulae pastoralis a sanctissimo pontifice Gregorio editae, ne juxta eumdem sanctissimum virum ab imperitis, quod absit, pastorale magisterium aliqua temeritate usurpetur, aut vilescat.

Can. V. - Sed et hoc scire convenit, quantum rector sacrae legis meditationibus esse debeat intentus, juxta quod in libro pastorali habetur,[1] id est quod omne bonum rite a rectore agitur, si supernae formidinis et dilectionis spiritu afilatus, studiose quotidie sacri eloquii praecepta rncditetnr; ut in eo vim sollicitudinis, et erga caelestem vitam providae circumspectionis, quam humanae conversationis usus indesinenter destruit, divinae admonitionis verba restaurent; et qui ad vetustatem vitae per societatem saecularium ducitur, ad amorem semper spiritalis patriae compunctionis aspiratione renovetur.

•[*] Can. VI. - Sic denique ignorari non licet, quanta debet esse diversitas atque discretio in arte praedicationis, prout in libro pastoralis digestum habetur, ita inquiente sancto Gregorio: 1't enim ante nos longe reverendae memorial[1] Gregorius Xazianzenus - edocuit, non una eadeinque cunctis exhortatio congruit, quia nec cunctos par morum qualitas adstringit. Saepe namque aliis officiunt, quae aliis prosunt. Ideoque rector scire debet discretiones personarum, quae in eodem libro a plenius scire volentibus inveniri possunt.

[Q] Can. VII. - Similiter scire convenit praesulibus, res ecclesiasticas non ut proprias, sed a Domino sibi pro aliorum necessitatibus commissas: atque, juxta Prosperi documentum,[3] nihil alimi esse res ecclesiae, quam vota fidelium, pretia peccatorum, et patrimonia pauperum. Idcirco summopere est decertandum, ne aliquis pontificum ea quae ecclesiasticis tradita sunt ministeriis pro remissione peccatorum, aut aliis aptanda officiis, aut pauperibus eroganda, ne aliquis ea propria cupiditate, aut

[1] *Urgida Pastor.:* ML 77. 18

[1] In prologo libri **III** *Kcgxdnt Pastor.:* ML 77. 50.

[3] *Dr rita contritipiat.* *ib. 2. V. $.* Hoc opus JULIANO Pn.MFlilO ft critica restitutum est: ML 59, 451. (’fr. Capitili. *Domino glorioso* (815-850): MGH *Capitai.* 2. 81 s.; Synodus ***Rf*** *giatirina* (850) C. 5: Mw’á! **II.** 9.31.

potentu in terrore, parentumque procuratione, ad alios usus retorqueat: ne forte, quod aliis extat remissio peccatorum, ipsis sit damnationis augmentum: sed potius sollerti meditatione indigentibus eas et ecclesiasticis ministeriis distribuat, ne exinde a Domino velut inutilis dispensator damnetur; verum, quod beatius est, desiderabili voce laudetur, juxta evangelicae parabolae exemplum: *Euge serve bone et fidelis, intra in gaudium Domini Dei tui.* (*Mt.* 25, 21).

Mansi 14, 677 s.

S. LEO IV (847-855)

CONCILIUM ROMANUM (853)

De ¡usta Cleri instructione

Confirmantur decreta Concilii Romani an. 826, quae supra dicta eunt (n. 197 • 103). Canoni autem XXXIV S. Leo IV haec adiecit:

219 (79) Et si liberalium artium praeceptores in plebibus, ut assolet, raro inveniuntur; tamen divinae Scripturae magistri, et institutores ecclesiastici officii nullatenus desint: qui et annualiter proprio episcopo de eiusdem actionis opere sollicite inquisiti debeant respondere. Nam qualiter ad divinum utiliter cultum aliquis accedere possit, nisi insta instructione doceatur!

Mansi 14, 1014.

I0ANNES VIII (872-882)

De veste talari a clericis more Domano deferenda

(Ex Epist. *Conqrcqalis utique* ad univorsos Angliac clericos, inter a. S73 et 875).

220 (80) Congregatis itaque omnibus Anglorum proceribus, qui tunc ad beatum Petrum degebant apostolum, post alterutrarum partium congruas ratiocinationes apostolica sententia usque adeo sedis prévalait, ut voluntariç omnes Anglorum clerici sub ipsis vigiliis sancti Gregorii laicalem et sinuosum set et curtum habitum deponentes talares tunicas secundum Romanum morem induerent. Huius rei gratia, quia et vos pari modo in sanctç Ecclesiç nostrç corpore, velati propria membra complectimus, pro deponendis laicalibus vestimentis et resumendis clericalibus infulis secundum Romanç çcclesiae morem auctoritate apostolica monemus.

MGH *Epist.* 7. 293 8.

De scholis habendis et de vitiis extirpandis

(Ex Caroli II Capitulari Papionsi, febr. 876).

221 Vili. - Ut episcopi in civitatibus suis proximum ecclesiae suae claustrum instituant, in quo ipsi cum clero suo secundum canonicam regulam Deo militant; et sacerdotes suos ad hoc constringant, ut ecclesias

5

suas non relinquant et aliubi habitare praesumant... Uniusmodi vero sacerdotes episcopalis ilico censura disciplinis ecclesiasticis subdat. Nefas est omnium eorum sollicitudinem episcopos non gerere, quibus, in committendis sacris ordinibus dignum visurn est communicasse.

222 IX. - Ut a domibus sacerdotum propter malae opinionis famam habitatio feminarum penitus tollatur; neque illi in domos earum intrare indiscrete praesumant, ne nomen Dei, quod absit, per illos blasphemetur, per quos laudari pie et iugiter debet. Venationem quoque nullus tam sacri ordinis exercere praesumat neque arma militaria pro qualicumque seditione portare audeat aut habitum quemlibet tantum apicem sacerdotum non decentem assumat.

MGH *Capititi.* 2, 102.

VICTOR II (1054-1057)

CONCILIUM COMPOSTELLANUM (1056)

De scientia atque aetate clericorum. De simonia vitanda

223 Can. II. - Adjungimus ut per omnes dioeceses tales eligantur Abbates, qui mysterii S. Trinitatis rationem fideliter faciant, et in divinis Scripturis, et sacris Canonibus sint eruditi. Hi autem Abbates per prorias Ecclesias canonicas faciant scholam, et disciplinam componant, ut tales deferant ad Episcopos clericos ordinandos. Subdiaconus annos XVIII. habeat, diaconus 25. presbyter 30. et ipsi qui totum Psalterium, cantica et hymnos, salisparsionem, baptisterium, insufflationem, et commendationem, et horas, et ipsum cantare de festis unius justi, unius confessoris, unius virginis, de virginibus, de defunctis, et omnia responsoria perfecte sciant. Et nullus praesumat Simoniacus esse quaerens sibi ipsam ordinationem; nec episcopus, nec presbyter, nec diaconus, nec omnibus ministris ecclesiae emere, nec vendere, nec ipsa sacra ministeria, nec oleum, nec ulla de ordine ecclesiastico. Quod qui fecerit, simoniacum se esse cognoscat, non verissimum Christianum. Nec ullus minister ecclesiae arma saecularis portet. Et omnes... detonso desuper capite, ut circulos coronae deorsum dimittant, et abscissas habeant barbas.[1]

Mansi 1». 850.

1 « Quinto autem titulo decrevimus, ut archidiaconi tales clericos constitutis quatuor temporibus ad ordines ducant, qui perfecte totum psalterium, hymnos, et cantica, epistolas, evangelio et orationes sciant. » Concilii *Couancensis* (1050), c. 5; » Ut ad sacros ordines, nisi eruditi, et aetate legitima non promoveantur Concilii Jtofoma0ensis(lO5O) c. 8; Mansi 19, 7S8. 753. « Sancitum ost etiam auctoritate apostolica et totius Concilii, no admittantur ad lectionem divinitatis, nisi literati, ubi secreta divini mysterii pertractanda sunt. Atquo haec medicina est inventa contra morbum, qui multum Invaluit. Nam liilitcrati lectionem divinae paginae audientes, et non intelligentes, in plateis coram mulierculis disputant, et in errorem Inducuntur, et in verba profana prorumpunt ». Concll. Innocentii II Pp. (1130-1143): Mansi 19, 788, 753; 21, 464.

NICOLAUS II (1059-1061)

CONCILI I! M RO M .1 .V U M (1059)

De laids non statini clero adscribendis

224 (81) Can. XIII. - Ut nullus laicus ad quemlibet gradum ecclesiasticum repente promoveatur; nisi post mutatum habitum saecularem diuturna conversatione inter clericos fuerit comprobatus.

Vos ergo haec et alia sanctorum Patrum statuta fideliter et Christiana reverentia observate, si vultis de sanctae romanae Ecclesiae et Apostolicae Sedis pace et communione atque benedictione gaudere.1

BR 1, 662.

ALEXANDER II (1061-1073)

225 (82) Quae in Synodo Romann anno 1059 statuta sunt (vid. supra n. 224) Ai.e x i.x d e r II litteris encyclicis *l'ioilanlia* (n. probabiliter 1063) c. 12. universae Ecclesiae iisdem verbis lubendo mandavit.

BR 2, 25.

S. GREGORIUS VII (1073-1085)

CONCILIUM ROMANUM (1078)

De litterarum artibus tradendis apud ecclesias

226 (83) Ut omnes episcopi artes literarum in suis ecclesiis doceri faciant.1

Ma x si 20, 509.

De iuvenibus Romani mittendis qui, praedicatores facti, ad populares suos revertantur

(Ex Epist. *Licci ex universali* ad Olavmn III, regem Norvegiac, 15 dee. 1078).

227 (84) Notum autem vobis esse volumus, quoniam desiderium nostrum est, si quo modo possemus, ad vos aliquos de fratribus 3 mittere, qui fideles et docti essent ad erudiendum vos in omni scientia et doctrina in Christo

‘ (Cf. n. 225].
’ Huius decreti, die 19 nov. 1078 dati, servatus est nobis titulus tantum.
1 i. e. sacerdotes Ecclesiae Romanae.

lesu, ut secundum evangelicam et apostolica™ doctrinam decenter instructi in nullo vacillantes essetis, sed radicati atque fundati super stabile fundamentum, quod est Christus lesus, abundantius atque perfectius in virtute Dei cresceretis, et secundum operationem fructum fidei çterna retributione dignum redderetis.[1] Quod quia nobis tum propter longinquitatem terrarum et maxime propter ignaras linguas valde difficile est, rogamus vos, sicut et regi Danorum denuntiavimus, ut de iunioribns et nobilibus terre vestrç ad apostolicam aulam mittatis, quatenus sub alis apostolorum Petri et Pauli sacris ac divinis legibus diligenter edocti apostolice sedis ad vos mandata referre non quasi ignoti, sed cogniti et, que christianç religionis ordo postulaverit, apud vos non quasi rudes aut ignari, sed lingua ac scientia moribusque prudentes digne Deo praedicare et efficaciter ipso adiuvante excolere valeant.

MGH *Epist. Srleclae* 2, 416 s.

URBANUS II (1088-1099)

CONCILIUM ROMANUM (1099)

De ordinandorum castitate

228 Cap. XIV. - Nemo praeterea ad sacrum ordinem permittatur accedere nisi aut virgo aut probatae sit castitatis, et qui usque ad subdiaconatum unicam et virginem uxorem habuerit.[2]

Mansi 20, 063.

INNOCENTIUS II (1130-1143)

CONCILIUM LATERANENSE II (1139)

Ut subdiaconi uxorati aut concubinarii officio ac beneficio careant

229 Can. VI. - Decernimus etiam ut ii, qui in ordine subdiaconatus, et supra, uxores duxerint, aut concubinas habuerint, officio atque ecclesiastico beneficio careant. Cum enim ipsi templum Dei, vasa Domini, sacrarium Spiritus Sancti debeant esse et dici: indignum est eos cubilibus et inmunditiis deservire.

Mansi 21, 527.

» Cfr. *Sap.* 4, 3; 1 *C.* 3, 2; *E.* 3, 17. 20.

• Erga clericos concubinam habentes cfr. Epist. Nicolai II Pp. ad Episcopos catholicos, anno 1059: BR 1, 661.

EUGENIUS III (1115-1153)

CONCILIUM REMENSE (1148)

Ne ecclesiasticae personae, et quaecumque regulariter vivere proposuerunt, matrimonium contrahant

230 Can. VII. - Quia vero continentia, et Deo placens munditia, in ecclesiasticis personis et sanctis ordinibus dilatanda est, sanctorum patrum, et praedecessoris nostri papae Innocentii vestigiis inhaerentes statuimus, quatenus episcopi, presbyteri, subdiaconi, regulares canonici, monachi atque conversi professi, qui sacrum transgredientes propositum, uxores sibi copulare praesumpserint, separentur. Hujusmodi namque copulationem, quam contra ecclesiaticam rationem constat esse contractam, matrimonium non esse censemus. Qui etiam ab invicem separati, pro tantis excessibus condignam poenitentiam agant. Idipsum quoque de sanctimonialibus, si, quod absit, nubere tentaverint, observari praecipimus.

Mansi 21, 715.

CONCILIUM LONDINENSE (1151)

Ne recipiantur clerici passim et sine delectu

231 Can. VI. - Prava nimis et statutis canonum contraria inolevit consuetudo ut in ecclesiis Angliae clerici passim et sine delectu recipiantur. Quod ne de caetero fiat modis omnibus prohibemus.[1]

Mansi 21, 752.

ALEXANDER III (1159-1181)

CONCILIUM CLARENDONENSE (1164)

Ne filii rusticorum ordinentur sine consensu domini

232 Can. XVI. - Filii rusticorum non debent ordinari absque assensu domini, de cuius terra nati dignoscuntur.

Mansi 21, 1196.

[1] Cfr. Concil. *Avcnioncnsc* (1209) can. 19: Mansi 22, 792.

CONCILIUM OECUM. LATERANENSE ***III*** (1179)

De qualitatibus ordinandorum et de scholarum cathedralium magistris qui clericos gratis doceant

233 Cap. III. - *Quales debeant esse qui eligendi sunt ad regimen ecclesiae.* Cum in sacris ordinibus, et ministeriis ecclesiasticis, et aetatis maturitas, et morum gravitas, et scientia litterarum sit inquirenda: multo fortius haec in episcopo oportet inquiri, qui ad curam positus aliorum, in seipso debet ostendere, qualiter alios in domo Domini oporteat conversari. Ea-propter, ne quod a quibusdam ex necessitate temporis factum est, in exemplum trahatur a posteris: praesenti decreto statuimus, ut nullus in episcopum eligatur, nisi qui jam trigesimum aetatis annum egerit, et de legitimo sit matrimonio natus, qui etiam vita et scientia commendabilis demonstretur. Cum autem electus fuerit, et confirmationem electionis acceperit, et ecclesiasticorum bonorum administrationem habuerit: de-curso tempore, de consecrandis episcopis a canonibus definito, is, ad quem spectant beneficia quae habuerat, disponendi de illis liberam ha-beat facultatem. Inferiora etiam ministeria utpote decanatus, archidiaco-natus, et alia, quae animarum curam habent annexam, nullus omnino susci-piat sed nec parochialium ecclesiarum regimen: nisi qui jam vigesimum quintum aetatis annum attigerit, et qui scientia, et moribus existât com-mendandus. Cum autem assumptus fuerit, si archidiaconus in diaconum, et decani, et reliqui admoniti, non fuerint praefixo a canonibus tempore in presbyteros ordinati: et ab illo removeantur officio, et alii conferatur, qui et velit, et possit convenienter illud implere. Nec prosit illis appella-tionis diffugium, si forte in transgressionem constitutionis istius per ap-pellationem voluerint se tueri. Hoc sane non solum de promovendis, sed de his etiam, qui jam promoti sunt, si canones non obsistant, praecipi-mus observandum. Clerici sane si contra formam istam quemquam ele-gerint: et eligendi potestate tunc privatos, et ab ecclesiasticis beneficiis triennio se noverint suspensos. Dignum est enim, ut quos timor Dei a malo non revocat, ecclesiasticae saltem coerceat severitas disciplinae. Episcopus autem si cui fecerit, aut fieri consenserit contra hoc: in con-ferendis praedictis potestatem suam amittat, et per capitulum, aut per metropolitanum si capitulum concordare nequieverit, ordinetur.[1]

234 Cap. V. - *Ne aliquis ordinetur sine certo titulo.* Episcopus, si aliquem sine certo titulo, de quo necessaria vitae percipiat, in diaconum vel pre-sbyterum ordinaverit, tamdiu necessaria ei subministret, donec in ali-qua ei ecclesia convenientia stipendia militiae clericalis assignet: nisi forte talis qui ordinatur, extiterit, qui de sua vel paterna haereditato subsidium vitae possit habere.

[1] De eadem re loquuntur sequentibus annis Coneil. *Rotomaaen.se* (1223) can. 10 et 11; *Biterrense* (1233) cnn 6 et 7; *iMndinense* (1237) can. 7; *Monspeliense* (1258) can. 2; *Mo-ffunlinurn* (1261) can. 32 et 50; *Eroniense* (1287) can 8 et 20; *Biterrense* (1310) can. 1-6; et *Ravennatensc* (131 i) can. 2: MANSI 22, 1199; 23, 271. 450. 990. 1091. 1103; 21, 796; 25, 360. 537.

235 (85) Cap. XVIII. - Quoniam ecclesia Dei et in his, quae spectant ad subsidiuni corporis, et in iis, quae ad profectum proveniunt animarum, indigentibus, sicut pia mater, providere tenetur: ne pauperibus, qui parentum opibus iuvari non possunt, legendi et proficiendi opportunitas subtrahatur, per unamquamque cathedralem ecclesiam magistro, qui clericos eiusdem ecclesiae et acolares pauperes gratis doceat, competens aliquod beneficium praebeatur, quo docentis necessitas sublevetur, et discentibus via pateat ad doctrinam. In aliis quoque restituatur ecclesiis seu monasteriis, si retroactis temporibus aliquid in eis ad hoc fuerit deputatum. Pro licentia vero docendi nullus omnino pretium exigat, vel sub obtentu alicuius consuetudinis ab eis, qui docent, aliquid quaerat, nec docere quemquam, qui sit idoneus, petita licentia interdicat. Qui autem contra boc venire praesumpserit, ab ecclesiastico fiat beneficio alienus. Dignum quippe esse videtur, ut in ecclesia Dei fructum sui laboris non habeat, qui cupiditate animi, dum vendit docendi licentiam, ecclesiasticum profectum nititur impedire.[1]

Mansi 22, 218. 220. 227 s.

INNOCENTIUS III (1198-1216)

CONCILIUM SISEOS (1204, 1246)

De magistris ecclesiasticorum

236 Le premier devoir de l'évêque est de designer avec le discernement le plus scrupuleux, comme maîtres chargés de l'enseignement ecclésiastique, des hommes irreprochables et doués de capacité, qui instruiront la jeunesse.

ICO *Fonles,* Series I, fascio. 7, n° G92, p. 579. Cfr. *Canoni del Concilio di* Sis *deiranno* 1204 e *del* 1246, versio M. Bkousset, cap. 44, p. 150, c. 2.

I'*ONOILIUM P.*I *PISIENSE* (1212)

De habitudine parochorum erga scientias profanas et de examine necessario ad ordines sacros accipiendos

237 Can. IV. - Item, statuimus ut nulli habenti curam parochialem liceat sacculares scientias addiscere, ex quibus nullatenus possit subditorum suorum saluti prodesse. Imxno si a praelato suo licentiam adeundi scholas obtinuerit, nihil nisi veram litteram aut sacram paginam ad in-

[1] *Decretal.* 1. 5. t. 5, cap. 1 (CI 2, 768 s.).

formationem parochianorum suorum addiscat. Si enim de scholis suis omnibus quisquilias saecularis scientiae attulerit, et nullos flores de pratis caelestis philosophiae, secundum evangelium, tamquam infatuatus rejiciatur, et ab omnibus conculcetur.

238 Can. XII. - Nullus sacerdos saecularis vel religiosus, vel alius clericus ab episcopo admittatur ad curam animarum, nisi praemissa canonica examinatione. Unde si episcopo praesentetur sacerdos, qui sit quasi truncus, nesciens idioma illius parochiae, ad quam praesentatur, talis non recipiatur. Et episcopus, si dignus praesentetur, non differat illum recipere bona fide, et talis sit aetatis qui fuerit praesentatus, qualem determinat concilium Lateranense,[1] et in brevi possit et debeat ordinari.

Mansi 22, 815.

CONCILIUM OECUM. LATERANENSE IV (1215)

De magistro in qualibet cathedrali ecclesia constituendo et sustentando deque clericis diligenter informandis. De simonia

239 Cap. XL - Quia nonnullis propter inopiam et legendi studium et (86) opportunitas proficiendi subtrahitur, in Lateranensi Consilio[2] pia fuit institutione provisum, ut per unamquamque cathedralem ecclesiam magistro, qui clericos eiusdem ecclesiae aliosque scholares pauperes gratis instrueret, aliquod competens beneficium praeberetur, quo et docentis relevaretur necessitas et via pateret discentibus ad doctrinam. Verum quoniam in multis ecclesiis id minime observatur: nos praedictum roborantes statutum, adiicimus, ut non solum in qualibet cathedrali ecclesia, sed etiam in aliis, quarum sufficere poterunt facultates, constituatur magister idoneus a praelato cum capitulo, seu maiori ac saniori parte capituli, eligendus, qui clericos ecclesiarum ipsarum et aliarum gratis in grammaticae facultate ac aliis instruat iuxta posse. Sane metropolitana ecclesia theologum nihilo minus habeat, qui sacerdotes et alios in sacra pagina doceat, et in his praesertim informet quae ad curam animarum spectare noscuntur. Assignetur autem cuilibet magistrorum a capitulo unius praebendae proventus, et pro theologo a metropolitano tantumdem: non quod propter hoc efficiatur canonicus, sed tamdiu reditus ipsius percipiat, quamdiu perstiterit in docendo. Quod si forte de duobus magistris metropolitana ecclesia gravetur, theologo iuxta modum praedictum ipsa provideat: grammatico vero in alia ecclesia suae civitatis sive dioecesis, quod sufficere valeat, faciat provideri.[3]

[1] [Cfr. n. 233).
[2] [Ctr. u. 235).
[3] *Decretal,* i. 5, t. 5. cap. 4 (CI 2. 770).

240 (87) Cap. XXVII. - Cum sit ars artium regimen animarum, districte praecipimus, ut episcopi promovendos in sacerdotes diligenter instruant et informent, vel per se ipsos, vel per alios viros idoneos, super divinis officiis et ecclesiasticis sacramentis, «pialiter ea rite valeant celebrare: quoniam si ignaros et rudes de cetero ordinare praesumpserint (quod quidem facile poterit deprehendi), et ordinatores et ordinatos gravi decrevimus subiacere ultioni. Satius est enim, maxime in ordinatione sacerdotum, paucos bonos quam multos malos habere ministros:l quia si caecus caecum duxerit *(Mt.* 15, 14; Lc. 6, 39), ambo in foveam dilabuntur.l

241 Cap. LXI1I. - Sicut pro certo didicimus, in plerisque locis, et a plurimis personis quasi columbas in templo vendentibus, fiunt exactiones et extorsiones turpes et pravae pro conservationibus episcoporum, benedictionibus abbatum, et ordinibus clericorum, estque taxatum quantum sit isti vel ilii, quantumve alteri vel alii persolvendum et ad cumulum damnationis majoris, quidam turpitudinem et pravitatem hujusmodi nituntur defendere per consuetudinem longo tempore observatam.

Tantum igitur abolere volentes abusum, consuetudinem hujusmodi, quae magis dicenda est corruptela, penitus reprobamus: firmiter statuentes, ut pro iis, sive conferendis, sive collât is, nemo aliquid quocumque praetextu exigere ac extorquere praesumat. Alioquin et qui receperit et qui dederit hujusmodi pretium omnino damnatum, cum Giezi et Simone condemnetur.

Ma n si 22, 999. 1015. 1051.

HONORIUS III (1216-1227)

De privilegiis magistrorum et discipulorum

(Ex Epist. *Super speculum Domini,* 22 nov. 1219)'

242 (88) Volumus et mandamus, ut statutum editum in concilio generali ‘ de magistris Theologis per singulas metropoles statuendis, inviolabiliter observetur. Decernentes insuper de consilio fratrum nostrorum ac discrete [districte] praecipiendo mandantes, ut quia super hoc propter raritatem magistrorum se possent aliqui forsitan excusare, ab earum praelatis et capitulis ad theologicae professionis studium aliqui docibiles

• Cfr. *Disi.* 23, cnn. 4 (CI 1. 81).

■*Decretal.* 1. 1, t. 14, cap. 14 (CI 2, 130 8).

’ Haec Eplst. data est *eodem die:* Patriarchae Antioch, et universis Archiep. et Epp. ne ceteris Ecclesiarum Praelatis in Patriarchatu Antiocheno constitutis; Archiep. ct Epp. ctceteris Praelatis ct Capitulis per Sweciam constitutis; *die autem* 25 *nov.* Patriarchae Gradeos! ct SutTrag. et ceterarum Eccl. Praelatis et Capitulis in Grudensi provincia constitutis. – Cfr. *Regesta Honorii Pp.* III, 1 (Romae 1888) nn. 2267. 2270.

‘ *Cone. Lal.* III, c. 18; *Cone. Lat.* IV, c. 11; (Cfr. nn. 235. 239].

destinentur, qui cum docti fuerint in Dei ecclesia, velut splendor fulgeant firmamenti, ex quibus postmodum copia possit haberi doctorum, qui velut stellae in perpetuas aeternitates mansuri, ad iustitiam valeant plurimos erudire,| quibus si proprii proventus ecclesiastici non sufficiunt, praedicti necessaria subministrent. Docentes vero in theologica facultate, dum in scholis docuerint, et studentes in ipsa integre per annos quinque percipiant de licentia Sedis Apostolicae proventus praebendarum et beneficiorum suorum, non obstante aliqua contraria consuetudine, vel mandato statuto: cum denario defraudari non debeant in vinea Domini operantes.|

Martens 1.11-17 s.

CONCILIUM OXONIENSE (1222)

De ordinibus et ordinandis

243 Cum quanta reverentia, cordis contritione, et animi devotione ad sacramentum ordinis sit accedendum, ex eo patet, quod non nisi a summo sacerdote in episcopo conferatur, nec passim, sed certis anni temporibus, et jejunio non solum ab ordinandis, sed ab universa plebe praemisso. Hinc est, quod sanctorum canonum statuta observantes, prohibemus, ut nullus ad ordines accedat aut admittatur, nisi qui fuerit canonice examinatus. Item minores clerici ad inferiores gradus, non admittantur, nisi idoneos habeant procuratores, et per testimonium eorumdem admittantur. Nullus simoniacus, homicida, excommunicatus, aut suspensus, furarius, aut falsarius, aut aliter hujusmodi canonicum impediment uni ad quoscumque ordines praesumat accedere. Ordinati in Hibernia, Wallia, seu Scotia, aut alias cum litteris nostris commendat it iis seu dimissoriis non quocumque modo, ad ordinis sic suscepti executioncm in episcopatu nostro, nisi magna necessitas urgeat aut a nobis dispensetur, inducantur; nec tunc etiam admittantur, nisi prius constiterit legitime de eorum ordinatione, vitae munditia, pariter et litteratura. Universi rectores ecclesiarum, qui vulgariter dicuntur personae, qui non sunt in sacris ordinibus constituti, ad ordinis celebrationem accedant, ut ibi promoveantur ad minus in subdiaconos, et ad hoc frequenter moneantur, et si necease fuerit, compellantur. Clerici, qui vicarias habet, servato debito et canonico ordinum instituto, faciant se promoveri in presbyteros, si voluerint poenam evitare canonicam, et in ecclesiis, in quibus vicarias obtinent, pariter deserviant. Idem dicimus de personis admissis ad sua beneficia, cum honore deserviendi in propriis personis in eisdem; prohibemus etiam, ut nullus abbas aut prior monachos aut canonicos suos ab aliis episcopis faciat ordinari, nisi cum litteris nostris aut gerentium vices nostras assensum nostrum exprimentibus.

Mansi 22, 1178.

* Ctr. Dn. 12, 3.
▮ *Decretal.* L 5. cap. 5 (CI 2. 771).

CONCILIUM NABBONENSE (1227)

Ut qui curam animarum habent ad sacerdotium promoveantur

244 Can. XVIII.- Item quia in multis canonibus et frequenter ordinatum est et statutum, ut archipresbyteri, praepositi, abbates, et alii qui curam animarum habent, debeant ad sacerdotium promoveri, mandamus et praecipimus, ut tales, et illi qui ecclesias parochiales habent, ad sacerdotii gradum promoveantur, et ibi serviant ut tenentur.

Mansi 23, 25 e.

GREGORIUS IX (1227-1241)

CONCILIUM BOTOMAGENSE (1231)

Vicarii presbyterorum in ecclesiis, si sunt docibiles, studeant theologiae

245 Can. XXIX. - Praecipimus ut clerici qui habent perpetuos vicarios in ecclesiis suis, si sint docibiles, studeant principaliter in theologia, nisi insta et rationabili causa episcopus suus cum eis aliter duxerit dispensandum; et nisi sint in sacris ordinibus constituti, ad sacros ordines promoveantur. Illi autem de quibus merito praesumendum sit quod in studio proficere non debeant, ordinentur, et in suis ecclesiis deserviant in ordine sacerdotali, si de eorum et vicariorum extiterit voluntate, vel alibi in eodem ordine Domino studeant deservire.

Mansi 23, 217.

De magistris theologiae; de modo exercendi eorum ministerium ac de scholaribus

(Ex Epist. *Parcus sciendarum,* 13 aprii. 1231).

246 Magistri vero et scholares theologiae, in facultate, quam profitentur, se studeant laudabiliter exercere, nec philosophos se ostentent, sed satagant fieri theodocti, nec loquantur in lingua populi, et populi linguam hebraeam cum azotica confundentes, sed de illis tantum in scholis quaestionibus disputent, quae per libros theologicos, et sanctorum Patrum tractatus valeant terminari. Praeterea de bonis scholarium, qui intestati decedunt, vel rerum suarum ordinationem aliis non committunt, sic duximus providendum, videlicet ut episcopus et unus de magistris, quem ad hoc Universitas ordinaverit, recipientes omnia bona defuncti, et in

loco tuto et idoneo deponentes, statuent certum diem, quo illius obitus in patria sua valeat nunciari, et illi, ad quos bonorum eius est successio devoluta, possint Parisiis accedere, vel idoneum nuncium destinare, et si venerint, vel miserint, restituentur eis bona cum cauthela, quae fuerit adhibenda. Si vero non comparuerit aliquis, ex tunc episcopus et magister bona ipsa pro anima defuncti, prout expedire viderint, erogabunt; nisi forsan ex aliqua insta causa venire nequiverint successores, et tunc erogatio in tempus congruum differatur. Verum quia magistri et scholares, qui damnis et iniuriis lacessiti, juramento invicem sibi praestito, a civitate Parisien, dissipato studio discesserunt, visi sunt causam agere non tam propriam, quam communem, nos generalis Ecclesiae necessitate ac utilitate pensata, volumus et mandamus, ut postquam a ollarissimo in Christo filio nostro illustri rege Francorum magistris et scholaribus privilegia exhibita fuerint, et de ipsorum malefactoribus amendae taxatae, Parisiis licite studeant, nulla prorsus de mora, vel reditu, infamia vel irregularitate notandi.

BR 3, 457.

GREGORIUS X (1271-1276)

CONCILIUM LUGDUNENSE II (1274)

De corrigendis circa scientias

247 Cap. X. - Primo, in grammatica corrigendum est, quod aliqua turpia leguntur, per quae iuvenes ad lasciviam excitantur. Secundo, pro theologia videretur expediens, quod Biblia glossaretur continue de dictis sanctorum in libris non glossatis. Tertio, circa statuta patrum, quod concilia, maxime universalia, in metropolitanis ecclesiis omnibus haberentur.

Mansi 24, 132.

SYNODUS VOLODIMIRIENSIS (1274)

Ordinatio sacra vagorum et mores ordinandorum examinandi

248 ikrt. VI. - Quoniam vero advenae et vagabundi sacros ordines quantoque suffurantur: statuimus, ne homines nobis ignoti ordinentur iuxta Concilii canonem VI. Servus itidem aut subditus nequaquam admittatur ad ministerium altaris, nisi prius illum dominus a servitute dimiserit, et coram multis testibus per libellum plenam ei libertatem in perpetuum donaverit.

249 Art. VII. - Episcopus volens ordinare presbyterum aut diaconum examinet prius diligenter vitam ordinandi ac mores, quomodo nimirum vixerit in saeculo, vocent urque ad hoc testes, qui sint eius noti ac vicini, et qui ipsum a puero noverint, ut docet canon VII Theophili Archiepiscopi Alexandrini. Exploret quoque Episcopus sententiam cleri sui, et, perspecto unanimi assensu, manum ordinando imponat.

Unusquisque ordinandus hoc modo examinari debet. An vitam castam in inventate duxerit ! An virginem intactam in uxorem sibi copulaverit? An habeat sufficientem scientiam? An non sit scurrilitatibus, dolis, crapulae, periuriis aut rixis assuetus? Utrum turpis alicuius vitii habitum aliquando contraxerit? Utrum peccatum sodomiticum aut bestialitatis aut mollitiei frequenter commiserit ? Utrum ante nuptias cum legitima uxore virginitatem suam corruperit, aut in statu coniugali adulterium expleverit? Utrum falsum testimonium aliquando praebuerit, aut homicidium sive voluntarium sive involuntarium patraverit ? Utrum operariis mercedem negaverit? Vim alicui intulerit, aut veneficia, superstitionesque exercuerit?

Si quis autem vel unico ex praedictis impedimentis innodatus fuerit, talis nec presbyter nec diaconus nec clericus esse potest. Porro si quem pater spiritualis, et septem alii presbyteri ad examinandum clerum deputati invenerint nulla ex dictis causa impeditum, statuant eum coram Episcopo, qui tonsum ordinandum, ac clero adscriptuni. tradat seniori Cathedralis presbytero, ut huius sub disciplina ministeria ordinum minorum exerceat, donec ad maiores promoveatur.

Qui ordinatur in diaconum, vigintiquinque, qui in presbyterum, triginta annos aetatis habere debet. Prout vero ego -Metropolita constitui in mea archidioecosi, ita servetur in omnibus Episcoporum nostrorum Ecclesiis, hoc est, clerus cathedralis et cantores accipiant a presbyteris et diaconis septem minas, nec aliud quidpiam. Nemini igitur liceat plus aliquid supra nostrum mandatum percipere sive a diacono, sive a presbytero, sive ab hegumeno.

ICO *Fontes,* Seríes I, fase. XI, p. 599, 613.

HONORIUS IV (1285-1287)

SYNODUS EXONIENSIS (12S7)

De illitteratis non ordinandis

250 Cap. XX. - *De inquisitione facienda super litteratura ecclesiasticarum personarum.* Omnium mater errorum ignorantia, praecipue sacerdotibus est vitanda, qui in populo Dei docendi ollicium susceperunt: quorum opus in praedicatione et doctrina consistit, ut aedificent cunctos, tam fidei scientia, quam operum disciplina. Ne igitur per caecitatis iguo-

rantiam, dum ducatum praestant populo Christiano, ambo in foveam delabantur: singulis locorum archidiaconis injungimus, ut diligenter inquirant, qui rectores, vicarii, aut sacerdotes, in litteratura enormem patiuntur defectum: et postquam eis de hoc constiterit, nobis denunciare quam citius non omittant.

De parochialibus sacerdotibus frequenter assumant experientiam, an habeant et sciant decalogum, id est, praecepta legis Mosaicae, ipsaquo subditae plebi exponant, et sollicite praedicent observanda. An etiam sciant septem peccata mortalia, ipsaque praedicent populo fugienda: sciant etiam septem sacramenta ecclesiastica, et qualiter habent conferri, ut supra diximus, unumquodque: et an articulorum fidei Christianorum saltem simplicem habeant intellectum, prout in psalmo, Quicumque vult, et in utroque symbolo continentur; ni quilibet, qui fidem catholicam firmiter non crediderit, salvus esse non poterit.

Sacerdotes, autem, si quos invenerint, circa praemissa, nimia ignorantia laborare, ipsos protinus suspendant ab officio sacerdotali, maxime a regimine animarum, ad quos quidem Divinus sermo dicitur: *Tu vero scientiam repulisti, et ego te repellam, ne fungaris mihi sacerdotio (Os.* 4, 6).

Ut autem quilibet sacerdos, cui animarum cura incumbit, melius sciat et intelligat, qualiter debeat in ipsa versari: praecipimus, quod quilibet, cui parochialis ecclesiae regimen incumbit, quamdam summulam plurimum utilem, immo verius necessariam, a diversis tractatibus extractam sub compendio: (quae summula sub eisdem verbis incipit) quilibet, et praesentem synodum, citra festum S. Michaelis, habeant scriptam, et ipsam sane intelligant, ac ea utantur sub poena unius marcae, loci archidiácono applicandae. Quam si archidiaconus remiserit, et ipsam vel ipsius partem quartam levare poterit, et recipere praetermiserit: eumdem archidiaconum, in duabus marcis, fabricae ecclesiae Exoniensi volumus obligari.

Mansi 24, 809 s.

I0ANNES XXH (1316-1334)

CONCILIUM PALENTINUM (Vallisoleti, *a.* 1322) [1]

De ignorantia in clericis quam diligentissime evitanda

251 (89) Cap. XX. - Ignorantia, quae mater cunctorum errorum esse dignoscitur, in clericis, qui ad animarum curam et docendi officium assumendi sunt, est diligentius evitanda? Ideoque ab eis studiose vigilandum est,

[1] Huic Concilio national! praefuit Guillermos, episc. Sabinensis, Sedis Apostolicao Cardinalis Legatus.

* *Condì. Toldan.* /1' (a. 033), c. 25: Mansi 10, 620; *Disi.* 38, can. 1 (CI 1, 141).

ut per sollicitudinem studii eam a se abiciant, quasi pestem. Volentes igitur ut clerici ad ecclesiasticos ordines promovendi, utilius in scientia valeant informari; optantes etiam, ut constitutio Lateranensis Concilii | effectum debitum sortiatur: statuimus, ut in qualibet civitate et in aliis locis insignibus, duobus vel tribus in unaquaque dioecesi, ubi et prout praelatis, considerata dioecesis qualitate et latitudine, videbitur expedire, ponantur magistri in grammatica, qui scholares in dicta scientia instruant et informent. In civitatibus vero solemnibus magistri in logicalibus deputentur, et eis salaria de circumadiacentibus ecclesiis ipsis praelatis subiectis assignentur, secundum ordinationem et providentiam eorundem.

252 (90) In locis quoque maioribus, ubi opulenta monasteria sunt constituta, vel collegiatae ecclesiae saeculares consistunt, magistri in grammatica statuantur, quibus per abbates et conventus de ecclesiarum redditibus eis pleno iure subiectarum, in quibuscumque existant dioecesibus, provideatur de salario competenti.

253 (91) Ut autem clerici ad proficiendum in scientia facilius inducantur: statuimus, quod volentes studio litterarum insistere, pro tempore, quo insistent, iidem fructus beneficiorum suorum usque ad triennium percipiant, aut etiam maiori tempore, si hoc praelatis et suis capitulis expediens videatur. Negligentes vero in scientia proficere, si ad hoc apti fuerint, per subtractionem beneficiorum suorum ab ordinariis compellantur. Et ut hoc salubre statutum efficacius valeat observari; volumus et mandamus, quod quilibet praelatus aliquem de ecclesia sua specialiter deputet, qui de magistris et eorum salariis curam habeat, ac eis provideri faciat, prout superius est expressum. Qui si negligens fuerit, per episcopum pro negligentia puniatur. Nos vero praelatis in virtute obedientiae districte praecipimus, ut in proximis synodis in suis dioecesibus celebrandis hanc nostrae constitutionis ordinationem diligentius exequantur.

Per hoc autem circa dignitates, quibus onus annexum est providendi de salario magistri in grammatica, nihil intendimus immutare.

254 (92) Cathédrales ecclesiae personis litteratis, providis et discretis indigent, per quos verbum Dei recte praedicari valeat, et causarum ambiguitates et strepitus commodius expediri. Volentes igitur, ut beneficiati in ipsis ecclesiis opportunitatem habeant proficiendi in scientia, et possint bonis moribus informari: statuimus, ut in qualibet cathedrali et collegiata ecclesia aliqui etiam ex beneficiatis apti et docibiles, iudicio episcopi vel praelati sui et capituli, saltem unus ex decem de residentibus, assumantur, qui ad studia generalia theologiae, inris canonici, ac liberalium artium accedere compellantur, et ibidem utiliter perseverare tempore debito, donec ad statum scientiae competentem perveniant, [et suis Ecclesiis possint perfectius deservire. Circa scientias vero juris civilis.] et medicinae quoad illos quibus ipsas audire a iure non est prohibitum, idem volumus observari. Sic autem electis et approbatis, tempore quo episcopo et capitulo expedire videbitur, fructus beneficiorum, di-

♯ [Cfr. nn. 235. 230).

stributionibus, quotidianis dumtaxat exceptis, integraliter assignentur, consuetudinis vel constitutionis statuti illius ecclesiae obstaculo non obstante. Praelatis vero sub interminatione Divini iudicii praecipimus et mandamus, ut praesentem constitutionem in proximis synodis diligenter exequi non omittant.[1]

Mansi 25, 716 s.

CONCILIUM TABBACONENSE (1329)

De duabus personis mittendis ad studium, et de qualitate ordinandorum

255 Cap. LXVIII. - *De duabus personis mittendis ad studium.* Quia viris litteratis ecclesia in suis actibus noscitur indigere; praedecessorum nostrorum sequentes vestigia, provide duximus statuendum, quod de qualibet ecclesia cathedrali per episcopum et capitulum, duae personae docibiles ad theologiae vel inris canonici studium transmittantur: et cum per tempus sufficiens ad mittentium arbitrium studuerint in altera de dictis scientiis, ad ecclesiam propriam revocentur, et duae aliae ad dictum studium destinentur, non obstante contraria consuetudine vel statuto. Qui sic mittere personas praedictas cessaverit per sex menses; extunc ea vice potestas eligendi et mittendi easdem ad nos et successores nostros Terraconae archiepiscopos devolvatur: et idem in aliis conventualibus ecclesiis nostrae provinciae, ubi ad minus sint decem personae tamquam collegium, ut habeant praelatum, praecipimus observari; salvis constitutionibus seu consuetudinibus ecclesiarum, in quibus haec missio ad episcopum tantum dignoscitur pertinere: ita tamen quod si episcopus infra dictum tempus negligens fuerit, ad nos missio hujusmodi, ut praedicitur, devolvatur. Personae vero praedictae in dicto studio existentes, omnia ea, quotidianis distributionibus dumtaxat exceptis, percipiant quae perciperent, si in eisdem ecclesiis personaliter residerent.

256 Cap. LXXXII. - *De qualitate ordinandorum.* Quoniam illi sunt ad honores ecclesiasticos promovendi, qui moribus, aetate et scientia pollere noscuntur; statuimus prohibentes, ne ad sacros promoveantur ordines, nisi personae quae grammaticam sciant, seu Infinis verbis loqui valeant competenter: illi vero ad quos ratione dignitatum vel personatuum, quos obtinent, competit examinare clericos, et ad ordines praesentare, propensius caveant, si huiusmodi cupiunt honore gaudere, ne defectum super hoc patientes, scienter ad ordines audeant praesentare, potestatem autem dispensandi super his ex causa, et quantumvis a iure permittitur, per hoc non intendimus episcopis interdictam.

Mansi 25, 870 s. 875 s.

[1] Cfr. Condi. *Parisiense* (1429) c. 8; J)<'*rtusanum* (1429) c. 5: *Edimburgense* (1549) c. 26, 27, 28; Mansi 28, 1101, 1146; 35, 115 s.

BENEDICTUS Nil (1334-1342)

*COXCILIUM TARR.1COXEXSE 1*1'
sub. Arnaldo archiep. Tarraconensi, a. 1336.

Prima tonsura ne conferatur nisi intendenti sacros ordines accipere

257 Can. II. - Prima tonsura nemini conferatur, de quo non sit verosimile, quod intendat ad sacros ordines promoveri...

Mansi 25, 1077.

CONCILIUM TOLETANUM (1339)

Ut nullus nisi litteratus ad clericatum promoveatur.
De iis qui mittendi sunt ad studia

258 Cap. II. - *Ut nullus, nisi litteratus, ad clericatum promoveatur.* Quia in constitutione recolendae memoriae domini fratris Gullielmi quondam episcopi Sabinensis, in Castellao et Legionensibus partibus apostolica© sedis legati, quae incipit, *Cum in personis*| continetur, quod in personis ecclesiasticis ad sacros ordines et beneficia curam animarum habentia promovendis, idoneitas maior requiritur, et amplior desideratur peritia litterarum; sitque ibi salubriter statutum, quod nullus clericus ad sacros ordines promoveatur, nisi saltem litteraliter sciat loqui: pari ratione sacro approbante concilio statuiiuus, quod quamdiu inveniatur clericus, qui litterate sciat loqui, vel promotus ad sacerdotium, qui possit et velit in beneficio, cui cura imminet animarum, instituti, episcopis dispensandi, ut is promoveatur ad sacros ordines et ad beneficium cum cura, qui litteraliter nescit loqui, et illud eidem conferendi facultas, praeterquam circa beneficiates in ecclesiis cathedralibus et collegiatis, sit penitus interdicta. Quod si secus factum fuerit, sit irritum et inane.

259 Cap. III. - *Ut ex qualibet cathedrali vel collegiata ecclesia saltem unus ex decem clericis assumatur, qui ad studia theologiae et inris canonici accedere compellatur.* In alia etiam constitutione eiusdem legati, quae incipit, *Cathedrali ecclesiae,* statutum est, ut in qualibet cathedrali vel collegiata ecclesia, aliqui clerici ex beneficiis apti et docibiles, indicio episcopi vel praelati et capituli, saltem unus ex decem de residentibus assumatur, qui ad studia generalia, theologiç, et inris canonici, ac liberalium artium accedere compellatur. Quia nonnulli in exeeutione huiusmodi constitutionis sunt, remissi; volentes eorum negligentiam inris exeeutione suppleri, sacro approbante concilio statuinus, ut si infra sex mensium spatium, juxta constitutionem ipsam ad studia litterarum mittere distulerint, extunc ea vico potestas eligendi et mittendi, ad nos et successores nostros totaliter devolvatur, consuetudinis vel statuti illius ecclesiae obstaculo non obstante.

Mansi 25. 1115 s.

' (Cfr. n. 251).

URBANUS V (1362-1370)

CONCILIUM VAURENSE (1368)

De necessitate sciendi grammaticam ad sacros ordines accipiendos

260 Cap. XX. - *Ne ignorans grammaticam praesentetur aut ad Ordines dignetur promoveri.* Quoniam illi sunt ad honores ecclesiasticos promovendi, qui moribus, aetate et scientia pollere noscuntur: statuimus, prohibentes, ne ad sacros promoveantur Ordines, nisi personae quae grammaticam sciant, seu Latinis verbis loqui valeant competenter. Illi vero ad quos, ratione dignitatum vel personatuum quos obtinent, competit examinare clericos, et ad Ordines praesentare, propensius caveant, si huiusmodi cupiunt honore gaudere, ne defectum super hoc patientes scienter ad Ordines audeant praesentare. Potestatem autem dispensandi super iis ex causa, et quatenus a iure permittitur, per hoc non intendimus episcopis interdictam.

Maxsi 2G, 498 s.

SIXTUS IV (1471-1484)

CONCILIUM TOLETANUM (1473)

De qualitate ordinandorum ac de necessitate sciendi linguam latinam

261 Cap. III. - Agri dominici cultura non est indignis operariis committenda, sed illi dumtaxat conducendi sunt in domo domini, qui secundum apostolum sciant quae sit longitudo, latitudo, sublimitas et profundum, et inter lepram et non lepram discernere noverint. Ideoque sacro approbante concilio statuimus, nullum ad sacros ordines de cetero promovendum, nisi sciat Latinaliter loqui. Quia tamen plerumque contingit ob defectum. negligentiam vel dolum eorum quibus ab episcopis ordinum examinatio committitur. quod indocti et omnino ignari, tam iuris dispositione, quam earumdem constitutionum tenore, aliasque indigni ut digni et idonei praedictis episcopis praesentantur, sicque per eos ad sacros ordines promot entur. Nos religionis nostrae aditum pervigili cura custodire volentes, episcopos per viscera misericordiae domini nostri Jcsu Christi hortamur, et in virtute obedientiae monemus, quatenus si praedictorum ordinum celebrationi, et promovendorum ad sacros ordines examini personaliter non adfuerint, duos saltem viros idoneos scientia et moribus approbatos deputent, quibus officium examinationis pariter committant, iniungt ndo eisdem sub excommunicationis poena, ut onus hoc sibi creditum fideliter exequantur, nec quidquam dolo, prece, negligentia. munere, vel alias indebite agant. Praelati autem sacrum ordinem per seipsos contra praedictam proldbltionem non scientes loqui Latinaliter conferentes, praeter poenas a iure statutas, a quorumcumque sacrorum ordinum, quos tali contulerit, ipsumque indigne promotum ab exerutione suscepti ordinis: examinatores vero in praemissis culpabiles ab officio et beneficio per annum noverint se suspensos, nisi ex causa rationabili et multum necessaria, ut in dicta constitutione continetur, cum eisdem promotis praelati viderint dispensandum.

262 Cap. IV. - Ut non vituperetur ministerium nostrum, melius est in domum Dei paucos ministros idoneos adire, quam piures et indignos. Quoniam autem plerumque contingit, ut clerici aliarum dioecesium excommunicat!, quidam suspensi, vel interdicti, seu alias inhabiles, propriam patriam deserentes, in nostras se trasferant regiones, ibique incogniti divina ollicia celebrare nitantur: Nos Udeliuin saluti animarum, ubi maius vertitur periculum, consulere volentes, universis ac singulis arohiepiscopls, vicariis, rectoribus, capellanía, clcricisquo curatis et non curatis per nostram provinciam ubilibet constitutis, nostro approbante concilio praecipimus, ne dc cetero huiusmodi clericos ad sanctae matris ecclesiae sacramentorum administrationcrn recipiant, aut in suis ecclesiis ministrare permittant, nostra vel episcoporum, in quorum dioecesi moram traxerint, non obtenta atque edocta commendationis licentia. Si vero secus fecerint, triginta regalium poenam eo ipso incurrant, dimidium fabricae suarum ecclesiarum, dimidium vero pro expensis futuri sequentis concilii applicandum.

Mansi 32, 385 s.

IULIUS II (1503-1513)

SYNODES VILNENSIS (1509)

De extradioeoesanis ordinandis ac de dignitate ordinandorum

263 Can. II. - Fremile Diôzesanangehorige dùrfen zu den Weihen nicht zugelassen werden.

264 Cari. III. - Zu Priestern sollen nur wùrdige Manner geweiht werden, und wenn selbst der Landesherr einen Unwùrdigen zur Weihe schicken solite, so ist es Pflicht des Bischofs und des Metropolitan, sich zum Landesherrn zu begeben und die l'nwürdigkeit des betreffenden Kandidaten zu beweison, und ihn zu den Weihen nicht zuzulassen.

ICO *Fontes,* Seríes I, fase. XI, p. 619.

OONCILIUM HISPALENSE (1512)

Ut evitentur preces circa ordinationem

-65 Cap. XXXII. - Cum in personis Ecclesiasticis, signanter in illis, qui sunt promovendi ad sacros ordines, vel ad oiHcium, et munus curae Animarum, requiratur prudentia, et Idoneitas scientiarum, statuimus, ut nullus impostorum promoveatur ad Ordines sacros, nisi salUmi inerit peritus linguae latinar competenter, et in rebus de iure necessariis, et habuerit qualitates, quas sacri Canones disponunt, super quo mandamus, ut nostri provisores et examinatores se prius informent cum magna diligentia.

Itoni quia reperimus accidisse, quod per intercessionem et preces nonnullorum Magnatum. et aliorum, plurcs fuerunt ordinati absquo eo quod meruissent ordinari, mandamus, ut si quis impostorum intercessores insumpserit ad eiTectum suscipiendi sacros Or-

dines, non admittatur. nec recipiatur, et flat inhabilia ad suscipiendum Ordinem, quem petit.

Item etiam mandamus, ut nulli absenti concedantur literne Dimisaorlales, nisi personaliter cornparuerit ad se subiiciendinn examini: excepto tamen si lauream Doctoratus obtinuerit in Academia generali; et ut pariter non dentur literne dimlssoriales, nisi ad unum tantum ordinem socrum, ut viso quomodo se gerit ordinatus in Subdiaconatu. vel Diaconatu, appareat an mercatur promoveri ad maiorem ordinem.

Mansi 32. 609.

LEO X (1513-1521)

Reformatio magistrorum in scholaribus erudiendis

(Ex Constituí. *Supernae dispositionis* Leonis X Pp. de reformatione generali praelatorum ... 1614).

266 § 32. - Et cum omnis aetas ab adolescentia prona sit ad malum, et a teneris assuefieri ad bonum magni sit operis et eiïectus, statuimus et ordinamus ut magistri scholarum et praeceptores pueros suos sive adolescentes, ne dum in grammatica et rhetorica ac ceteris huiusmodi audire et instruere debeant, verum etiam docere teneantur ea, quae ad religionem pertinent, ut sunt praecepta divina, articuli fidei, sacri hymni et psalmi ac sanctorum vitae; diebusque festivis nihil aliud eos docere possint, quam in rebus ad religionem et bonos mores pertinentibus; eosque in illis instruere, hortari et cogere in quantum possunt teneantur, ut nedum ad missas, sed etiam ad vesperas divinaque officia audienda, ad ecclesias accedant, et similiter ad praedicationes et sermones audiendos impellant, nihilque contra bonos mores aut quod ad impietatem inducat eis legere possint.

BR 5, flio.

CONCILIUM FLORENTINUM (1517)

De sufficientia clericorum ordinandorum

267 Proposuit Abbas in synodo: R. P. de temporis nostri clericorum ignorantia; deque immodestia nihil est, ut in conspectu vestro verba faciam, res plusquam par sit in confesso est; ob cleri ignorantiam et clericalis ordinis maiestatem, et provincialium nostrorum animas periclitari video. Quid itaî docti indoctique ad sacerdotium nullo discrimine promoventur. Occurrite, si placet, provinciam hanc nostram a tali labe vendicantes. Laudaverunt universi dicentem, et ut sequitur statuerunt.

Statuit igitur sancta synodus, ut nullus admittatur ad ordines sacros, nisi praesentetur ab aliquo honesto viro, qui iureiurando fidem faciat

examinatori praesentatum non habere aliquos defectus occultos, quibus arceri possit ab ordinatione si detegerentur: verbi gratia, iuret ipsum esse bonis moribus praeditum, et honestae conversationis, liberum, legitimo natum matrimonio, sanae mentis, non epileticum, non simoniacum, non homicidam, non percussorem, non rixosum, non bigamum, non abstemium.

Deinde examinator inspicia! si est claudus, caecus, vel alia apparenti deformitate notandus, si habet titulum sufficientem beneficii vel patrimonii.

Et postea examinet eum de literis, ut videat si intelligat, saltem grosso modo, quid legit, ita ut ex una epistola vel evangelio sciat elicere sensum litoralem, cognoscendo quid importent verba, singillatirn materno sermone explicando, et si vult promoveri ad sacerdotium, examinetur super sacramentis ecclesiae, super materia confessionum. Et si super praemissis non erit saltem mediocriter eruditus eum nullatenus admitti voluit. Declarando examinatorem qui non (ut praemittitur) idoneum admiserit, ad reddendam rationem de tali re ante tribunal Domini nostri Jesu Christi in die extremi indicii teneri.

Si autem fuerit repertus idoneus scribatur per tabellionem nomen ordinandi et praesentantis et tituli.

Deinde hora ordinationis vadant examinatores, vel unus ex eis, et praesentent istos ordinandos episcopo, vocando unumquemque singiUntim, ut moris est, et notarius semper stet praesens ordinationi.

Finita autem ordinatione, idem notarius vocet ordinatos eodem ordine, et publicum de omnibus conficiat instrumentum, reponatque in libro episcopalis vel archiepiscopalis curiae ad usum hunc specialiter deputato. Quem librum in omnibus ordinariorum curiis publice teneri voluit.

Mansi 35, 255 s.

PAULUS III (1534-1549)

De sacra ordinatione

(Ex delectorum Cardinalium et aliorum Praelatorum *Consilio De emendanda Ecclesia* (Paulo III iubentej a. 1538).

268 (93) Primus abusus in hac parte est ordinatio clericorum, et praesertim presbyterorum, in qua nulla adhibetur cura, nulla adhibetur diligentia: quod passim quicumque sint, imperitissimi sint, vilissimo genere orti, sint malis moribus ornati, sint adolescentes, admittantur ad ordines sacros, et maxime ad presbyteratum, ad characterem, inquam, Christum maxime exprimentem. Hinc innumera scandala, hinc contemptus ordinis ecclesiastici, hinc divini cultus veneratio non tantum diminuta, sed etiam prope iam oxtincta. Ideo putamus optimum fore, si Sanctitas Tua primo in hac urbe praeficeret huic negotio duos aut tres praelatos, viros doctos et probos, qui ordinationibus clericorum praeessent. Iniungeret etiam episcopis omnibus, adhibitis etiam poenis censurarum,

nt id curarent in suis dioecesibus. Nec permittat Sanctitas Vestra ut quispiam ordinetur, nisi ab episcopo suo, vel cum licentia deputatorum in urbe, aut episcopi sui: insuper ut in Ecclesiis suis quisque episcopus magistrum habeat, a quo clerici minores et literis et moribus instruantur, ut iura praecipiunt.

Marsi 35, 349.

CONCILIUM OECUM. TRIDENTINUM (1545-1563)

SESSIO V (17 iun. 1546)

De magistro grammaticae pro clericis pauperibus

(Ex Decreto *De. Deformatione).*

2G9 (94) Cap. I. (3). - Ecclesiae vero, quarum annui proventus tenues fuerint, vel ubi tam exigua est cleri et populi multitudo, ut theologiae lectio in eis commode haberi non possit, saltem magistrum habeant, ab episcopo cum consilio capituli eligendum, qui clericos aliosque scholares pauperes grammaticam gratis doceat, ut deinceps ad ipsa sacrae Scripturae studia (annuente Deo) transire possint.

CT 5, 211.

CONCILIUM COLONIENSE II (1549)

c) studiis clericorum. Do collegiis et universitatibus

Pars I. • (‘ap. 111. - *Quos auctores inventati praelegere, et quos vitare oporteat.*

270 Interent quoquo roipublicac Christianae, quales auctores inventati, impietatis juxta ac pietatis capaci, praelegantur, ut rectissimo reformationis formula monuerit, ne libri obscocni. suspecti, aut contagiosi, eorum qui perfidiae suae virus, religionisque et pietatis odium tenerae juventuti suis scriptis instillant, sed tantum casti, pii, et religioni orthodoxac consentientes auctores praelegantur: quos indicium cum non sit penes omnes, statuimus nullum auctorem in trivialibus ludis praelegendum, qui non sit a decano artium viduae et catholicae universitatis examinatus, et ad praelegendum inventati admissus. Aut si procul distent ludi ab universitatibus catholicis, examen et admissio pertinebit ad vidnac civitatis praestantis eruditionis praelatum, aut alium aliquem doctum virum, cui episcopus illius dioeceseos hoc muneris delegaverit. Quod vero bonis et receptis auctoribus repudiatis, quidam gloriae aucupandae studio, nova quotidie grammatica comminiscuntur, et adolescentium ingenia suis figmentis confunduntur; omnino prohibendum ct vetandum censemus. Maxime voro omnium sub anathemate interdicimus et prohibemus lectionem eorum librorum in triviis qui ad seducendam in pravas opiniones iuventutem, aliud agentem et quaerentem scripti videntur. Quales sunt quorumdam grammaticae, dialecticae ct rhetoricae institutiones, in quibus exempla fere e pravis adversariorum dogmatis petuntur, quo inventus incauta haeresum ct sectarum dogmata simul cum artibus imbiberet. Quales item quaedam familiarium colloquiorum formulae, in odium monastici instituti, et ceremoniarum ecclesiasticarum contemptum, compositae atque effictae, quarum praecipua vis est. animos iuvenum corrumpere, et iam a teneris eos ab huiusmodi

pietatis exercitiis, ac vitae monasticae institutis alienare. Dabimus idcirco viros aliquot pios et doctos, qui ferant indicium suum de auctoribus, quos Inventati potissimum praelegero conveniat, cosquo comprovincialibus episcopis significabimus, quo in instituenda recte inventato eadem per universam provinciam servetur.

2'1 Cap. V. - *l)c studiosis canonicis mittendis ad studia universitatum sumptibus collegiorum.*

Ne quod in formula reformationis juxta sanctorum patrum decreta salubriter institutum est vitio vel collegiorum vel adulescentum canonicorum evanescat» decernimus et statuimus, ut dent collegia uni, duobus, vel tribus, ut multus vel exiguus fuerit perbonarum numerus in collegio, bonae spei ac studiosis adolescentibus, non minus quam triennii tempus, quo possint in studio potissimum theologico versari: in quo si laudis aliquid obtineant, tempus eis prorogetur, atque interim percipiant integros praebendae suae fructus, quotidianis distributionibus exceptis, aut saltem quantum ad victum ct libros necessarios sulliciat: nisi do compotenti subsidio sil oliin per capitula studio-is provisum: dum tamen certis testimoniis singulis annis ad collegia mittendis constet, nec perversis moribus eos deditos, nec studia vana, quae ad ecclesiae aedificationem non conferant, sectari: committendum enim non est, ut enitui divino dedicata stipendia, in buiuscernodi canonicos dyscolos «'rogentur. Debent tamen curare, ut ipsis absentibus, alii eorum in divinis suppleant vices.

272 Cap. VI. - *De cautione quam dare debeant mittendi ad universitates.*

Cum formula reformationis exigat, ut iuniores in gymnasiis alantur impensis collegiorum, ad hoc, quo collegia claris et doctis viris ornentur; ut huic menti satisfiat, ct collegia non fraudentur expeetatione sua, statuimus, et communi consensu decernimus, ut canonici, nondum in maioribus ordinibus constituti, poscentes hoc nomino aut fructus integros, aut decretu subsidia, a collegiis, quae pro more habent, ut de fructibus participent etiam in minoribus constituti ordinibus, prius dent cautionem surlicientem, se non velle ordinem et institutum ecclesiasticum deserere, aut si mutato proposito forsan resiliant. tum se velle et ďeben fructus perccptaquo subsidia collegio illi intcgralitcr solvere ae restituere.

273 Cap. VII. • *Collegia in universitate aliqua situ, quo suos studiosos mittere debeant.*

Ceterum in locis ubi universitas catholica est, iuxta primariam institutionem reformata et probata, non videtur causa digna esse, collegia magnis sumptibus gravandi, et mittendi Mndiosos foras ad universitatem exteram. Proinde statuimus. ut tales dent operam litteris bonis in ipsa universitate ubi ad mores et studia ipsorum potest haberi respectus; nisi decanus et collegium causam habeant, cur censeant eos ad exteras universitates mittendos. Quod si qui fugientes disciplinam, velint omnino non ad eam, quae cis a suo decano et capitulo designatur, sed ad aliam, quae ipsimet videbitur, universitatem proficisci, non tenebitur collegium illis dare subsidium decretum. No vero canonici, vicarii ct ohorisocii cleri nostri Colonlensis vigiliis defunctorum, quas mane hora septima persolvere consueverunt» a frequentatione lectionum praecipuarum impediantur, volumus ut posthac vigiline tempore pomeridiano ad horam circiter secundam incipiantur, ut ante preces vespertinos compleantur.

2»l Cap. VIII. • *Qui gaudere possint universitatum privilegiis.*

Ad prohibendum gravem abusum, quo se quidam ad universitates, non studii, sed privilegiorum gratia, conferunt, statuimus ct mandamus, sicut ante nos in synodo Ŀeo dionsl statutum est, ut nulli, nisi ad studia litterarum idonei, et illarum praecipue gratia, so ad universitatem conferentes, in membra seu supposita, atque ad usum privilegiorum

huiusmodi universitatis recipiantur, aut suorum beneficiorum fructibus eo praetextu gaudeant: nec recepti ipsis privilegiis et beneficiorum fructibus uti sinantur, nisi quamdiu causa studii permanserint, et spes sit, quod ex studio suo fructum uberiorem in ecclesia Dei sint parituri. Qui vero desides et otiosi comperti fuerint, ab corumdem privilegiorum usu et fructuum perceptione repellantur.

275 Cap. IX. • *De theologo qui doceat, in collegiis alendo.*

Quo vero et reliqui sive canonici sive vicarii, capelloni, sive chorteocii, cantores quoque, seu choraules collegiorum, quae extra universitates, aut in universitatibus, procul a scholis sita sunt, habeant etiam occasionem in sacris discendi et proficiendi; decernimus ct statuimus, ut eiuscemodi collegia singula, aut si vicina sint invicem duo aut plura, simul alant theologum aliquem docentem, vel binos, qui hanc operam inter se partiantur, concessione fructuum unius praebendae, auctoritate apostolica in hunc usum supprimendae; aut si illa non sufficiat, unione beneficiorum vel vicariarum, quae nullam vel non adeo necessariam functionem requirunt, indicio visitatorum episcopalium decernenda ct conficienda; sic tamen, ut fructus praebendae vel stipendii dividantur secundum numerum lectionum: ut quando non legit, detrahatur illi etiam de fructibus portio destinata. Quod si inter ipsosmet fratres inveniatur, qui hoc docendi munus velit ct possit obire, huic par est, ut distributiones quotidianae, praeter iustum stipendium, a choro absenti pridie quam legat, ct eo dio quo legit, concedantur.

276 Cap. X. • *De instaurandis lectionibus theologicis in universitate Colon iensi.*

1't Caesareae majestis voluntatis sanctissimae de reformandis universitatibus, juxta modum in formula praescriptum, satisfiat, et ratio sit, quare collegia in Colonia non teneantur suos canonicos mittere ad exteras universitates, et eis absentibus, aut integros praebendae suae fructus, aut quantum in victum et libros sufficiat, suppeditare, danda est collegiis illis opera, ut lectiones, potissimum sacrae theologiae, in ipsa universitate vigeant, et canonici illi, qui habent praebendas, sibi ex indulto apostolico cum onere legendi collatus, suo muneri juxta tenorem bullae sumini Pontificis, unde praebendas illas conferendi auctoritas manavit, satisfaciant. Quam ob rem monemus et hortamur cos, qui do praebendis gratiae primae gaudent, ut aut legant ipsi in sua facultate, aut si legitimo impedimento teneantur, conducant alios idoneos magistros, qui vices eorum in docendo suppleant. Qui si monitionibus nostris paternis auscultare noluerint, cum nostra (ad quos pertinet bonum publicum promovere) intersit, lectiones apostolicac sedis beneficio universitati debitas persolvi, consuimus totius concilii nomine requirendos universitatis rectorem et provisores. ut munere suo perfungantur, et cos quibus do praebendis seu beneficiis providerunt, requirant ad legendum et satisfaciendum oneri praebendae annexo, et iuxta apostolici privilegii tenorem, contra non patentes procedant: alloqui negligentiam eorum deserendam ad summum pontificem, et petendam provisionem, qua huic casui provideatur.

277 Pars II. - Cap. I. - *De allero medio, ad consequendam reformationis exeeutionem necessario, quod est examen ordinandorum.*

Deinde visum nobis fuit, ad stabilem et duraturam ecclesiastici ordinis reformationem comparandam. necessarium esse, ut initiandi sacris ordinibus rite examinentur. Ili vero, qui ad praelaturas et regimen animarum assumuntur, novo, eidemque rigidiori examini submittantur, proptereu quod mortales omnes sequi suum genium quotidie experiamur, ct asinum manere asinum, etiamsi exuviis Iconis induatur: atque ita evenire, ut cum vitiis dediti homines assumuntur ad dignitates et praelaturas, vertant dignitates et curas non quo oportet, sed vel ad avaritiam implendam, vel in ventrem saginandum, aut ad fastum ct pompam; quidam etiam ut in luxu et deliciis vivant. Quibus profecto rebus fit, ut plane in diversum abeant officia et munera divinae lussionls, nec ferre ulla

sit animarum ct rorum ecclesiasticarum cura vera, sed imagines tantum et apparatus: nec seria bene institutae reformationis exccutlo, sed major in dies morum et doctrinae corruptela. Quamobrem in primis statuimus, et ordinamus, ne quis ad sacrorum ordinem perceptionem admittatur, nisi diligenter examinatus de fide quam teneat, de affectu quo ducatur ad petendos ordines, de scientia quae sufficiat ad ordinis. Quem petit, ministeria explenda, de moribus ordinem decentibus, et aetate legitima.

118 Cap. II. • *Ad quos pertineat examen.*

Quoniam vero difficile erat, ubi sunt magnae ecclesiae et multi ordinati, episcopos ad quos examinat io proprio pertinet, hoc negotii per se obire, oliin ea cura in quibusdam dioecesibus in scholasticos cathedralium ecclesiarum, in aliis vero in praelatos alios relegata est, quibus jam examinandi ius est quaesitum, ct maiora quam ceteris canonicis stipendia ab ecclesia decreta: verum quales nunc sunt plcrique scholastici, et illi penes quos est examinandi potestas, iura quidem sua tuentur, nec tamen docent juventutem, nec examinant: Officiumque et curas alias aliis, non inulto melioribus, examinatoribus interdum delegant: quo fit, ut alio in alium hanc curam transferente, aut nullae, aut perfunctoriae et admodum frigidae flant ordinandorum examinationes. Quem defectum supplere cupientes, ct examen ad sua principia, hoc est. ad episcopos revocare, quibus ex lege divina incumbit, nemini cito manus imponere, matura deliberatione praehabita, declaramus, episcopos non debere huiusccmodi examinationibus (quando non ignorant eas perfunctorie factas) statini acquiescere, et inquisitionis specie, quam ex reliquiis antiqui mons retinent, in altari cum rogant utrum sint digni, insti et sancti, putare se satisfecisse, atque ita inutiles ct indignos homines nonnumquam etiam sceleratos, ab aliis forte (quos ea cura non admodum tangit) dignos indicatos, sacris illis ordinibus contra conscientiam propriam insignire. Eaquc de causa requirimus provinciae nostrae episcopos in domino, ut vel ipsimet huic suo muneri satisfaciant, vel curam illam imponant viris piis, doctis et de ecclesiae profectu solicitis, quorum diligentia sit eis explorata, nisi certissimo experimento cognoverint Scholasticum, vel eum ad quem hoc pertinet, diligentiam talem, cui merito tidant, adhibuisse.

279 Cap. VI. - *De examine instituendorum ad dignitates, curas animarum, aut alia officia.*

Porro quo plus negotiorum incumbit cis, qui ad praelaturas, dignitates et curas animarum vocantur, hoc magis interest ecclesiae et Christi fidelium, ut tales singulari examine, maiorique diligentia, quam reliqui explorentur, utrum sufficiant ad praestanda munera illa ad quae vocantur. Praecipue vero episcoporum interest, quales habeant in excolendo agro dominico cooperarios. Hinc statuimus et ordinamus, ut nemo electus confirmetur, nemoque praesentatus ad dignitatem, vel animarum curam instituatur, priusquam sit a suo episcopo aut archidiácono episcopi, aut hac in parte vicario, aliisve sacrarum literarum, canonum, et traditionum ecclesiasticarum peritis viris, quos episcopus aut archidiaconus ad hoc designabit, examinatus ct comprobatus idoneus, possitque et velit muneri, ad quod voratus est, pro virili $atisfacen et formulam reformationis qua parte cum concernit exequi. Quod si quis archidiaconorum. vel ius instituendi habentium, contra hanc constitutionem praesumpserit aliquem non ita examinatum investire, ipse quidem pro indicio episcopi, per certum tempus ab officii sui execution?, et fructuum perceptione» suspendetur: institutus vero eousque, donec episcopo comprobabitur qualificatus et idoneus. Neque tamen per examen épiscopale derogatum volumus iuri examinandi, si quod alii praelati habent.|

Mansi 32, 1365-1370.

| (fr. Condi. *Moaunlinum* (1549) c. SI; *Narbonense* (1551) ec. 2-10; Mansi 32. 1420; 33, 1252-1255.

IULUS 111 (1550-1555)

De efformatione clericorum

(Ex Constitut. *Dum sollicita* luui III Pp. de constitutione Collegii in Urbe pro scholaribus Germanicae nationis educandis, 1552).

280 § 1. • Hinc est quod nos, attendentes quanta sit fidelium et strenuorum operariorum penuria, praecipue in illis regionibus, ubi cultus venie religionis per varias hacrescs maxime imminutus, et catholicae ac sanae doctrinae necnon vitae lumen multis errorum tenebris obscuratum, quantumque Christianae reipublicae et fidei orthodoxae conducat, ut militans Dei Ecclesia ubique, et praesertim in Germania, viris exemplari vita et literarum scientia praeditis, quorum opera veritatis lumen protendi, et illud obumbraro nitentes dissipari valeant in dies, abundet, motu proprio, non ad alicuius nobis super hoc oblatae petitionis instantiam, sed do mera deliberatione et certa scientia nostris, ad omnipotentis Dei laudem et gloriam, ac ipsius militant is Ecclesiae exaltationem et Germaniae spirituale auxilium, in alma Urbe nostra, et loco ad id convenienti et apto per infrascriptos protectores assignando, unum collegium scholarium. *Germanicum* nuncupandum. cum dote, ecclesia vel cappella, in qua missae et alia divina officia, iuxta providam ordinationem eorum qui collegii gubernationem suscipient, celebrentur; necnon structuris, aedificiis, cameris et locis ac dote simili collegio convenientibus et necessariis, in quo aliqui nationis Germanicae iuvenes dociles et bonae indolis, et, si fieri possit id, aliqua bonarum artium et sincerae doctrinae principia habentes, Deum timentes et religionem zelantes, ex regionibus, provinciis et locis Germaniae educendi, instituantur et alantur, ac bonis et sanctis moribus imbuantur, necnon liternrum et pine vitae studio continuo vacent sub magistris sive praeceptoribus eis per dilectos filios Societatem de lesu nuncupatam constituendis, qui literas humaniores trium linguarum latlnao, groeue et hcbraicae, ac logicam, physicam et alias liberales disciplinas et demum sacram theologiam publice legant et doceant, et alias ipsorum scholarium curam, regimen et administrationem, in his quae ad morum integritatem et verbi Dei praedicationem ac explicationem et ad officium Christiani pastoris, necnon bene heateque vivendum pertinent et spectant, suscipiant, et, nullis parcendo laboribus, quantum in eis fucrit, aedificent, et divina praecepta eorum animis infigere conentur, et tales se erga eosdem scholares exhibeant, ut ipsi tandem, divinae legis capaces, necnon aetate, doctrina et probitate maturi, postquam de beneficiis ecclesiasticis competenter provisi fuerint, tam intrepidi fidei athletae in suas regiones ad alios exemplo vitae suae ad Christum trahendos, et qui id talentum acceperint, ad verbum Dei praedicandum et docendum, curam animarum sibi commissam ad Dei laudem et gloriam ao spiritualem fidelium profectum exercendum et administrandum, necnon haerrsum latens venenum deprehendendum, et errores apertos convincendum et resecandum, ac denique fidem iptotis viribus defendendam, ac verbo et exemplo ampliandam, et ubi extirpata fuit, denuo plantandam cum animarum salute, remitti et destinari possint, auctoritate apostolica. tenore praqsentium, erigimus et instituimus.

BR fi, 460,

PAULCS IV (1555-1559)

CONCILIUM LONDINENSE (1555-1556)

Ut in cathedralibus certus initiatorum numerus educetur, ex quo, tanquain ex seminario eligi possint, qui digne ecclesiis praeficiantur

281 Decret. XI.[1] - Cum magna sit hoc tempore ecclesiasticarum personarum penuria, praesertim idonearum, quae ecclesiis, seu ecclesiasticis muneribus vel praeficiantur, vel inserviant: atque huic incommodo nulla ratione magis occurri possit, quam si soboles quaedam, et tanquam seminarium ministrorum saltem in cathedralibus ecclesiis instituatur, et conservetur: hac eadem synodo approbante statuimus, et decernimus, ut singulae metropolitana©, et cathédrales hujus regni ecclesiae, pro cuiusque censu, et facultatibus, proque dioecesis amplitudine certum numerum puerorum alere teneantur.

282 In hunc vero qui cooptandi erunt, annos sint minimum undecim, vel duodecim nati, qui et legere sciant, et scribere, et quorum indoles, ac voluntas certiorem spem afferat, eos sacerdotes futuros, et ecclesiasticis muneribus perpetuo inservituros.

283 Pauperum autem filios praecipue eligi volumus, neque tamen ditiorum excludimus, modo studium praeseferant Deo et ecclesiae inserviendi. Hi primum grammaticam discant: post, in ipsam metropolitauam, seu cathedralem ecclesiam adseiti, sub cancellario ecclesiae, aut alio docto, et gravi viro, qui ad hoc munus delectus sit, in ecclesiastica doctrina, et disciplina erudiantur. Horum classes instituentur duae, altera provectiorum aetate, et literis, quos acolytos esse volumus, quibus, praeter victum, et togam, (piam liberalem vocant, mercedis etiam aliquid in singulos annos attribuetur: altera iuniorum, quibus toga, et mensa tantum dabitur. Universi autem tam prioris classis, quam posterioris, tonsura, et habitu clericali, eademque vivendi ratione utentur, et divinis in ecclesia oiliciis opportune inservient. Porro ex acolytorum classe quicumque ad aetatem legitimam pervenerint, et in moribus, atque in literis profecerint, sacris ordinibus initiabuntur, et ipsi cathedrali, seu metropolitana© ecclesiae, in quocumque ministerio episcopo, et capitulo commodum videbitur, operam suam navabunt: atque in his ut pro cuiusque merito beneficium aliquod ecclesiasticum deferatur, ipse episcopus, et capitulum curabit. In eorum autem locum, qui ex acolytorum classe ad ordines sacros, et majora ecclesiae munera adseiscentur, substituendi erunt, qui ex classe inferiori moribus, aetate, ac literis proxime accedant.

[1] Haec dispositio Concilii Londinensis, praesidente Card. Rcginaldo Pole, agnoscitur etiam sub denominatione generali *dc Reformatione -tnpliae*.

284 Ad scholam grammaticae, et alia commoda, discendi causa, admittantur alii etiam civitatis et dioecesis pueri: qui tamen sint honeste educati, bonis moribus praediti: quibus eodem vestitu, quo ceteris, utendum erit, atque eodem modo vivendum. Ex his autem, qui maxime idoneus erit, et ecclesiae inserviendi voluntatem praeseferet, in eius locum suflicietur, qui ex clericorum numero desiderabitur. Et quia, ad hanc puerorum sobolem alendam, necesse est, ut quoad certa dos ex reditibus beneficiorum, quae deinceps vacaverint, huic tam pio operi in perpetuum assignandorum, seu quo alio modo erit constituta, quod brevi factum iri speramus, census aliquis annuus ad tempus provideatur, qui tam puerorum victui, quam praeceptorum stipendiis sufficere possit, statuimus ut archiepiscopi, et episcopi omnes fructuum annuorum, quos ex proventibus episcopatuum suorum percipiunt, deductis decimis, subsidiis, et feudis, quadragesimam partem cum ad ipsos pueros alendos, tum etiam ad mercedem solvendam magistris, qui eos in grammatica, et ecclesiastica doctrina et disciplina erudient, in singulos annos pendant.

285 Quod item ab omnibus praebendas, vel beneficia quaecumque ecclesiastica aut iam obtinent aut posthac obtinebunt, fieri volumus, ac ilibemus, ut scilicet ex fructibus beneficiorum suorum, quae vel singula, vel plura simul, decimis, subsidiis, et feudis, ut praefertur, deductis, ad annuum censum viginti librarum ascendant, partem quadragesimam ad hos ipsos usus in ea dioecesi, in qua beneficia obtinent, quotannis persolvant. Id quod eos, licet aliis multis oneribus gravatos, pro sua tamen erga Deum pietate, et in ejus ecclesiam, quae nunc ministrorum idoneorum penuria magnopere deformatur, officio, et studio haud gravatim facturos esse confidimus.

286 Praeterea statuimus, ut episcopus simul cum decano, et capitulo cathedralis ecclesiae huius puerorum scholae curam gerant, certisque hominibus negotium dent, ut hunc censum ab omnibus iis, qui solvere tenebuntur, in terminis, et locis, ac sub censuris, et poenis eorumdem episcopi, et capituli arbitrio statuendis, exigant. Reliqua vero, quae ad hanc scholam bene ac feliciter administrandam, tuendamque erunt statuenda, quae multa adhuc restant,in proxima convocatione, Deo favente, providebuntur.

287 Cum autem ad sanam doctrinam, et bonos mores conservandos maxime conducat, ut erudiendae inventati magistri rectitudine fidei, honestate vitae, et eruditione commendabiles praeficiantur: idcirco statuimus, ut ne quis ulli scholae in quocumque loco magister praeficiatur, aut quomodo libet munus docendi suscipiat, nisi prius a loci ordinario diligenter examinatus, ac probatus fuerit, deque iis libris admonitus, qui in scholis tam ad eruditionem, quam ad excolendos iuventutis mores legendi sunt. Qui vero huic decreto non paruerit, sententiam excommunicationis incurrat, et munere docendi ad triennium prohibeatur. Eorum autem, qui iam scholis praefecti sunt, fides, mores, et doctrina sedulo examinentur: et, si tales reperti fuerint, quales in praesenti constitutione requirimus, confirmentur, et de omnibus supradictis admoneantur: sin aliter, cos amoveri, et in eorum locum alios idoneos suffici mandamus.

Mansi 33, 1029-1031.

Pits IV (1559-1565)

CONC. TRID. Sessio XXII (17 sept. 1562)

De vita et honestate clericorum

(Ex Decreto *De Reformatione.).*

288 (95) Can. I. - Nihil est, quod alios magis ad pietatem et Dei cultum assiduo instruat, quam eorum vita et exemplum, qui se divino ministerio dedicarunt. Cum enim a rebus saeculi in altiorem sublali locum conspiciuntur,[1] in eos lanquam speculum reliqui oculos iniiciunt, ex iisque sumunt quod imitentur. Quapropter sic decet omnino clericos in sortem Domini vocatos vitam moresque suos omnes componere, ut habitu, gestu, incessu, sermone aliisque omnibus rebus nil nisi grave, moderatum ac religione plenum prae se ferant. Levia etiam delicta, quae in ipsis maxima essent, effugiant, ut eorum actiones cunctis afferant venerationem. Cum igitur, quo maiore in ecclesia Dei et utilitate et ornamento haec sunt, ita etiam diligentius sint observanda: statuit sancta synodus, ut, quae alias a Summis Pontificibus et a sacris conciliis de clericorum vita, honestate, cultu doctrinaque retinenda, ac simul de luxu, commessationibus, choreis, aleis, lusibus ac quibuscumque criminibus, nec non saecularibus negotiis fugiendis copiose ac salubriter sancita fuerunt, eadem in posterum eisdem poenis, vel maioribus, arbitrio Ordinarii imponendis, observentur. Nec appellatio exsecutionem hanc, quae ad morum correctionem pertinet, suspendat. Si qua vero ex his in desuetudinem abiisse eompererint, ea quam primum in usum revocari et ab omnibus accurate custodiri studeant. Non obstantibus consuetudinibus quibuscumque, ne subditorum neglectae emendationis ipsi condignas, Deo vindice, poenas persolvant.

CT 8, 965.

CO.YC. *TRID. Sessio XXIII* (15 iul. 1563)

De assumendis ad presbyteratum

(Ex Decreto *De Reformatione).*

289 (96) Can. XIV. - Qui pie et fideliter in ministeriis anteactis se gesserint, ad presbyteratus ordinem assumantur; bonum habeant testimonium (1 *T.* 3, 7), et hi sint, qui non modo in diaconatu ad minus annum integrum, nisi oh ecclesiae utilitatem ac necessitatem aliud episcopo videretur, mini-

[1] Cfr. *Mt.* 5. 14.

straverint, sed etiam ad populum docendum ea, quae scire omnibus necessarium est ad salutem ac administranda sacramenta, diligenti examine praecedente, idonei comprobentur, atque ita pietate ac castis moribus conspicui, ut praeclarum bonorum operum exemplum et vitae monita ab eis possint exspectari.

CT 9. G27.

De Seminariorum erectione et regimine

(Ex Decreto *Dc licformaiione}.*

290 (97) Can. XVIII. - Cum adolescentium aetas, nisi recte instituatur, prona sit ad mundi voluptates sequendas,| et, nisi a teneris annis ad pietatem et religionem informetur, antequam vitiorum habitus totos homines possideat, numquam perfecte ac sine maximo ac singulari propemodum Dei omnipotentis auxilio in disciplina ecclesiastica perseveret: sancta synodus statuit, ut singulae cathédrales, metropolitanae atque his maiores ecclesiae, pro modo facultatum et dioecesis amplitudine certum puerorum ipsius civitatis et dioecesis, vel eius provinciae, si ibi non reperiantur, numerum in collegio ad hoc prope ipsas ecclesias vel alio in loco convenienti, ab episcopo eligendo, alere, ac religiose educare et ecclesiasticis disciplinis instituere teneantur. In hoc vero collegio recipiantur qui ad minimum duodecim annos et ex legitimo matrimonio nati sint, ac legere et scribere competenter noverint, et quorum indoles et voluntas spem afferat, cos ecclesiasticis ministeriis perpetuo inservituros. Pauperum autem filios praecipue eligi vult, nec tamen ditiorum excludit, modo suo sumptu alantur ct studium prae se ferant Deo et ecclesiae inserviendi. Hos pueros episcopus in tot classes, quot ei videbitur, divisos, iuxta eorum numerum, aetatem ac in disciplina ecclesiastica progressum, partim, quum ei opportunum videbitur, ecclesiarum ministerio addicet, partim in collegio erudiendos retinebit, aliosque in locum eductorum sufficiet, ita ut hoc collegium Dei ministrorum perpetuum seminarium sit.

291 (98) Ut vero in eadem disciplina ecclesiastica commodius instituantur, tonsura statini atque habitu clericali semper utentur, grammatices, cantus, computi ecclesiastici aliarumque bonarum artium disciplinam discent; sacram Scripturam, libros ecclesiasticos, homilías sanctorum, atque sacramentorum tradendorum, maxime quae ad confessiones audiendas videbuntur opportuna, et rituum ac caeremoniarum formas ediscent. Curet episcopus, ut singulis diebus missae sacrificio intersint, ac saltem singulis mensibus confiteantur peccata, et iuxta confessoris indicium sumant corpus Domini nostri lèsti Christi; cathedrali et aliis loci ecclesiis diebus festis inserviant. Quae omnia atque alia ad hanc rem opportuna

| (Cfr. n. 122 nec non n. 95].

et necessaria episcopi singuli cum consilio «Inorum canonicorum seniorum et graviorum, quos ipsi elegerint, prout Spiritus Sanctus suggesserit, constituent, eaque ut semper observentur, saepius visitando operam dabunt. Dyscolos et incorrigibiles ac malorum morum seminatores acriter punient, eos etiam, si opus fuerit, expellendo, omniaque impedimenta auferentes quaecumque ad conservandum et augendum tam pium et sanctum institutum pertinere videbuntur, diligenter curabunt.

292 (99) Et quia ad collegii fabricam instituendam et ad mercedem praeceptoribus et ministris solvendam, et ad alendam iuventutem, et ad alios sumptus certi reditus erunt necessarii, ultra ea, quae ad instituendos vel alendos pueros sunt in aliquibus ecclesiis et locis destinata, quae eo ipso huic seminario sub eadem episcopi cura applicata censeantur: iidem episcopi cum consilio duorum de capitulo, quorum alter ab episcopo, alter ab ipso capitulo eligatur, itemque duorum de clero civitatis, quorum quidem alterius electio similiter ad episcopum, alterius vero ad clerum pertineat: ex fructibus integris mensae episcopalis et capituli, et quarumcumque dignitatum, personatuum, oiliciorum, praebendarum, portionum, abbatiarum et prioratuum, cuiuscumque ordinis, etiam regularis, aut qualitatis vel conditionis fuerint, et hospitalium, quae dantur in titulum vel administrationem iuxta constitutionem concilii Viennensis, quae incipit *Quia contingit,*[1] et beneficiorum quorumcunque, etiam regularium, etiam si iurispatronatus cuiuscumque fuerint, etiam si exempta, etiam si nullius dioecesis, vel aliis ecclesiis, monasteriis et hospitalibus, et aliis quibusvis locis piis, etiam exemptis, annexa, et ex fabricis ecclesiarum et aliorum locorum, etiam ex quibuscumque aliis ecclesiasticis reditibus seu proventibus, etiam aliorum collegiorum (in quibus tamen seminaria discentium vel docentium ad commune ecclesiae bonum promovendum actu non habentur; haec [2] enim exempta esse voluit, praeterquam ratione redituum, qui superflui essent ultra convenientem ipsorum seminariorum sustentationem) seu corporum vel confraternitatum, quae in nonnullis locis scholae appellantur, et omnium monasteriorum, non tamen Mendicantium, etiam ex decimis quacumque ratione ad laicos, ex quibus subsidia ecclesiastica solvi solent, et milites cuiuscumque militiae aut ordinis pertinentibus (fratribus S. loannis Hierosolymitani duntaxat exceptis): partem aliquam vel portionem detrahent, et eam portionem sic detractam, nec non beneficia aliquot simplicia, cuiuscumque qualitatis et dignitatis fuerint, vel etiam praestimonia vel praestimoniales portiones nuncupatas, etiam ante vacationem, sine cultus divini et illa obtinentium praeiudieio, huic collegio applicabunt et incorporabunt. Quod locum habeat, etiamsi beneficia sint reservata vel affecta, nec per resignationem ipsorum beneficiorum uniones et applicationes suspendi vel ullo modo impediri possint, sed omnino, quacumque vacatione, etiamsi in Curia, effectum suum sortiantur, et quacumque constitutione

* *Clement.* 1, 3, t. 2, cap. 2 (Cl 2. 1170).

1 i. c. illa, in quibus ciusinodi Seminaria actu iam habentur.

non obstante. Ad hanc autem portionem solvendam beneficiorum, dignitatum, personatuum, et omnium et singulorum supra commemoratorum possessores non modo pro se, sed pro pensionibus, quas aliis forsan ex dictis fructibus solverent, retinendo tamen pro rata, quicqnid. pro dictis pensionibus illis erit solvendum, ab episcopo loci per censuras ecclesiasticas et alia iuris remedia compellantur, etiam vocato ad hoc, si videbitur, auxilio brachii saecularis; quibusvis, quoad omnia et singula supradicta, privilegiis, exemptionibus, etiam in specialem derogationem requirerent, consuetudine, etiam immemorabili, et quavis appellatione et allegatione, quae exsecutionem impediat, non obstantibus. Succedente vero casu, quo per uniones effectum suum sortientes vel aliter seminarium ipsum in totum vel in partem dotatum rcperiatur, tunc portio ex singulis beneficiis, ut supra, detracta et incorporata ab episcopo, prout res ipsa exegerit, in totum vel pro parte remittatur. Quodsi cathedralium et aliarum maiorum ecclesiarum praelati in hac seminarii erectione eiusque conservatione negligentes fuerint ac suam portionem solvere detrectaverint: episcopum archiepiscopus, archiepiscopum et superiores synodus provincialis acriter corripere, eosque ad omnia supradicta cogere debeat, ita ut quam primum hoc sanctum et pium opus, ubicumque fieri poterit, promoveatur, studiose curabit. Rationes autem redituum huius seminarii episcopus annis singulis accipiat, praesentibus duobus a capitulo et totidem a clero civitatis deputatis.

293 (100) Deinde ut cum minori impensa huiusmodi scholis instituendis provideatur, statuit sancta synodus, ut episcopi, archiepiscopi, primates et alii locorum ordinarii, seholasterias obtinentes et alios, quibus est lectionis vel doctrinae munus annexum, ad docendum in ipsis scholis instituendos per se ipsos, si idonei fuerint, alioquin per idoneos substitutos ab eisdem scholasticis eligendos et ab ordinariis approbandos, etiam per subtractionem fructuum cogant et compellant. Quodsi indicio episcopi digni non fuerint, alium, qui dignus sit, nominent, omni appellatione remota. Quod si neglexerint, episcopus ipse deputet. Docebunt autem praedicti, quae videbuntur episcopo expedire. — De cetero vero ofiicia vel dignitates illae, quae scholasteriae dicuntur, non nisi doctoribus vel magistris aut licentiatis in sacra Pagina aut in iure canonico, et aliis personis idoneis et qui per se ipsos id munus explere possint, conferantur, et aliter facta provisio nulla sit et invalida. Non obstantibus quibusvis privilegiis et consuetudinibus, etiam immemorabilibus.

294 (101) Si vero in aliqua provincia ecclesiae tanta paupertate laborent, ut collegium in aliquibus erigi non possit: synodus provincialis, vel metropolitanas cum duobus antiquioribus suffraganeis, in ecclesia metropolitana, vel alia provinciae ecclesia commodiori unum aut plura collegia, prout opportunum indicabit, ex fructibus duarum aut plurium ecclesiarum, in quibus singulis collegium commode institui non potest, erigenda curabit, ubi pueri illarum ecclesiarum educentur.

1 luxta Sess. 5, *Dt Ref.* c. 1 CT 5, 211 s.

295 (102) In ecclesiis autem amplas dioeceses habentibus possit cpi-copu-unum vel plura in dioecesi, prout sibi opportunum videbitur, habere seminalia, quae tamen ab illo uno, quod in civitate erectum et constitutum luerit, in omnibus dependeant.

296 (103) Postremo si vel pro unionibus, seu pro portionum taxatione vel a.--ignatione et incorporatione, aut qualibet alia ratione difficultatem aliquam oriri contigerit, ob (piam huius seminarii institutio vel conservatio impediretur aut perturbaretur: episcopus cum supra deputati.-, vel synodus provincialis pro regionis more, pro ecclesiarum et beneficiorum qualitate, etiam suprascripta, si opus fuerit, moderando et augendo: omnia et singula, quae ad felicem huius seminarii profectum necessaria et opportuna videbuntur, decernere ac providere valeat.l

CT 9, 628-630.

CONCILIUM 11HE MENSE (1564)

De aetate et qualitate et examine promovendorum ad ordines maiores

297 Cap. **Nil.** - *Ut omnes clerici sint certae alicui ecclesiae addi'ti.* Dum nullus debeat ordinari, qui indicio sui episcopi non sit utilis aut necessarius ecclesiis, eum sanetis synodis generalibus statuimus, ut nullus impostorum quocumque in gradu ordinetur, qui illi ecclesiae aut pio loco, pro cuius necessitate aut utilitate assumitur, non ascribatur, ubi suis fungatur muneribus, nec incertis sedibus vagetur; quod si locum nobis inconsultis deseruerit, ei sacrorum ordinum exercitium interdicatur. Nullus praeterea clericus peregrinus, sine commendatitiis sui ordinarii literis in nostra dioecesi ad divina celebranda et sacramenta administranda admittatur.

298 Cap. **Nili.** - *De aetate et qualitate promovendorum ad maiores ordines.* Ne quis etiam regularis euiuscumque ordinis, subdiaeonatus ordinem a nobis expect et ante annum aetatis suae vigesimum secundum, vel diaconatus ante vigesimum tertium, vel presbyteratus ante vigesimum quintum. Praeterea cum non deceat eos qui divino ministerio ascripti sunt, cum ordinis dedecore mendicare, aut sordidum aliquem quaestum exercere, comperi unique sit complures multis in locis ad sacros ordines nullo fere delectu admitti, qui variis artibus ac fallaciis contingunt se beneficium ecclesiasticum, aut etiam facultates idoneas obtinere, ex

l Eadem doctrina invenitur postea in Concit. Provine. *Toletano* (1556) 2°. Sipontino (1567), *llavr.nnantcnsi* (1568) cap. 1-S, (*'rbinalensi* (1569) cap. 1-6. Z?>stoi/ino (1571): Most 34 A. 556; 35, 881 s.. 608 s., G5Í s.; 36 B. 62-61.

summorum pontificum et conciliorum constitutionibus decernimus, nequis deinceps clericus saecularis, quamvis alias sit idoneus moribus, scientia et aetate, ad sacros ordines accedat, idsi prius legitime constet eum beneficium ecclesiasticum, quod sibi ad victum honestum sufficiat, pacifice possidere. Id vero beneficium resignare non possit, nisi facta mentione quod ad illius beneficii titulum sit promotus, neque ulla de illo resignatio nobis inconsultis fiat, nisi constiterit quod aliunde vivere commode possit. De possidentibus vero patrimonium, vel pensionem, si aliquos pro necesítate sive commoditate nostrarum ecclesiarum ordinare expedierit, prius nostros vicarios perscrutari iubemus, an patrimonium illud vel pensio vere ab eis obtineatur, ac talia sint quae ad vitam sustentandam ipsis sufficiant, neque ab illo deinceps sine licentia nostra alienari aut extingui vel remitti ullatenus possint, donec beneficium ecclesiasticum sufficiens sint adepti qui sic ordinantur, vel aliunde habeant unde vivere possint. Si aliquos nobis contigerit aliter promovere, antiquorum canonum pçnas nos, et vicarios nostros, atque omnes qui praesenti nostro statuto fraudem fecerint, subire oportebit.

Beneficia simplicia in ecclesiis parochialibus. quorum proventus tam tenuis est, ut ex illis ali beneficiarii non possint, uniantur pro obitu ecclesiis paroecialibus in quibus fundatae sunt, dummodo fundatores debitis non fraudentur obsequiis, ei vocatis quorum interest, aut interesse poterit.

299 Cap. XIV. - *De examine promovendorum ad maiores ordines.* Ad haec qui ad singulos maiores ordines erunt assumendi, per mensem ante ordinationem ad nos vel vicarios nostros veniant, qui parocho aut alteri cui magis expedire videbitur, committant, ut nominibus ac desiderio eorum qui vellent promoveri publice in ecclesia propositis, de ipsorum ordinandorum natalibus, aetate, moribus, et vita a fide dignis diligenter inquirat, et literas testimoniales ipsam inquisitionem factam continentes ad nos transmittat. Porro ordinandi feria quarta ante diem ordinationis statutum a iure, se conspectui nostro praesentent, ut adseitis prudentibus viris peritisque legis divinae, ac in ecclesiasticis sanctionibus exercitatis, genus illorum, personam, aetatem, institutionem, mores, doctrinam ac fidem examinent et dicto die in cathedrali nostra ecclesia coram nostris canonicis, aut in alio dioecesis nostrae celebriori templo, praesente clero loci publice promoveamus eos, quos ut dignos admiserimus: promoti ad sacrum presbyteratus ordinem missa saepius celebretur, vel in altari maiore cum magna missa saltem quater in anno, sub poena privationis fructuum unius mensis pro quolibet defectu, et aliis poenis a iure statutis nisi petita licentia a superiore et pro causa legitima excusentur.

Mansi 33, 1296.

CONCILIUM CAMERACENSE (1565)

De seminario. De doctrina et praedicatione verbi Dei

300 Pars IV. Cap. i. - *De seminario.* Cum ad haereses extirpandas, et reddendum ecclesiae Dei pristinum suum nitorem, et clero, sacerdotioque pristinum suum decus: ac consequenter, ut intra non multos annos ecclesia mire floreat eruditione sacra, pietate, vitaeque puritate: habeant que singulae dioeceses plerosquè omnes ministros bene idoneos ad laudabiliter obeundum munus suum, et non paucos excellentes eruditione, et pietate: nihil dici, aut cogitari possit exquisitius illo decreto sacrosanctae synodi Tridentinae,[1] quo jubetur, ut in singulis dioecesibus instituantur seminaria ministrorum: atque adeo iam inde ab initio ecclesiae vix quicquam praeclarius, aut efficacius institutum esse videatur, ad reddendum eccle-iae Dei florentissimum statum literarum sacrarum cognitione, pietate, religione, vitaeque puritate: sanctissimum, et utilissimum illud decretum complectens sancta synodus vehementer hortatur, et obsecrat omnes ordinis ecclesiastici viros, maximeque eos qui bonis ecclesiasticis utuntur, in hanc rem et utilissimam, et singularis apud Deum et homines meriti, omnes conatus intendant, quo brevi perfici possit, ut uberem .segetem reipublicae Christianae haec literarum seminaria proferant. Quae ubi per aetatem maturuerit. ornet ecclesiam, et expleat horrea domini: neque enim melius ope? ecclesiasticae, neque sanctius collocari possunt. Nam cum sint varia officiorum genera, quibus caritas erga proximos exercetur: tamen hoc genus officii in ceteris est maxime laudabile: in quo genere cum ecclesiastici praelucere ceteris debeant: debent et ipsi in tanta calamitate, ac necessitate promptum, hilarem, ac liberalem animum praebere. Quare praecipit sancta synodus, ut, quamprimum fieri possit, modus constituatur facta omnium benificiorum, atque eorum omnium, quorum decretum concilii Tridentini sessionis xxin. cap. xviti. mentionem facit, aestimatione, quoad haec seminaria ponenda, et constituenda, sufficiens contributio fiat.

301 Cap. II. - Hic autem modus ubi certam, ac praescriptam summam pecuniae comprehenderit: tum videatur, quot quaeque dioecesis alumnos in literis ad ecclesiarum adiumentum possit alere.

302 Cap. III. - Id ubi constiterit: quaeratur locus idoneus huic paedagogio, et accommodetur supellectile. Quaerantur item magistri, qui doceant: quae omnia intra diem festum divi Gregorii proximi perfici debebunt, vel citius, ut cuique commodum erit.

303 Cap. IV. - Sint autem pueri, qui assumentur instituendi, aetatis non minoris quam duodecim annorum : teneant prima literarum rudimenta: sitque tempus studii singulorum in seminario quadriennium, aut eo plus, minusve, ut episcopo visum fuerit, et iis, quorum ex concilio Tridentino intererit, ex praeceptoris, et eorum indicio, qui seminario praefuerint: ne vel inutiles studiis locum aliorum, qui frugi sunt, occupent,

[1] Hess. 23, c. 18 *De Ref.* [Cfr. n. 290].

vel bonae spei iuvenibus tempus ad confirmanda studia praecludatur. Quo exacto ii, quos indoles commendaverit, quique bonam literis operam navaverint, ad maiora studia mitti poterunt.

304 Cap. V. - Et cum sint tria hominum genera: alii pauperes, alii divites, alii mediae cuiusdam conditionis, et fortunae, qui non ea quidem sunt fortuna, ut possint sine subsidio aliquo liberos suos in studiis alere, sed tamen partem aliquam sumptuum ferre possunt: cuiusmodi sunt plurimi, qui filios habent magnae indolis, et spei, si in literis alerentur; decernit sancta synodus instituenda esse duo genera portionum, ut pauperum filiis pro victu, et amictu in singulos conferantur librae triginta sex, quarum singulae valent xt, grossos Flaudriae. At mediae conditionis hominum filiis, in subsidium studii, octodecim librae: plus, minusve, pro modo facultatum cuiusque et ingenio adolescentum tribuatur. Sic enim et pluribus succurri poterit, et nullum hominum genus (quod quidem indigeat auxilio) conqueri poterit suos filios, quos habebunt boni ingenii, a seminariorum beneficio excludi: nulliusque virtutibus obstabit res angusta domi.

305 Cap. VI. - Et cum admodum incerta esse soleant voluntas, et propositum adolescentum: nedum puerorum, quibus locus petetur in seminario: pater, aut tutores declarabunt se esse eius propositi, ut, qui assumentur ad seminarium, vitae genus ecclesiasticum sequantur: illudque animi sui propositum iureitirando confirmabunt.

306 Cap. VU. - Reliqua vero omnia quae ad utilitatem, atque commoditatem horum seminariorum pertinebunt: ut sunt collecta, rationes, provisiones, officiarii: ea omnia providebunt in dioecesana synodo.

307 Pars V. Cap. 1. - *Tie doctrina, et praedicatione verbi Dei.* Quodsacrum concilium Tridentinum de explicanda doctrina in sacris literis expressa, eadem synodus provincialis servari praecipit: scilicet ut rectores ecclesiarum omnem diligentiam adhibeant, ut singulis saltem dominicis diebus, et festis solennibus populo sibi credito verbum Dei pure, et fideliter proponant, explicentque : ut res et opportunitas exegerint, vel evangelium, vel epistolam eius diei, omnis enim scriptura, divinitus inspirata, utilis est ad docendum, arguendum, corrigendum, et erudiendum in iustitia. lidem pastores articulos fidei subinde, sacramentorumque fructum, et usum legitimum, maxime in illorum administratione, si sit commodum, doceant: nec praecepta decalogi, et ecclesiae praetermittent, ut eorum ministerio perfectus sit homo, ad omne opus bonum instructus.[1]

308 Cap. II. - Hortatur praeterea, ut iidem pastores apostolicarum traditionum, ac sacrarum ceremoniarum vim, et institutionem pro re nata doceant; sic enim religiosius, et utilius, ac maiore reverentia ab omnibus, qui pietatem colunt, servabuntur.

309 Caput. III. - Ceterum in exponendis quaestionibus, de quibus controversia nobis est cum haereticis, non iactent temere convicia: sed caritatem

[1] C'ir. *T.* 3, 17.

erga omnes, et benevolentiam prae se ferant. Explicent autem eas quaestiones pure, ac simpliciter: doceantque quid sit credendum: ac ante omnia diluant haereticorum calumnias, dicent ium saepe, ecclesiam id sentire, quod re ipsa non sentit: caveant que ne cum volunt errorem haereticorum fugere, in alium incidant. Quod si minus docti fuerint, quam ut ea dilucide, ac solide queant exponere: sint contenti simplici doctrina ecclesiae: hortenturque plebem ad timorem domini, religionem, bonos mores: dehortenturque ab omni scelere, ac flagitio, atque ab his maxime vitiis, ad quae propensos senserint esse populares suos.

310 Cap. IV. - Pastores non ferant quemquam in suis ecclesiis concionaci sine mandato ordinarii. Doceant autem pure, Christiane, ac catholice. Abhorreant non tantum ab omni haeresi, sed etiam ab omni superstitioso, ac fabuloso dogmate.

311 Cap. V. - .Mandat praeterea synodus pastoribus, ne libros apud se teneant, aut legant, ex quibus corrumpi religio, bonique mores, ac studium boni operis, timorque, et amor domini languere possit: ut sunt libri, qui lasciva, scurrilia, vana, et impura continent: ne horum librorum frequenti lectione seipsos, et populos sibi creditos corrumpant, proclive est enim, ut quae quis studiose legat, et eadem doceat. Instruant autem bibliothecas suas bonorum, et piorum auctorum libris ab academiis catholicis approbatis, ex quibus doctrinam hauriant, (piam salubriter suis popularibus docendo, et concionando possint effundere. Quisquis autem non paruerit, puniatur: et, si libros suspectos, aut reprobatos servaverit, agatur in eum, ut in suspectos agi iure debet: nisi consensu ordinarii, aut ecclesiae habeant ad refutationem: de quo consensu docere tenebuntur.

312 Cap. VI. - Si pastor impeditus vel aegritudine, vel alio quovis impedimento concionali non possit : teneatur saepe alienam operam certis temporibus, ex arbitrio tamen, atque mandato ordinarii, ad id munus adhibere, et eos apud populum suum habere commendatos, tanquam operarios mercede sua dignos. Quod si contempserit, episcopus sumptu eiusdem pastoris id curet.

Mansi 33, 1398-1400.

CONCILIUM MEDIOLANENSE l (1565)

ᛒ seminario clericorum

313 Cap. X. - *De seminario clericorum.* Mandatum est a sacro Tridentino concilio[1] provincialibus synodis, quamprimum in eam curam incumberent, ut seminarium clericorum, ubicumque id fieri posset, constitueretur, omnique ratione propagaretur: quamobrem etiam illis facultatem dedit moderandi, et augendi omnia, et singula, quae pii et sancti huius operis institutionem et progressionem adiuvare possent. Itaque nos provin-

' Sess. 23, c. IS *Jic* AV/. [Cfr. n. 290).

ciac nostrae statu, et ecclesiarum, ac beneficiorum genere diligenter considerato, duximus ad hanc rationem confugiendum esse, ut det rahamus, quemadmodum iam nunc detrahimus, decimam partem fructuum cuiuslibet mensae episcopalis, et capituli, et quarumcumque dignitatum, personatuum, officiorum, praebendarum, portionum, abbatiarum, et prioratuum cujuscumque ordinis, etiam regularis, aut qualitatis vel conditionis fuerint, etiam hospitalium, quae dantur in titulum vel administrationem, iuxta constitutionem concilii Viennensis, et beneficiorum quorumcumque, etiam regularium, etiamsi iurispatronatus cuiuscumque fuerint, etiamsi nullius dioecesis, vel aliis ecclesiis, monasteriis vel hospitalibus, et aliis quibusvis locis piis, etiam exemptis annexa, et ex fabricis ecclesiarum, et aliorum locorum, etiam ex quibuscumque aliis ecclesiasticis redditibus, seu proventibus, etiam aliorum collegiorum, in quibus tamen seminaria discentium, vel docentium, ad commune ecclesiae bonum promovendum actu non habentur, haec enim exempta esse volumus, praeterquam ratione reddituum, qui superflui essent ultra convenientem ipsorum seminariorum sustentationem corporum, vel confraternitatum, quae in nonnullis locis scholae appellantur, et omnium monasteriorum, non tamen mendicantium, etiam ex decimis quacumque ratione ad laicos, ex quibus subsidia ecclesiastica solvi solent, et milites cuiuscumque militiae, aut ordinis pertinentibus [fratribus sancti Joannis Hierosolymitani dumtaxat exceptis) eamque suprascriptorum fructuum decimam sic detractam, seminariis, singulis provinciae nostrae dioecesibus erigendis, seu iam erectis, applicamus et incorporamus.

314 Possessores autem huiusmodi beneficiorum ad eamdem fructuum decimam non modo pro se, sed pro pensionibus, quas alii forsan ex dictis fructibus solvant, retinendo tamen pro rata quidquid pro dictis pensionibus illis erit solvendum, omnino teneri volumus, et mandamus eiusdem Tridentini concilii auctoritate quibusvis, quoad omnia, et singula supradicta privilegiis, exemptionibus, etiamsi singularem derogationem requirerent, consuetudine etiam immemorabili, et quavis appellatione, et allegatione, quae exeeutionem non impediat, non obstantibus.

Hanc autem fructuum decimam iuxta maiorem singulorum beneficiorum taxationem, quae hactenus facta reperiatur, exigi iubemus. Quod si aliqua beneficia non reperiantur taxata; episcopi de consilio eorum, qui sacrae Tridentinae synodi jussu ad id munus delecti fuerint, ea taxent.

Quam decimam duobus terminis intra sequentem annum 1566. et deinceps singulis annis eodem modo solvi volumus, si quis huius anni taxationem a se impositam exigere coepisset, eamdem exactionem prosequatur; deinceps vero hanc exigendi rationem a nobis praescriptam servabit.

Praeterea damus auctoritatem singulis provinciae nostrae episcopis, ut de eorum qui huic muneri praefecti erunt, consilio, et metropolitani scripto consensu, possint eam decimam angere, ac perducere usque ad decimam veri annui reditus, et imminuere vel universe vel sigillatila; atque iis etiam beneficiis, quae tenuiora fuerint, praesertim curatis, totam omnino exactionem remittere.

315 Decernimus item, ut episcopi, ex auctoritate eiusdem concilii Tridentini, intra sex mensos ecclesiastica aliqua simplicia beneficia, cuiuscumque qualitatis et dignitatis fuerint, vel etiam praest¡moniales portiones nuncupatas, et etiam nondum vacantes, huic collegio seu seminario applicent et incorporent; ea videlicet quae illi seminario magis opportuna et idonea videbuntur: sine tamen cultus divini detrimento, et beneficia obtinentium praeiudicio.

Quod si episcopi illorum beneficiorum fructus ad id pium opus non BStis esse animadverterint, dispiciant si (piae alia sint, quae seminario attribui possint. Deque his metropolitanum admoneant, qui, ut res ex sententia confici possit, a sanctissimo domino nostro opem implorandam, et eius auctoritatem interponendam curabit.

Haec autem unio beneficiorum ex praescripta concilii Tridentini formula locum habeat etiam si beneficia sint reservata, vel affecta; nec per resignationes ipsorum beneficiorum uniones et applicationes suspendi, vel impediri possint; sed omnino quacumque vacatione, etiamsi in curia effectum suum sortiatur, et quacumque constitutione non obstante, succedente vero casu, quo per uniones effectum suum sortientes, vel aliter seminarium ipsum in totum, vel in partem dotatum repe-natur; tunc portio ex singulis beneficiis, ut supra, detracta, et incorporata, ab episcopo, prout, res exegerit, in totum, vel pro parte ad ratam remittatur.

Mansi 34 A, 25-27.

S. PIIS V (1566-1572)

De divina vocatione ad ecclesiastica ministeria

(Ex *Catechismo Itonuino* nd pnrochos, S. Pu V ius.su edito, pars II. cap. 7: *Ih Ordinis Sacramento).*

316 § 3. - ... Huius igitur tanti officii onus nemini temere imponentium
(104) est, sed iis tantum, qui illud vitae sanctitate, doctrina, fide, prudentia sustinere possint. Nec vero *quisquain* sumat *sibi honorem, sed qui voratur a Deo tanquam Aaron (Hb.* 5, 4); vocari autem a Deo dicuntur, qui a legitimis Ecclesiae ministris vocantur: nam qui in hoc ministerium seipsos arroganter inferunt atque intrudunt, de his Dominum intellexisse docendum est, eum inquit: *Non mittebam Prophetas, et ipsi currebant (Ir.* 23, 21), quo quidem hominum genere nihil infelicius, ac miserius, nihil Ecclesiae Dei calamitosius esse potest.

317 § 4. - Sed quoniam in omni actione suscipienda magnopere refert,
(105) quem sibi quisque finem constituat (optimo enim fim posito, recte omnia consequuntur), de hoc in primis, qui sacris initiari volunt, admonendi sunt, ut nihil sibi tanto munere indignum proponant: qui quidem locus eo diligentius tractandus erit, quo gravius hoc tempore ea in re peccare fideles solent. Alii enim eo consilio ad hanc. vivendi rationem se convertunt.

ut quae ad vietum vestitumque necessaria sunt, parent, ita ut praeter quaestum nihil aliud in sacerdotio, quemadmodum vulgo ceteri homines in quovis sordidi artificii genere, spectare videantur. Quamvis enim, ex Apostoli sententia, natura et divina Lex iubeat, ut qui altari servit, ex altari vivat:[1] tamen quaestus et lucri causa ad altare accedere maximum sacrilegium est.[2] Alios honorum cupiditas et ambitio ad sacerdotalem ordinem ducit. Alii vero, ut divitiis affluant, initiari volunt: cuius quidem rei illud argumento est, quod nisi opulentum aliquod ecclesiasticum beneficium eis deferatur, nullam Sacri Ordinis cogitationem habent. Ili vero sunt, quos Salvator noster mercenarios appellat (/. 10, 12), et quos Ezechiel dicebat, scmetipsos, et non oves pascere *{Ez.* 34, 8): quorum turpitudo et improbitas non solum Sacerdotali Ordini magnas tenebras offundit, ita ut iam nihil fere a tideli populo haberi possit contemptius et abiectius, verum etiam efficit, ut ipsi nihil amplius ex sacerdotio consequantur, quam ludas ex apostolati^ munere, quod illi sempiternum exitium attulit. Illi autem ostio in Ecclesiam introire merito dicuntur,[3] qui a Deo legitime vocati, ecclesiastica munera eius unius rei causa suscipiunt, ut Dei honori inserviant.

318 (106) § 5. Neque tamen hoc ita accipiendum est, quasi eadem lex aeque omnibus sit imposita. Homines enim ob eam rem conditi sunt, ut Deum colant: quod praecipue fideles, (pii baptismi gratiam consequuti sunt, *ex toto corde, ex tota anima, ex totis viribus* praestare debent.[4] Verum qui Ordinis Sacramento initiari volunt, hoc sibi proponant opus est, ut non solum Dei gloriam in omnibus rebus quaerant (quod quidem cum omnibus, tum maxime fidelibus commune esse constat), sed etiam, ut alicui certo ecclesiae ministerio addicti, *in sanctitate et iuslitia* illi serviant.[5]

CT *Calech.* 288 b.

Nomine pro recta institutione clericorum

(Ex Motu Proprio *Accepimus quod* S. Pn Pp. V circa reformationem Collegii Capranicensis in Urbe Roma, 1560).

319 Accepimus ℭquod, postquam piae memoriae Dominicus et Angelus cardinales de nobili familia Capranicensi. et Stephanus cardinalis Nardinus collegia scholasticorum in Urbe, illud Capranícense, istud Nardinum nuncupata, fundaverunt et erexerunt et dotaverunt; ac constitutiones pro vita et moribus, habitu, vestitu et professione inibi studentium scholarium ediderunt, et eorumdem collegiorum gubernatores, dilectos filios

' Cfr. 1 C. 0, 9-14; *Dt.* 18. 1-3; 25. I.
• Cfr. 1 *T.* 3, 8.
* Cfr. I. 10. 2.
♦ Cfr. *Dt.* 0, fi: Iff. 22, 37: Afe. 12, 30; *L.* 10, 27.
» Cfr. *L.* 1. 74.
* Privilegia autem scholarium generalis gymnasii almae Urbis vide in Bonifacii VIII constitutione 20. /»i *supremae* (20 apr. 1303): BR 4, 166.

nobiles viros custodes pro tempore pii hospitalis Imaginis Sancti Salvatoris ad Sancta Sanctorum de Urbe creaverunt et esse voluerunt, quibus omnimodam potestatem corrigendi, mulctandi, puniendi et alias, prout in dictis constitutionibus latissime continetur, concesserunt, dictique custodes in praemissorum pacifica et quieta possessione extiterunt.

320 § 1. - lidem scholares, in pravum animum conversi, ¡tiramenti per eos praestiti immemores, contra praedictarum laudabilium constitutionum formam, quaerentes se a jurisdictione, protectione et gubernio dilectorum liliorum custodum praedictorum eximere, et dicto collegio et pio loco abiectis, diversas in dies inhibitiones a diversis Urbis tribunalibus, ac diversas a Signatura justitiae commissiones extorquere tentabant et extorquebant, per quas dictorum dilectorum filiorum administrationem, gubernium et correctionem evitare tentabant.

321 § 2. - Cumque praedicta ad notitiam felicis recordationis Fatili Papae tertii, praedecessoris nostri, pervenissent. idem praedecessor, quaerens non minus menti et voluntati dictorum piorum cardinalium, quam animabas ipsorum scholarium consulere, suo proprio motu voluit, iussit et mandavit quod illueusque omissae causae, ipso iure ad eosdem custodes redirent, quos solum in solidum indices eorumdem scholarium ordinarios, iu.xta earumdem constitutionum formam, esse declaravit, reservata solum eisdem scholaribus facultate appellandi a ditïinitiva, et tunc ad >olos dilectos filios conservatores I rbis. Ac de cetero inhibuit commissiones aut inhibitiones contra praedicta decerni non posse, et insuper voluit et mandavit dictas constitutiones de cetero, ut iaccnt. observari.[1]

322 § 3. - Et quod qui e scholaribus secundum statuta conclusiones infra tempus constitutum sustinere cessarent, ipso facto, sine ulla monitione, privati existèrent, et a collegiis expellerentur, et alii pro illis substituerentur, et ad restitutionem expensarum, quibus se indignos indicaverant et fecerant, collegii omnino tenerentur.

323 § 4. - Et successive sanctae memoriae Paulus Papa quartus, praedecessor noster, de praemissis certioratus, praedicta omnia per suas in forma motus proprii literas confirmavit, et perpetuis futuris temporibus servari mandavit.[2]

324 § 5. - Nos igitur, cupientes non solum quae pie et sancte constituta sunt observari, sed etiam prolapsa ad viam salutis revocari, et quae ad animarum salutem et vitae Christianae cultum conveniunt, augeri et iu ampliorem formam redigi, praedecessorum constitutiones et ordinationes praedictas ac dicti collegii constitutiones, auctoritate apostolica et de potestatis plenitudine, motu proprio et ex certa nostra scientia, confirmamus et approbamus.

' Cfr. BR G, 51S ss.
' Ibid.

325 § 6. - Ac motti simili et simili potestate, ad augmentum quietis dicti collegii, salutem animarum scholarium praedictorum et cultum Christianae fidei, de novo hac nostra in perpetuum constitutione valitura statuimus, decernimus et mandamus quod de cetero in dicto collegio nullus scholaris, nec etiam ipsum collegium possit retinere aut habere, neque publice neque occulte, aliquod genus armorum, tam defensibilium quam offensibilium, excepto solo ense, quem ipsis scholaribus in eorum cameris retinere permittimus; et quae erunt in dicto collegio, tam ipsorum scholarium quam collegii, arma cuiusvis generis, excepto solo ense, in visitatione per dilectum filium Franciscuin cardinalem Alciatuni tituli Sanctae Susannae diaconum et per dictos dilectos filios custodes, de mandato nostro nuper facta, reperta fuerunt, illa omnia per praefatos custodes vendi mandamus, et pretium ex eis producendum dominis ipsorum, sive sint scholares sive ipsum collegium, assignari mandamus. Conscientiam eorumdem dilectorum filiorum custodum onerantes in hoc, videlicet ut pugiones, et quos appellant pistolesios necnon et falcatos enses, quos vulgo stortas aut alio simili nomine appellant, vendant magistris, qui eos fundant, et ad rudem materiam reducant. Et quia qui bonis literis operam navare et in sacris initiari incipiunt, paci et quieti ac togae et non armis incumbere debent, volumus et mandamus quod quicumque scholaris de celero de die vel de nocte et quocumque tempore cum ense, quem his solum retinendum, videlicet ut supra, reliquimus, vel alio genere armorum per Urbem incedere repertus fuerit, etsi licentiam a quovis ad id potestatem habente, excepta sola nostra licentia et successoris nostri, legitime se habere asserant et habeant, illico per quoscumque exeeutores, nullo alio expectato mandato, carcerentur, et in carceribus per sex continuos menses detineantur, absque eo quod aliquid de mensa dicti collegii participent, et ulterius illico a loco dicti collegii priventur. Qui vero do cetero in eorum cameris aut alio loco dicti collegii reperti fuerint tenere aliquod genus armorum, excepto ense solum, ut praefertur, pro prima vice, priventur expensis unius mensis; pro secunda vero vice, eliciantur statina de collegio.

326 § 7. - Non minus etiam quia non solum in scholaribus et viris togatis, quam in omnibus hominibus ludum aleae seu taxillorum et chartarum, cuiuscumque generis, tamquam a legibus et sacris canonibus ac bonis moribus abhorrentem, detestamur, praecipimus, mandamus et inhibemus ne de cetero aliquis scholarium seu familiarium et servientium in dicto collegio aliquod genus chartarum seu aleae aut taxillorum, publice vel occulte, retinere possit et valeat. Quod si alicui chartae aut alea seu taxilli in eorum camera aut alio loco collegii reperti fuerint, illico, pro prima vice, a mensa et victu per unum integrum mensem arceantur; et si iterum in tale crimen inciderint, a collegio arceantur, et tamquam incorrigibiles priventur.

327 § 8. - Insuper, quia ex habitu mens et animus ut plurimum et cognoscitur et demonstratur, inhaerentes piae menti testatorum, volumus

et mandamus quod, incipiendo a proximis futuris kalendis mensis novembris, scholares perpetuo, quando eunt extra collegium, quocumque eant per Urbem, incedere debeant in habitu longo et veste longa cum solito capucio, iuxta dictarum constitutionum formam. Volentes et mandantes quod illi qui fuerint reperti extra dictum collegium sine dicto habitu et capucio, prima vice, per quemcumque exeeutorem, etiam absque aliquo alio mandato, carcerentur, et in carceribus per tres continuos menses detineantur, absque eo quod de mensa collegii aliquod participent; secunda vero vice, a dicto collegio arceantur et locis eiusdem collegii priventur.

328 § 9. - Et quia nonnunquam controversum accepimus circa studia et professiones ipsorum scholasticorum, declaramus dictas constitutiones, ac etiam, quando opus sit, supplemus et emendamus: volumus et mandamus quod de cetero dictorum collegiorum scholastici logicae et philosophiae operam eo usque dare, quantum et quousque eis sufficiat pro ingressu ad sacram theologiam; et similiter possint inri civili eo usque operam dare, quantum et quousque eis sufficiet pro ingressu ad ius canonicum; medicinae autem eos operam dare omnino prohibemus et inhibemus.

329 § 10. - Cassantes et irritantes ac annullantes omnem licentiam, etiam per felicis recordationis Pium Papam quartum eisdem concessam, tamquam piae menti fundatorum contrariam; quibuscumque in ea clausulis existentibus non obstantibus.

330 § 11. - Et quamvis constitutiones collegiorum praedictorum arctent scholasticos ad se promoveri faciendum, post triennium a die ingressus collegii, saltem ad sacrum subdiaconatus ordinem; nihilominus, respicientes ad decreta sacri concilii Tridentini, volumus quod dicti scholares, elapso triennio, teneantur dumtaxat accipere quatuor ordines minores, et teneantur et obligati sint quotidie officium Sacratissimae Virginis Mariae recitare, et ulterius se aliter praeparare, ut in eventum quod a nobis et successoribus nostris illis, ut speramus, ecclesiastica beneficia conferentur, vel probaretur legitime habere eos sufficienter patrimonium, possint apparere habiles et idonei ad suscipiendos sacros ordines, et tunc vel ad titulum beneficii, quos eis conferetur, vel patrimonii, quod habere eos probabitur, teneantur omnino promoveri ad dictos ordines sacros.

331 § 12. - Mandantes propterea dilectis filiis custodibus hospitalis praedicti, ut praedicta diligenter attendant et totis viribus, auctoritate nostra, inviolabiliter observari faciant, prout inviolabiliter nos, motu proprio et de apostoliche potestatis plenitudine, observari volumus et mandamus.

BR 7, 504-506.

De promotione omnium clericorum tum saecularium tum regularium ad ordines sacros

(Ex Decreto *Romanus Pontifex* S. Pli Pp. V» a. 1568).

332 Romanus Pontifex, sacrorum conciliorum auctor et interpres, illa quae in Uniusmodi conciliis a prudentibus patribus, in Spiritu .Sancto legitime congregatis, salubriter sancita 8Unt, pro sui pastoralis otlicii debito, cum aequitas, honestas et decus suadet, sicuti declarare ct moderari, ita etiam ad alios casus extendere consuevit.

J 1. • Sane, cum non deceat divino ministerio adseriptos cum ordinis dedecore mendicare aut sordidum aliquem quaestum exercere, n sacro Tridentino concilio, inter alia, decretum fuit ne quis deinceps clericus saccularis, quamvis alias moribus, scientia et aetate esset idoneus, ad sacros ordines promoveretur, nisi ¡iritis legitime constaret cum beneficium ecclesiasticum, quod sibi ad victum honeste sufficeret» pacifice possidere; vel alias ordinari non posset, nisi iuxta decreti ab ipso concilio desuper editi formam ct tenorem.

333 § 2. - Cum autem nulla in htiiusmudi decreto religiosorum clericorum mentio facta fuerit, ac pçôptcrca nonnulli, uti moleste accepimus, certorum Ordinum religiosi seu canonici vel clerici, intra claustra monasteriorum seu domorum, more regularium, in communi viventes, qui nunquam, seu non nisi ad certum tempus professionem (‘mittunt, ct ex Claustro exire vel dimitti, ad sacculum redire libere et licite possunt, Religionis praetextu, titulo sufficientis beneficii, nec iuxta dicti decreti tenorem, ad sacros ordines se promoveri praetendant, ct a nonnullis episcopis passim promoveantur, atque inde plerumque illud inconveniens eveniat, ut sic promoti ct e claustro exeuntes et per saeculum vagantes, vel mendicaro vel sordidum quaestum exercere, non sine ipsorum dedecore ac Ordinis vilipendio et quamplurimorum christifidelium scandalo cogantur.

331 % 3. - Nos igitur, qui singulorum Dei ministrorum honorem et decus, quantum in nobis est, sinceris exoptamus alTcctibus. motu proprio et ex certa nostra scientia, deque apostolica^ potestatis plenitudine, hac perpetuo valitura sanctione, decretum praedictum, de clericis saccularibus loqtiens, ad omnes ct singulos, etiam cuiuscumque Ordinis clericos religiosos sive saeculares. more religiosorum, viventes in communi, non professos, harum serie extendimus et ampliamus, ac religiosis ct aliis praedictis non professis, ut ad sacros ordines promoveri: necnon omnibus et singulis venerabilibus fratribus nostris patriarchis, arehleptecopls et episcopis, gratiam et communionem Sedis Apostolica») habentibus, ut ordines ipsos huiusmodi religiosis personis impendere, nisi observata forma dicti decreti, nos. virtute sanctae obedlentiae. et sub indignationis nostrae poena, interdicimus et prohibemus, ac contrafacientes per annum a praestatione talium ordinum ipso iun? suspendimus.

BR 7, 722-721.

CONCILIUM SALISBURGENSE (1569)

Dc examinatione ordinandorum, de eorum electione et promotione summa cura peragendis

335 Cap. II. * *Ih examinatione ordinandorum, et a quibus ca /ieri debeat.*

Licet hoc munus eos examinandi atque approbandi, qui se in sortem domini adscribí desiderant, proprium sit episcoporum, qui iuxta antiquorum canonum, etiam Tridentini synodi traditiones, sacerdotibus, et aliis prudentibus viris, peritis divinae legis, ac in ecclesiasticis sanctionibus exercitatis, sibi adscltls, eorundem ordinandorum genus, perso-

nam, aetatem» institutionem, mores, doctrinam, et fidem, ac reliqua diligenter deberent investigare, nihilominus propter varias ct diversas» quae indies ipsis occurrunt occupationes. quibus admodum implicati detinentur, quod praesertim his evenit, qui amplissimas habent dioeceses, eis indulgendo consentimus, ut qui per se ipsos hoc praestare non valent, per suos officiales, sive vicarios generales, et alios sacerdotes» eos praesertim, qui in cathedralibus ecclesiis illa obtinent officia, quibus ex antiqua consuetudine hoc munus est iniunetum: nec non et alios (si visum fuerit) graves tamen et pios, ac huius negocii peritiam habentes, atque in maiorum ordinum aliquibus saltem constitutos: laicos enim, et cos, qui in minoribus tantum sunt ordinibus, ab hoc munere prorsus excludimus. Non negamus autem, quin boni viri, sacris etiarn non initiati, veluti assessores, et rathedmlluin ecclesiarum ludimoderatores, ut illi, ne sacris canonibus derogetur, intendant, et hi ut uniuscuiusque promovendi in humanioribus literis sufficientia comprobetur animadvertant. et experiantur, huiusmodi ordinandorum examini possint interesse, sed non indicare. Turpe est enim clerico, quod in his, quae ad ecclesiae ministerium attinent, illius, qui vel laicus, vel inferioris ministerii, quam ipse in ecclesia est. subeat indicium.

336 Cap. III. - *Summos scholasticos, ct cantores, vel eorum vicarios idoneos, examini ordinandorum interesse debere.*

Hortamur quoque et paterne iniungimus nostrae nictropoliticae, atque cathcdralium ecclesiarum summis scholasticis, et cantoribus, ut huc in re officiis suis facto respondeant, et dum futuri ecclesiae Dei ministri probantur, ipsi personaliter cum officialibus atque in spiritualibus vicariis generalibus suorum ordinariorum intersint, atipie Ids cuiuslibet ecclesiae cathedralls minorem scholasticum, nec non et theologum ab illius ecclesiae episcopo assumptum, vel alium ad episcopi beneplacitum adiungunt. Quod >i tales quandoque fuerint absentes, aliqui alii sacerdotes, Imius rei non ignari, maturi ab ordinario in absentium locum subrogentur. Si autem proventus officiorum summi scholastici. et cantoris, ita tenues extiterint, quod mercedem laboribus debitam non ferant: volumus, quod episcopi et capitula provisionem aliquam faciant, ut tam necessaria in ecclesiis officia pinguiora, et talia reddantur, ne omnino extinguantur.

337 Cap. IV. - *Electionem, promotionem, atque examen ordinandorum, tanquam rem maximi momenti, non segniter, sed summa fide, ac solicitudinc esse peragendam.*

Et quia in huiusmodi eligendis ecclesiae ministris, maxima est difficultas, neque rvs ipsa per transennam contuenda, vel agitanda, sed summa cum diligentia est tractanda: nos illos, qui huta negocio a nobis, sive ex ipsorum officiis praeficientur, serio hortamur, admonemus, atque sub interminatione districti Dei indicii ipsis iniungimus. ne rem illam tam arduam perfunctorie agant, sed memores etiam, quod si secus, quam debent, egerint, alieni se peccati (ut Paulus dicit)[1] participes faciunt: memores tandem, quod sicut boni operis sibi comparat fructum, qui rectum sectatur in eligendo sacerdotum indicium: ita gravi semetipsum afficit damno, qui ad suae dignitatis collegium sublimat indiguum, suo per omnia satisfaciant officio, nullius potestatem pertimescant, non corrumpantur cupiditate praemii, nihil moliantur odio, neque amor favorve eorum obnubilet indicium, sed eam mercedem exspectent, quam ipsis dabit index iustus in illa die. qua mali poenis, boni vero praemiis afficientur.

338 Cap. V. - *Parentes admonentur, ut filios sacris ministeriis dedicandos a prima inventa in bonis literis atque moribus educent.*

Ut autem ordinandi, idoneos coram examinatoribus se facile possint exhiben', suis parentibus erit curae, ut si quos filios ad hoo tantum ecclesiae ministerium constituerint mancipare, illos a primis statini cunabulis ecclesiasticae disciplinae submittant, hos enim

1 Cfr. *IT.* Ô, 22,

maiores nostri demum idoneos sacris adminlstrationlbus consuere, quorum omnis aetas a puerilibus exordiis usque ad provectiores annos per disciplinae ecclesiasticae stipendia cucurrisset. Neque enim poterit de eius professione dubitari, cui pro laboribus multis, pro moribus castis, pro actibus strenuis, celsioris loci praemium debetur.

339 Cap. VI. • *De modo inquirendi, d examinandi ordinandos.*

Forma vero iuxta quam nd ordines aspirantes in ordinario examino probari debeant, peculiari libello, nostra opera et solicitudine, brevi in publicum iuxta ritum sanctae Romanae ecclesiae emittetur: interim nutem ordinamus, ut sacris initiandi, in his primo et principaliter diligenter probentur articulis: nempe de persona, affectu, lido, scientia, et doctrina, aetate, libertate, continentia, bigamia, moribus, et natalium corporumque defectibus. De persona, an huius, vel alterius sit dioecesis oriundus: et si alienigena, an a suo episcopo literas habeat diinissoriales. quas si non praesentaverit, prorsus eliciatur. De affectu vero: an voluntarie et proprio motu, vel parentum aut aliorum persuasione petat ad ordines promoveri. Do fide: an semper crediderit, et credat, quae sancta mater ecclesia docet, vel si de ipsis quandoque dubitaverit, et quid de unoquoque sentiat, vel credat; an etiam sit Neophytus. De scientia atque doctrina: quia labia sacerdotis custodiunt scientiam. De aetate, quia nulli est sacer ordo conferendus, nisi conveniente tempore, a sacro concilio Tridentino determinato, fuerit praeditus. Dc moribus vero, quia si oculus corporis initiandi fuerit nequam, totum corpus erit tenebrosum: et ne dum alios docere voluerit, ipse reprobus inveniatur. Dc libertate autem: an domino alicui, vel mulieri lure matrimoniali sit adstrictus. De continentia, an continens perpetuo perseverare voluerit. De bigamia, an uxorem unquam duxerit: et ei habuerit, an unam duntaxat, et virginem. De natalium autem vel corporis defectu, quia si ex illegitimo thoro fuerit procreatus, vel aliquo membro mancus, secundum sacras canonum sanctiones, neque in numerum ministrorum altaris Dei potest assumi. Deinde et circa reliqua progrediatur, quae in concilio quarto Toletano c. 18 enumerantur, quae et in decretis habentur canonicis, c. Qui in aliquo, d. 51, ita tamen quod circa aetatem iura novissima concilii videlicet Tridentini observentur: l in quo est definitum, ut nullus in posterum ad subdiaconatus ordinem ante vigesimum secundum, ad diaconatus ante vigesimum tertium, ad presbyteratus ante vigesimum quintum aetatis suae annum promoveatur. Quapropter ut examinatores unumquemque probandum citius, et in conscientia securius expediant, statuimus etiam et ordinamus,l iuxta sacri concilii Tridentini instructionem, ut ordinandorum quilibet, legitimae aetatis a parentibus et praeceptoribus, suae educationis, institutionis, eruditionis, honestatis etc. nec minus a parochis, vel praelato aliquo, si casu apud quempiam in proximo triennio, ante illud tempus commoratus fuerit, vitaeque suae consuetudinem egerit, literas secum afferant testimoniales. A qua testimoniorum exhibitione, praecedentis synodi Sallsbnrgensls sequentes decretum, nullum plane sive regularem, sive clericum saccularem qualisrumque sit conditionis et dignitatis excipimus, quia volumus apud omnes aequalitatem observari, ita tamen, ut regulares suae conversationis ac vitae testimonium a suis exhibeant praelatis.

340 Cap. VIL - .Ve *quispiam ordinandus, cuiuscumque sil gradus d conditionis ab examine sit immunis, nisi gradu aliquo theologico decoratus fuerit, qui etiam licet non sil ipse examinandus, alios tamen examinare debebit, ut dc ipsius eruditione periculum fiat.*

Simili modo,l Iuxta eiusdem Sallsburgensls Synodi constitutionem ordinamus et statuimus, ut ordinandi indifferenter omnes cuiuscumque sint gradus, dignitatis et praceminentlac, tam clerici saeculares, quam regulares, in ordinario examine iuxta suprascrl-

l Sess. XXIII, c. 12, de reform.
l Seas. XXIII, c. 5, de reform.
l C. 8, de ordine et qual. ministror, eccl.

pta omnia interrogentur, atque probentur, nisi quispiam doctoratu, vel licentia, sive baccalaureatu in theologia fuerit insignitus, talos enim circa doctrinae sufficientiam, absque examino (nisi circa ea quae doctrinae tentamen non attingunt) erunt admittendi. Et ut do ipsius eruditione periculum otium flat, alios, unum vel alterum, ordinandus ipse examinabit.

341 Cap. Vili. - *Quia ordinandos episcopo praesentare debeat.*

Quia etiam abusum non exiguum in actu conferendorum ordinum irrepsisse reperimus: quod cum ordinandi, pro suscipiendis ordinibus, per urchidiaconum aliquem episcopo debeant praesentari, non per ipsum, notine per aliquem alium in dignitate constitutum, sed por Laicuni, vel nullius reputationis simplicem clericum praesententur: quod In vilipendili™ vertitur ipsius sacramenti ordinis. Quapropter ad maiorem tanti sacramenti collationis malestatem ostendendam, talem abusum tollentes volumus atque praecipimus, ut deinceps ordinandorum praesentatio, qualibet vice per arabidiaconum, vel ad minus, eo impedito, per aliquem alium sacerdotem alicuius dignitatis hominem, archidiaconi vice et nomine constituatur, qui etiam usque ad finem officii episcopalis maneat, et diligenter attendat, quomodo ordinandi se in recipiendis ordinibus honeste et devote gerant, et postquam aliquis ordinem suscepit, ad librum cantionum accedat, aliisque sit in cantando officio auxilio. Poenas autem his, qui indignos ad ordines admiserunt, statuimus, quas concilium Ilerdensc commemorat.

342 Cap. IX. - *Quis ordines conferre debeat, et de dimissorialibus concedendis nec ne.*

Episcopi autem per semetipsos,[1] si possunt, ordines conferant: sin minus, per suos ordinarios suffragancos, si qui habent. Quod si uterque etiam in una dioecesi fuerit aegritudine impeditus, subditos suos non aliter quam iam probatos, et examinatos, ad alium episcopum nominatum ordinandos dimittant. Si vero quispiam ad sacros ordines aspirans, in longinquas partes studiorum, vel alterius rei gratia profecturus, literas petat dimissorinles, ut temporibus suis ab alio catholico episcopo sacris ordinibus valeat initiari: statuimus et ordinamus, ut nullus nostrum aut officialium nostrorum generalium, vel in spiritualibus vicariorum, cuipiam suae dioecesis ad ordines aspiranti supradictas dimissorialee literas ad quoscumque episcopos ulterius generaliter concedat, quemadmodum hactenus male usurpatum est. sed ad unum, vel duos nominatirn determinatos. Quae etiam concedi non debent, nisi is qui illas obtinere desiderat, iustas et relevantes suae petitionis assignaverit causas, In literis exprimendas, et ab examinatoribus, in fide, moribus, et literis, rite et sufficienter, pro illius aetate, ipse supplicans fuerit probatus, et ab omni canonico impedimento immunis repertus. Nonnulli enim eruditionis et vitae non satis probatae, aut alloqui censuris ecclesiasticis obnoxii, conscientiam eorum quibus noti sunt subterfugientes, ad remotiores dioeceses quaerunt se conforre, ut ab ignotis episcopis ordines, qua possunt fraude, valeant extorquere.

Mansi 3G A, 177-180.

CONCILIUM MECIILINIENSE (1570)

De necessitate instituendi Seminaria

343 Cap. I. - Ne diutius ut pia, ita prorsus necessaria seminariorum institutio a concilio Tridentino decreta differatur; ordinat et mandat synodus provincialis, ut, ubi hactenus illorum institutio facta non est,

[1] *Cone. Trid.* seos. XXIII, cap. 3, do reform.

in proxima synodo dioecesana, aut alias commodiori tempore, ita tamen, ut ultra sex menses non differatur, episcopi dioecesani omnia, et singula ad liane rem opportuna et necessaria constituant, secundum eiusdem concilii Tridentini ordinationem: ct prima futura synodus dioecesana non solvatur, donec certa erigendi seminarii ratio in singulis dioecesibus fuerit constituta.

Mansi 34 A. 601.

GREGORIUS XIII (1572-1585)

CONCILIUM MEDIOLANENSE III (1573)

De dignitate et praestantia sacerdotali; de alumnorum formatione intellectuali ac de officiis Episcopi erga sacerdotes

311 Cap. X. • Qui in sacerdotio sancto constituti sunt, nd olferenduni illud Deo acceptabile corporis domini sacrificium, sicut eam functionem gerunt, qua nidia maior excogitari potent, ila in omni sacerdotalis vitae officio sic se gerant, ut morum etiam praestantia ct splendore alios alliciunt., atque excitent ad debitum sacerdotio honorem illis praestandum.

Episcopus autem, cuius in primis est sacerdotalem dignitatem tueri, ut laici homines discant, illos tamquam parentes, ab ipsis unice in Christo diligi ct coli etiam debere, cum hoc saepe, prout usuvenerit, monendos fideles sibi commissos curet; timi efficiat, ut ubicumque vel publico, vel privato loco sint, semper illis a Inicalis ordinis viris debitus tribuatur locus et honor.

345 Item domi praeterea suae ne patiatur sacerdotem quemquam nbiectius se gerere, quam sacerdotis dignitas postulat. Sacerdotes vero morbo, sencctutisvo incommodis affectos, qui sacerdotale munus praestare nequeunt, inopiaque premuntur, in locum aliquem cogi curet, aut alio modo eis consulat et provideat, ubi victus ex fidelium eleemosynis, aliavo ratione suppeditetur, ne ostiatim miserrime mendicent non sine sacri ordinis contumelia.

346 Magna ct salutaris populo fideli utilitas ex eo existit, cum clerus is est, qui ct doctrina et vitae moribus praeluceat. Quare in praecipuis curis episcopi cum haec esse debeat, cius tum ad studia, tum ad ecclesiasticae disciplinae cultum progressiones omni paterna Milicitudinc ille adiuxare studeat. Itaque episcopus, inferioris ordinis clericos adolescente. qui spvn: aliquam praebent posse eos longius progredi ad doctrinarum eruditionem, ne patiatur aetatem, quae ad discendum apta est, frustra consumere: sed in iis liturarum Initiis de studiis tempus ponere bibent, quibus aditus eis et progressio fiat, vel ad theologiae scientiam, vel ad sacrorum canonum peritiam, ad ecclesiastic arumque rerum cognitionem.

347 Parochus vero et alios provectiori aetate clericos, qui apti sint iis studiis atque exercitationibus, ad><nbat. ut ct in sacrosancti evangeli! sensibus ii potissimum cognoscendi-' ac percipiendis versentur, qui ad populum Christiana disciplina moribusque informandum pertinent: et in comparanda etiam doctrina se exerceant, quae in explicandis est conscientiae casuum quaestionibus.

318 Reliquos autem, de quibus aut ob Ingravescentem aetatum, aut ob ingenii tarditatem. ob aliamve causam, ad literarum doctrinam capessendam exigua progressionis apes <-t. In id saltem incumbere iubent, ut In Romano, vel alio breviori probati auctoris cut»lc Iik iik i. pro eorum ingenii captu instruantur: iique si ⁋udiore- i im olim sacerdotio, idivulve siterò ordini adscript! sint, in sacrificii missae mysteriorum et sacrorum rituum, sta-

tarumquc ceremoniarum cognitione. ct in sanctioribus earum significationibus, atque in sui ordinis ecclesiasticarum functionum disciplina, brevi aliqua institutionis ratione eru-diantur.

349 Hanc autem diligentiam ct in urbo et in dioecesi episcopus exequatur, tum omni qua poterit ratione, tum aut opera publice docentium, theologorum ve, -eu mwdM ronnn, qui in singulis cathcdralibus, collegiatisquo insignium opidorurn ecclesiis ex Tridentino de-creto lain instituti, instituendive sunt, aut adiumento regularium, in ❦monasterii sacra-literas interpretantium, sive hoc ipsum munus bonarum artium disciplinis clericos erudiendi suscipientium; aliqua illis studio suo erogata attributave eleemosyna, vel. d opus erit, ah eisdem etiam clericis contributa, aut saccularium sacerdotum, ❦quo in sua urbi . dioce -sive, poritiores probatioresque habuerit, studio.

350 Quorum sacerdotum caritati ac diligentiae clericos imperitiore-, aut singulo-, aut complures simul, literis et clericalium virtutum disciplina instituendos commendabit. Diligentiae huius fructus quo uberior existât, is aliquando per annum docti- adhibitis viris, illorum singulorum ad studia progressiones, prout expedire exi-timarir recognoscat omni paterna solicit inline et diligenti ratione, institutis etiam per sacerdotes homines doctos pro studii ratione, disciplinarum, quibus se eorum quisque dederit, interrogatio-nibus.

351 Cognoscat etiam aliquando progressum, quem in sacrarum ceremoniarum, rituumque disciplina iidem fecerint; opera adhibita sacerdotum, ecclesiasticarum cerimoniarum Usu peritorum, a quibus cos ex alterius provincialis synodi decreto instrui lussent.

Deinde, ut non solum in literarum studiis atque exercitationibus, verum etiam in disciplinae morum otHciis clerus se studiosius contineat, in diesque magis ad clericale» virtutes progrediatur; idem et inferioris ordinis clericos ut altent provinciali synodo lus-simi est, ct sacerdotes praeterea, modo universos, modo partem eorum, modo certos aliquos singulos ad se aliquando convocet, illorumque uniuscuiusque vitae rationes. Christiana-rum virtutum exercitationes et progressus cognoscat; adhibitis sacerdotibus in vitae spi-ritualis, clericaliumque virtutum disciplina exercitatis.

352 (’(invocato praetemi saepe per annum, ut alias iussum c»t. ad se clero, aut ipse. aut sacerdos aliquis \ir doctus, in ecclesias!icaque disciplina versatus, eius nomine ad illum remotis hiléis, sermones, concioncsvc habeat de ordinis eorum praestantia ct sanctissimis olllciis, de virtutibus, quibus clericalis ordinis homines praelucere debent: de vitii-, qui-bus in populo offensionem praebere possunt, de omni denique clericali morum disciplina, virtutumquo perfectione.

Idem quoque praestet pridie eius diei, quo statas saetas ordinationes habebit, con-vocatis illo die tum clericis, qui postridie ecclesiasticis ordinibus adseribendi erunt, tum aliis, quos do clero urbano tunc aecerscndos esso consuerit.

Idque praestetur praeter otllcium, <|uod ipse episcopus ex provincialibus ❦nostri de-cretis dic sequenti praestare debet sermone in explicanda clero populoque doctrina ri-tuum, sanctiorique signitlcntionc mysteriorum, quito tunc in ecclesia publice ipse agit.

(Ieri autmn sui et doctrinae ct disciplinae ratio omnis, quo sibi exploratior sit. singu-lorum tum sacerdotum, tum inferioris ordinis clericorum nomimi, vitae rationem, studia, exercitationes, progressiones, statum omnem denique certo libro notari mandet.

Ne a dioecesi clerico cuipiam, neque ab ecclesiae suar residentia alii, ecclesiasticum beneficium obtinenti, quod quacumque ratione personalis renidentiae munus iure vel con-suetudine requirat studii causa abesse liceat, nisi cius rei facultate literis ab episcopo permissa.

Quibus sane literis haec episcopus nominatiti! adiungat.ac praescribat iis. qui ad locum alienae dioecesis studii causa proficiscent ni ; ut et regulas nostro provinciali primo et se-cundo concilio de habitus ratione, frequentique sacramentorum usu. clericis praescriptas, (‘t reliqua nostris item provincialibus» ne suis «lioecesanis sx nodis decreta, ad honestam clericalis vitae disciplinam pertinentia, et alia, si quae praeterea eo sibi in ❦genere illi prae-scribenda videbuntur, servet diligenter. Ut de iis praescriptis rebus, ab eo ❦praestiti scrip-

tam testimonium ab episcopo loci, quo studii causa profectus est; dc Uterorum autem progressione ab doctoribus, quos audit, ad tempus, primo nostro provinciali consilio praescriptum, sibi exhibeat.

Mansi 34 A, 154-156.

CONCILIUM MEDIOLANENSE IV (1576)

De parochorum cura circa pueros ad vocationes ecclesiasticas promovendas. Ut idonei ad ministerium sacerdotale promoveantur et do admonitione in Ordinibus conterendis

351 Cap. Vili. - Ct ad ecclesiae ministerium complures instituantur, qui ab ineunte pene aetate nd pietatem, vitaeque innocentiam, cum literarum doctrina coniunctam, accurate instructi ei sancte, utlliterquo post inserviant; illud unusquisque parochus valde studeat, ut quamphirimos potest pueros, praesertim pauperes, bona indole praeditos, qui spem aiTorant, se sacris initiatos, ecclesiae ministros utiles fore. ad ecclesiasticae vitae normam accurate erudiat, oosdeinquo praeterea cum ante, tum etiam in primis post susceptam clericalein tonsuram, ac deinceps minoribus ordinibus adseriptos, pro paternae caritatis studio, optimis moribus, clericali religioni congruentibus, clericaliumque functionum disciplinam bene informet; litcrisque item instruat, eos praesertim, qui ab aliis probatis viris artem litorariam profitentibus. ob inopiam, aliamvc causam, commodius, diligentiasque erudiri non possunt.

Eorum autem singulorum mores, studia, literarumque progressionem episcopo parochus aliquando significet; ut suo tempore, vel in seminarium cooptati, vel alia quacumque via adititi. pro aetatis ratione, proque ingenii captu, studiis gravioribus se dedere queant.

Sacrae ordinationes, tum statis solum quatuor anni temporibus, nisi ob urgentem rausam illas alio tempore aliquando, facultate a sede apostolica literis data, haberi necesse sit, tum in ecclesia cathedral!, ritu solemn!, canonicisque praesentibus, habeantur. Si vero quandoque in dioccesano loco habentur, in Illius loci ecclesia primaria celebrentur, clero eiusdem praesente, ut decreto Tridentino [1] cautum est.

355 Saepe illud facUcquc evenit, ut vel hominis mores mutentur, vel, quod de illius vita minus antea notum atque exploratum erat, id postea aliquo modo patefiat; quo fit, ut quem episcopus superiorvo aliquando probarit, dignumque existimarit aliquo etiam sacro ordine initiari, illum ipsum post inveniat indignum, neque idoneum esse cui aut maior ordo conferatur. Quare ut ct erroribus, multiplieique fraudi occurratur, et plane serventur decreta illa Tridentina,[1] unum, quo vetatur ad superioris ordinis gradum illos ascendere. qui in inferiori aliquamdiu, episcopi iudicio. versati non sint; quique cum aetate, vitae etiam merito, doctrinaque maiori non processerint, alterum, quo cavetur, nemini licere ab alio episcopo primam tonsuram, aut ordinem aliquem suscipere, nisi eius probitas. et mores, ordinarii sui testimonio primum commendentur; episcopus, aliusve superior, prout pro sua prudentia, pictateque expedire consuerit, in primis videat, ne cuiquam, antequam sacrae ordinationis tempus proxime instet, literas ciusmodi testimoniales, dlmlssoriasve pro ordinibus, ab alio episcopo suscipiendis, sine necessaria causa unquam concedat.

[1] Scss. 23 *De Ref.* c. 8: CT 9, 026.
[1] *Ibid,* c. 8 ss.

Ncque item iisdem literis facultatem det. plure» ordines suscipiendi, quam illos ipsos tantum, quos uno eodernque tempore ab eo suscipi voluerit, ac per sacros canone», conciliaque licuerit. Praefiniat praeterea in illis ipsis certum suscipiendi ordinis, cui quisquam adseribendus est, tempus, menstruum scilicet, vel bimestre, m-l longius ut pro loci distantia, pro aliavo eiusmodi causa opus esse viderit. Quo praestituto tempore transacto, eas literas, illo nomine a se concessas, ei in posterum nihil suffragari, nihilque roboris habere iisdem literis declaret; quas etiam cancellario episcopali ab illo, cui concessae sunt, reddi decernat.

Nec vero alienae dioecesis clerico saeculari, neque ulli omnino regulari, literarum auctoritate, quas dimissorias, test imonialesvc hic ab superiore, aut ille ab ordinario suo habet, episcopus ordinem aliquem, vel minorem, vel maiorem, ac ne primam quidem tonsuram, tempore illarum literarum praeterito, conferat.

Quod si nullum iisdem literis spatium temporis praescriptum sit, ne item in sacra ordinatione quemquum promoveat, nisi eas recenter aut scriptas, aut renovatas confirmatasve is afferat; atque ita recenter quidem ut non amplius duobus tribusve mensibus ante sacrae ordinationis, qua ille proxime initiandus est, tempus datae confimiataeve sint: si modo aut loci distantia, aut cius, qui ordinem suscepturus est. diuturna ah suo ‹ piscopo, supcrloreve absentia, aliavo id generis causa vetustiores literas, eiusdem episcopi indicio, admitti probative non postulet. Id ipsum quotine episcopus in testimonialibus inorum literis cavebit, quas suae etiam dioecesis clerici, alavo quicumque eo dc genere afferent.

Literas autem ciusmodi. de moribus testatum facientes, ab alienae dioecesis clericis, regularihusvc item, qui ab sua dioecesi, monasteriove proxime aliquamdiu abfuerint, sibi asseri exhiberive curet, non solum ab eorum episcopo, superiores e. sed ab illo etiam, apud quem proximo manserint, eiusve auctoritate scriptas atque obsignatas.

Mansi 34 A, 231-232.

De clericis pie Romae educandis et instruendis

(Ex Litt. Ap. *Quoniam divinae bonitatis* de institutione Collegii Anglici in Urbe. 23 apr. 1578).

356 (107) § I. - Quare cum quotidie, non sine gravi animi nostri dolore, sanctam Domini nostri lesti Christi sponsam diversorum eius hostium conspiratione et violento in multis partibus incursu oppugnari cernamus, antiquisque hostibus infidelibus tureis iudaeisque novos haereticos et schismaticos accessisse, qui, omni impietate et scelere imbuti, ac, velati adversarii nostri furiis exagitati, in piae matris exitium feruntur, quod officii nostri actio a nobis expostulat, ad hominum impetus, quo maxime opus esse videmus, vires nobis a Domino traditas opponimus, populosque imbecillitati nostrae a divina benignitate concreditos praesidiis contra hostium oppugnationes paratis communimus. Cumque nullum firmius praesidium aut remedium certius inveniri possit quam ut regionum ab hac peste oppressarum inventus, cuius teneros animos facile est ad virtutem flectere, catholica religione imbuatur, ab initio usque nostri pontificatus operam dedimus ut diversarum nationum collegia, velati catholicae religionis et sincerae ad eam institutionis Seminaria, nostris sumptibus in Urbe erigerentur.

CONCILIUM MEDIOLANENSE F (1579)

De Seminario, de institutione clericorum ac de examinandi ratione

357 P. **III,** Cap. **I.** - *De. seminario.*

Seminarii institutio quam utilis, ac necessaria ad clori disciplinam in singulis ecclesiis propagandam, cum ex concilii[1] Tridentini decreto facile intelligi potest, turn ex eo etiam, quod rei illius salutaris ratio aliquando intermissa, damna, et detrimenta non mediocria rei ecclesiasticae attulit. Cum igitur in nonnullis provinciae nostrae ecclesiis iam omnino. aut aliqua ex parte desitum sit, decimas, fructuum portiones, quae concilii provincialis primi decreto ex sacrosanctae occumcnicae synodi Tridentinae auctoritate ad illius sustentationem constitutae sunt, exigi: atque inde in iis ipsis ecclesiis pene collapsum sit tam salutare institutum: ob eam causam provinciali hoc decreto id cavemus, ut quae decimarum, fructuumvc exactio illo Tridentino provincialique decreto iam pridem seminarii nomine institutu eat. de ea nihil plane quidquam per episcopos remitti liceat, nisi ut ct iam eo ipso concilio provinciali, et nunc hac ipsa sanctione infra cavetur. Quod si hactenus quidquam de eo genere, aut plane totum remissum est, id ad pristinam exactionis rationem revocari, atque omnino restitui hibernus. Ubi vero nihil unquam eo nomine exactum est, ibi episcopus mensium duorum spatio exactionem ad illius concilii provincialis primi praescriptum ita plane instituat, ut dimidiam tamen partem decimae illa non excedat.

Atque eam quidem exactionem, sic praefinitam, tamdiu durare decernimus, quoad seminarium eo censu, iisque redditibus constitutum, atque auctum erit, quos pro locorum, dioeceseon. censuumque amplitudinis ratione, singulis provinciae ecclesiis re mature deliberata infra praestituimus; ea tamen lege, ut pro rata parte reddituum, quos Jam nunc, aut in posteram beneficiorum accessione, aliavo ratione seminarimn possideri' habereve contigerit, tantumdom de exactione remittatur ad eiusdem concilii, et Tridentini, ct provincialis primi praescriptum. Ne voro in posterum aliqualis, et controversia ex eo existât, quod saepe dubitatur, cui potissimum seminario illam praescriptam decimae partem certa quaedam beneficia in sustentationem conferant; de iis sic decernimus. Beneficia porro, quae dioecesis nullius sunt, illam subministrent, et solvant dioecesis eius seminario, intra culus limites ca ohm erant, ct censebantur. At vero quae beneficia in hac, et in illa dioecesi praedia, bonave habent. id praescriptae decimae dent seminario dioecesis, locive. ubi sita est primat ia ecclesia beneficii, cui ca praedia attributa olim fuerant; etiamsi aha ecclesia, quae beneficio illi primario adluncta est, aedificata deinceps sit censu Illorum praediorum. Sin autem In iis praediis ecclesia ante aedificata est. quam illa adipisceretur, postcaque mia cum illis aliis ecclesiae primariae adluncta est, tunc eius contributio ad seminarium pertineat, in qua praedia una cum ecclesia sita sunt.

Ut autem seminarium et suis facultatibus perpetuo sustentari possit, ct aliquando brevi fon. speretur, ut ea exactio denique cesset: cl episcopus, deputatis in consilium adhibitis, decreti Tridentini auctoritate tot beneficia simplicia adiungat. attribuatvc, quot, iis etiam supputatis, qui iam quovis nomine, aut iure eidem attributi sunt redditibus, summam conficiant annui census mox infra praefinitam. At cum primum ad eam ipsam summam pervenerit, si quae beneficia, antea quam vacaverint, lure unionis adluncta sint, neque dum ea adiunctlo, unlove suum adhuc sortita effectum, illam iam nunc rescissam ae plane irritam esso declaramus. Atque ut quidem ab eo onere quam citissimo fieri poterit, clerus liberetur et eximatur; episcopus caveat, ne beneficia simplicia, qu&lia qualia sint, quae interea vacare contigerit, cuiquam conferat, aliive usui attribuat: sed quaecumque illa sint, seminario iure unionis coniungat: nisi fortasse quondam vel ecclesiae parochiali, quae

[1] Scss. 23, c. 18 *De Ref.* [Cfr. n. 290].

tenuiori censu est, vel alii ecclesiae, vel loco, opcrive pio potius attribuenda, adiungernla-vo ccnsuerir, pro ratione facultatis, sibi canonum iure, TridcntlnoqiK concilio datae, ac permissae. Si contra episcopus ullo modo fecerit, seminarii detrimento, damnove. quod indo inforetur, de suo primum satisfaciat: deinde istiosmodi culpae norit se in concilio provinciali proximo rationem redditurum; tum praeterea illa ipsa beneficiorum collatio, provislove, quam aliter contra huius decreti praescriptum fecerit, irrita nihilo minus statini sit. nullaque omnino.

Cap. II. - *I)c examinandi ratione.*

In ecclesiae administ rat ione, ut necessarium, ita multiplex est ĕxamini de Ut‹ nt.rutu peritia, et disciplina otilcium. Modo namque ab episcopo, curn ad eorum qui ŏrdini sacramento initiandi sunt, tum etiam ad condonatorum, confefisariorumque approbationem adhibetur; tum praeterea ad indagandam prospiciondumque cleri in literarum studiis rationem progressionemvv, nd uliaque item multa episcopo idem ndiumento. atque usui est. Modo autem non solum de illis, qui in ecclesiis parochialibus, aliisquc curam animarum habentibus, praeficiuntur, illud instituitur, ct conficitur, sed de ĩi etiam, quibus beneficia ecclesiastica cuiuscumquo generis, ut literarum apostohearum. quae in forma Dignum, conscribi solent, auctoritate, vel alio iun conferuntur, quive ad ca pra‹ nt ⁑tioni nominationis, electionisve nomine instituuntur. Qunmobrcm, ut omnis, quacumque causa suscipitur, haec examinandi ratio per examinatores, ut fieri potest, quam rectissime conficiatur praeter aliqua, quae praesertim concilio provinciali quarto enucleatius decreta sunt, has etiam instructiones confidendas consuimus, quae partim ad universum hunc examinandi modum pertinent, partim vero certorum examinum propriae sunt?

Mansi 34 A, 128 s. 431.

CONCILIUM PROVINO. LIMANUM (1582)

De Collegio Seminario instituendo

Cap. XLIV. - *Dc collegio seminario instituendo.* Quoniam in sacro concilio Tridentino inter alia in synodo provinciali tractanda, peculari quadam ratione iniunctuin est, ut de seminariis, tanta patrum imo Spiritus sancti auctoritate decretis, instituendis agatur; atque illud maxime perspicuum est, nullam hoc salutari instituto ecclesiam perinde indigere, ut hanc nostram ludicanaiu, in qua novae plantae evangelicae accurate nutriendae sunt, et ad propagandam ‹'liristi fidem instituendae: haec sancta synodus, officium suum agnoscens, episcopos omnes atque pastores ex parte omnipotentis Dei obtestatur, atque eorum conscientias, quantum potest, onerat, ut in ecclesiis suis quamprimum seminaria praedicta puerorum excitanda curent, omnibus impedimentis quacunque ratione postpositis. Porro, ad erigenda et constituenda convenienter praedicta seminaria, ex auctoritate nobis ab universali concilio in hac parte spe-

l Cfr. Concilili: *Itolfunnagense* (1581) nn. 11-17; *Toklanum* (1582) VI; *lihcmensc* (1583) *DeSeminario', Burdigalense* (1583) cap. XXIV; *Diluricense* (1581' *D‹ Seminarii Agüense* (1585) *De Seminario-*. Mansi 34 A, 062. 661-669: 30 B. 167: 31 A. 669 s.: 777 s.: 910 s.; 34 B. 1000 s.

cialiter concessa, uno consensu statuimus et ordinamus contributionem ex quibuscunque redditibus et bonis ecclesiasticis in hunc modum faciendam: ut ex decimis, beneficiis, capellaniis, hospitalibus, confraternitatibus, iuxta eiusdem concilii statutum, sive episcopales sive capitulares sive beneficíales redditus sint, etiam ex doctrinis Indorum, etiamsi regulares doctrinas teneant, tria de centum in perpetuum applicentur, et ex nunc applicata censeantur; ad quam sane portionem, satis certe moderatam, omnes clerici et praedictae personae in conscientia teneantur, necnon oeconomi ipsi et officiales, aut quicunque persolvere habent eiusmodi ecclesiasticos reditus, praefatam portionem, trium videlicet de quolibet centenario, retineant pro seminario; cuius fundationem et administrationein episcopi fideliter et sollicite curent, secundum tenorem et formam a concilio Tridentino traditam, scientes se Deo omnipotenti et sanctae eius ecclesiae rationem, si quid minus recte egerint, reddituros.

Mansi 36 B, 209 s.

CONCILIUM BURD1GALENSE (1583)

De institutione et legibus Seminarii; de admissione clericorum, oeconomia, disciplina, pietate et correctione alumnorum

(Ex Const. *Aedes Seminarii* qua regi debent Seminaria Provinciae Burdigaleneis).

360 fiCap. I. - *De aedibus.*

Aedes seminarii, quantum fieri poterit, in loco amplo et spacioso, et qui non longe ab ecclesia cathedral! dissitus sit, eximantur et aedificentur. Quod si aliquod collegium ad invent utem erudiendam, huic pio et religioso instituto accommodatum et utile iam constructum sit, eidem ex eorum consensu, quorum interest, applicetur. Qua in rc nullus audiatur, qui privatum dumtaxat adducat incommodum.

In hulusmodi aedibus sacellum sit, quo singulis diebus ad sacrum et orationem clerici conveniant.

Dormitorium commune et patens sit, in quo unusquisque cubile proprium habeat, e cuiils regione cubiculum praefecti collocetur.

Valetudinarium in loco salubri constituatur, in quo aegrotantibus summa animi pietate et caritate omnia provideantur atque subministrentur.

Reliquae aedificii partes pro ratione facultatum, et munero personarum, exaedificabuntur: quamvis non tam habenda sit ratio eorum, qui primoquoque tempore in huiusmodi seminaria admittentur, quam qui postea, crescente numero illis adiungentur.

361 Cap. II. - *De clericorum in seminaria admittendorum ratione.*

Electio et admissio clericorum penes episcopum erit, aut eos quibus ab ipso haec cura nominatim demandata fuerit.

Vt autem ex omni inventate maxime idonei eligantur adolescentes, praecipiet et mandabit episcopus denunciar! per universas suae dioecesis civitates et oppida, praesertim ubi sunt scholae, ut si qui sint pauperes et ex legitimo matrimonio nati, qui ad sacerdotium promoveri cupiant, quique duodecimum attigerint annum, nec vigesimum excesse-

rint, atque in grammatica progressus aliquos fecerint, loco et tempore, quae eis praestituet, examinandi comparcant.

In ipso autem examine episcopus cum viris ecclesiasticis a clero designatis, primum intuebitur iuvenum vultum, totiusque corporis habitum. Nam quos insigni quadam deformitate, vel membrorum mutilatione notatos deprehenderit, ne ad examen quidem admittet.

Postea de parentum conditione, statu, moribus, et religione diligenter inquiret. Ac deinde quos progressus ipsi iuvenes in literis fecerint experietur, atque ingenium eorum, virtutem et indolem explorabit: ac praecipue an aliqua in ipsis ad pietatem propensio eluceat. Quos autem manifestis contecturis ad literas, ad pietatem, et sacerdotium inepto-judicaverit, nullo modo in seminarium admittet.

Priusquam aliquis in seminarium admittatur, sedulo monendus erit, non licere sibi seminarii bonis ali atque educari, si aliud vitao genus, praeter ecclesiasticum in animo propositum habent. Itaque iureiurando spondeat, voveat, ac sancte promittat. ě numquam ad aliam vitae rationem discessurum, sed perpetuo ecclesiae Christi, fideliter inserviturum in co gradu et ordine, qui a reverendissimo domino episcopo ipsi assignabitur.

Polliceatur etiam se primario seminarii, cique substitutis in omnibus obtemperaturum. ac omnes leges et statuta seminarii observaturum: alioquin intclligat sr in seminario nullam moram facturum esse, sed statini ex coelectum iri. Eaque de causa illi statuta illico legentur.

No autem quisquam ab hisce promissionibus cum maximo seminarii dispendio resilire possit, in ipso ingressu tenebitur, duos ex propinquis suis episcopo sistere, qui pro eo caveant ac ftdeiubeant se pensionem illius persoluturos pro tempore, quo in seminario vixerit, si in ordine et statu ecclesiastico perseveraro nolit: nisi aliud episcopo iusta de causa visum fuerit.

Nemo vero ex ditiori familia recipietur, nisi parentes pro eo pensionem solvere velint. Qui vero ex medioeri fuerint, partem aliquam persolvendo admitti poterunt.

Nullus item recipiatur, quin lecto, toga, pileo, indusiis, et aliis vestimentis, necnon superpclliceo et breviario instructus sit.

362 Cap. HI. • *De primario d praefectis seminarii.*

Nullus in seminarium aliquo functurus officio admittatur, quin prius diligenter ab episcopo examinatus et probatus fuerit: cuius etiam arbitrio omnes ab officio, si ita expedire in domino indicaverit, amovebuntur.

Curandum erit diligentissime, ut qui seminario praeficientur, viri sint graves, prudentes, et omni virtutum genere ornati, quique suo exemplo et cohortationibus subditorum animos nd pietatis et virtutis studium accendere possint. Neo, quamdiu in ^quinario idonei aliqui reportentur, extranei assumantur. Professionem vero fidei, iuxta formala in concilio provinciali expressam, omnes, antequam recipiantur, in manibus episcopi emittant.

In seminario unus erit primarius venerandae gravitatis, et singularis pietatis sacerdos. cui omnes, qui in seminario erunt, tam in spiritualibus, quam temporalibus parebunt.

Primario, duo alii sacerdotes, si fleri possit, adjungentur: quorum alter procurator omnium seminarii negotiorum erit; alter rerum domesticarum curam habebit, vocabi» turque submagister seminarii. Quamquam, ubi non ita amplum erit seminarium, utrumque officium unus et idem praestare poterit.

In seminario tot erunt famuli et ministri, quot pro numero clericorum, arbitrio episcopi, et ab ipso delegatorum, videbuntur necessarii. Feminis vero non solum officia et ministeria, sed etiam aditus in seminarium penitus denegetur.

Praeceptorum seu praefectorum seminarii officium erit, a discipulis repetitionem lectionis diligenter exigere, et clericorum mores in omnibus dirigere, atque illos, quocumque perrexerint, deducere. Unus vero eorum cantum ecclesiasticum clericos docebit. Non

erit tamen incommodum, ad expensas vitandas, ut qui aetate, prudentia, et eruditione provectiores fuerint, iunioribus praeficiantur.

Assiduus sit in seminario primarius, suaquo praesentia, et sollicitudine omnes in officio contineat: severitatem voro potius prae sc ferat, quam exerceat.

Episcopum saepissimo conveniat, ad cumque totius seminarii rationem referat.

Librum habeat primarius, in quo, eorum omnium qui in seminarium admittentur, nomina, cognomina, conditionem, diem et annum receptionis, et. praeterea quicquld supellectilis quisque attulerit describat.

363 Cap. IV. - *Dr. oeconomia seminarii.*

Constituetur procurator negotiis tractandis aptus, et rei domesticae administrandae et gubernandae non ignarus, qui primarium opera sua iuvabit in rebus temporalibus, negotiaque cum domi, tum foris sedulo procurabit.

Procurator redditus omnes ac fructus seminarii suo tempore colliget: pecunias vero collectas statim primario in arca asservandas tradet. Habebit autem librum, in quo diligenter, et summa fide describet quicquid recipiet fructuum, pecuniarum, et a quibus, et qua de causa. notabltque diem, mensem et annum.

Singulis mensibus accepti expensique rationem reddet primario: librum vero rationum manu propria consignabit primarius: easdem vero rationes tertio quoquo mense examinabit episcopus, una cum quibusdam ex delegatis a clero.

Obsonator, seu ciborum, et aliarum rerum emptor, constituetur vir fidelis et bonae conscientiae, qui singulis diebus pecuniam necessariam a procuratore accipiet: rationemque accepti et expensi singulis diebus eidem procuratori reddet, et id quidem partieulatim et minutatila.

Supellectilem, et omnia seminarii vasa, et instrumenta in libro suo numerata et descripta habebit procurator, eorumque rationem reddet primario, sexto quoque mense.

Victus moderatus, frugalis et minime delicatus ab episcopo et delegatis, habita loci ratione, praescribetur.

364 Cup. V. • *De disciplina seminarii, d primo de pielalc.*

Moneantur saepissime clerici a magistris et praeceptoribus, ut pietatis et religionis in primis rationem habeant: nccnon in virtutum, et spiritualium rerum studium incumbant: maioresque progressus ea ratione sperent sc facturos, quam ex assiduo in libris ct indefesso studio.

Singuli, ubi mane hora quarta excitati surrexerint. in unum locum convenient, et per dimidiam horam, genibus Hexis, orationi incumbent, recitabuntque, uno praeeunto, aliis clara voce respondentibus, horarias preces B. Mariae virginis. Breviarium vero qui sacris ordinibus initiati fuerint, congruo tempore et magna animi attentione recitabunt.

Vesperi, antequam hora nona quieti se tradant, omnes simul recitabunt litanias, ac mox conscientiam suain diligenter discutient et examinabunt. Conscientiae vero examinandae rationem imprimis teneant, tum ut sibi, tum ut nilis aliquando prodesse possint.

Singulis mensibus sacerdoti peccata sua singuli confiteantur: sacramque eucharistiam, nisi confessarlo alimi videatur, magna diligentia et devotione praeparati sumant.

Omnibus diebus festis ad missam maiorem et vesperas cathedralis ecclesiae civitatis, m qua seminarium extiterit. bini ex seminario prodeuntes, supcrpelliciisque induti conveniant: ibique locis designatis stent ac sedeant, et cum choro psallant: nec inde unquam se moveant, nisi eum ad officia et munera illis ab episcopo et capitulo injuncta accedendum erit, eisdem quoque diebus concioni publicae eadem in ecclesia, vel alio loco, arbitrio episcopi, intererunt.

Primarius etiam vel alius pietate et eruditione vir singularis aliquoties in menso breves adhortationes habebit ad clericos de virtutum dignitate, vitiorum turpitudine.

corumque remediis, de beatitudine, de poenis inferni, de morte, de extremo Dei indicio, et similibus argumentis, quibus in suscepto vitae genere rnagis in dies proficiant.

Initio prandii et cocnao unus ex sacerdotibus benedictionem praemittat, m fine gratiarum actio subsequatur: omnes praeeunti sacerdoti alta voce modeste respondeant: addatur psalmus *De profundis,* et alia collecta pro fundatore et benefactoribus.

Tempore prandii et coenao legat unus e suggestu caput aliquod ex sacris bibliis, cui addatur pii alicuius libri lectio, quam omnes attente audient, ut dum corpus cibis alitur, mens nequaquam kdunet otiosa.

Inter cetera vero piorum hominum atque doctorum scripta, crebro insignem illam D. Hieronymi ad Nopotianum epistolam de vita clericorum privatim et publice ligant, ut mature singuli ad illius normam sese dirigere assuescant.

365 Cap. VI. - *De obedientiat et aliis clericorum seminarii officiis.*

Cum obedientia sit bonorum omnium parons, nullusque recte pmcessi pos-dt, qui prius parere non didicerit, idcirco nihil iucundius seminarii clericis esse debet, quam praefectorum et moderatorum suorum praeceptis et mandatis in omnibus obtemperare.

Nemo c collegio sinu facultate, et comite sibi adiuncto egrediatur, cum quo etiam m seminarium revertatur.

Nemo literas mittat, aut aliunde accipiat, nisi per manum primarii, qui vas diligenter perleget, nequid in illis sit, quod cos ab instituto divertat.

Extra seminarium nemo apud aliquem comedat, nisi apud suos parentes et propinquos» idque raro, et cum facultate; nec extra seminarium dormiat. Quod siquis, inscio primario, egressus fuerit, aut foris remanserit, rursus non admittatur nisi con-ullo episcopo, cuius erit statuere an sit ille recipiendus in scminaritim. necne.

Nemo qulcquam retinebit, quod primario velit esse occultum. Itaque nemo arcam habebit clave obseratam: aut si certe habeat, elavem, quoties iubebitur. primario tradet.

Non superiores modo, sed et maiores omnes colant et observent, cosque, qua par ‹ -t modestia, alloquantur. Sint in loquendo prudentes, et caveant alios verbis offendere, studeantque concordiam cum omnibus retiñere. Quod siquid contra acciderit, quamprimum in gratiam redire conentur.

Nemo, ne ioco quidem, alium tangat: seul ubique, et apud omnes, eamdem servent modestiam et gravitatem.

Silentium ubique religiose servetur, in templo, in scholis, in coenaculo. inter eundum, et redeundum o gymnasio: in omnibus denique locis ecclesiastica modestia eniteat.

Caveant per Heminarium vagari, studiorum praesertim tempore. Cum ii" voro non colloquuntur, qui sibi obviam flent, excepta decenti salutatione atque verecunda, quae praetereundo fleri potest.

Quoties autem, sive ad templum, sive ad gymnasium ibunt, modeste him procedent, subséquente eos praefecto, cui commissi fuerint.

Cum iis tantum conturbcrnalibus agant, cum quibus agere permittuntur, ad eorum utilitatum. Cum vero studendum erit, nemo cum alio colloquatur: nec vesperi post orationem. nec mane ante eamdein.

Ibunt omnes cubitum hora nona: «urgònt vero hora quarta: singuli in singulis dormient lectis, ut valetudinem tueantur.

A prandio, et a cocna horam unam honestae relaxationi dabunt. Quamquam nihil Impediet illius horae mediam partem cantui ediscendo, aut alicui hterariae exercitationi attribuere ex primarii praoficripto.

Mundities servetur in omni vestimento, m cubiculo, in lecto, ut in libris. Cubiculum suum aut dormitorium verrent, quoties in hebdomada submagistro videbitur; lectos vero suos nummo mane recte componant.

In refectione corporis sumenda, omnes in eodem triclinio mensis accumbent: ubi

non sobrietatis tantum habenda est ratio, sed omnis etiam honestatis. Quod ut facilius fiat, diversis in locis, primarius et sacerdotes, atque ipsi praefecti accumbent, ut omnes oculis lustrent. Et si quis immodestius se gesserit, eum admoneant.

366 Cap. VII. - *De re literaria.*

Nihil aliud prius discant omnes, quam memoria teneant catechismi catholici compendium. Cuius postmodum nwmquam intermitti debet repetitio: ut per mutuas interrogationes de ipso, omni poscenti, rationem reddere possint fidei catholicae. Ipsa vero repetitio bis in hebdomada poterit institui. Ubi vero provectiores fuerint, diligenter illis commendetur catechismi Romani lectio, ut inde altiorcm sacramentorum doctrinam addiscant.

Latine loquendi legem perpetuo servent, sintque in ediscendis lectionibus diligentes, et iis praefixo tempore memoriter recitandis: stylum etiam assidue exerceant, cavcantque ne aliis exercitationibus litorariis ullo modo desint. Id vero praestabunt, pariterque in literis plurimum proficient, si praeceptoribus pareant.

Nemo a scholis absit constituto tempore. In gymnasio clerici, qui eiusdem fuerint classis simul assideant, et omni modestia ceteris praestare curent.

Libros nullos emant, nec habeant, nisi quos primarius eorum studiis fore utiles indicaverit. Libros a sancta sede apostolica damnatos et impudicos ne norint quidem dò nomine, multo vero minus cos unquam legere audeant.

Exercebuntur in omni genere disciplinarum, quae ad theologiam praesertim cognoscendam iuvant; atque ubi literas humaniores et philosophiam didicerint, in ea potissimum theologiae parte diligenter instruendi erunt, quae conscientiae casus explicat. Libros etiam ecclesiasticos, et quos vocant rituales, diligenter legant.

Exerceantur etiam omnes suo ordine, pro captu ingenii et doctrinae, in concionibus et hortationibus faciendis de mandatis Dei et ecclesiae, de articulis tidci, virtutibus sequendis, vitiis ov itandis, aut de aliqua scripturae sententia. Ea vero concluncula poterit fleri toto tempore coenae, aut etiam prandii. Qui vero provectiores erunt, solennioribus diebus, episcopi arbitrio in diversas paroecias mitti poterunt, ut dum plebi aliquid consolationis impertient, etiam in concionando exerccantur.

Dum lient repetitiones in seminario, aut disputationes, ut plurimum aderit primarius, tum ut singulorum ingenium et indolem melius cognoscat: tum etinm ut animadvertat siquid corrigendum sit.

367 Cap. Vili. - *De correctione.*

Quicumque praeerunt in seminario, ament et foveant sibi subditos, tamquam filios quos generant in Christo, ministros Dei futuros: desidcrvntque potius ab eisdem amari, quam timori. Ad bene agendum et proficiendum incitent ipsos magis pudore et libertate, quam metu et formidine.

Si qui sint tamen dyscoli et protoni, praesertim. qui aliorum mores inficiant et corrumpant, omni ope conandum est, ne quid seminario detrimenti adferant, si in eos indulgentiores fuerint moderatores. Neque vero qui difficiles natura fuerint, nisi so verbis, aut castigatione correxerint, diu erunt in seminario retinendi.

Et quamvis desides ac rudes, quique in studio literarum nihil promovent, nulla ratione sint ferendi in seminario: multo tamen magis animadvertere oportet in eos, qui pietotem negligent: qui seminarii statuta possim violent: qui societatem cum protervis ineant: qui externorum colloquiis delectentur: qui facile obtrectare et murmurarc soleant: qui

suos errores (licet ob eorumdem utilitatem id flat) deferri moleste ferant: qui mentiri, aut sua errata infloiarl, aut excusare soleant: qui poenas iniunetas graviter ferant: qui singulare aliquid, quod iis nequaquam expedire censeatur, velint: qui procaciter, impudice, ironice loquantur, aut respondeant. Haec enim et similia vitia sunt imprimis a toto seminario arcenda, et acriter, nemine excepto, corrigenda.

Mansi 34 A, 795-801.

De Regularum in Collegiis ecclesiasticis maxima utilitate

(Ex Litt. Ap. *Ex CoUtgio Germanico,* 1 apr. 1584).

Ex collegio Germanico, quod superioribus annis in Urbe constituimus.[1] magnisqw hucusque sumptibus auximus et locupletavimus, religionis christhinae, praesertimque charissimae nobis Germanicae nationis, culus causa initio institutum est, magna cum animi nostri voluptate, iam fructus consequuntur non mediocres. Unde magis in dic- invitamur ut studiosius in eam curam incumbamus: frustra tamen a nobis suscepta e^se omnia satis intellighnus, nisi illud, quemadmodum optimis disciplinis et sacra praesertim theologiae doctrina curamus imbuendum, ita etiam salubribus institutis communiamus, ut iuvenes in fpsum cooptati normam aliquam habeant ad cuius praescriptionem, et ipsi suas dirigant actiones, et superiores omnia suorum momenta perpendant officiorum; aetasque illa lubrica ac saepe prohibons, cuius iter cognitum est perdifficile, in circumscripto ei a nobis virtutis curriculo sc exercens, suam modestiam probet et continentiam paternisque nostris monitis innitens, et monstratam semitam assidue tenens, ad propositam gloriae palmam non illum quidem corruptibilem, sed aeternam inoffenso cursu deferatur.

§ 1. - Quare, motu proprio certaque nostra scientia. in perpetuum statuimus et ordinamus ut. pro subveniendo spiritualibus Germaniae necessitatibus, quo collegii institutio spectat, in opportunis ipsius Germaniae locis, viri aliqui pii et prudentes constituantur, qui praeclarae indolis iuvenes conquirant, examinatosque collegio proponant, ex quibus collegii superiores optimos quosque deligent. Sint etiam Romae tres examinatores, qui coram rectore collegii iuvenes examinent, eosque Juramento, quod tamen si superioribus minime necessarium videbitur, possit remitti, approbent aut reprobent. Debent autem viri religiosi et ecclesiastica beneficia iam obtinentes aliis praeferri.

§ 2. - Iuvenes vero in hoc collegium admittendi, ex superiore Germania. Wespbalta, Saxonia. Prussia, Rheno atque ex regno Hungarino, ut hucusque factum est. accipiantur: oportet enim ex Germania provinciisque praedictis centum alumnos, quod in aliis litteris apostolicis fuit expressum, in collegio esse. Si vero aliqua collegii loca vacua remanebunt, ea poterunt ex aquilonal ibus provinciis, haeresi etiam infectis, expleri; modo iuvenes ex his provinciis valde sint idonei, protectoresque et superiores return admissionem catholicae Ecclesiae utilem fore indicaverint et necessariam. Nemo tamen ex quacumque gente aut provincia admittatur, qui. studiis absolutis et sacris ordinibus susceptis, certum lorum non habuerit, ad quem se recipiat et in quo boni et eruditi sacerdotis munero perfungatur.

J 3. - Omnes legitimo matrimonio sint nati, bona fama commendati, sano praeterea siut corpore, lingua minime impedita, et aspootu non deformi, nullius religionis desertores, Latinae et Germanicae linguae periti, nihil Romae negocii aut litium habentes, sint etiam aetatis maturae, vigiliti circiter annos nati. Quod si fuerint nobiles, quique in superiori Germaniae cathedrallbus ecclesiis admitti consueverunt, tunc ad minimum sexdvcim annos attingant, et grammat icam sciant: ceteri omnes ad theologica vol philosophica sint

[1] Bulla *Postquam Deo placuit,* 6 aug. 1573: BR 6, 52-56.

idonei; Ignoti, amplumque de vita et moribus testimonium non habentes, voi qui extra Germaniam in aulis aut Universitatibus vixerunt, aut vagi, cuivis domino inservientes, ingenitam germanieam illam simplicitatem amiserunt., ad hanc disciplinam, idoneos non indicamus, cosque ab ingressu collegii reficimus, quod collegii praedicti superiores observabunt in cis omnibus, quos ad hoc vitae institutum minime aptos esse cognoverint. Verum qui bonae fuerint indolis, nullumque huiusmodi habuerint impedimentum, post legitimum examen, a praeposito generali recipi poterunt, iis, qui d< fectum patientur, reicctis, <iui omnino admitti non debeant, nisi gravis aliqua causa intercedat, et de unanimi omnium protectorum et superiorum consensu: patema vero praepositi generalis in hoc maxime se ostendat sollicitudo, ut omnes Germaniae dioeceses, pro singularum necessitato et. amplitudine, inventar, ex cisque quot poterunt in collegii loca distribuantur, quae distributio mutari poterit, ut se mutabit Germaniae status, et animarum salus postulaverit. Si qua vero in dioecesi non reponantur ad hanc institutionem idonei, iuvenes alii ex finitima aut alia provincia deligantur, qui. in collegio instituti, ad desolatas ciusmodi ecclesias exemplo et doctrina sublevandas, postea dimittantur; plures autem non recipiantur, quam quot superiorum indicio atque experientia in collegio praedicto poterunt commode sustentari.

372 § 4. - Antequam collegio quisquam admittatur, vel in line sex primorum mensium, in superiorum manibus iusiurandum dare debeat velle se statum ecclesiasticum amplecti, et ad omnes sacros et presbyteratus ordines, cum visum fuerit superioribus, promoveri, cumquo Udem mandaverint, in patriam statini reversurum, inris civilis aut medicinae studia non professurum, aliam rationem vitae, aulicam praesertim, non sectaturum, sed continuo, ubi a collegio dimissus fuerit, in Germaniam ad invalidas animas remigraturum, etiam ante constitutum studiis ordinarium terminum, si ita animarum saluti conducere aut pro collegii commodo superioribus videbitur expedire, furet etiam se collegii instituta secundum superiorum interpretationem observaturum, nec a communi omnium alumnorum vivendi ratione discessurum.

373 § 5. - Postquam autem praedicti in collegium fuerint recepti, Christianam pietatem ft Doi timorem primum, et summum religionis studium sibi esse propositum in animum inducant; inde enim salutaris et vera initium habet sapientia. Quare statini pietatis et ecclesiasticae vitae fundamenta laciant; vocationem, (tuam Deus illis impertiri dignatus est. etiam atque etiam considerent; generalem totius vitae confessionem instituant. Divinum officium recitare et coelestia meditari discant, cathechismo studeant, iisque in domo Dei et in choro, quae a clericis peragenda sunt, diligenter assuescant, atque id genus alia, quibus novi alumni perdiscendis dies ut minimum quadraginta impendant; nec, antequam in his se bene exercuerint, alumnorum veste induantur aut ad disciplinarum studia mittantur, etiamsi nobiles fuerint aut religiosi et in sacerdotio constituti.

37 I § 6. • Sex item menses cuique tribuuntur, quibus an in collegio perseverare, institutioucmqnv huiusmodi observare et propositum ad finem perducere velint, seoum deliberent. et tantum pecuniae penes collegii ministros deponant, quantum, infra sex menses aut post studiorum cursum discedentibus, ad reditum in patriam sufficiat, ne collegium vinticis gravetur; pauperum tamen ratio habeatur, quae sex mensium praescriptio ad novorum alumnorum probationem concessorum superiores non arctabit quo minus, si deprehenderint iuvenes ad huiusmodi disciplinam ad sacrosquc ordines parum aptos, cos intra sex menses praedictos sine mora possint dimittere. Nemo enim hoe in collegio est alendus, qui sine spe solidi in pietate fundamenti hinc videatur discessurus, ne forte malus pravi unius alumni exitus ea destruat, quae multorum in religione et pietate profectus aedificaverit: neque enim, quibus severitate poenarum opus est COercefidis, digni sunt huius vitae instituto, tantum igitur retineri eos volumus, qui, sua sponte et amore virtutis, pietatis littcrarumque studio vacabunt.

375 § 7. • Omnes in collegio fraterna charitatc devincti, etadom legibus vivant, eadem praecepta servent, sive nobiles Rive sacerdotes sint; omnium etiam religiosorum idem sit victus et vestitus, honestus tamen et personis ecclesiasticis superiorum indicio convenient et ut (quod Intendimus) spirituale aedificium ad culmen, beo dante, perducatur, statuantur ante omnia fundamenta pietatis. Itacine sacramentorum pius et assiduus usus conservetur, slngulisquo mensibus solemnibusque festis ac dominicis Adventus et Quadragesimae, omnes, constitutis per superiores sacerdotibus delicta confessi, nisi legitimum intercedat impedimentum, communicent; quotidie missam audiant: et mane, ankqu.-im studiis operam dare incipiant, dimidiatam hornrn piae meditationi impendant: et vesperi, antequam cubitum eant, quartam horae partem litaniis et discutiendae conscientiae tribuant; et si quis officium ecclesiasticum recitare debet, id aliis horis absolvat; -acerdotes missae sacrificium frequentius Deo offerant, in quo peragendo non minus dimidiata hora insistant; piae quoque consuetudines nascentis collegii omne- pra< scribantur et posteris observandae proponantur.

376 § 8. - Praeter constitutos per superiores collegii confessorios, sint in tanta multitudine aliqui rerum spiritualium magistri, qui pietatis disciplinam primum quidem novis alumnis, deinde etiam adultis ceterisquo omnibus accuratissime tradant: quod si tales magistri ex ipsa Societate deligi non potuerint, optimi quique ex ipsis alumni- assumantur, qui, ab omni cura omnino vacui, hoc tantum munus sollicite subeant; alumni vero studiis quidem addicti, in pietate vero desidiosi, (inique suis moribus alios ab ardenti pietatis studio tepefecerint aut quoniodolihet averterint, vel a rectis superiorum consiliis aut obedientia abduxerint, vel huiusmodi facere tentaverint, statini a collegio dimittantur.

377 § 9. - Festis diebus domi se contineant, orationi, piae lectioni, divinis officiis, macris caeremoniis perdiscendis et exercendis dent operam. Quod si superioribus incommodum videretur omnibus diebus festis totum divinum officium decantare, in solemnioribus tamen diebus et dominicis Adventus. Quadragesimae, et in diebus festis Beatissimae Virginis Mariae, Sanctorum Omnium, Apostolorum et Angelorum partim decantetur, partim distincte et devote sine cantu recitetur.

378 § 10. • At cum autumni tempore a lectionibus vacant, tum maxime in divinis officiis perdiscendis et cantandis, ut superioribus videbitur, seso exerceant; in quo tamen ne remissius aut indulgentius agatur, rectoris conscientiam oneramus. Eo quoque tempore aut alio, cum studia intermittuntur, en doceri curent, quae celebrando missae sacrificio sunt accommodata, praesertim hostias et corporalia parare; diebusque fustis nulla umquam litteraria exercitatio aut divinum officium aut ecclesiarum curam quomodollbet interrumpat seu impediat; beneficiorum in collegium a Dei benignitate collatorum memoriam pie colant, memoresque sint bene de collegio praedicto et de se meritorum et superiorum praecipuo defunctorum. tinorum nomina in ecclesiarum suarum sacrario aut in choro descripta habebunt; proque iis, qui maiore fuerint in se usi beneficentia, anniversaria sacra perpetuo solemniter flant, singulisque hebdomadis pro illis orationes et sacrificia Deo offerantur.

379 **Sil.-** Alumni morientes, et in ipso agone et ab hora transitus usque ad horam sepulturae, fraternis alumnorum Obsequiis atque orationibus adunentur, quorum funeri omnes Intersint, et intra octo dies excquiae illis pie persolvantur. Quando autem contigerit aliquem ex cardinalibus protectoribus decedere e vita, triduo orationes et sacrificia pro Illius anima Deo offerantur, cuius misericordia pro futuro protectore rogetur, ut talem dignetur nobis aut pro tempore futuris Romanis Pontificibus KUggererv, qui tantum opus amplecti velit, et quam maxima poterit charitato tueri.

380 $ 12, - Qui ex alumnis, superiorum iudieio, in pietatis studio et ecclesiasticis functionibus bene fuerint versati, ad omnes sacros, etiam presbyteratus, ordines promoveantur.

etiam sine litteris dimissorialibus suorum ordinariorum, et sine titulo beneficii aut patrimonii, etiam extra legitima ordinationum tempora; antequam vero sacris ordinibus initientur, in spiritualibus exercitiis et piis meditationibus per dies, ut minimum, quindecim contineantur; unoque anno, antequam in patriam sint profecturi, aut, si commode fleri possit, adhuc citius, ad sacerdotium assumantur, quo tempore in sacerdotalibus ofllcíis atque in sacramentorum administratione et in concionibus ad populum exerceantur, ita tamen ut hac occasione sacerdotes neque liberiores sint quam antea, neque extra collegium comedant aut pernoctent; omnesque collegii nostri alumni a cauponis et hospitiis locandis et a quorumvis negociorum procuratione abstineant, nullis ecclesiasticorum beneficiorum litibus aut controversiis implicantur, nec per aulas, tribunalia laicorum aut externorum aliorumvc domos discurrant; constituatur autem aliquis pius, prudens et experiens vir, qui ipsorum alumnorum negotia, sine eorum interventu, expediri curet. Alumni, sine comite a superiore illis adiuncto, e collegio egredi non audeant; quod si fecerint, aut comitem deseruerint, vel, eo pro foribus relicto, negotia intus occulte tractaverint, in collegium amplius non recipiantur.

381 § 13. - Non prandium aut coenam extra collegium capiant, sine expresso rectoris et praepositi generalis consensu, qui alumnis ipsis, ut extra collegium pernoctent aut post solis occasum cocnent, facultatem concedere minime poterunt. Siquis autem ex alumnis extra collegium ebrius tlat, in collegium amplius non recipiatur; quod si cuiquam in collegio non semel neque casu idem accidat, debet a collegio dimitti. Ad tollendas autem commessationes et quae inde oriuntur scandala, non possit rector quemquam externum in collegii vineas atque hortos introducere sino praepositi generalis consensu, qui eam diligentiam in hoc collegio gubernando adhibeat, quam, si esset suae Societatis collegium, adhiberet: consuetudine autem et modo suae Societatis non utatur, sed novas regulas proponat, quibus alumni collegii privatirà et publice secundum canones et clericorum saccularium mores instituantur.

382 § II. - Litterae, quas alumni perscribent, item eorum libri diligenter Inspiciuntur, quae si quidpiam amatorium aut bonis moribus perniciosum contineant, comburantur, et qui eos habuerunt, severe puniantur. Si quis autem deprehendatur litteras impuras scribere, sedit losas vel detractarlas, malum aliquod consilium vel vitia quorumvis continentes. statini e collegio eliciatur; eamdein poenam subeant, qui seditionis speciem aliquam exoitarint, vel occasionem praebuerint atipie auctores fuerint quominus aliquis superioribus obtemperaverit, aut si quem contra eos re aut verbo concitaverit; ii etiam eliciantur, qui injunctam sibi poenam det ructaverint, aut, invitis superioribus, pecuniam occulte retinuerint; quique quemvis maledictis aut iniuriosis dictis affecerint aut percusserint, vel collegii pacem quomodocumque turbaverint, factis item et verbis inhonestis, statini, tamquam pestis quaedam, e collegio extrudantur. Ad ea se quisque studia applicabit, cosque libros habebit, quos rector consuerit: interpretationes auctorum in gymnasio tantum Societatis audient.

383 § 15. - Ad theologica studia quatu0r annos assignamus, ad philosophica tres, totidem ad conscientiae casus perdiscendos: iuris autom civilis aut humanarum litterarum studia nullum in hoc collegio locum habeant; harum, quas demonstravimus, disciplinarum studiis ultimus annus alumnis non concedatur, nisi prius in subdiaconatus salumi ordine sint constituti: quod si quis ad sacros ordines aptus non videbitur aut illis indignus. Is in collegio nequaquam retineatur, nec ei permittatur theologiae aut quodvis aliud studium inchoare: sacerdotes autem et virtute et doctrina praestantes in theologia magistri creentur, sine ullo tamen collegii sumptu; (pii autem sacerdotii ordinimi non fuerint consecuti, ad hulusmodl gradus non sunt admittendi.

384 § 1G. - Studiis absolutis, dies triginta in collegio permanendi alumnis concedantur, quibus transactis, non possint superiores amplius cos in collegio retiñere; triginta vero

Illis diebus, non «'runt alumni a collegii legibus soluti, sed omnia facient ex -uperiorum praescripto; quae vero pauperibus alumnis vestes aut, pro vectibus, quae pecuniae in discessu dandae sint, ita rectori praescribatur, ut querelarum et invidiae occasio praecidatur; alumnis vero, qui pauperes non fuerint, aut qui studiorum cursum non absolverint, aut qui ob culpam aliquam dimissi iverint, nihil detur.

385 § 17. - Superiores facultatem habeant aliquos egregiae virtutis alumnos, etiam post absoluta studia in collegio retinendi, quorum opera utantur in collegii adniinistratione et cura rerum ad collegium pertinentium, vel et ut alumni praedicti concionibus et adnrinlstratione sacramentorum Germanos invent in Urbe commorantes, et ob alias hujusmodi pias causas ad collegii commodum et animarum salutem pertinentes.

386 § 18. - Nullus autem in collegio vel postquam e collegio egressus fuerit, causarum in Curia procurator; nec cuiusvis principis aut praelati negocia, etiam spiritualia, procuret; nec, absolutis studiis, quisqunm vel in collegio vel in Urbe permaneat, ut Curiae praxim ediscat.

387 § 19. - Si quis alumnus, divinae gratiae impulsu, ad perfectioni- statum et ad aliquod religiosae vitae genus aspiret, non debet n quoquam, quavis de causa, impediri, ctiamsi eo consilio fuisset in collegium ingressus, ut. studii.- absolutis, e -acculi ductibus se in tutum reciperet, dummodo, virtute confirmatus, in aliquam Germaniae provinciam se conferat.

388 § 20. - Loca discedentium alumnorum ultra annum non vacent, et si ii ad quos loca vacua pertinent, non advenerint, superiores eorum loco alios recipiant idoneos iuvenes, qua in re nemo poterit superiores impedire erga absentes alumnos atque in Germania commorantes. Hector collegii paterna utatur sollicitudine eorum labores cognoscendo, cosque, qua decet charitate, consolando. Collegii superiores primum pii sint, animarum salutis studiosi, et maximam divini cultus habeant rationem. Deinde iuvenes maximo cum delectu recipiant, receptos statini in Dei timore accurate institui procurent. Postremo pietati negligentius vacantes et ad virtutem non valde propensos sine ulla mora dimittant, quae tria, ut superioribus cordi sint, sub obtestatione divini indicii mandamus»

389 § 21. - Maxima quoque habeatur cura ecclesiarum, divinusque in illis cultus ac ornatus religiosissime conservetur, piique sacerdotes a superioribus eligantur, qui in illis semper resideant, ac, ut debebunt, missas et divina officia celebrent; ipsique superiores, pro honore Dei. ecclesiis praedictis liberaliter. quidquid opus erit, provideant, cultumque in eis exhibeant, ut earum reditus primum illis ipsis ecclesiis serviant. Divinorum officiorum tempore nullus alumnus absit, sacerdotcsquo vin pii et graves choro praesint, sacramnique caeremoniarum magistri sint divini officii moderatores. Si quis autem ex alumnis indignum quid orationis domo, aut inhonestum dicto vel facto, nutu vel aspectu minus honesto commiserit, contest ini e collegio dimittatur; si quis etiam sacras caeremonias discere vel exercere neglexerit, aut ab ecclesiasticis et clericalibus officiis alienus fuerit. vel templum et chorum fugitet, nisi monitus resipuerit, in collegio non tolleretur.

390 ; 22. • Quae omnia, quia a rectoris pietate pendent, praepositus generalis rectorem In lioc collegio constituat virum aliquem rectum, sobrium, prudentem, pietatis et timoris Dei studiosissimum, qui omnes nationes pari charitatis studio complectatur, et Christianum inter alumnos amorem conservet, vitae suae exemplis omnes ad sui imitationem et ad caelestis cum sanctis consortii desiderium inflammet, bonos in virtutis soliditate confirmet, malos a bonis dlsceniat, et ex hoc loco intrepide, nulla cuiusque ratione Inibita. expellat. Saepe alumnis eorum vocationem exponat In Adventus et Quadragesimae octavo quoque die alumnis verbum Dei pro statu cuiusque explicet. Aliis vero temporibus bis quolibet mense salutaria documenta publice proponat, omnesque ad timorem Dei et

amorem excitet atque inflammet; sit etiam rector divini cultus, ecclesiastici oflicii, sacrarum caeremoniarum ritusque Romani valde studiosus, domus homini decorem amet, neque tamen suae Religionis non necessarias hic retineat consuetudines aut in collegium inducere studeat, sed pro pia tot alumnorum institutione saccularium clericorum ritum imitetur, ut alumni non solum eum monentem audiant, sed ea quoque facientem videant quae ipsis facienda proponuntur.

391 § 23. - Spiritualis Jurisdictio et animarum cura, quam ecclesiae habent collegio unitae, totam ad collegii ipsius protectores pertinere volumus: quae autem tam in spiritualibus rebus quam ecclesiis curandis fieri debent, marmoreis tabulis incisa in choro allixis habeantur.

392 § 21. - Superioribus non liceat supellectilem ecclesiarum vel earum ornamenta cuiquam commodare; ex reliquiis voro ne minimum quidem, vel ipsis regibus, tradi possit, nisi ex subscripto nostra manu aut pro tempore futuri Romani Pont ilicis mandato. Si quis aliter fecerit, sententiam excommunicationis incurrat eo ipso.

393 § 2Û. - Et quia spiritualia sine temporalium adminiculo consistere minime possunt, ideo eorum cura esse non debet in postremis. Qliaro ipse rector viros fideles atque idoneos, quot ad hoc erunt necessarii, habere curet, quibus etiam praestandi ab eis officii leges et quod in piotate et moribus observare debeant praescribat, quorum primus sit oeconomus generalis, quem si superiores eligere recusent, duo vel tres probatae vitae viri, superioribus ipsis et protectoribus cogniti, proponantur, ex quibus protectores, quem omnium aptissimum indicaverint. eligant, et oeconomum deputent generalem, qui administratinnis suae rationem reddat et Nuperioribus ipsis ac protectoribus, quoties ij>si petierint. (Economo generali adiungantur n superioribus alii particulares oeconomi, praecipue vero fidelis aliquis vir. qui oeconomum generalem in tanta rerum multitudine adiuvet, quiquo Ipsius cetorisque contrariis non obstantibus qnibuscumque.

BR 8, 447-454.

De utilitate Collegiorum ecclesiasticorum in Urbe

(Ex Litt. Ap. *Romana Ecclesia* pro Collegio Armcnorum, 13 oct. 1581).

391 Romana Ecclesia, (‘unctarum gentium pia sollicitaquc mater et magistra, ita in omnes partes consuevit suae charitatis ubera protendere. salutarisque doctrinae pabulum esurientibus Ollis ȧdministran ut (ini longiori terrarum marisque intervallo a se digitinoti et calamitate oppressi sunt, cos digna miseratione et arctiori pietatis dilcctionlsquo vinculo amplecti ac fovere studeat.

1 1. • Sane Armeniorum gens numero amplissima ac prope infinita, antiquitate ot nomine celeberrima, christ lanar religionis studio et constantia supra universos Orientis populos laudatissima, cum initio nascentis Ecclesiae, gloriosis apostolis Bartholomnco et Thaddaeo docentibus, evangelicam degust asset fidem, ac deinde, beati Silvestri Pontificis et Constantini magni imperatoris tempore, publico omnium consensu, una cum rege suo Tyridatc (ita videtur dicendum), ut apud eos traditum est. recepisset, adeo pie et religiose illam deinceps coluit, ac tanta praeterea veneratione Pontificem Romanum omni tempore est prosecuta. Ipsum scilicet verum Christi vicarium, beati Petri successorem Ecclesiaeque catholicae caput fatendo, eius doctrinam disciplinamque sequendo, ac in omnibus so suosque patriarchas Apostolica© Sedi subilccndo, quemadmodum in generali concilio Florentino, sub Papa Eugenio huius nominis IV, missis illuc praelatis ac proemratorlbus suis, non obscure testatum reliquit, ut merito nobis Scdique Apostolica© charissima et acceptissima esse debeat.

395 § 2. - Et vero, inter alia eiusdem nationis de Ecclesia republicanue Christiana merita, illud praecipuum ac singulari memoria dignum est. quod, principibus exercitibusque Christianis saepius ollm ad recuperationem Terrae Sanctae proficiscentibus, nulla natio, nullus populus promptius alacriusque eis suppetias tulit, quam Armenii, qui viris, equi-, annis, commeatu, consilio ac denique omni ope Christianos sacro illo in bello fortiac fidelissime Juverunt. Postquam vero Turearum teterrima^ servitutis jugum subire coacti sunt, id quod gravissimo cum dolore referimus, nulla illi dominantium vi ac feritate. nullis acerbitatibus, nullis iniuriis, nullis oppressionibus de Christianae religionis cultu ct observantia ac Apostolicac Sedis obedientia dimoveri potuerunt (ita dicendum); et siqui errores inter eos irrepserunt, ii non pravae aut perversae eorum voluntati -en naturae, sed temporum infurine et calamitati omnino adseribendi sunt.

396 § 3. - Nos igitur, ex intimo corde desiderantes tam numerosae tamque piae nationi, qua possumus ratione, subvenire, in his praecipue, quae ad animarum salutem -anctamque religionem et fidem orthodoxam retinendam augendamque pertinent, proprium collegium eidem nationi in alma Urbe erigere decrevimus, in quo adolescentes selecti bonaequae indolis et expectations, Sedis Apostolicac impensis, alantur, et bonis moribus sanaque doctrina imbuantur, ut iidem postea, ad suos remeantes, quam maximo eis adiumento et consolationi spiritualibus in rebus esse possint. Ideoque, ad omnipotentis Dei gloriam sanetaeque fidei catholicae incrementum, totiusque Armonica» nationis honorem, commodum et utilitatem, motu proprio c/c.. apostolica auctoritate, tenore praesentium, collegium unum adolescentum Armeniorum, de eodem nomine nuncupandum, in hac alma Urbe nostra et in loco per infra nominandos cardinales protectores eligendo, erigimus et instituimus, cui sumptus necessarios, quousque aliter ‹i provisum fuerit, ex nostris et Camerae Apostolicac pecuniis subministrari omnino volumus atque iubemus.

397 § I. - Volumus etiam hoc ipsum collegium, illiusque rectores, oeconomos, magistros, praeceptores atque scholares pro tempore in eo existentes, eorumque domesticos et otllciales ac ministros, necnon collegii et illorum bona mobilia, cuiuslibet qualitatis et quantitatis, in dicta Urbe et extra eam ubique locorum consistentia, exempta esse ab omni iurisdictione, visitatione, dominio, superioritate et potestate pro tempore existentis senatoris, conservatorum ac reformatorum dictae Urbis, necnon rectoris Studii generalis et vicarii Urbis, ac ordinarii cuiusvis locorum, aliorumve quorumcumque indicum et odicialium in ipsa Urbe vel alias ubilibet constitutorum; ipsumque collegium et eos. in propriis eorum rebus et bonis, ac alios cum ipsis contrahentes a solutione et exactione omnium et quorumcumque, ut vocant, pedagii, gabellae, bellet ini, decimarum et cuiusvis alterius, tam ordinarii quajn extraordinarii, oneris, ex quacumque causa impositorum et imponendorum, eximimus et proreus liberamus, ac sub beati Petn Sedisque Apostolica ac nostra protectione suscipimus et collocamus, nobisque et dictae Stali immediate subiicimus, ac liberos, immunes et exemptos declaramus.

398 5 5. - Eidem quoquo collegio, rectoribus, scholaribus, praeceptoribus, magistris, oeconomis, oilhdalibus et ministris, ut quibuscumquo privilegiis, exemptionibus, libertatibus, facultatibus et induitis, quibus Studium generale almae Urbis, et illius rector, doctoresque in eo et iam actu legentes quovis modo utuntur potiuntur et gaudent, ac uti. potiri et gaudere poterunt quomodolibet in futurum, ad eorum Instar et puri modo uti. potiri et gaudere valeant in omnibus et per omnia concedimus et inclulgcmus, iliaque eis communicamus. Praeterea senatori, conservatoribus, reformatoribus, retorique et aliis indicibus, officialibus personifique praedictis, ac pro tempore existent i et clericis Camerae Apostolicac, ac quibusvis commissariis ad exactionem decimarum et aliorum onerum praefatorum pro tempore deputatis, ne quarumvis litterarum, eis sub quibuscumque tenoribus ct formis concessarum, praetextu, collegium, rectores, scholares, praeceptores, magistros, oeconomos, oillciales et ministros praedictos seu eorum aliquem in praemissis quovis modo molestent seu molestari permittant, districtius inhibemus.

399 § 6. - Et deinde regentibus ac superioribus dicti collegii, cuín assistentia tomen cardinalium protectorum, qui pro tempore fuerint, seu alicuius eorum, vel de ipsorum consilio et expresso consensu, illos, quos in dicto collegio et alibi per debitum tempus studuisse, ac litterarum scientia et moribus idoneos esso repererint, ad baccalaureatus, liccntiaturae doctoratusque et magisterii gradus, servata forma concilii Viennensis, iuxta Universitatis eiusdem Urbis consuetudinem, seu alias promovendi, et ipsorum graduum solita insignia cis exhibendi; quodque sic promoti facultates, in quibus studuerint, legere et interpretari ac de eis disputare, ct quoscumque gradui seu gradibus huiusmodi convenientes actus exercere, ac omnibus ct singulis gratiis, favoribus, praerogativis et induitis, quibus alii in praedicta seu aliis Universitatibus et alibi, iuxta illius ct aliarum Universitatum huiusmodi constitutiones et mores, ad gradus praedictos promoti de iure vel dc consuetudine utuntur, pot iuntur ct gaudent, ac ut i, potiri et gaudere poterunt quomodolibctin futurum, uti, potiri et gaudere possint ac debeant, perinde ac si gradus praedictos in ipsa Universitate, iuxta consuetudinem et mores praedictos, suscepissent, concedendi ct indulgendi liberam eadem auctoritate damus facultatem ct potestatem.

400 § 7. - Sed ut ipsius etiam collegii conservationi bonoque regimini, tam in his quae ad institutionem et disciplinam, quam quae ad victum vestitumque ct alia huiusmodi necessaria pertinent, opportunius consulatur, dilectos filios nostros Julium Antonium tituli S. Bariholomaei in Insula Sanctae Scverinae et Antonium tituli S. Eusebii Carafani nuncupatos presbyteros cardinales, eiusdem collegii protectores ac defensores constituimus et deputamus, quorum consilio et ope, supradicta et alia quaecumque ad eosdem in collegium admittendos spectantia agantur, statuantur et ordinentur. Dantes eisdem et pro tempore existentibus protectoribus plenam et liberam facultatem et auctoritatem, pro salubri directione et conservatione dicti collegii illiusque bonorum et rerum ac iurium, tam temporalium quam spiritualium, rectores, praeceptores, magistros, regentes, oeconomos, advocatos, procuratores aliosque ministros et officiales in eo deputandi et amovendi, aliosque eorum loco sufficiendi, ordinationesque et statuta, licita tamen et honesta sacrisque canonibus et concilio Tridentino non repugnantia faciendi et edendi, caque, cum visum fuerit, revocandi, mutandi et corrigendi, aliaque denuo condendi, ct postquam facta et edita, revocata, mutata et correcta fuerint, perinde haberi volumus, ac si auctoritate apostolica approbata ct confirmata essent; iliaque ab omnibus rectoribus, magistris, scholaribus ccterifique in collegio ministrantibus ac servientibus inviolabiliter observari; ac iuxta eorumdem dispositionem a quibusvis indicibus, sublata eis quavis aliter indicandi facultate, indicari et diffiniri debere; et si secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter, attentari contigerit, irritum ct inane decernimus.

§ 8. - Non obstantibus quibusvis constitutionibus et ordinationibus apostolici»; ac ipsius Urbis, etiam ¡tiramento, confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis, statutis et consuetudinibus; privilegiis quoque, induitis ct litteris aposto! icis eisdem senatori, consci Vatoribus, reformatoribus, camerario. Universitatibus ac carum collegiis, rectoribus et personis, necnon praedictae Urbi et populo Romano, sub quibuscumque tenoribus et formis, ac cum quibusvis clausulis et decretis, etiam iteratis vicibus concessis, approbatis et innovatis; quibus omnibus, illorum tonores praesentibus pro sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat, specialiter et expresso derogamus, eeterisque contrariis quibuscumque.

§ 9. - Volumus autem quod praesentium transumptis, manu notarii publici subscriptis et sigillo personae in dignitate ecclesiastica etc.

5 10. - Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae erectionis, institutionis, etc.

BK 8, 493-495.

SIXTUS V (1585-1590)

CONCILIUM MEXICANUM (1.585)

De scientia ad sacros Ordines et cora ni animarum necessaria
De vita, lama et moribus Ordinandorum

401 1 I. • Sacerdotalis dignitas, ct eorum, qui altari deserviunt celsitudo non patitur, quamquam ad id muneris admitti, nisi prius eius merita probata fuerint, ac bene perspecta. Praesertim cum illud grave damnum ecclesiae catholicae importet, quod multi ad sacros ordines sine delectu promoveantur, qui absque ullis meritis in tam sublimi gradu collocati, postea clericali instituto iniuriara irrogantes misere ceciderunt. Quapropter vehementer exoptans haec synodus praeterita damna resarcire ecclesiasticumque ordinem. in pristinum dignitatis, et splendoris locum restituere; quantum potest, episcopos huius provinciae exhortatur, ne contra apostoli praeceptum cito manus imponant, sed cum omni diligentia, et animi contentione, ordinandorum qualitates examinent, et merita expendant, neque eos, qui minus fuerint idonei, paucitatis ministrorum praetextu, ad sacros ordines suscipiendos ullatenus admittant; cura divinus cultus, animarumque commodum, paucis digne, quam multis indigne ministrantibus magis accrescat; Quae omnia, ut melius dirigantur, decernit primum, ne ullus ad maiores, vel minores ordines admittatur, nec ei, ut admitti possit licentia concedatur, nisi prius de eo, periculo facto, his esse praeditum qualitatibus constiterit, quae ad illum gradum, vel ordinem ex concilii Tridentini decretis sunt requisitae.

102 § II. - Verum ad speciem magis descendendo, praeter scientiam, et aetatem, quae ex concilii Tridentini decreto necessaria sunt: Nullus nisi prius, iuramento prae -tito de intentione permanendi in habitu clericali, admittatur, nec ad primam tonsuram promoventur. Illi vero ante quartum decimum annum poterunt prima tonsura initiari, qui in cathedrali ecclesia clericali toga, et supcrpellieeo induti, per duos saltim annos, divino cultui inservierunt. si prius eorum parentes, vel tutores propositum sibi esse Juraverint in ecclesiae ministerio conservandi.

403 § III. - Nemo ad quatuor minores ordines promoveatur, nisi quantum fieri poterit ecclesiastici cantus rudimentis instructus.

104 § IV. - Ad subdiaconatuni promovendi, in cantu ecclesiastico periti sint, et in recitando horarum officio, iuxta ordinem breviarii editi ex concilii Tridentini decreto, exercitati.

405 § V. • Diaconatum suscepturi, non in his solum; sed in ceremoniis etiam illi ordini competentibus, examinentur.

406 5 VI. • Qui ex praescripto concilii Tridentini idonei reperti, in sacro presbyteratus ordine fuerint constituti, primam missam ne celebrent, nisi prius ut in titulo do celebratione missarum ct divinorum officiorum habetur, a ceremoniarum magistro, examinati, et approbati, ab eodem celebrandi licentiam obtineant: formam praeterea absolvendi a peccatis, et censuris sciant; ut vero tanti celebratio mysterii in suarum animarum salutem cedat, promotos ad sacerdotium monet, ct hortatur haec synodus: ut quantum sit illud dominici corporis sacrificium, toto corde, totaquo mento contemplantis, ad illud celebrandum divinae gratiae auxilio se praeparent, caque animi puritate, ac sinceritate» quibus aequum est, sanet l&simumque corporis, et sanguinis domini sacrificium accedant, aloque sanctuarium Dei ingrediantur, ut tamquam mediatores, inter Deum, et populum pacem componant.

407 Í VII. • Sacerdotes, quibus animarum cura committenda est. quantum doctrina praestare debeant, vel ex eo facile intelUgero licet, quod veluti duces, magistri, et medici existant, qui subditos in caelum dirigant, sanam doctrinam doceant; spiritualibus eorum morbis medeantur. Quare nullus curatum beneficium obtineat, nisi prius probatus, et examinatus, idonousque repertus, in sacramentorum praesertim, poenitentiae adml-nistrationc versatus sit, et conscientiae casibus bene instructus, ad formam ab hac synodo dispositam, et una cum directorio confessorum, et poenitentiam comprobatam, quae in omnibus, et per omnia observetur, ct execution! mandetur. Aptus praeterea sit, ad exponendum sanctum evangellum subditis, eo saltem modo, quo magis ad salutem necessaria edocere possint. Ilina enim flet, ut subditi do suis parochis bonam opinionem concipiant, cosque tamquam patres spirituales confidenter adeunt, ut quibus oportet ad salutem documentis instruantur.

De cita. fama, ct moribus ordinandorum.

408 § I. - Quia vitae integritas, ct morum honestas in iis. qui ad ecclesiasticos ordines promovendi sunt, litcrarum scientiae praeferri debet, haec synodus decernit, et iubet, ne ullus episcopus sibi subditos ad ordines admittat, aut admitti concedat, nisi prius a tide dignis, ‹t inorum gravitate probatis testibus, tam ecclesiasticis, quam saecularibus cum quibus promovendus societatem inierit, vel alias fuerit conversatus, habito testimonio, quo possit constare ordinandum eo tempore, et per multos antea menses, quibus decet puritate, ct honestate vixisse, aleae aut aliis illicitis ludis prave assuetum non fuisse, aut esse, nec statutis a loro temporibus, peccatorum confessionem omisisse. Quod sl secus constiterit, nullatenus promoveatur, donec vitae, ac morum conversatione in melius commutata maculam deleat, ex ante acta vita susceptam. Difficile enim est. cos in novo dignitatis gradu positos fleri meliores, qui vitiis, et sceleribus defoedati, non sine multorum scandalo, quibus eorum prave facta notu sunt: ad illum statum pervenerunt.

409 § IT. - Ecclesiastici ordinis perturbatio inde saepe secuta est, quod iis aditus non sit occlusus, qui caducarum rerum cupiditate ducti, pravis cogitationibus sancta ministeria concupiscunt: Quare nullus ad sacros ordines admittatur, qui commisso crimine poena sanguinis puniendo, magis, ut poenam sibi a sacculari indice infligendam evadat, quam ut in sacris ordinibus proficiat promoveri velit. Qui vero ob hanc cautelam sacros ordines susceperit, sit ipso facto suspensus, ct si do crimine constiterit, tamdiu in exilium relegatus sit, quamdiu episcopo videbitur expedire.

410 $ III. - Ut honor, et reverentia clericali ordini deferatur, sacris est canonibus constitutum, ut qui aliquos patiuntur naturales defectus, aut alios, qui tametsi non imputentur ad culpam, minus decent clericalem statum, non ordinentur, ne sacris ordinibus initiati contemnantur, corumquc ministerium vituperetur. Propterea interdicit haec synodus, ne descendentes ab his qui a sanctae inquisitionis cilicio damnati fuerint, in primo, et secundo gradu quo ad patrem, quo ad matrem vero in primo tantum, ad sacros ordines admittantur: quin vulgari Infamia notati. De quorum natalibus tunc sufficiens erit inquisitio, cum ad parentes, ct avos usque perventum fuerit, difficile enim esset propter antiquitatem ulterius progredi, indequo varia periuria. calumniae et inimicitiae orirentur. Inde etiam, et Mexici. tam ab Indis, (piam a Mauris, necnon ab illis, qui ex altero parente Ethiope nascuntur, descendentes in primo gradu, ne ad ordines sine magno delectu non admittantur.[1]

MANSI 34 B, 1032-1035.

1 Cfr. Concilla: *Cameracetuie* (1586) tit. XXI; *Tolosanum* (1590) cap. IV et V; *Acenfonerue* (1591) cap. XLIX; S. *Screrinar* (1597) *De Seminario; Beneventanum* (1599) tit. IX ct LXIII; *('amenícense* (1631) tit. XXIII; *Beneventanum* (1G93) tit. VI; *Neapolitanum* (1699) tit. IX. cap. VII; tit. X, cap. I; *Tarraconense* (1717) cap. Vili: MANRI 31 B, 1255-1257; 1297-1299; 1359; 35, 1405; 36 B, 129-151; 36 Ter, 191 s.; 552 s.; 718. 781 s.; 911.

Dp qualitatibus hi alumnis sacri Ordinis requisitis

(Ex Litt. Ap. *Sanctum et salutare, 5* ian. 1589).

411 (109) Sanctum et salutare sacri Ordinis sacramentum ab ipso Domino et Salvatore nostro lesu Christo institutum, beatisque apostolis et eorum legitimis successoribus singulari divinae bonitatis munere traditum, ita ad Dei omnipotentis gloriam salutemque animarum sancte et religiose administrari decet, ut quae vel ex typo et figura Veteris Legis, vel alias ex multa SS. Patrum providentia, circa ordinandorum natales, aetatem, vitae ac morum probitatem, sanctitatem, scientiam et alias qualitates in sacris ordinationibus requisitas, per sacros canones vel apostólicas constitutiones, aut generalium conciliorum decreta salubriter statuta fuerunt, ea inviolate observentur. Nam si in Veteri Testamento tam multa de integritate et munditia sacerdotum et ministrorum altaris deque eorum praestantia et dignitate legimus, de quibus dixit Dominus, per Malachiam prophetam: *Labia sacerdotis custodient scientiam ct legem requirent ex ore eius, quia Angelus Domini exercituum est {Ma.* '2, 7); certe multo maior ratio et diligentia adhibenda erit in promovendis tam inferiorum graduum clericis quam etiam presbyteris, qui *ad consummationem sanctorum in opus ministerii, in aedificationem corporis Christi* constituuntur, *(E.* 4, 12) prout de his ipsis et divino verbo et beatorum Apostolorum praeceptis, ac simul sanctorum Patrum statutis saepissime traditum est.

BR 9, 63: CIC *Fontes* 1, 311.

De Seminarii Deputatis

(Ex S. C. Concimi in *Salernitana,* iul. 1589).

412 1. An duo Canonici electi ab Archiepiscopo ad constituendam educationem puerorum Seminarii possint pro libito Archiepiscopi mutari.

2. An eorum consilium adhibendum tam in constituendis regulis universalibus Seminarii, electione loci, et similibus, au etiam in singulis reluis, ut puta electione singulorum puerorum introducendorum, electione Magistrorum, librorum legendorum, Confessoris, punitione, discolorum expulsione, visitatione et similibus.

3. An alii quatuor sunt deputandi, et deputati adhibendi sint in consilio tantummodo in taxatione, contributione fructuum ex unione beneficiorum, ut in aliis difficultatibus, oh quas Seminarii instructio vel conservatio impediretur aut perturbaretur, an etiam in exactione et temporalium administratione tam dicti Seminarii, ut puta deputations vel expulsione ministrorum et famulorum, temporalium expensis quotidianis provisionis bladorum, quam etiam bonorum quorumcumque et redituum ipsius Seminarii etiam ex beneficiis unitatis ut puta locationibus, concessionibus aliisque contractibus, litibus.

7. An sede vacante Capitulum possit unire beneficia vacantia isto medio tempore ad dictum Seminarium.

Ad 1. Congregatio Concilii respondit: *Non posse amoveri, nisi ex legitima causa.*

Ad 2. *In omnibus bis adhibendum.*

Ad 3. *Teneri Episcopum adhibere deputatorum consilium tam circa institutionem, disciplinam et mores, quam temporalium rerum administrationem.*

Ad 7. *Non posse.*

CIC *Fontes* 5, 162.

De sacra inventate inde a teneris annis recte instituenda

(Ex Litt. Ap. *Vehementer in Domino,* 11 nov. 1589).

413 (110) Vehementer in Domino gaudemus audientes aetatem adolescentium ad pietatem et religionem informari, quae, nisi a teneris annis recte instituatur, numquam perfecte, sine maximo ac singulari propemodum Dei omnipotentis auxilio, in disciplina ecclesiastica perseverat.[1]

BR 9, 125.

GREGORIUS XIV (1590-1591)

De Constitutionum Collegii Germanici obligatione

(Ex Litt. Ap. *Expedit interdum,* 29 mai. 1591).

414 Expedit interdum ea, quae per Romanos Pontifices, licet originis suae initio provido consilio statuta sunt, ad conscientiarum scrupula removenda aliquantulum moderari.

I 1. • Sane cum alias felicis recordationis Gregorius Papa XIII, praedecessor noster ad felicum directionem et prosperum gubernium collegii Germanici de Urbe a so pridem orecti, illiusque alumnorum suporiorumquo et aliorum ibi degentium provida consideratione prospiciens, nonnullas regulas, constitutiones et ordinationes illius collegii regimen concernentes per suas litteras kalendis aprilis, pontificatus sui anno xn, datas ediderit,[1] quas in virtute sanctae obedientiae et sub obtestatione divini indicii, conscientiam quoquo ipsius collegii rectoris desuper onerando observari praecepit, ac alias prout in ipsis litteris plenius continetur:

§ 2. - Cumque, sicut accepimus, ox hoc tam in superiorum quam subditorum montibus scrupulus generetur, ne omnia In dictis litteris contenta, quao plurima sunt et minima. ad peccati poenam obligent:

§ 3. Nos omnem, super praemissis dubitandi materiam praecidere. simulquo conscientiarum rectoris et collugialium personarum dicti collegii securitati consulere volentes. ac litterarum praedictarum tenores praesentibus pro sulficienter expressis habentes, motu proprio ct ex certa nostra scientia, per praesentes apostolica auctoritate decernimus et declaramus, praeceptum et verba praedicta ac alia in eisdem litteris contenta ad peccati poenam nisi in his tantum, quae ex sui natura peccatum inducunt, minimu obligare: neque ipsius Gregorii praedecessoris voluntatis fuisse ipsos superiores et subditos ex his peccati poenam incurrere, sed eo pacto constitutionum et ordinationum praedictarum observantiam arctiori studio illis commendans sicque deinceps ab omnibus interpretari debere.

[1] [Cfr. n. 2901.

[1] Litt. Ap. *Ex Collcoin Germanico:* BR 8, 117-154; [cfr. nn. 3G8 ss.].

§ 4. - Non obHtnntibUR praedictis litteris, ne aliis constitutionibus et ordinationibus ȁpostolici ac dicti collegii statutis ct consuetudinibus, etiam juramento et apostolica vel alia conllnnationc roboratis, cacterisquc contrariis qulbuscumque.

§ 5. - Hortamur autem in Domino eosdem rectorem, supcriora^ et collegiales personas collegii praedicti, ut huius declarationi» praetextu, ordinationum praedictarum observantiam nec ullatenus relaxent, neque minori quntn antea studio complectantur.

BR 9, 128-130.

CLEMENS VIII (1592-1605)

De animarum zelo in clericis iuxta vocationem suam studiose fovendo

(Ex Litt. Ap. *Ea semper fuit* ad Rectores, Praefectos ct Alumnos Seminaiiorum et Collegiorum Catholicorum, 23 iun. 1592).

415 (111) Ea semper fuit Sedis Apostolicae pro salutis animarum cura et in omnes universi terrarum orbis homines chantas, ut illos, licet longissimis locorum intervallis distentos, ac vitae etiam rat ione et sermonis genere inter se maxime differentes, aequalibus tamen paterni amoris sui oilicii ad catholicae religionis cultum alliciendos et sibi adiungendos perpetuo aexistimaverit. Id cum permulta Romanorum Pontificum praedecessorum nostrorum de catholica ecclesia benemerenda studia et praeclara rerum ab eisdem gestarum monumenta declarant, tum pleraque adolescentium natura et ingenio praestantium, recenti memoria, ad religionis et bonarum artium cultum pie liberalitcrque instituta seminaria clarissime ostendunt. Quibus quidem seminariis stabilitis iam et firmatis, ipsi etiam, pro pastorali nostro munere, quantum cum Domino possumus, favere cupientes, ut qui in illis exercentur, eo magis catholicae religionis propagandae desiderio accendantur, quo clarior est crescentium quotidie in eos nostrorum et Sedis Apostolicae beneficiorum magnitudo: idcirco inter alia, quae gravissimum apostolicae servitutis onus (divina disponente clementia, tenuitati nostrae nuper impositum) a nobis exigit, et nostri etiam muneris hoc tempore esse duximus ut ad vos Sedis Apostolicae alumnos scriberemus.

416 (112) § 1. - Quocirca, cum seminariorum erectio et omnis, quae in ipsis adolescentibus pie sapient erque instituendis, cura hactenus suscepta est et adhuc suscipitur, eo praesertim spectet ut Sedis Apostolicae regendarum animarum munus, sociatis sibi multorum studiis atque laboribus, facilius exequatur; propterea vos omnes et singulos paterne monemus ac in Domino hortamur ut, facta in primis omnium vestrarum cogitationum summa, animum statini ad ea consilia traducatis, quae nationum vestrarum bene et catholice vivendi rationes, ob haeresum pravitatem gravissimis ante difficultatibus implicatas, hactenus vobis expeditas reddiderunt. Hisce enim propositis diligenterque vobiscum consideratis.

illud etiam, quod est proximum, facillime intelligetis, nihil videlicet maiori studio nos et Sedem Apostolicam a vobis expectare quam ut, iactis firmissimis eiusdem catholicae fidei pietatis et doctrinae fundamentis, omnique studiorum cursu plene absoluto, tales vos praebeatis ut quantum ipsi et Sedes Apostolica de uniuscuiusque vestrum salute laboramus, tantum etiam vos de vestra et eorum, qui vestrae fidei committentur, salute laboretis; quod tum pro singulari vestra in Romanam Ecclesiam fide et in nos observantia, tum pro beneficii, quo cumulati estis, magnitudine et muneris vobis iniuncti administrations vos omnino praestaturos esse confidimus.

417 (113) Neque enim in eo dumtaxat tota officii vestri ratio consistit, ut ipsi in propria bene vivendi disciplina constanter persistatis, sed illud praeterea a vobis optimo iure exigitur, ut singuli privatos, turn in studiis, tum in omni virtutum genere progressus, ad publicam eorum, quibus profuturi estis, utilitatem ac salutem, etiamsi maximi propterea cruciatus subeundi, ac certissima ipsiusmet vitae pericula substinenda sint, libenti pioque animo (quod aetate nostra plerique collegae vestri ad divini nominis gloriam, pie ac fortiter fecerunt) studiose conferatis. In primis vero omni studio danda est vobis opera, maxiineque curandum ne, humani generis adversario instigante, detestandam paucorum quorumdam perfidiam proiectamque impudentiam ullo umquam tempore imitandam statuatis, qui, obliti promissorum, ac violata fide, qua se atque operam suam Deo ac Romanae Ecclesiae addixerant, ad miserrimas voluptatum illecebras et ad saecularia desideria, elusa, quam in seminariis concitaverant, spe, turpissime sese converterunt. A cuius sane infamiae periculo ac suspicione, quo longius abesse vos certo scimus, eo impensius etiam unumquemque vestrum diligimus, hunc ipsum amorem libéñtissimo officio ac re ipsa testaturi, quotiescumque vestra studia piosque conatus iuvandi aliqua sese obtulerit occasio.

418 (114) § 2. - Caeterum, quoniam ea est humanarum virium imbecillitas ut plane infirmi simus ad omnia, nisi divina in primis ope fulciamur, propterea. quo munitiora vobis praesidia comparetis, vehementer cupimus, atque vos etiam in Domino valde hortamur, ut aliquot dies (eos nimirum qui vobis a moderatoribus praescribentur) in ea cognitione impendatis, ex qua cognitae vobis ac perspectivae reddantur causae, ob quas in hanc lucem vos Deus produxerit, quantam ad felicitatem creaverit, quid perpetua moderatorum, sub quorum disciplina degitis, de pietate ac virtutibus vestris cura et sollicitudo a vobis exposcat, ut. deinceps, peccatis omnibus expiatis, et nos et reliquam christianam rem apud Dominum Deum iuvetis.

De erectionis Seminarii necessitate

(S. C. Concimi in *Oxornen.* 12 nov. 1592).

419 (115) Congregatio Concilii consuit, Episcopum non excusari super erectione Seminarii iuxta decretum Concilii, c. xvm, Sess. xxiii,[1] eo praetextu, quod sit fundatum collegium Sanctae Catliarinae extra muros Burgi illius civitatis.

CIC *Fontes* 5, 175.

De Seminario optime regendo

(Epist. S. C. Epp. et Reg. *Dall'informazione,* ad Placidum de Marra episc. Melphiensem, 20 aug. 159G).

420 (116) Dall'informazione che V. S. ha mandato dei seminario di Muro, si raccoglie la poca cura che fin hora ne ha tenuto il vescovo, del quale perchè similmente si ha poca speranza di diligenza nell'avvenire, questi miei S. Ł hanno pensato di commettere tutto questo negotio a *V.* S. afinchè pigli tutte quelle provisioni per il buon governo di quel seminario che le saranno dettate dalla prudenza sua. Primieramente doverà procurare che il Seminario sia governato da deputati ecclesiastici come comanda il Sacro Concilio di Trento,' et che questi riconoscano li conti degli anni passati, et dalli disordini seguiti cavino li rimedi opportuni per il buon governo nell'avvenire. Poi non mancherà di far ordine espresso che gl'allievi del seminario non siano impiegati in altri eserciti! che puramente ecclesiastici e concernenti lo studio delle lettere. Poi darà ordine che dentro il seminario risieda persona più grave et idonea per istruire li chierici nella pietà Christiana et buoni costumi. Insomnia la Sacra Congregazione rimette alla prudenza di V. S. et in virtù di questa le dà piena facoltà di stabilire tutte quelle regole et ordini che secondo lo stato et possibilità d'esso, ella giudicherà esser ispediento per il buon governo del seminario, a finché se ne cavi il frutto che si pretende per servitio di quella chiesa. Non manchi V. S. d'abbracciare questo negotio con ogni caldezza d'affetto.

CIC *Fontes* 1. G77 s.

CONCILIUM AQUILEIENSE (1596)

De institutione, conservatione et promotione Seminariorum in omnibus dioecesibus

Cap. **XII.** • Seminariorum institutionem, conservatIonem, et promotionem in ecclesia Dei summo fructuosam, quo clericalis militiae propagatur ordo, et progressio, tantopere necessariam, ut stare ecclesiastica disciplina sine illorum subsidio, et adminiculo vix

[1] [Cfr. nn. 290 ss].
* i. c. Signori Illustrissimi.
' Sess. 23. *De Ref.* o. 18 (cfr. n. 291 8.].

possit; in provinciae Aquilelensis civitatibus audivimus, et incredibili animi iuounditatc etiam vidimus; doluimus autem metropolitanam ecclesiam nostram propter maximas difficultates hactenus seminario caruisse, quo tamen modo laetamur nunc ita carero, ut habere pene diei possit; ita enim comparata, ac pene instituta sunt, quae ad ipsius corpus informandum, et instruendum prima et necessaria sunt, ut parum desit, quo actu portici aliquando tamdom, et brevi quidem temporis spatio valeat.

422 Qui episcopi seminarium nondum habent; et nihil hactenus pararunt, ut aliquando haberent, monemus illos, quamprimum cogitent de seminario in sua dioecesi erigendo, et sex mensium Spatio nobis, qui hoc de genere cogitari»t, pararint. ciToceriut, omnino significent. Si enim vel propter dioecesis paupertatem, vel angustiam erigere seminarium proprium non valeant, erit quod cogitent, qua possint ratione, si non longe a seminario Aqnilcimsi absint, dimidiam decimam suae dioecesis in illud conferre, ut in idem clerici pro quantitate decimae, et suae dioecesis commodo et necessitate inferantur, et cum reliquis clericis, qui fuerint ex dioecesi Aquilciensi, alantur, et doceantur.

423 Quod si phires sint episcopi, qui seminarii erigendi difficultatem patiantur, ac sit in rausa paupertas ecclesiarum; decernimus et plurium episcoporum collatione debere commune seminarium quamprimum erigi et confici, ut quod singuli non possunt, unis ersi faciant; quod valeat ad singulorum utilitatem aliquando derivari: in qua habendam rationem decernimus fructuum, et decimae attribuendae singulorum episcoporum clericis, et numeri clericorum, ne praegravetur seminarium, sed partitione quadam insta oneris et honoris sustentetur. Si negligentes, (quod opinari non debemus) fuerint, et necessario operi erigendo defuerint; erunt partes nostrae urgere, et a sacra Tridentina synodo sancte, pleque instituta de hoc genero fuerunt, omnino exequi, et actu perficere.

421 Locus seminarii si apud ecclesiam cathedralem fieri possit, non alibi optandum ut fiat; quo enim propius adsunt clerici, eo facilius, et minore temporis dispendio in ecclesiam se conferunt; nec divugatione spatiari, nec longinquitatis spatio, studiorum ae disciplinae tacturam facere coguntur. Quod si locus apud ecclesiam non pateat, ad episcopum pertinebit locum idoneum eligere, et in co seminarii domum aptare et erigere.

425 Duo sunt in seminario clericorum perpetua exercitatione retinenda, ut clerici discant. et ministrent. Ex iis. quae addiscere debent, item duo proponunt: alterum ad pietatis, religionis, et devotionis documenta, quod est omnium rurum certissimum fundamentum, pertinet; ut Christianae fidei rudimenta in primis inter se iuniores addiscant et recitent (pii provectiores sunt, doceant et exerceant: quod singulis dominicis et festis diebus curandum, et faciendum omnino praecipimus. Curabunt item episcopi, ut singulis diebus iidein clerici missae sacrificio Intersint, et saltem singulis mensibus confiteantur peccata, et luxta confessoris indicium sumant corpus domini nostri Jesu Christi. Alterum pertinet ad studia: Grammatices autem, cantus, computi ecclesiastici, alinrumque bonarum artium scientiam addiscant. Item cum primum capero animo, ot intclligentia possint, sacram scripturam, libros ecclesiasticos, hornillas sanctorum, atque sacramentorum tradendorum, maxime quae ad confessiones audiendas videbuntur opportuna, et rituum ac caerimoniarum formas. Pars altera ministeria respicit, quae ab Lis, qui in seminariis degunt, clericis diligenter obeunda. Sunt autem, quae vel minorum, vel maiorum etiam ordinum exacutionem respiciunt, ut res videbitur postulare, et praefectus caerimoniarum singulis aut universis in ecclesia praescripserit, llacc autem ut fiant ab illis expedite, et apte, institutione, ac exercitatione diligenti curandum erit; quod praefectorum, et magistrorum solertia ciYecorit.

426 Uniusmodi vero ministeria festis diebus ac dominicis tam in ecclesia cathcdrali, quam in aliis praestare debebunt; ut coram episcopo, qui fuerint instructiores, serviant: qui tardiores, alibi: quod ut accommodate fieri aliquando valeat, in primis cupimus, seminarium apud aliquam ecclesiam construi, in qua dominicis diebus ac festis horas canonicus psallere, ac divinis inservire seminarii pueri valeant: hac enim exercitatione facilius ad rituum, et caerimoniarum, cognitionem pervenerint. Ut autem in disciplina ecclesiastica commodius instituantur, tonsura statini, ntque habitu clericali utuntur.

427 Praefecti, magistri, miniatriquo ad inserviendum seminario, et domestica ministeria, etiam inferiora obeunda, adsciscantur probatae sitae, et spectatae pietatis homines: qui non modo voluntate, et studio in rei conversationem, et incrementum propendeant, sed idonei ad provinciam sibi impositam indicentur; in quo sit episcoporum praecipua vigilantia, et diligens solicitudo.

428 Ut autem minore impensa scholis seminarii provideatur, ad episcopi munus «pectat, scholastcrias obtinentes, et alios, quibus est lectionis, vel doctrinae munus annexum, ad docendum in ipsis scholis instituendos per seipsoa, si idonei fuerint, alioquin per idoneos substitutos ab eisdem scholasticis eligendos, et ab ordinariis approbandos etiam per subtractionem fructuum cogant et compellant. Quod sl episcopi indicio digni non fuerint, alium qnl dignus sit, nominent omni appellatione remota: quod si neglexerint, episcopus ipse deputet: docebunt autem praedicti, quae videbuntur episcopo expedire. Meminerint autem episcopi, concilium Tridentinum statuisse, ut officia, vel dignitates illae, quae scholastcriae dicuntur, non nisi ductoribus, et magistris, aut lirentiatis in sacra pagina, aut iute canonico, et aliis personis idoneis, et qui per seipsos id munus explere possint. conferantur, et aliter facta provisio nulla sit. et invalida, ideoque id decretum diligenter observari episcopi curent.

429 At vero ad seminarii fabricam instituendam, et merccdvm praeceptoribus, et ministris solvendam, et ad alendam Juventutem, et ad alios sumptus cum certi reditus sint necessarii ultra ea. quae ad instituendos, et alendos pueros sunt in aliquibus ecclesiis et locis destinata; quae ei ipsi seminario ex concilio Tridentino applicata censenda sunt: debent ab episcopo cum consilio eligendorum ad ipsius concilii praescriptum ex fructibus integrae mensae episcopalis et aliorum quorumcumque beneficiorum, quae sunt ab ipsonwt concilio Tridentino sigillat ini expressa et nominata, portiones, aut partes aliquae detrahi, quibus tota seminarii impensa fulciatur et sustineatur.

430 Ut autem aliquando tandem beneficia portionibus praedictis detrahendis leventur ac liberentur, sit, episcopalis caritatis et solicitudinis munus, beneficia aliquot simplicia, cuiuscumque qualitatis ac dignitatis fuerint, vel etiam praestimonia wl praestimoniales portiones nuncupatas ante vacationem sine cultus divini et illa obtinentium praeiudlcio. de consilio duorum de capitulo, ac item duorum de clero, seminario applicare, et incorporare, etiamsi beneficia sint reservata, vel allecta. Succedente vero casu, quo per uniones efiectum suum sortientes, vel aliter seminarium ipsum in totum, vel in partem dotatum reperiatur, tunc portionem ex singulis beneficiis, ut »upra. detractam, et incorporatam decernimus ab episcopo, prout res exegerit, in totum, vel pro parte remittendam.

De reverendissimorum coepiscoporum pietate, ac diligentia hoc nobis pollicemur, nunquam fore, ut portionem de mensa episcopali detrahendam, et seminario applicandam solvere recusent; sed ipsi ceteris exemplo praeeant seminani erigendi, et provehendi, et suum praecipuo munus hac ipsa de re prompte exequendi; cum sacro Tridentino concilio cautum sit, ut detrectantes corripiantur, et compellantur.

431 Totum vero seminarii opus, ut bene dirigatur, debet certorum hominum diligentia, pietate, prudentia, ac fide sustineri. Eligant igitur episcopi singuli duos ex canonicis senioribus, et gravioribus, prout Spiritus sanctus suggesserit, quorum consilio ad seminarium gubernandum, et provehendum, quae fuerint opportuna, et necessaria constituent, et oxequenda mandabunt; dyscolos et incorrigibllce, malorum morum seminatores acriter punient, eos etiam, si opus fuerit, expellendo.

432 lidem episcopi cum consilio duorum de capitulo, quorum alter ab episcopo, alter ab ipso capitulo eligatur; itemquo duorum de clero civitatis; quorum quidem alterius electio similiter nd episcopum; alterius ad clerum pertineat; portiones do mensa episcopali, ac ex fructibus aliorum beneficiorum quorumcumque in concilio Tridentino pro contributione ad seminarium instituendum, et conservandum expressorum detrahent, et seminario applicabunt, ut opus, cui sustinendo necessaria est non mediocris impensa, ac praeterea plurimarum rerum circumspecta provisio, episcopi sedulitate, et adseitarum personarum adiumento egregio pro Dei gloria muniatur, et sustineatur.

In primis vero si qua haotenus beneficia, voi quia proximo tempore instituta, voi per incuriam (non enim putamus per industriam) omissa decimali taxa, comprehensa non Inerunt, illa curent episcopi eadem, qua reliqua beneficia, demensione carpi, et pari decimationis lege limitari ct concludi.

Quae suprascripta omnia et singula pro regionis more, et pro ecclesiarum, et beneficiorum qualitate, etiamsi opus fuerit, moderando, et augendo episcopi ad felicem seminarii profectum necessaria, ct opportuna decernere, ac providere poterunt.

433 Leve est, quod puerili aetati insitum est. ut vel minimo negotio deleatur et extinguatur: Idcirco summopere laborandum, ut qui pueri in seminarii disciplina educantur, et pietatis studio, ac modestiae lego adstricti sunt, ab ea non discedant, quamdin confirmatiores fuerint. Quod animadvertentes episcopi acute prospicient, ne pueri, dum in instituta seminarii educatione vivunt, permittantur a disciplina discedere, et libere divagari sine magistro, custode, et reliquorum puerorum communi victu, et exercitatione. Ut alicubi factum est, habent post studia et obedientiam recreationes liberiores aetati convenientes, ct professioni: ad laxiora no dimittantur.

434 De seminariis, ubi dioeceses tenuitate laborant. Tridentino concilio statutum est, ut ad plurium praelatorum commoditatem, et plurium contributione commune aliquod seminarium constituatur. Cujus decreti auctoritatem sequentes, statuimus in tota Istria pro illius regionis episcopis unicum, ac illud quidem commune seminarium institui pro communi religionis commodo ad cleri propagationem, et ecclesiasticae disciplinae restitutionem.

Mansi 31 B, 1402-1105.

Sacris Ordinibus viri probi tantum adseribantur. Tempora ordinationum et alia observentur

(Ex Hortatione Past. *Dives in misericordia* ad opisc. Galliae, 20 aug. 1599).

435 § 5. - Iam vero quanti momenti sit clericorum ordinatio, quantam ea in re episcoporum curam et sollicitudinem sacri canones requirant, non ignoratis, fratres; haec enim prima aut bonorum aut malorum multorum, quae postea consequuntur, causa et origo. Nisi enim is qui ad clericalem militiam adseribitur, aut sacris ordinibus initiatur, talis sit et tali proposito ad hoc vitae genus accedat, ut in corde vero et simplici cultum Deo praestare, et illi fidelem servitutem servire cupiat, atque ita in sortem Domini adseribatur, ut vere et ex animo Deum ipsum sortem suam et portionem habere desideret, profecto si aliter fiat, quamplurima et gravissima incommoda et mala existore necesse est.

436 § 6. - Hinc illa veterum sanctorum Patrum et sacrorum conciliorum tam exquisita diligentia et voluti anxietas, quam in hac ipsa ordinandorum materia ab omni Ecclesiae antiquitate observare licet, ut statutis anni temporibus, quando Spiritus Sancti gratia per totius fidelis populi orationem et ieiunium praecipue imploratur, ordinationes habeantur; ut in cathedrali et in primaria ecclesia a proprio episcopo, publice, ritu solcami, celebrentur; ut non nisi probati et examinati initientur, ita ut episcopus ipse piis et prudentibus sacerdotibus, et divinae legis peritis, atque in ecclesiasticis functionibus exercitatis secum adhibitis, de ordinandorum genere, natalibus, aetate, institutione, vita, moribus, doctrina et fide diligenter inquirat atque investiget; ut non nisi digni et probati,

bonum testimonium habentes, qui, Deo auctore, sperent se continere posse, qui pie et fideliter in ministeriis anteactis se gesserint, paulatim et per temporum intervalla, ad altiores gradus assumantur et ad sacratissima mysteria, quibus nihil est divinius, merito admittantur.

437 § 7. - Denique in collegiis et seminariis clericorum instituendis, et clericis ipsis ab ineunte aetate ad pietatem et religionem informandis, magna omni tempore ab episcopis diligentia est adhibita: idque merito propteroa quod optime perspicerent, ecclesiasticam disciplinam iis fundamentis niti, et bonorum operariorum copiam in primis in ecclesia necessariam esse intelligerent.

438 § 8. - Quas ob causas, fratres, quam maxima possumus ellicacia vos hortamur, monemus et rogamus, per viscera misericordiae Dei nostri, ut non nisi idoneos et ecclesiis vestris utiles, clero adnumeretis, et ad ordines, praesertim sacros, promoveatis. Aetas quidem, ut scitis, unicuique ordini praescripta est, sed non ea sufficit, nisi in vita et moribus eorum, qui sacris ordinibus initiandi sunt, senectus sit, nisi Christi bono odore compleant domum Dei, et nisi ea eruditione et scientia sint instructi, quae ad ordinem exercendum pertinet: quod cum in aliis sacris ordinibus observandum est, tum maxime in presbyteris initiandis, qui sublimiore loco supra candelabrum ponuntur, et tamquam lucernae accenduntur ut luceant omnibus qui in domo sunt, quibus animarum cura committitur, quae est ars artium, qua nulla difficilior, aut maioribus periculis obnoxia. Hi nimirum adiutores vestri sunt, qui ad populum regendum, et salutaribus sacramentis pascendum eliguntur, qui doctrina, pietate, castis moribus et illustribus bonorum operum exemplis ita aliis praelucere debent, ut vere lux et sal populi sint et habeantur. Nunc autem crebro apud vos sacris ordinibus initiari audimus, et multo cum animi dolore audimus, homines viles, infimae ct abiectae conditionis, nulla eruditione, nullis meritis, nulla generis honestate commendatos, immo vero rudes, illiberales, sordidos, ineptos, vitiis plerumque commaculatos, a quibus nihil plane boni, aut ad virtutem, aut ad prudentiam, aut ad rerum usum sit expectandum, multum vero mali iure optimo sit metuendum. Itaque videte, fratres, ne contra Apostoli praeceptum manus cuiquam nimis propere imponatis, et ne communicetis peccatis alienis, neque enim aliam ob rem, quam ob collatos ordines, gravius indicium apud iustum Indicem subibitis.

BR 10, 524. 526 s.

I>e Seminario dioecesano constituendo

(Epist. S. C. Epp. et Reg. *Intendendosi,* nd Faustum Rebalium. Apostolicae Sedis commissnrluin pro Syracusana dioecesi, 20 aug. 1601).

439 (117) Intendendosi, che nella Chiesa e Diocesi di Siragusa, al cui governo V. S. ò destinata, non è stato mai istituito Seminario conforme alli Decreti del Sacro Concilio ni Trento,[1] e che perciò la Disciplina l'.ccle-

[1] Seas. 23: De reform, c. 18 [ctr. n. 290].

siastica ne viene a patire grandemente, la S. Congregazione ha risoluto di commettere a V. S., che quanto prima giunto in quella Città cominci a trattare questa erezione per istituire il Seminario secondo la disposizione del medesimo Concilio, e che ricerca particolarmente il bisogno della Diocesi, levando ogn'altro istituto fatto per modo di provisione per abuso, o per avanzar la spesa, il che però si desidera da questi miei filmi Signori, che ella eseguisca con ogni destrezza e facilità senza insistere sopra gl'errori passati, ne manco per riscuotere le tasse decorso, mentre il Seminario non è stato in piedi, vogliono bene, che trovando, che le Case, o beni applicati al medesimo Seminario siano stati usurpati, o si trovino in mani di altri, V. S. li faccia ricuperare con li termini debiti della giustizia, e restituirli al medesimo Seminario, dandoseli con la presente sopra tutto questo negozio piena facoltà, e particolarmente di poter imporre tassa al Clero per sostentazione, del Seminario conforme al medesimo Concilio, ed il Signore la conservi.

CIC *Fonte* 4, 698.

PAULUS V (1605-1621)

De numero Seminariorum in singulis Dioecesibus

(S. C. Concilii in *Lucana,* 21 ion. 1617).

440 (IIS) Sacra Congregatio Cardinalium Concilii Tridentini interpretum respondit ad 2. Posse Episcopum unum, vel plura in Dioecesi, prout sibi opportunum videbitur, habere Seminaria, quae ab illo uno, quod in Civitate constitutum fuerit, in omnibus dependeant. Ita tamen, ut si unum tantum erigere voluerit, totius Dioecesis beneficia taxet pro illius contributione: sin autem plura, quo quolibet Seminario taxet beneficia eius partis Dioecesis, quam ipse cum deputatorum consilio pro suo arbitrio, et prudentia designaverit.

CIO Fonica 5, 215 s.

De munere Deputatorum Seminarii

(S. C. CONCIMI in *Patavina,* 11 ian. 1620).

441 Congregatio Concilii ad omnia superius proposita respondit: Canonicos, ut proponitur, deputatos nec in pueris utcumque idoneis in Seminario admittendis, nec in Magistris, Oeconomis, aut aliis officialibus amovendis, nec in moderandis sumptibus posse quidquam authoritatis sibi vindicare absque Episcopi consensu. Quod si discordes fuerint, nihilominus omnia esse constituenda ab Episcopo, quippe qui ex ciusmodi Concilii decreto c. 18, Scss. 23, iubetur quidem procedere cum deputatorum consilio, sed illud sequi non tenetur.

CIC Fon/ra 5, 221.

URBANUS VIH (1623-1644)

De statutis aliquot quibus ecclesiasticum Collegium est moderandum

(Ex Constitutionibus Collegii Graecorum in Urbe, confirmatis per Litt. Ap. (Jnfreria/ta *Ecclesiae,* 23 nov. 1621).

142 Postquam in collegium admissi fuerint, separatim a ceteris ad dies minimum decem habitent, quo tempore, quae ad pietatem et vitam, secundum disciplinam et instituta collegii, moderandam pertinent, privation doceantur, neque cum aliis, aut in cubiculis versentur, aut separatim agant, vel colloquantur, exceptis iis qui ad id a superioribus fuerint designati.

443 Generalem per id tempus totius tutae confessionem facient apud collegii confessarium, aut alium, qui magis ad rem superiori videatur, qui eos a censuris omnibus et casibus Sedi Apostolicae, etiam in bulla Coenae Domini reservatis, iuxta facultates ab câdem Sede concessas absolvet.

444 Quod si quis, propter aetatis teneritudinem, ad secessum minus idoneus, neque ex confessione generali utilitatem capturus videatur, decem saltem diebus ante iuramentum secedat, ac piae meditationi, confessioni generali, et vitae secundum suam vocationem instituendae vacet; omnes tamen initio doceantur fidei rudimenta, et cetera ad pietatem conducentia, quae pro captu aetatis suae discere possunt.

445 Sed illis mensibus, qui illis conceduntur ad deliberandum, an manere in collegio, eiusque institutum amplecti velint, attendat diligenter rector, num ad collegii disciplinam et finem illi propositum idonei sint. Quod si quem minus idoneum deprehenderit, sine morâ dimittat.

446 Nemo in hoc collegio alatur, qui sine spe solidi in pietate fundamenti discessurus videatur, ne malus unius exitus ea destruat, quae multorum in religione et pietate profectus aedificavit. Quapropter rectoris conscientiam districtius oneramus, ne huiusmodi homines, postquam eos, sive ante sive post iuramentum deprehenderit, remanere in collegio diutius patiatur; quemadmodum ne eos quidem, qui minus in litteris profecturi videntur, ubi satis eorum indoles explorata fuerit.

447 Omnes in collegio fraterna charitate devincti iisdem legibus vivant, etiamsi sacerdotes, religiosi, et. magistri sint et communem eum ceteris vitae rationem in victu, vestitu, habitatione et ceteris omnibus rebus sequantur.

448 Sit domi praefectus rorum spiritualium, qui alumnorum confessiones accipiat; praeterea vero sil unus aliquis, qui Graecos advenas in fide ac ceteris ad pietatem pertinentibus instruat; curetque, ut fidei professionem, quibus necessaria est, et confessionem faciant; quod munus, si nullus ait de Societate qui commodo obire possit, superioris indicio unus e cappellanis ecclesiae, aut alius ex alumnis, cuius virtuti ac fidei, re mature consideratâ, credi possit munus hoc, obeat.

449 Alumni, quamvis alioqui ingeniosi ac studiosi, in pietate tamen desides, quique alios exemplo aut consiliis suis ab obedieutiâ, pietatis stu-

dio, et collegiali observantia avertere tentaverint, no alios inficiant, statina e collegio dimittantur. Festis diebus domi se contineant, nisi quando ad actus litterarios, aut ad concionem lectioneinve sacram eundum sit, quam audiant cum habebitur, nisi divinorum officiorum aut litterariarum exercitationum occupatio impediat.

450 (119) Quia totius spiritualis aedificii fundamentum pietas est, in eo diligentiam omnem impendat rector, ut eam in alumnorum pectoribus inserat; curet igitur, ut frequens sacramentorum, precum ac piorum librorum usus in collegio vigeat, ac verbo Dei et ipse eos ad studium pietatis incitet, et iuvandos ab aliis identidem curet, ita ut praeter lectiones aut conciones sacras, quas in templis audient, saltem quintodecimo quoque die privatis cohortationibus ad ea, quae vocationis et instituti sui suut propria, animentur.

451 (120) Librorum, qui tum in scholis praelegendi, tum privatila permittendi sunt, magnus delectus habeatur, ne morum puritati ac pietati per linguae addiscendae praetextum officiant. Ob eamque rem alumnorum capsas et scrinia rector per se vel per alium virum fidelem frequens invisat.

452 (121) Curent superiores ut alumnorum nemo ad sacros ordines promoveatur, nisi in litterarum et pietatis studio bene probatus, ut ex eius ordinatione fructus merito sperari possit.

453 (122) Cubiculorum distinctio, ut quae magni momenti ad bonam collegii gubernationem ac iuventutis instructionem est, diligenter servetur, nullâque ratione permittat rector, ut domi, aut alibi, qui unius cubiculi sunt, cum iis colloquantur, qui ad alterum cubiculum spectant, sine peculiari, ac toties quoties concedenda, facultate, quam non facile cuiquam concedat, nisi fratribus, aut consanguineis, aut discipulis, ut cum magistris suis colloquantur. Extra cubiculum vero nemo alumnorum exeat, nisi impetrata prius a cubiculi praefecto facultate, et indicato negotio, cuius causâ exire velit, quae non animi sed necessitatis causâ concedatur. In officinas vero et loca privatis famulorum ministeriis assignata, aut a communi conspectu dissita, nemo ingrediatur.

454 (123) Litteras neque mittere, neque accipere nisi conscio et approbante superiore, cuiquam liceat, qui eas, priusquam mittat aut reddat, per se vel per aliquem e Societate gravem et multae confidentiae virum omnino perlegat. Qui autem clam mittere vel accipere litteras deprehensus fuerit, severe puniatur: nisi forte materia, quod absit, eiusmodi fuerit, ut dimitti eum ex collegio, ac graviori etiam poemi vindicari expediat.

455 (124) Pacifice inter se ac fraterne agant, neque iocis modo procacioribus, sed iis etiam abstineant, qui cum offensione aliqua esse possunt, et rixas deinde contentionesque gignere: quam etiam ob rem, ne per iocum quidem, alter alterum tangat.

456 (125) Rectorem atque officiales ceteros, qui eorum curam gerunt, reverenter tractent, atque impositas ab iis poenitentias obedienter et humiliter peragant. Quod si quis subire poenas contumaciter renuerit, aut admodum irreverenter se in superiores gesserit, aut contra eosdem, eonimque ordinationes, alios instigaverit, dimittatur.

457 (126) Unicuique cubiculo proprius praefectus praesideat, qui neque domi, neque foris, alumnos sibi commissos deserat, cuique in iis, quae ad disciplinara et bonum cubiculi sui statum pertinent, omnes obediant, a quo identidem de alumnorum rebus et modo, quo se gerunt, rector doceatur; neque idem praefectus patiatur, ut eum verbis aut factis alumni minus reverenter tractent; sit vero ipse sacerdos, atque eá aetate et moribus, ut eum merito vereantur. Quod si quem ex praefectis animadverterit rector alumnis placendi nimium studiosum, neque ita fidelem in officio suo, continuo dimittat.

458 (127) Famulorum vero aut officialium neminem patiatur rector cum alumnis agere.

459 (128) Nulla neque in sedendo, neque in ambulando, neque in re alia inter alumnos praecendentiae ratio habeatur, nisi cum, aut sacerdotes cum non sacerdotibus, aut cum discipulis suis magistri versantur: curent potius omnes, ut alter alterum honore praeveniat, ei christianae modestiae et humilitatis exemplum sibi invicem praebeant.

460 (129) In studia diligenter incumbant, ut utiles Ecclesiae operarii aliquando esso possint. oh eamque rem rectoris conscientiam oneramus; curet ut omnium studiorum impedimenta serio tollantur de collegio, ne per incuriam tantus in alumnis educandis atque instituendis labor irritus et inanis reddatur.

461 (130) Curet denique rector, ut neque inutiles, neque discoli in collegio detineantur, atque alumni in pietatis studio, atque erga sanctam Romanam Ecclesiam amore ac reverentia, atque animarum et reductionis Graeciae zelo educentur.

BR 13, 247-254; PF *Ius Poni.* 1, 36-41.

Do ratione admittendi alumnos in Collegium

(Ex Litt. Ap. *Zelus domus Dei,* pro nova erectione Colloidi Illyrici, 1 iunii 1627).

462 § 7. - Ut autem admissio et receptio dictorum alumnorum debito ordine procedat, ut nemo intra eorum numerum in praefato collegio acceptetur, qui litteras testimoniales Ordinarii sui et capituli loci, ubi fieri poterit, non habeat, quibus constet illum in et de legitimo matrimonio natum, et saltem prima tonsurò initiatum, nec esse neophitum. multo minus aliquo tempore haeresi vel mahometismo adhaesisse, sit que sanus et absque ullâ infirmitate habitúala, vel incurabili, ac sine ullo vitio vel

deformitate notabili corporis, lingua minime impedita, parentibus Illyricis, Illyricaeque linguae, et, si fieri poterit, litteraturae quoqtie Illyricae peritus, qui vagus non fuerit, nihilque negotii ac litium habeat, et praeferat voluntatem ac speciem proliciendi in discipliné pietatis et litterarum ad enectum, ut evadat utilis operarius in cultura Illyricanae ecclesiae, idemque non sit inferior quatuordecim annis, nec vigesimum annum excedat, habeatque aliquam grammaticae cognitionem (quae omnia, sicut in duodecim Dalmaticis alumnis, ab episcopis et capitulis, ut praefertur, deligendis, omni rigore, ita in subditis turearum mitius observentur).

BR 13, 542 8.

De Indis ad sacros Ordines promovendis

(Ex Dccr. S. C. De Prop. Fide, 28 nov. 1630).

463 (131) Omnino providendum esse ut qui ex ludis fuerint magis habiles, post diligentem et exactam eorum instructionem, morumque eorumdem per aliquot annos probationem, et in pietate christ innacquo Religionis functionibus exercitationem, ad sacros Ordines usque ad Sacerdotium inclusive promoveantur.

Huius rationes sententiae sunt:

1. quia id factum fuisse ubique per Apostolos et in primitiva Ecclesia per Episcopos, satis ex Scriptura Sacra et historiis ecclesiasticis constat;

2. quia indigenae maiorem habent apud suos fidem;

3. linguas civium suorum, eorumque mores et inclinationes magis norunt.

PF *Colled.* 1, 15; CIC *Fontes* 7, 6.

De non habitandis domibus aedificatis super Cappellis

(Decr. 756 C. SS. Rituum, 11 mai. 1611).

464 (132) Deputati Seminarii *Caiacen.* supplicarunt declarari: an liceat Clericis Seminarii habitare diu noctuque, et etiam dormire in domibus aedificatis super Cappellis dexterae navis Ecclesiae Cathedralis, in quibus quotidie celebraturi

Et S. R. C. respondit: *Non licere, sed omnino prohibendum.*

SRC Decr. 1, 162; CIC *Fontes* 7, 847.

ALEXANDER VII (1655-1667)

De promovendis ad Ordines in Urbe et in sex vicinis episcopatibus

(Ex Litt. Ap. *Apostolica sollicitudo,* 7 aug. 1662).

465 (133) Apostolica sollicitudo humilitati nostrae divinitus imposita nos admonet ut circa illos, qui in alma Urbe nostra, ex qua in omnes christiani orbis partes honorum operum exempla ubertim promanant, vicinisque episcopatibus, sacris addicuntur ministeriis, et in hierarchicum Ecclesiae coetum cooptantur, ea salubriter constituamus, quae, matura consultatione adhibita, in omnipotentis Dei gloriam et animarum salutem cedere et cessura esse arbitramur.

466 **1i)** § 1. - Motu itaque proprio, et ex certa scientia et matura deliberatione nostris, deque apostoliche potestatis plenitudine, tenore presentimi) statuimus et ordinamus, ut. quicumque in eadem Urbe, ratione originis, vel beneficii ecclesiastici, aut domicilii, vel cum litteris dimissoriis proprii Ordinarii, ad minores vel sacros ordines promoveri volent, per mensem ante generales ordinationes dilectum filium nostrum et pro tempore existent is Romani Pontificis in dicta Urbe vicarium in spiritualibus generalem adeant, et de ipsius mandato ab examinatoribus ad hoc deputatis, non paucioribus quam tribus, ac simul congregatis, super scientiâ ad unumquemque ordinem requisita sedulo examinentur, et peracto examino renuncientur quotcumque ab his idonei indicati fuerint.

467 (135) § 2. - Deinde ad minores quidem ordines promovendi bonum a parocho et a magistro scholae, in qua educantur, testimonium habeant. de quo publicum eidem vicario exhibeant documentum. Pro iis vero qui ad singulos maiores ordines erunt assumendi, idem vicarius parocho, aut alteri cui magis expedire videbitur, committat, ut, nominibus ac desiderio eorum, qui volent promoveri, publice in basilica Lateranensi et in propria cuiusque parochiali ecclesia propositis, de ipsorum ordinandorum natalibus, genere, aetate, moribus et vitû, ordinibus ante susceptis, titulis a<l quos promoti sunt vel promoveri cupiunt, ceterisque qualitatibus requisitis iuxta sacrorum canonum et Concilii Tridentini dispositionem a fide dignis diligenter inquirat, et litteras testimoniales ipsam inquisitionem factam continentes ad ipsum vicarium quamprimum transmittat.

468 (136) § 3. - Et nihilominus, quoties aliquem ex sacris ordinibus suscipere voluerint, ad sacerdotes in id deputatos personaliter se conferant, a quibus decem saltem dierum spatio ante ordinationem in eorum domo inclusi de omnibus ad digne suscipiendos et rite exercendos ordines requisitis erudiantur, et de hoc testimoniales eorumdem sacerdotum ad ipsum vicarium deferant, nec sine huiusmodi litteris quisquam ad ullum sacrum

ordinem promoveatur, nec cum aliquo super examine et inclusione Uniusmodi dispensari possit, nisi consultis nobis seu Romano Pontifice pro tempore existente.

469 (137) § 4. - Denique in sex episcopatibus prope Urbem, in quibus non sunt suffragane!, quicumque ad minores vel sacros ordines volent promoveri cum litteris dimissoriis sui Ordinarii ad memoratum vicarium et non ad alium antistitem directis ad Urbem accedant, ibique et non alibi ordinentur, servata in omnibus forma superius praescriptâ. Ubi vero sunt suffragane!, nemo ad aliquem ex maioribus ordinibus assumatur, nisi prius, praeter ea quae a sacris canonibus et eiusdem concilii decretis sancita sunt, ad minus per decem dies a dictis sacerdotibus in Urbe deputatis, in eorum aedibus inclusus ut supra, fuerit eruditus, ac litteras testimoniales eorumdcm sacerdotum ad ipsum suffraganeuin detulerit. Suffraganeus autem, qui contra fecerit, ab exercitio pontificalium per annum, promoli vero tam ab eisdem suffraganeis, quam etiam in Urbe, non servata formâ praesentis Constitutionis, ab exequutione ordinum sic susceptorum, donec nobis et successoribus nostris Romanis Pontificibus visum fuerit, ipso iure sint suspensi.

BR 17. 52 s.; CIC *Fontes* 1, 159 s.

De Collegio ecclesiastico pro alumnis indigenis apud Indos instituendis

(Ex Doer. S. C. De Pkop. Fide, 22 febr. 1663).

470 (138) Pro Ordinatione Indorum, curandum ut sacerdotum nationalium numerus inibi et in omnibus regionibus instituatur et promoveatur, ut per totam regionem et per domesticas domos diffusi, fides firmius agat radices, nec facile sit persecutoribus eos et cum ipsis fidem pro libito ablegare. Atque idcirco modis omnibus procuretur ut, statini ac res politicae id permiserint, Collegium alumnorum indigenarum ibi instituatur, qui ad sacros Ordines suscipiendos instruantur.

PF *Collect.* 1, 51; CIC *Fontes,* 7. 28.

B. INNOCENTIUS XI (1676-1689)

De spiritualibus Exercitiis ante sacram Ordinationem peragendis

(Ex Litt. S. C. Epp. et Reo. La *Santità di Nostro Signore,* nd Episcopos Italiae, 9 oct. 1682).

471 (139) La Santità di Nostro Signore, che con paterna sollecitudine riflette del continuo a tutti quei mezzi, che possono contribuire alla maggior sicurezza della salute delle anime, conoscendo col suo santo zelo, quanto

sia necessario un precedente divoto raccoglimento di spirito per degnamente prepararsi, tanto circa li promovendi al ricevimento degli ordini, quanto rispetto alle Spose di Cristo al vestir l'Abito, e professare lo stato religioso; vuole, o comanda, che tutti li promovendi sì agli ordini Minori, come Sacri, debbano per dieci giorni continui avanti l'Ordinazione ritirarsi a fare gli Esercizi Spirituali nella stessa conformità prescritta alli promovendi in Roma nella Costituzione 126 della fel. mem. Alessandro VII, che comincia *Apostolica sollicitudo.*[1]

CER *Collect.* 371; CIC *Fontes* 4, 703.

De Constitutionibus pro quibusdam clericorum Seminariis

(Ex Litt. Ap. *Sacrosancti apostolatus,* 17 apr. 1681).

172 (UO) § 1. Alias, siquidem pro parte dilectorum filiorum clericorum saecularium in ℭommuni viventium nobis exposito, quod anno mdcxl opera tunc in humanis agentis Bartholomaci lloltzhauser inchoatum fuerat eorum institutum, quod, D opitulante, m ☙dic adeo excreverat, ut non tantum a bonae memoriae tontine Philippo, dum vixit, archiepiscopo Moguntino Sacri Romani Imperii principe electore, sed etiam ab aliis pluribus archleplscopis et episcopis in eorum dioeceses receptum et expresse approbatum extltisset; et in eadem expositione subiuncto qu >d institutum praedictum sub immediata inrisdictiono Ordinariorum ac directione unius supremi praeddls, prout dicti exponentes eisdem suberant, salubriter ordinatum, ac pro felici ipsorum exponentium et instituti huiusmodi directione rcct.ique iuventntis institutione nonnullae constitutiones factae fuerunt: ℌo supplicationibus eorumdem clericorum saecularium et aliorum nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, institutum praedictum sub immediata iurisdictionc Ordinariorum et directione unius generalis praesidis, ac constitutiones praefatas, toto illarum tenore inserto, auctoritate apostolica confirmamus et approbamus, ac eisdem clericis saecularibus alias constitutiones praedictis non contrarias pro spirituali temporahque dicti instituti directione ab hac Sancta Sedo postmodum approbandas condendi facultatem impertiti sumus, et alias, prout in nostris desuper in simili forma Brevis die vn iunii mdcexxx expeditis litteris, quarum tenorem praesentibus pro plene et sufficienter expresso. ac de verbo ad verbum insertu haberi volumus, uberius continetur.

173 § 2. - Cum autem, sicut clerici sacculares in communi viventes praedicti denuo nobis nuper exponi fecerunt, aliae constitutiones huiusmodi pro felici prosperoque tam in spiritualibus, quam temporalibus instituti praefati, et sub illo nunc et pro tempore Deo militantium regimine et gubernio conditae et in tres partes distributae fuerint, quarum tenor, a primà primaeque partis, quau ad directionem studiosae iuventntis et Seminariorum pertinet, constitutione incipiendo, est qui sequitur, videlicet:

Constitutiones de directione iurcnlutis et Seminariorum

474 (141) I. - Superiores in susceptione singulorum adulescentum prox ido attendant, ut tam innocentia integros, quam ingenio et indole praestant lores, scrv.it is servandis, admittant. In hunc finem ad puerorum ingenia in oppidis et aliis locis a sacerdotibus circumspiciatur, qui ex omnibus ad propositum huius clericalis vitae habiliores videntur.

[1] [Cfr. nn. 165-169).

47.5 ii 42) H. - Deinde aliqui bonae indolis pueri ad domum sacerdotum in Parochiis cum consensu parentum recipiantur, et in certis locis, tam hi, quam alii adolescentes, a sacerdotibus in rudimentis et grammatica informentur, ut pro receptione ad Seminaria qualiflcentur.

476 (113) III. - Ut exclusis ineptis aut indignis talis delectus flat, superiores studeant accuratam suscipiendorum notitiam praehabere, no dimissio post facienda damno aut cuipiam oneri sit.

477 (144) IV. - Suscipiendi, quantum fleri potest, habeant vehemens quoddam desiderium studendi, praestantis aut saltem mediocris sint ingenii, pietate in Deum ac devotione erga Deiparam, speciem liliorum Dei de se praebeant, naturalis eorum indoles ad virtutum viam facile flexilis sit.

478 dia) V. - Animo ita sint compositi ct supra saccularia desideria humiliter elato, ut modestiam, submissionem intellectus, et voluntatis flexibilitatem praeficam ostendant, moderata quoque irae et aliarum passionum temperies, filialis quidam affectus erga hoc institutum ita in illis elucere debet, ut prudenter coniici possit, quod fructuose et filialitcr hunc clericalem statum suo tempore sint exornaturi.

479 (116) VI. - Prius quam ad seminaria suscipiantur, superiores notitiam parentum, cducattante puerorum aliarumque circumstantiarum, item testimoniales studiorum et natalium habeant, liat examen practicum studiorum, et alia omnia observentur, quae pro seminariis praescribi solent. Quibus peractis, admittendi superioribus huius instituti simplicem promissionem faciant, quod in hac clericali vita, quantum fleri potest, ad dies vitae vivere intendant, itu tamen, ut. si in progressu temporis sub studiis a proposito ex rationabili causa recederent, solummodo sumptus eorum sustentationis causa factos refundere obligati sint, nisi paupertas excuset, aut, qui ditiores sunt, ob morbum, vel aliam rationabilem causam, et non ex culpa, aut propria voluntate eorum, dimittantur.

480 (147) VII. - Ut inventante educatio debito ordine instituatur, illa in tres classes studiorum distribuatur, per quas, tamquam per gradus, inverdite animus ad scientiarum et virtutum viam in ordine ad clericalem statum sursum ducatur.

IBI (148) Vili. - In prima classo erunt adolescentes tonsura clericali insigniti a syntax! usque ad rhetoricam inclusis e, et haec prima classis pro qualitate mediorum ordinanda erit.

482 (119) IX. - Secunda cíasete complectitur philosophos, a principio usquo ad finem philosophiae, qui. suscepta tonsura clericali, se dignos reddiderint ut iam solidius in disciplina et scientiis adolescant.

Ut praedicti adolescentes sio admittantur, requiritur: I0 ut singulis annis gradum ad altiorem scholam fecerint, et, in summo vel saltem medioeri gradu docti, ex rhetorica ad philosophiam sint promoti; 2° ut. quantum fleri potest, sint in aequali aetate; 3° ut illud specimen morum, maxime fraternae concordiae, modestiae ct obedientiae dederint, quod solidam spem faciat, cos strenuos huius clericalis vitae et Ecclesiae Catholicae milites evasuros; 1° ut revelationem sui hominis interioris filiali candore cos fecisse indicetur; 5° ut zelum animarum, pietatem erga Deum ct Sanctos, et affectionem erga res coelestes habere agnoscantur; 6° ut nullum canonicum impedimentum vel corporis deformitatem ac defectum contraxerint, quae huic clericali statui damnosa esse possit. In defectu autem praedictarum qualitatum potius mature dimittendi erunt; praedictis vero concurrentibus. ct promissione superioribus huius instituti facti quod in hac clericali vita constanter vivere velint, ad secundam classem admittentur.

183 ‹ 150) X. - In tertia classe continentur theologi, canonistac, aliique a fine philosophiae usque ad sacerdotium, qui tales vita et moribus extiterint, ut do illorum clericali vocatione rationabiliter dubitari non possit, et hi, susceptis minoribus ordinibus, iuxta studia publica, in universitatibus, domi, sive in seminariis, potissimum in ite, quae ad salutem animarum procurandam necessaria eunt, informabuntur.

4SI (151) XV. - luxta classium praedictarum distinctionem» inventus etiam tr<-< vias gplrituales tenebit, videlicet viam purgativam, in quam ad vitae innocentiam» ad moderandas passiones, ad fugienda peccata, pro cuiusque aetate et datu gratia, sedulo impellantur: viam illuminativam, in qua dogmata fidei nostrae catholicae nnivcr^acque doctrinae Christianae principia, ct proprii sui hominis interioris cognitio, una cum facilioribus recte vivendi regulis, ipsis ex proposito mature instillentur; viam denique perfectivam, in qua ad consequendam perfectionem status clericalis sibi possibilem et Ecclesiae valutarem conabuntur.

485 (152) XVI. - Ut adolescentes in praedictis instituantur, saltem singulis diebus dominicis a meridie per horam in loco cuiusque classis pater spiritualis certam materiam ita succincte et clare tractabit, ut singuli terminorum seriem memoriae tradere, et praedictarum viarum scientiam successive facili negotio assequi valeant.

486 1153) XVIL - Ante omnia magistri virtutum adolescentes primae classis instruant de recta intentione in examine aliisque exercitationibus spiritualibus persolvendis, quomodo -ub sacrificio missae spiritualitcr communicare possint. In scientia quoque rerum caelestium ex professo a patre spirituali probe perito informentur. In doctrina Christiana principia fidei, uberius quam in communi parvulorum cathechesi fleri solet, cx *Cathrrhismo Romano* ¡icr ordinem iisdem traduntur, uti et significatio sacrarum caeremoniarum, virtus sacramentalium, et similium.

487 (154) XVI11. - Contra insidias hostium, spiritualium caute roborentur per instructionem cognitionis sui ipsius et diversarum tentâtionum notitiam, in quem finem inserviet libellus beati Salesii *Philothea* dictus, et ille qui *De Imitatione Christi* inscribitur, cx quibus puter spiritualis, uti etiam ex materia de discretione spirituum, clientes suos prudenter informabit.

488 (155) XIX. - Pariter magistro spirituali cura sit ut ex cognitione Dei et beneficiorum eius clientes suos ad divinum et filialem amorem, ex praestantia ct benignitate Ih \t \e Virginis Mariae ad eiusdem devotionem, cx custodia sanctorum Angelorum et ℠meriti Sanctorum ad eorum cultum ac patronorum electionem, ex quatuor novissimis et poenis impiorum ad timorem Domini, ex notitia passionum ad propriam cognitionem, ct ex hac ad sui ipsius contemptum et diilidcntiam, atque cx aliis virtutibus spiritualibus ad studium rerum caelestium impellantur, super quae, tamquam rudimenta, solidae virtutes, successu temporis, aedificantur.

189 (156) XX. - Ut adolescentes secundae classis in via spirituali progrediantur, a patre splrituali in modo meditandi Instruantur, et non tantum praecepta meditandi tradat, verum etiam in praxi ostendat quomodo ex particulari themate meditatio ordinanda sit; materias quoque subinde eisdem designet, casque in puncta dividat: peracta quoque meditatione, examen desuper instituat, in qua successus examinetur, et errores per utilia documenta ostendantur; ea vero materia pro hac classe studiorum ex doctrina et vita Christi ct Sanctorum desumatur, quae ad extirpâtionem vitiorum et solidarum virtutum implantationem ordinata visa fuerit.

<90 (157) XXL • Post instructionem do modo meditandi, pater spiritualis ad tradendam Christianarum virtutum et oppositorum vitiorum doctrinam progredietur, quam ex materia de Christiana clericorum perfectione desumet, instruendo clientes suos, primo in virtutibus theologicis, ex quibus Deum timere et diligere addiscant, deinde naturam et finem virtutum cardinalium, quae sunt voluti columnae salutis nostrae, eosdem instruat; non minus de vera humilitate» patientia, et abnegation? propriae voluntatis, earumque oppositis defectibus, informentur; et denique in omnibus aliis virtutibus, quibus homo interior in ordine ad salutem aeternam perficitur; medium quoque discretionis in omni virtute perspicuis rationibus et exemplis practice edoceantur, ne ad extrema deflectant.

491 XXII. - In hunc finem inserviat libellus qui inscribitur *Pugna Spiritualis,* a Sancto
(158) Francisco Salesio summopere commendatus, accedente practica instructione patris provincialis ad pugnandum contra passiones et vitia per virtutes oppositas, praesertim contra vitium quoddam particulare, super quo, eiusque virtute opposite exercenda, etiam particulare examen frequentius instituendum erit; in quibus ct in omni alia congrua occasione pater spiritualis clientibus suis practicum exercitium ad manus dabit.

492 XXIII. - Ex singulis erroribus occasio erudiendi et contra vitia pugnandi proposi-
(159) tumquo in posterum formandi adolescentibus a patre spirituali ad manus detur, ea practica instructione, qua virtutis via et ipsum exercitium congrua perspicuitate pateat, ct animus ingenuus cum facilitate et iueunditate ad illud inducatur. In quem finem pater spiritualis eum clientibus suis toties colloquium particulare instituet, quoties singulorum indigentia propria requirat. Exercitia quaque spiritualia annua statuto tempore eidem praescribet.

493 XXIV. - Adolescentes tertiae classis vocationis suae clericalis scopum mature cor-
ii 60) di habentes, viae perfectivae se accingant, ut eorum homo interior et exterior in omnibus iis qualitatibus perficiatur, quae in ordine ad salutem proximorum imprimis ordinantur, ut larn non solum sibi, verum etiam aliis vivere et studere incipiant.

494 XXV. • Postquam in reformatione hominis sui interioris rite instructi fuerint, viae
(161) regiae virtutum insistentes, ad reformandum suum hominem exteriorem convertentur, eas virtutes et qualitates sub directione patris spiritualis sibi comparando, quae in statu clericali ad vitam activam in hoc saeculo necessaria sunt; in quem finem informabuntur per ordinem in exercitio externarum virtutum, qualiter se erga omnis generis homines Christiane exhibere debeant, similiter de discretione spirituum et universo officio pastorali in multa charitate praestando practice erudiantur, ut in singulis actionibus secundum unam unlformcmquo nonnam se moderari sciant.

495 XXVI. - Primum locum, in ordine doctrinae, discretio obtinebit, tamquam mode-
(162) ratrix humanarum actionum: et, cum duo hominem exteriorem in ordine ad vitam activam perficiant, 1° ipsae virtutes. 2° modus operandi ad extra, adolescentes in utroque informandi sunt. Inter virtutes, quoad modum Instruendi iuventutem, prima est mansuetudo hominis Christiani, consistens in verbis et actionibus, quae erga omnes omni occasione superabundare debet; deinde humilitas, coniuncta tamen cum decore vestium, actionum. verborum, ct totius hominis venustate, personaeque sacrae gravitate.

496 XXVII. - Tertium locum affabilitas sibi vindicat, ut cum Christiana suavitate ad aedi-
(163) flcationcm conversatio fiat; cuius comes est modestia, plurimarum rerum moderatrix, quae effusionem nimiam sui Ipsius coërcet; sequitur eutrapelia, ut cum iueunditate recreationi locus detur; deinde charltas externa, quae prae se aliis cedit, in multis condescendit, pacem cum omnibus habet, et alios obsequiis praevenire gestit, ncque est sensitiva aut apprehensiva.

497 XXVIII. • Praeterea modum recte operandi ad extra aliae quaedam virtutes prin-
(161) cipalcs discretum reddunt, quae sunt prudentia, fortitudo spiritus, iustitia, temperantia ct circumspectio.

498 XXIX. - Inter oblecta operandi ad extra, conversatio utilis in omni occasione et
(165) quaestione proposita cum omnis generis hominibus primum locum obtinet; cui succedit modus catcchizandi parvulos cum rationo et dextritate; item modus docendi scholas particulares, ut adolescentes Ingenio praestantes in doctrina proficiant; item discretio spirituum, ingeniorum et naturarum.

499 XXX. - Praesertim vero modus audiendi confessiones, iuvandl animas, agendi cum
(166) aegrotis» scrupulosis et desperabundis. pusillanimibus, melancholicis, et aliis hominibus qui vel corpore, vel sensu, vel anima periclitantur, qui scilicet dexteritate ad corumdcm medicinam salutarem ct aedificationem sit agendum; cui succedit modus condonandi

et perorandi, ut animae utiliter ne nervose sale verbi Dei condiantur; -equitur moda- administrandi res temporales, ut cum debitu dexteritate et discretione, sine nota avaritiae et prodigalitatis in omnibus agatur; denique modus regendi -sibi subditos, tam sa< calan - In beneficiis curatis, quam ipsosmot huius instituti clericos, cum moderatione, d«••stentate, charitatc, ad aedificationem.

500 (167) XXXI. - Superiores enixe laborent quatenus adolescentes omni tempore honc-ta aliqua occupatione a vago mentis intuitu ct otio revocent. In quem finem distributio diurni temporis in quovis seminario ordinetur, quae huiusmodl (mutatis mutandis) c-se poterit:

501 (168) XXXII. - Mane surgentes statuto tempore, ea observent quae in stationibus sunt praescriptu: quibus finitis, adolescentes inferiorum scholarum per quadrantem horae lectionem spiritualem instituant, studiosi vero secundae et tertiae classis per mediam horam meditentur; deinde omnes simul sacrifìcio missae devote interunt; reliquo tempore studiis invigilent usque ad tempus frequentandi scholas; post scholas, si tempus supersit, studia continuabunt; uno quadrante ante prandium litanias Omnium Sanctorum iuxta stationes persolvant; sub prandio et eoena studiosi tertiae classis per ordinem legent Scripturam Sacram, constitutiones, aliosque libros ascéticos, iuxta superiorum dispositionem; studiosi vero secundae classis per ordinem ad secundam mensam legent.

502 (169) XXXIII. - Post prandium recreatio uniformiter ab adolescentibus observetur: finita recreatione aliquid temporis addiscendo cantui tribuant; theologi vero maturiores pro illo tempore in caeremoniis et ritibus sacris exerceantur; postea rursum studiis invigilabunt; ita tamen ut theologi per quadrantem horae ante studia in Sacrae Scripturae explanatione se exerceant: linita frequentatione scholarum, assignato tempore studia vel repetitiones fient; uno quadrante horae ante coenam pro meditatione sequentis dici se praeparabunt; post coenam, diebus veneris et sabbati, breve colloquium spirituale paulo ante rosarium instituetur.

503 (170) XXXIV. - Diebus festis et dominicis tam sacrum solemne quam concio captui et fructui adolescentium accommodata in seminariis pro adolescentibus trium harum classium habeatur, reliquum tempus pro superiorum ordinatione utiliter impendent.

504 (171) XXXV. - Praedictis his diebus, finita schola spirituali et vesperis cantatis, exvrcitia reliqua, ut diebus aliis, perficient. Celerum ad divina officia aut conciones foris frequentandas non facile emittantur. Sub coenn. loco lectionis, theologi per ordinem succinctum sermonem per modum concionis in lingua vulgari habebunt.

505 (172) XXXVI. • Ad scholas publicas, ubi adsunt, cuiusquo loci, audito prius domi sucro, mittentur, servato a rectoribus gymnasiorum et universitatum praefixo tempore. Ad scholas per plateas bini modesto incedant, ac linitis scholis, sic revertantur, prudentiorc semper directore constituto. In scholis soorslm ei modestia sedeant, ut aliis maiorum exemplum praebeant.

506 (173) XXXVII. • Ut adolescentes primae classis solidius in studiis progrediantur, iis paedagogos quosdam domesticos pro repetendis lectionibus et conficiendis argumentis superiores ndiiingant, qui eisdem pariter in disputationibus domesticis praesint, rt in studiis suis per omnia ad debitum profectum sedula diligentia eos excolant.

507 (174) XXXVIII. - Philosophi, praetor privatas inter se repetitiones, singulis septimanis, determinata die. repetitionem omnibus praesentibus per ordinem habebunt, et in tine studiorum suorum, praevio examine domestico, nisi ad publicas in universitatibus defensiones fuerint admissi, saltem in Seminario ex universo studio suo theses defendent.

508 (175) XXXIX.- Adolescent('s tertiae classis, ex theologia speculativa, statuto die, una hora. repetitionem instituant; similis repetitio saltem singulis mensibus semel distinctis diebus instituetur ex theologia morali, iure canonico et studio controversial ico. iuxta partirli-

larem superiorem ordinationem. uti ct Scripturae Sacrae expositio, repetitio pastoralis; pro quibus utiliter expediendis, universo studiorum negotio praeficiatur unus sacerdos, qui in singulis studiis aptior ad hoc praestandum indicabitur.

509 (176) XL. - Univcrshn superiores pro viribus laborabunt ut Seminaria bene sint ordinata, eorumque debita cura habeatur. Pro custodia domus ac ianuae homo Inicua fidelis et maturila constituatur, qui, sino expressa superioris licentia, extraneos ad adolescentes in domum non intromittat, aut adolescentes exire permittat; coqui et alii domestici pariter sint fideles, maturi, patientes ct charitativi.

510 (177) XLI. - In communi oratorio et refectorio suas consuetas preces omnes persolvant ac refectionem sumant; cetera in tres contignationes distinguantur, et in singulis singularum classium linones in uno amplo musaeo, vel duobus, cohabitent, ibique repetitiones solitae peragantur.

511 (178) XLII. - Pariter unum vel duo dormitoria in quavis contignatione cum annexa camera magistri spiritualis constituantur, ita ut in dormitorio, cum certa intcrdistinctlone, secundum debitam honestatem, extra conspectum mutuum seorsiin dormiant.

512 (179) XLIII. - In victu, vestitu, omnes aequaliter habeantur, et ingenue eatenus tractentur, quatenus animorum ingenuitas ad superaqdos studiorum labores magis facunditate quam servili timore excitetur.

513 (180) XL1V. - Unde mensa quotidiana frugalis erit, ut non solum temperantiam, una cum vera ingenuitate, ab adolescentia imbibant, sed etiam bonam corporis complexionem. animumque alacrem acquirant. Color vestium perpetuo niger sit; qualitates autem ceterae nullam vanitatem, aut Inaequalitatem, vel luxum, sed magis honestatem et modestiam demonstrent.

511 (181) XLV. - Pro servando debito in omnibus ordine, sit in quovis Seminario horologium et campanula exactae temporis distributioni serviens. Sit item infirmaría, ex qua ad oratorium fiant fenestrae, per quas infirmi quotidianum sacrum ac preces reliquorum valeant percipere.

515 (182) XLVI. - Superiores debite attendant ad bibliothecam, vestiarium, dormitoria, cellam, culinam et similia: claves ad portam Seminarii noctu director habeat.

BR 19, 530-538.

CLEMEN'S XI (1700-1721)

C'0.V(7 /7 *Ü M PRO* F. *TA RRA CON ENSE* (1717)

"Conferentia" moralis theologiae instituitur

516 Cap. IX. - Cum litterarum studia, a sanctis patribus ardentissimo commendata, presbyteri omnes, praesertim parochi et eontessarii. diligenter colere sint obstricti, ne in tenebris ambulent, (pii a Deo lux mundi vocati sunt, ut coram omnibus hominibus eorum luceat disciplina: igitur ad conservandam, imino et ad augendam in parochis et confessoribus caeterisqiie presbyteris theologiae moralis peritiam, sanctorum patrum insequendo vestigia sacronimque conciliorum inhaerendo decretis: statuimus, quod omnes parochi et eontessarii in loco et diebus ordinariorum arbitrio designandis ad interessendum casuum conscientiae conferent iis sub

poenis, prout ipsis ordinariis placuerit, infligendis compellantur; clerici vero aliique sacerdotes saeculares, ut in ipsis conferentiis intersint, hortentur et moneantur; in quibus, ut de rubricis breviarii et de mi-sae caeremoniis disseratur, speciales indici dies debebunt.

Mansi 36 Ter. 942.

CONCILIUM RUTHENORUM IN CIVITATE ZA MOSCIE (1720)

De requisitis ante Ordinationem ac de qualitatibus ordinandorum

517 Tit. III. - Illi qui ad ordines assumendi erunt, per duos menses ante ordinationem suscipiendam, adeant loci illius decanum, qui nomina ipsorum. ac preces recipiat, eaque statini ad ordinarium, vel ipsius officialem deferat, ordinarius autem, aut parocho loci, in quo promovendus versari solet, aut alteri, cui magis expedire videbitur, committat, ut nominibus eorum, qui promoveri volunt, publice in ecclesia inter missarum solennità propositis, de ipsorum ordinandorum natalibus, aetate, moribus, ac vita inquirere inter populum valeat, et literas testimoniales peractae a se inquisitionis, vel clausas ordinando tradat ad episcopum deferendas, vel ipse ad ordinarium, seu illius officialem trasmittat.

518 Post examen vitae, ac morum, alterum instituatur coram episcopo super doctrina, ac peritia ordinandorum vitaeque ecclesiasticae ratione, ne de iis merito dici possit, quod quia scientiam repulerunt, repulsi sunt, ne Dei sacerdotio fungerentur; illud autem quamquam in examinatorum prudentia, ac iudicio positum sit; potissime tamen versari debet super Sacramentis, rectaque eorum administration?, aliisque parochialibus officiis, ut inde appareat ordinandos muneri suo satisfacere posse, si velint. Si quis autem vel illiteratum, vel pravis moribus imbutum ad ordines promoverit, suspensus sit ab ordinum collatione per annum: indigne vero promotus ordinem sibi collatum exercere nequaquam possit, quousque sufficienter eruditus non fuerit, aut sese correxerit.

519 Ut autem promovendi ad sacros ordines maiori cum praeparatione, ac deliberatione, magno, et Angelicis humeris formidando, oneri se supponant; praecipit sancta synodus, ut nullus omnino ordinari possit, qui non manserit spatio sex hebdomadarum penes cathedram, quo temporis intervallo, et spiritualia exercitia sub directore ab episcopo constituendo in loco aliquo a saecularibus remoto absolvat per decem dies, et erudiatur ante examen coram episcopo, ac caeleris examinatoribus subeundum super iis, quae pertinent ad sacrum ministerium, quod assumet. Is autem, qui non habebit a directore, quem episcopus probaverit, testimonium de absolutis spiritualibus exercitiis, neque eiusdem directoris iudicio in scriptis dando fuerit declaratus idoneus ad examen, nedum al) ordine, verum etiam ab ipso solemni examine reficiatur.

520 Si vero quis idoneus repertus luerit, visum est sanctae synodo prohibere, ne contra ecclesiae Graecae morem antiquissimum, nullis servatis interstitiis ipsi ordines conferantur, sed praeter lectoratum, ac subdiaco-

natum, qui conferri potuerunt eadem ordinatione, et die, inter subdiaconatum, et diaconatum decem dies, itemque decem inter diaconatum, et sacerdotium interponantur; ut hoc pacto, ea, quae fieri potest, ratione, ac quousque a sancta sede aliud praescriptum non fuerit, in his Regionibus servetur disciplina sacrorum canonum, quibus sanctissime praescriptum fuit, ut nemo promoveretur, qui prius probatus non esset in ministerio minorum ordinum, ac dignus existimatus, qui ad altiores ascenderet.

521 Nullus praeterea saecularis ordinetur, qui non habeat titulum perpetuum sufficientis ecclesiae, alioquin ille ab exercitio ordinum suspensus sit; episcopus vero, qui manus scienter imposuit, ad alimenta teneatur erga ordinatum.

522 Cum ab Apostolo moneantur Episcopi, ne manus cito cuiquam imponant, ut non communicent peccatis alienis,[1] et nihil aliud revera sit, cito manus imponere, quam, ut ait sanctus Leo, [2] ante aetatem maturitatis, ante tempus examinis, ante meritum laboris, ante experientiam disciplinae, sacerdotalem honorem tribuere; unde, teste divo Chrysostomo, [3] ipsi ordinantes participes efficiuntur eorum omnium, quae sic ordinatus peccaverit; merito a sacris Canonibus, ac praecipue a S. Tridentino Concilio praescriptum est, ut Ordinarii exactissime probent vitam, mores, doctrinam, aliasque ordinandorum qualitates, priusquam ad manuum impositionem deveniant? Quapropter sancta Synodus hanc adeo necessariam Ecclesiae disciplinam conservari, ac promoveri cupiens decernit, ac praecipit, ut praeter theologum episcopalem, et officialem, qui examini interesse debebunt, eligant Episcopi certos examinatores, viros prudentes, peritos divinae Legis, ac in ecclesiasticis functionibus exercitatos, quibus tam grave munus committi possit; iique penes cathedram resideant, ac iuramentum praestent de officio fideliter exercendo. Quia vero sancta Synodus iubet, ut Episcopi eos dumtaxat sacris initient ordinibus, quos ipsi examinatores ad tantum ministerium implendum idoneos esse indicaverint; caveant hi, ne spe aliqua, praemio, metu, aut alio affectu ducti, vel reficiendum approbent, vel approbandum reficiant; sed graviter, prudenter, maturo deliberent, rectumque indicium ferant, ne quem vel indignum obtrudendo, vel dignum arcendo, Deum, eiusque Ecclesiam gravi iniuria afficiant, ac pro ratione culpae castigari mereantur. Examinatores autem diligenter investigent, et expendant genus, personam, aetatem, institutionem, mores, doctrinam, et fidem ordinandorum, quorum honestas, ac probitas, quamquam in Orientali Ecclesia comprobata esse deberet testimonio confessarli: tamen sancta Synodus, si huiusmodi consuetudo alicubi vigeat, eam abrogandam omnino censuit, sacrosque Concilii Tridentini canones ad hanc rem pertinentes ubique observari iubet.

Maxsi 35, 1501 s.; ICO *Fontes,* Series I, fascio. XI, pp. 607-609. 617. 619.

' *1 T. 5,* 22.
* Epist. 87. cap. 21: ML 54, 926.
' Hom. XVI. in Epist. ad Tim.: MG 62, 567.
* Sees. 23, cap. 7 et 12 *de Bcf.-.* CT 9, 627.

INNOCENTIUS XIII (1721-1724)

De Episcopi iurisdictione in Seminario Religiosis concredito

(S. C. CoNon.it in *Americana,* 13 iun. 1722).

523 (183) Civitas Conceptionis est in America meridionali, et in ora mari- Pacilici, cum Portu capaci, et est ex primis Regni (iles sub dominio Catholici Regis llispaniarum.

lluiusce civitatis Episcopus Summo Pontifici litteras dedit, in quibus post enarratum deplorabilem suae Dioecesis statum, inquit, omne malum processisse, et procedere ex defectu idoneorum magistrorum, qui iuvenes Clero adseribendos probis moribus et litteris excolere valeant, et se nullum aliud efficacius remedium excogitare potuisse, quam Seminarii institutionem ad tramites Cone. Trid. et se iam a biennio fundamenta iecisse, ita ut, verba sunt litterarum, *es nunc illius fundamenta non contemnendo profectu a biennio iaeta sint, idque unum cogito, haec mea prima sollicitudo, et studium, in id omnia, quae Divina Providentia mihi largita est, fortunae bona, ne supellectile quidem necessaria serrata, perlubenter impendam.*

In iisdem litteris habetur, quod pro congrua magistrorum et alumnorum substentatione fiet contributio necessaria, tum a mensa Episcopali, tum a Beneficiis ecclesiasticis, iuxta ea, quae in Concilio Tridentino praescripta sunt, sed opus tanta impensa, tantisque laboribus inceptum et perficiendum, non esse permansurum, nisi PP. Societatis lesu committatur, cum homines ex Clero saeculari apti non inveniantur pro Seminarii gubernio.

Addit Episcopus, se tum cum Patribus, tum cum eorum Superiore Generali rem egisse, et exorasse, ut memorati Seminarii curam in se suscipere dignarentur, sed responsum habuisse obstare specialia Societatis decreta de non acceptanda administ rat ione Seminariorum, quam cum omnimoda tam Seminarii administrandi, quam Patrum administrantium immunitate et independentia, concluditque Episcopus, Summum Pontificem exorando pro facultate committendi administrationem PP. Societatis, eademque confirmanda per litteras apostólicas in forma Brevis cum clausula quod neque Capitulum, neque Cathedralis Ecclesiae pro tempore Episcopi huic concessioni derogare possint : cumque a Sanctitate sua luerint preces remissae ad hanc Sacram Congregationem quaeritur in praesenti, an potitis sit annuendum.

... Pius Papa IV Seminarium Clericorum I rbis commisit curae, et regimini PP. Soc. uti legitur in Bulla 134 l Prbaxi **Vili,** § 4,2 *Bullar.* torn.

l i. o. Motu Pr. *Cum sicut nobis innotuit.* 26 aug. 1629: BK II, 79.

l secundum Bullarii edit. Komanam Rev. Camerae Apost. a. 1672 (torn. 5» p. 221); secundum vero edit. Taurinenscm, § 3 (BU II, 82).

5, ibi: *ipsumque Seminarium sic erectum, et institutum Curae, Regimini, et Administration i Praepositi Generalis, et Presbyterorum Societatis lesu, ct sui ac Romani Pontificis pro tempore existenlis in dicta Urbe Vicarii in spiritualibus Generalis tutelae, patrocinio, et protectioni commisit.*

His stantibus, quaeritur:

An, et quomodo petitis sit annuendum in casu etc.

Sacra Congregatio respondit:

Pro facultate, ita tamen ut Alumni nominentur ab Episcopo, et Seminarium sit sub patrocinio, protectione, et subiectione Episcopi.

Henal. X/T Opera 12, 347 s.

De disciplina ecclesiastica sancte servanda

(Ex Const. Ap. *Apostolici ministerii* pro retails Hispaniae, 23 mai. 1723).

524 (184) § 2. - Primum igitur (cum a patribus memorati Concilii Tridentini, divino aillante Spiritu, sapientissime animadversum fuerit ,l quantum Christianae reipublicae intersit accuratum haberi delectum circa eos, quibus sacra ministeria committenda sunt, et in quorum vitam ceteri fideles iugiter oculos coniieientes, sumpturi inde sunt exemplum quod imitentur, proptereaque provide ab iisdem patribus cautum fuerit ecclesiasticae militiae per primam tonsuram adseribendos nonnisi illos esse, qui probabilem praebeant coniecturam, se, non saecularis iudicii declinandi consilio, sed sincero animo praestandi fidelem cultum ac servitium Deo, hoc vitae genus elegisse) volumus, ut pro tutiori ipsius conciliaris sanctionis exeeutione ab omnibus regnorum Hispaniarum huiusmodi archiepiscopis et episcopis non alii ad primam tonsuram in posterum admittantur, quam quibus ecclesiasticum aliquod beneficium statim conferendum sit, aut quos constiterit litterarum studio operam sic dare ut quasi in via ad ordines tum minores tum etiam deinde maiores suscipiendos versari videantur, vel demum quos viderint expedire alicuius ecclesiae servitio vel ministerio deputari.

525 (185) § 3. Et tam in his, qui ad primam tonsuram, quam in aliis, qui promoveri ad ordines etiam minores optaverint, omnino servetur pariter regula ab eodem Concilio Tridentino tradita:: nimirum, ut nullus ordinetur, qui, indicio sui Episcopi, non sit utilis aut necessarius suis ecclesiis, quique illi ecclesiae, aut pio loco, pro cuius utilitate aut necessitate assumitur, non adseribatur, ubi re ipsa functiones muneri suo consentaneas exerceat. Quod si qui modo reperiantur vel clericali tonsura iam initiati, vel ad ordines sive minores sive maiores iam promoti, qui nulli certae ecclesiae vel

» Sess. 23, De *Itef.* c. I: CT 9. 625.
» *Ibid.* c. 10: CT 9, 627.

loco pio adscripti fuerint, episcopi adscriptionem huiusinodi, vel a -eipsis vel a praedecessoribus suis omissam, statini suppleant, non minus quoad omnes in maioribus ordinibus etiam presbyteratus constitutos, quam quoad eos, qui, vel sola prima tonsura, vel minoribus ordinibus initiati, beneficium tamen ecclesiasticum possident. Ex reliquis autem, ut praefertur, vel sola prima tonsura insignitis, vel in minoribus ordinibus constitutis, sed beneficio carentibus, nonnisi eos adscriban!, quos ecclesiis suis utiles vel necessarios esse indicaverint. Ceterum antedictae adscriptionis executioncm differri posse per aliquod temporis spatium, quod ipsis episcopis conveniens videbitur, permittimus quoad eos, qui a dioecesi, in qua tonsuram vel ordines susceperunt, causa ediscendi litterarum scientias in aliqua publica universitate vel gymnasio sive ex alia rationabili causa a suo episcopo approbata vel approbanda, absentes reperiantur.

526 (186) § 4. - Cum autem clerici, qui in episcopalibus Seminariis educantur, ut commodius ad litterarum sacrarumque rorum studium operam conferre aliisque a Concilio Tridentino praescriptis addiscendis magis assidue incumbere possint, teneantur, iuxta eiusdem Concilii decretum, diebus tantum festis cathedrali aliisque loci ecclesiis inservire,[1] hanc quidem servitii per eos obeundi rationem servari in omnibus Hispaniarum dioecesibus, necnon ipsos generalibus dumtaxat totius cleri supplicationibus sive processionibus interesse, volumus et mandamus, sublata quacumque maioris servitii consuetudine, etiam immemorabili, postpositaque etiam quacumque appellatione aut inhibitione. Si quod autem seminarium reperiatur, in cuius fundatione aliter cautum esset ob adiectam gravioris servitii legem ab illo qui seminarium ipsum fundaverit seu dotaverit vel [ei] piam aliquam largitionem contulerit, episcopi ad nos et pro tempore existentem Romanum Pontificem id referant, ut desuper opportune provideri valeat.

527 (187) § 5. - Praeterea, cum maxime deceat eos, qui propius ad sacratissima mysteria accessuri sunt, ultra cetera requisita, congruenti etiam pollere scientia, qua praediti viam salutis indicare aliis christifidelibus possint, episcopi nonnisi eos ex clero tam saeculari quam regulari ad sacros ordines admittant, quos ob scientiam aliasque qualitates eo gradu vere dignos per diligentem inquisitionem compererint, adeo ut satis non sit illos qui promoveri ad ordines praedictos optant, linguam Latinam intelligere, catechismo instructos esse, atque apte respondere quaesitis circa ordinem suscipiendum sibi in examine propositis; qui vero ad presbyteratum erunt assumendi, idonei prius per accuratum similiter examen comprobentur ad ministranda sacramenta et ad populum docendum ea quae sciro omnibus necessarium est ad salutem; quod quidem ut

[1] *Ibid.* c. 18 [c(r. n. 291].

recte praestari possit, eosdem episcopos in Domino hortamur, ut quantum fieri potest, eos tantum ad sacerdotium assumant, qui saltem theologiae moralis competenter periti sint.

528 (188) § 6. - Quod si domicilium in una dioecesi habentes, beneficium vero in altera, ordinari ad eiusdem beneficii titulum optaverint ab episcopo, in cuius dioecesi beneficium huiusmodi situm est, Episcopus domicilii debeat eos, si in suam dioecesim reversuri suut, super scientia vel idoneitate examinare ante concessionem litterarum testimonialium super eorum natalibus, aetate, moribus et vita, iuxta constitutionem felicis recordationis Innocentii Papae XII praedecessoris nostri quae incipit *Speculatores,l* obtinendarum; addito quoque compertae idoneitatis testimonio in iisdem litteris; haeque concedi nullatenus debeant, si antedicto examine tamquam habiles approbati non fuerint; iisque iuxta praemissam formam non impetratis, minime possint ab alio episcopo, cui etiam ratione obtenti beneficii subiecti sint, ad ordines promoveri; sique secus fiat, ordinans quidem a collatione ordinum per annum, ordinatus vero a susceptorum ordinum executione quamdiu proprio Ordinario videbitur expedire, eo ipso suspensus sit, aliisque insuper gravioribus poenis pro modo culpae nostro et pro tempore existentis Romani Pontificis arbitrio infligendis uterque subiaceat.

529 (189) § 7. - Cumque etiam iuxta memoratam Innocentii praedecessoris constitutionem ratione ac titulo beneficii in aliena dioecesi obtenti non aliter liceat ordines ab episcopo eiusdem dioecesis suscipere, quam si beneficium praedictum sit eius redditus ut ad congruam vitae sustentationem, detractis oneribus, per se sufficiat; declaramus sufficientiam huiusmodi praefiniendam esse, non iuxta taxam synodalem sive morem pro promovendis ad sacros ordines vigentem in loco praedicti beneficii (nisi tamen illud continuam et praecisam residentiam requirat), sed iuxta taxam, vel, ea deficiente, iuxta morem in alio loco domicilii vigentem.

530 (190) § 8. - Porro ad sartam tectamque servandam ecclesiasticam disciplinam, non minus momenti habet quod clericali militiae nomen dare non permittatur iis qui haud satis idonei sint, quam quod eidem militiae iam adscript! laudabilem vivendi rationem sectentur, eamque morum exhibeant innocentiam quae sanctitati suscepti instituti respondeat, multoque magis quod abstineant iis quae a sacris canonibus iure meritoque vetita sunt uti prorsus indigna hominibus tabernaculum Domini inhabitantibus et venerando altaris ministerio dedicatis. Statuimus propterea atque decernimus, quod, si qui sunt clerici, aut prima tonsura aut ordinibus minoribus initiati, nullumque ecclesiasticum beneficium pos-

* d. d. I nov. 1B91: BR 20, 6(52: CIC *Fontei* 1, 501.

sidentes, qui, neglectis Concimi Tridentini decretis,l habitum clericalem ac tonsuram non deferant, vel, si etiam deferant, non tamen certae ecclesiae aut loco pio, cui ex mandato episcopi adscripti fuerint, inserviant, sive in seminario ecclesiastico vel in aliqua schola aut universitate de licentia sui Ordinarii non versentur: episcopi, nulla etiam praemissa monitione, eos privilegio fori privatos declarent, eorumque adscriptionem servitio certae ecclesiae antea factam deleri iubeant. Sique ii meliorem vitae rationem non inierint, aut etiam si alii sint, quos, e\ propria culpa, efficiendos idoneos promotioni ad sacros ordines sperari nequeat; ¡idem episcopi, servata forma a sacris canonibus tradita, ad privationem aliorum clericalium privilegiorum contra ipos procedant. l'bi vero repetíantur clerici capellanías vel beneficia cuiuscumque etiam [tenuis] redditus obtinentes, quorum improba vita, aliis offensionem praebens, destruat potius quam aedificet, vel concubinarii, aut foeneratores, vel ebrietati ludisve alearum dediti, vel satores rixarum, vel negotiatores, vel arma gestantes, vel incertis sedibus vagantes, vel clericalem habitum tonsuramque non deferentes, vel ecclesiastica immunitate in fraudem tributorum et vectigalium a laicis non exemptis solvendorum temere abutentes, vel qui demum, similia aut maiora crimina patrantes, numero magis quam merito ad Ecclesiam pertinere visi luerint: episcopi, praemissis tamen necessariis monitionibus, servatisque aliis de iure servandis, contra ipsos ad poenas a Romanis Pontificibus praedecessoribus nostris et a sacris conciliis impositas, et etiam ad privationem beneficiorum, capellaniarum et ecclesiasticorum officiorum in omnibus illis casibus in quibus praedicta privatio a sacris canonibus imposita est, humanis quibuscumque rationibus post posit is. procedant, memores seipsos neglectae subditorum emendationis condignas, Deo vindice, poenas persoluturos.

531 (191) § 9. - Sed et cum personae ecclesiasticae nunquam satis in obsequiis supremo Numini exhibendis, iisque praestandis quae eorum statui consentànea sunt, exerceri valeant, plurimum in Domino commendamus pium morem in plerisque Hispaniarum dioecesibus vigentem, ut clerici tam in minoribus quam in maioribus ordinibus constituti, atque etiam presbyteri, tametsi beneficia vel officia ecclesiastica non habentes, superpelliceo induti in ecclesiis, quibus adscripti fuerint, missae conventuali cum cantu celebratae, necnon primis et secundis vesperis officii diebus dominicis aliisque festis assistant. Quinimo enixe hortamur, ut episcopi aliarum dioecesium, in quibus mos ille institutus hactenus non fuerit, id in posterum servari curent in omnibus, ac insuper satagant ut omnes ecclesiastici praedicti etiam collationibus habendis coram parochis suis vel aliis ab episcopo deputandis super casibus conscientiae forum concernentibus et super ritibus ac caeremoniis sacris intersint?

BR 21. 932-935; CIC *Fontes* I, 583-586.

• Sess. II, *De Hcf.* c. 6; Maxsj 33 in-.
* [Cfr. n. 532).

BENEDICTUS XIII (1724-1730)

Virtutum exemplo ecclesiastici praeeant

(Ex Const. Ap. *In supremo* pro Hispania, 23 sept. 1724).

Repetita Constitutione Apostolici ministerii *Innocenta* ***XIII*** *(cfr. n.* 524 s.), *additur:*

532 (192) § 2. - Cum autem, sicut accepimus, tametsi praemissa a memorato Innocentio praedecessore maturo ac saluberrimo fuerint constituta et ordinata consilio, illa nihilominus necdum plenariae execution!, ut par erat, demandata fuerint, neque proinde optatos fructus usquequaque proferre valuerint: hinc est quod Nos, probe considerantes *nihil magis alios ad* veram *pietatem et Dei cultum assidue instruere et excitare, quam eorum vitam et exemplum, qui se divino ministerio dedicarunt,*[1] facileque fieri posse, ut populus in via Domini prospere et feliciter progrediatur, si clerus illi praeluceat, ac suavem in eo sanctioris disciplinae bonorumque operum odorem diffundat: ... praecipimus, mandamus, ut illa omnia et singula, omni mora, dilatione et cunctatione sublata, debita obedientia exequantur.

BR 22, 100; CIC *Fontes* 1, 608 s.

CONCILIUM ROMANUM (apr. - mai. 1725)

De clericorum officio laicis praeeundi moribus et doctrina

533 Tit. VII, Cap. I. - *Scholares ad primam Tonsuram admittendi ratio praescribitur.* Cum per Apostolum scriptum sit, *Nemini cito manum imposueris* (1 *T.* 5, 22), Episcopis animadvertendum significamus; quam periculosa sit sacra manuum impositio, debita diligentia neglecta. Super iis itaque, qui prima Tonsura sunt initiandi, curam omnem adhibeant, et inquisitionem; an tales sint, qui probabile indicium, non humano quidem consilio, aut fori saecularis declinandi, vel a laicalibus se muneribus, et oneribus eximendi causa, ecclesiasticae eos militiae adscribí velle, praeseferant; sed tale ipsos vitae genus eligere, ut, iugi Ecclesiae servitio mancipati, majorem Deo cultum valeant exhibere. Caveant insuper, ne alios ad clericalem ipsam Tonsuram admittant, quam quos, iuxta Tridentini concilii sanctiones/ literarum studiis operam sic dare constiterit, ut quasi in via ad reliquos Ordines suscipiendos versari videantur, et quos tantummodo pro Ecclesiarum necessitate, vel utilitate divinis ministeriis deputari noverint expedire.

» [Cfr. n. 288].
• Cfr. Sess. 23 *De Ref.* c. 4.

534 'lit. VI I, Cap. II. • *Clericali Tonsura initiandi, certo Ecclesiam m. servitio in ipsa Ordinatione per Episcopos adscribantur.*

Clericali insuper Tonsura nullus initietur, nisi eodem tempore Ecclesiae illi adseribatur, pro cuius servitio debet ordinari.[1] Si qui vero sint, etiam minoribus, aut. sacris Ordinibus insigniti; qui nulli certae Ecclesiae luerint adseripti, Episcopi adseriptionem huiusmodi, etiam a suis Praedecessoribus omissam, suppleant, et pro arbitrio servitium, toties quoties opus fuerit, praestandum designent: quam adseriptionem, quando eos, <pii iam promoti, extra Dioecesim, vel studiorum causa, vel alia, ab Episcopis probata, commorantur, ad tempus, ipsismet Episcopis benevisum, differri posse indulgemus. Ita autem adseripti, etsi Clerici sint, etiam coniugati, aut beneficia, vel officia ecclesiastica non obtineant, ab Ecclesiae servitio, cui fuerint deputati, festis diebus singulis, praesertim solemnioribus, ne absint, propria ibi munia obituri; alias ad altiores gradus promovendi, non promoveantur, et iam promoti, Episcoporum arbitrio pro inobedientiae gravitate multentur. Crescente vero contumacia, Episcopi, ultra poenas a Tridentino Concilio indictas, post trinam canonicam monitionem, contra inobedientes, et contumaces procedant ad omnium usque privilegiorum clericalium privationem; servata in reliquis nupera super hoc Constitutione nostra quae in citata exhibebitur Appendice.

535 Tit. VII, Cap. Ill. - *Ad sacros Ordines promovendorum qualitates.*

Ceterum qui propius ad sacratissima Mysteria accessuri sunt, ultra cetera requisita, ea volumus scientia polleant, et pietate, ut Ecclesiae sacramenta digne ministrare, Christi fideles sanam doctrinam edocere, et eos in via salutis, non minus exemplo, quam verbis, valeant anteire. Quapropter Episcopi nonnisi illos ad sacros Ordines promoveant, quam quos vere dignos, et habiles, requisita etiam habentes, a sacra ipsa Tridentina Synodo - praescripta, per diligentem inquisitionem compererint. Verum, qui ad Presbyteratum erunt assumendi, idonei prius ad sacramenta ministranda per diligens examen comprobentur, et ad ea populum docendum, <piae scire omnibus pertinet ad salutem; quod quidem, ut recte praestari possit, eosdem Episcopos in Domino exhortamur, ut, quantum fieri potest, eos tantum ad sacerdotium assumant, quos saltem Theologiae moralis competenter peritos agnoscant.

536 (193) 'l'ii. XVI, ('ap. III. - Cum Clericorum vitam non minus habitu et tonsura quam scientia et conversatione integram esse et laudabilem videri deceat, ut, qui laicis gradu et ordine praesunt, moribus eos etiam praeeant ac doctrina: omnem nostram requirit solicitndinem, quidquid ad canonicam eorum noscimus pertinere institutionem. Quamobrem Clericos omnes monemus, ut in sortem Domini vocati, quae saeculi sunt, amare dediscant: mittentes enim manum ad aratrum et respicientes retro aptos

[1] Cone. Trid., cit. sess., c. G et 1G.
[2] Loc. cit.. cc. 13 et 14.

non esse Regno Dei. sapientia edixit. Divina *(Lc.* 9, 62). In optimis itaque se studiis sacrisque literis diligenter exerceant: sacros ritus, rubricas et caeremonias calleant: cantum Gregorianum addiscant: divinaque munia in Ecclesiis cum pietate obeant et maiestate. Officia vero profana ne agant: a prohibitis se abstineant: mulierum consuetudinem omnino devitent et cum eis, nisi primo vel secundo consanguinitatis vel affinitatis gradus coniunctis, multoque magis extraneis non cohabitent. Quique insuper ignominiam saccularis habitus et comas capitum pro Christi amore deposuerunt, veste ac tonsura Clericis congruente semper utantur.

537 Tit. XVI, Cap. V. - *Sacramentorum frequentia Clericis commendatur.*

Ipsi autem Clerici, sive in minoribus sive in Subdiaconatus, aut Diaconatus Ordinibus constituti, quatenus in dies valeant de virtute progredi in virtutem, et laicis etiam exemplo possint esse maiori, sacris initiati, singulis quibusque quindenis diebus, ultra solemniores anni festivitates, sacramentali mundentur exomologesi, et sacratissima, quotiescumque fieri poterit, intra Missarum solemnia, communione reficiantur. Clerici vero alii inferiores id semel quolibet saltem mense efficiant, optamus; super quorum omnium exeeutione, instante ordinationis tempore, proprii Parochi, respective, Rectores Ecclesiarum, et Sacristae Maiores deputato ab ordinandorum requisitis ministro fidele testimonium perhibeant; tepidos autem, et incurios, qui ea adimplere neglexerint, ad Episcopum deferant coercendos.

Mansi 34, 1861 s. 1880 8.

De Seminariorum erectione et dotatione: de peculiari Seminariorum Congregatione deque disciplinis tradendis

(Ex Const.. Ap. *Creditae Nobis,* 9 inai. 1725).

538 (194) Creditae nobis caelitus dispensationis officium salubriter exequi, adiuvante Domino, satagentes, ad ea mentem curasque nostras convertimus, per quae sedulae clericorum institutioni opportune prospicitur. Ubi enim illi a teneris annis, ceu plantae novellae, benigniori cura educentur, litterarumque scientia in Seminariis accurate informentur, cum postea ad laboriosa ecclesiastica ministeria in vineam dominicam transplantantur, ecclesiarum regimini populorumque saluti maxime fructuosos ac utiles esse diuturna plurimorum annorum experientia satis compertum habemus.

539 (195) § 1. - Cum itaque Seminarii ecclesiastici erectio a Sacra Tridentina Synodo, cap. 18. Sess. XXm, *de reformatione,*[1] episcopis omnibus tantopere commendata, et ad ecclesiasticam disciplinam conservandam adeo necessaria, in pluribus cathedralibus ecclesiis, quemadmodum non sine gravi animi nostri moerore accepimus, hucusque neglecta fuerit:

[1] [Cfr. n. 290].

nos, pro pastorali vigilantiae nostrae debito pium hoc et sanctum opus strenue promovere cupientes, motu proprio, ex certa scientia ac matura deliberatione, deque apostolieae potestatis plenitudine, universis et singulis locorum Ordinariis Italiae insularumque adiacentium, hac nostra perpetuo valitura constitutione districte iniungimus, praecipimus et mandamus, ut in eathedralibus, in quibus seminarium hactenus erectum non fuit, illud quamprimum erigi ac omnino institui eurent: ubi vero iam reperitur erectum, sed congruis redditibus ad alumnorum magistrorumque substentationem necessariis instructum non est, de iis, ut infra, opportune provideant.

540 (196) § 2. - Utroque igitur casu, nimirum tam pro erectione novi seminarii quam pro supplemento reddituum seminarii iam erecti, taxant cum consilio duorum de capitulo et totidem de clero conficiant a memorato Tridentino, cap. 18, Sess. xxin, *de reform.,l* praescriptam, incipiendo ab integris fructibus mensae episcopalis, et absque ullo discrimine prosequendo iuxta normam ibidem expressam et provide constitutam; eidem vero taxae omnia et singula beneficia saecularia et regularia per quoscumque etiam venerabiles fratres nostros S. R. E. Cardinales, necnon nostros et pro tempore existentis Romani Pontificis familiares et ‹ amerae nostrae Apostolieae clericos, ministros ac officiales quoscumque praesentes et futuros obtenta, et in posterum obtinenda, ac omnia insuper beneficia saecularia prioratibus, commendis vel baialivatibus Ordinis fratrum sancti loannis Hierosolymitani quomodocumque unita, aut de cetero unienda, necnon fructus ac redditus confraternitatum laicorum ex certis fundis et capitalibus provenientes (non autem summas pecuniarias, quae a confratribus quolibet mense vel anno, vel per modum eleemosynae vel in vim statutorum contribuuntur) subiici, et ad illius solutionem perpetuo teneri, decernimus, statuimus et mandamus; declarantes et ab ea exemptos esse debere regulares pro iis tantum beneficiis vel fructibus, quorum ratione ipsis Apostolica Sedes diserte ac expresse et ex causa vere ac proprii* onerosa induisit ut ab onere taxae pro seminario exempti sint.

541 (197) § 7. - Cum autem, sicut accepimus, seminaria plerisque in locis ideo erecta minime reperiantur, vel quia episcopi taxam conficere detrectant, no illam a semetipsis inchoare cogantur, vel quia beneficia simplicia, quorum dispositio ad eos libere spectat, occurrente illorum vacatione, suis familiaribus aliisve personis sibi gratis et benevisis conferre volunt: hinc est quod nos, omnem scrupulum et obicem impeditivum boni spiritualis ab huiusmodi seminariorum erectione provenientis e medio prorsus tollere ac removere intendentes, motu, scientia, ac potestatis plenitudine paribus, Congregationem Seminariorum nuncupandam, in qua venerabiles fratres nostri S. R. E. Congregationis super negotiis et consultationibus episcoporum et regularium, necnon Congregationis interpretum

* [Cfr. nn. 290-2901.

Concilii Tridentini praefati, utriusque Congregationis secretarii, datarius seu prodatarius ac subdatarius nunc et pro tempore existentes esse debeant, tenore praesentium perpetuo erigimus ac instituimus, eiusdemque Congregationis secretarium illum ipsum, qui Congregationis Concilii praedicti secretarius pro tempore fuerit, constituimus ac deputamus; praedictaeque Congregationi ac illius secretario omnium et singulorum seminariorum in locis, ubi adhuc erecta non sunt, erigendorum, et ubi erecta quidem sunt, sed sufficientes non habent redditus, iis pro modo indigentiae, ut praefertur, augendorum omnimodam curam committimus ac demandamus, necnon eiusdem Congregationis deputatis praedictis semel singulis mensibus et quoties opus fuerit, se congregandi, dictorum seminariorum erectionem promovendi, iam erectorum et proventus recognoscendi, eorum necessitatibus opportune consulendi, taxas approbandi, reformandi et angendi, numerum alumnorum in singulis seminariis taxandi et praefigendi, eumque pro modo reddituum augendi et minuendi, statuta pro recto feliciqne eoruindem seminariorum regimine et administratione condendi, eaque mutandi, variandi, corrigendi, ac, toties quoties illis expedire videbitur, de novo faciendi, emergentes controversias summarie, solaque facti veritate inspecta, cognoscendi et definiendi, visitatores etiam (qui eiusmodi seminaria diligenter perlustrent, et au recte atque fideliter administrentur, ac in iis potissimum regulae a Tridentino Concilio praescriptae sedulo adimpleantur, inspiciant et recognoscant), ubi et quando et quoties opus esse indicaverint, facto tamen prius verbo cum Romano Pontifice pro tempore existente, delegandi ac deputandi, aliaque in praemissis necessaria et opportuna, pro data ipsis a Domino prudentia, decernendi et gerendi et exequendi, plenariam atque omnimodam facultatem, potestatem et auctoritatem tribuimus, concedimus ac impartimur.

542 (198) § 9. - Omnibus insuper episcopis praefatis, ne de cetero pro se vel suis vicariis, aut familiaribus quibuscumque, sub quovis colore et praetextu, habitatione, coquina, famulis, ministris aut officialibus seminarii, vel lectoribus, magistris, sacerdotibus, clericis, quoquomodo inservientibus eidem seminario, et alumnis, vel a seminario salariatis, ac quomodocumque retentis, uti audeant, dist ricte, sub poena interdicti ab ingressu Ecclesiae, vetamus ac inhibemus: non tamen per hoc prohibere intendimus episcopo pontificalia exercenti, ne caeremoniarum magistro vel sacerdotibus a seminario retentis uti possit: imo ut eorum opera ac assistentia in huiusmodi sacris functionibus uti valeat, plenam ipsi episcopo tribuimus facultatem.

543 (199) § 10. - Postremo, saluberrimae praefati Concilii dispositioni inhaerentes, volumus, praecipimus et sancimus, ut in omnibus seminariis, tam hactenus erectis quam in posterum erigendis, alumni grammatices, cantus gregoriani, computi ecclesiastici aliarumque bonarum artium tantum disciplina erudiantur, et Sacrae Scripturae, catechismi, aliorumque ecclesiasticorum librorum, praesertim vero de sacramentis sacrisque ri-

tibus et caeremoniis tractantium, lectioni diligenter incumbant, ut, cum ad vineam Domini excolendam vocati fuerint, dignos, peritos utilesque operarios sese probare valeant, fructumque ei reddant uberrimum temporibus suis.

BR 22. 174-178; CL 1, 451-454; CIC *Fontes* 1, 618-621.

CONCILIUM I'KOV. AVENIONENSE (1725)

De necessitate Seminariorum deque eorum munere

544 Tit. XXXIII. *Dc seminariis.*

Seminaria, ubi instituta sunt, recto gubernentur: instituantur, ubi nulla sunt. Qui in cis informandi vitain degunt, educentur nd debitam episcopis reverentium et obedient lam; exerceantur in omni ecclesiastico munere, artemque eatcchetieam ac concionatoriam edoceantur. Dc enoteris in pastorali visitatione pro suo judicio decernant episcopi.

Prooemium. Quam vehementer optaverint patres concilii Tridentini seminariorum institutionem ab episcopis sollicite ac diligenter procurari, mmo nescit. Nox erant siquidem viri perspicacissimi et clericalis dignitatis tuendae atque reparandae studiosissimi. quantae id futurum esset utilitatis, si certis in locis clerici ad pietatem et rerum sanctarum scientiam educarentur. Enimvero. sicut haereses multae ex imperitia cleri lapsisque ab antiqua disciplina moribus ortae sunt: sic ex assiduo eiusdem cleri studio, -aerarum litterarum gnaritate rectaque ac pia institutione juventutis altaribus consecrandae liet, ut suos fides habeat acerrimos defensores. (June cum ita sint, ubi instituta jam reperiuntur seminaria, quantam maximum potest, vigilantiam adhibeat episcopus quisque in sua dioecesi, ut recte gubernentur. Ubi vero nulla sunt, de instituendis quam cito satagat, postulata, si neccsso íucrit, a summo pontifice beneficiorum collatione ac etiam multiplicium accessione ad tanti operis consummationem, ct exstimulatis consulibus primariisque viris,ut -ui intercessus operum opportunaque subsidia ad concivium clericalem educationem pro ni momento conferant.

Cap, 1. - Cum autem clericales domus, quae seminaria nuncupantur. >mt antiquo more ac juro domicilia episcoporum, ideo vult sancta synodus, in hoc potissimum studere atque incumbere sacerdotes omnes, qui domos id genus regunt, ut. clericis sibi commissis dum rectam vitae rationem praefiniunt, cos itidem ad debitam episcopis reverentiam et obcdientlnm educare nitantur. Hac etenim, valuti corpus nervis, coalescit in unum totus ecclesiasticus ordo mirisque modis coagmentatur.

Cap. II. - Cum pariter domorum illarum institutio ad hunc praecipue finem a Tridentino concilio commendata fuisse videatur, ut alumni in iis conviventes utili scientiarum supellectile instrui et ad munia clericalia exerceri possint: idcirco carum superiores et rectores, quorum pietati ac prudentiae valde confidimus, hortatur sanctu synodus ut fiduciae nostrae plene respondeant, omnimodam scilicet adbibendo diligentiam in edocendis clericis, dc iis praesertim rebus, quae ad ecclesiarum cultum atque ministerium. ad animarum curam, ad munia curialia pertinent, quales sunt ritus sacri, caeremoniae. rubricae, theologia monilis ct modulatio cantus Gregoriani, quem *plouum* appellant. Non ad haec tamen, tanqunm ad officii sui metas, haereant supradlcti seminariorum moderatores. Operae enim pretium est. cíclicos ad explicanda etiam christ taime doctrinae rudimenta sacrasque orationes ad populum apposito habendas erudiri, ut sic exercitati habiliores flant fungendo muneri, quodeumquo illud sit. ad quod ab episcopis sunt aliquando destinandi.

Cnp. Ilf. - Cfustcrii, quae nd praedictarum domuum disciplinam nut condendam aut firmandam nuirendnmvc in melius conducere possunt, metropolitani respective et comprovincialium judicio in visitatione pastorali disponenda relinquit sancta synodus.

Mansi 37, 331 s.

De Archivis in Seminariis constituendis

(Ex Const. Ap. *Maxima vigilantia,* 14 iun. 1727).

547 (205) In Seminariis autem Episcopalibus Archivum, ut supra, erigatur, et inventarium scripturarum per publicum Notarium, ab Episcopo sive Ordinario eligendum, qui non sit Cancellarius Curiae Episcopalis sive ordinariae, conficiatur coram Vicario Generali aut alia persona Ecclesiastica a praedictis Ordinariis substituenda, et coram uno ex deputatis Seminarii, ad horum beneplacitum, etiam alternis vicibus, cum subscriptione illius, qui eidem confectioni interfuerit.

BR 22, 561; CIC *Fontes* 1. 637.

CLEMENS XII (1730-1740)

De disciplina et regimine Seminariorum

(Constituíiones quorundam regni Aragûniao Seminariorum confirmatae per Ɛitt Ap. *Militanti Ecclesiae,* 6 nov. 1730).

548 § 1. * Nuper siquidem pro parte venerabilium fratrum nostrorum archiepiscopi Caesaraugustani ac episcoporum Barbasirenste, Tlrasoncnsis, Albaracinensis et Tcrulcnsis nobis expositum fuit, quod aliAs, videlicet ingruentibus in Hispaniarum regnis non sine Ingenti crisi illùdimi! in spiritualibus ac temporalibus damno et praesertim disciplinae ecclesiasticae detrimento novissimis bellorum motibus, pravisque exinde in omni fere personarum genere sensim pullulantibus moribus, dilectus filius Franciscos Ferrer, ac quinque alii presbyteri saeculares, divino numine ducti, hisce malis ac incommodis occurrere et priscae disciplinae ecclesiasticae instaurationi splritualibusque animarum eorumdem fidelium necessitatibus aliqua opportuna ratione prospicere cupientes, in B. M. Virginis de la Bella nuncupatu civitatis Barbasirends sanctuarium insimul convenerunt, ibique, divino implorato praesidio, post maturam considerationem, ac cum consilio et approbatione tunc existentis episcopi Barbastrensis aliorumque infrascriptonim dioccesum Ordinariorum licentia et consensu, ad maiorem Dei gloriam animarumque eiusmodi salutem et ecclc-iusticae disciplinae praefatae instaurationem, unum in Barbastrensi, aliud in Tira-Bononsl, duo in CaesaraugustanA, alterum in Albaracinensi, unum in Tcrulcnsi, ac demum alia in aliis dioecesibus seminaria pro nonnullis presbyteris, seu clericis saecularibus, operariis nuncupatis, nullo voto adstrictis, sed solo rharltatis vinculo contundís, qui. sub ohedientiA pro tempore rxistentis ipsorum seminariorum superioris praesidis nuncupati ibidem vivere debeant, ordinaria auctoritate fundari et erigi curarunt, ac pro bono dic-

torum seminariorum regimino quaedam statuta, constitutiones et regulas, ab Iisdem Ordinariis subinde approbata, in omnibus et singulis seminariis huiusmodi iam fundatis et erectis ac deinceps fundandis et erigendis exacte servanda condiderunt, tenoris qni sequitur, videlicet:

Prooemium.

519 I. - Horum seminariorum tinis est gloria divina, domini nostri lera Christi imitatio, et non modo proprium profectum, sed ecclesiasticorum luvumen et perfectionem ac proximorum omnium salutem procurare; proprium profectum oratione, mortificatione, mundi despectu et Christi domini in omnibus suis virtutibus imitatione; ecclesiasticorum iuvamon et perfectionem in ecclesiasticis etiam et sacerdotibus instituendis, qui dedicari apostolicis ministeriis desiderent, et in spiritualibus exercitiis nedum ordmandis, verum etiam parochis et quibusvis ecclesiasticis ministrandis, proximorum salutem in eorum confessionibus audiendis, in concionibus, exhortationibus et frequentibus missionibus habendis: pro quibus omnibus bene rcctoque ordine observandis sequentes regulae, ex vita ipsius Christi domini expressae, sub cuius magisterio vivunt, et quem imitari profitentur huiusmodi seminariorum operarii, perpetuo custodiendae traduntur.

De iis fjitae pertinent nd personas et officia seminariorum

550 11. - Christus dominus, quum in oratione pernoctasse!. vocavit discipulos, et elegit duodecim ex ipsis, quos apostolos nominavit, amoris vinculo ac lege cos congregando sub visibili ȼapiti quoti fuit Christus, et post cum S. Petrus cius vicarius. Ad ipsius imitationem haec ordinantur seminaria ex sacerdotibus et ecclesiasticis, nullo voto, sed solo charitatis vinculo copulatis, sub obedientià episcoporum in quorum dioecesibus sommaria erecta sint, adhuc et sui immediati praesidis.

551 III. - In S. Matthiac (*A.* 1. 15) electione totum intervenit apostolicum collegium; sic in electione praesidia uniuscuiusque seminarii sacerdotes omnes, qui per biennium in eo fuerint commorati et permanentor in eodem vivant, ȼoncurren debeant, et de eorum numero suum praesidem per suffragia secreta eligant, qui triennii spatio seminarium regat et gubernet. Eligendus etiam erit ab iisdem \ice-praeses, qui in praesidis absentia vices eiusdem gerat; et. si isto defecerit, praeeat, tamquam superior, antiquior seminarii sacerdos, nccnon procurator, qui sedulo, sed sine sollicitudine, necessaria opportuno provideat tempore, ordineque distribuat, nihil absque praesidis nutu mutuando nec dando, et quotannis integram congregationi rationem de omnibus recidendo, quam si praefati domini episcopi petierint, ipsis continuo danda sit; secretaiius, qui seminarii resolutiones in libro ad hoc conficiendo notet, epistolas, aliaque gravia seminarii negocia scribat; director seminaristarum, qui in ipsorum confcrentiis et exercitiis praesideat, curamque habeat; director sacrarii, qui seminaiistarum domesticorumque iin umine curet, ut. quaecumque ad ecclesiam, altaria et paramenta pertinent, honesta, purissima, rectoque ordine disposita sint et collocata; director caeremoniarum et cantus, qui seminaristas et alios in cantu sacrisque ritibus instruat; director tyronuni, qui clericos et laicos ad probationem admissos dirigat, et in omnibus eorum vocationi congruentibus erudiat; directores exercitiorum et missionum, qui extra seminarium praesideant ceteris operariis tamquam superiores; corrector, qui. iuxta charitatis legem, errantes corripiat; minister infirmorum, qui omnem curam de ipsis habeat, ac do necessariis prompto et charitatlve provideat, atque solatium omne in corporalibus et spiritualibus ipsis praestet. Et ut omnia supra«licta recto dirigantur ordine, ac debitum sortiantur effectum» omnibus in spectantibus nd cuiuscunique munia tenebuntur praesidem consulere et illi penitus obedire.

552 IV. - Ad eosdem sacerdotes pertinebit nedum admissio sacerdotum seu ecclesiasticorum, qui in seminario tamquam operarii persistere desiderent, verum eorum, qui ad tempus in eo erudiri velint, atque etiam admissio fratrum laicorum, qui ad temporalia ministeria dedicari possint; quae omnia tam otilcia proxime descripta, quam sacerdotum seu ecclesiasticorum admissiones, approbari omnino a domino episcopo, in cuius dioecesi seminarium sit, debeant; et pariter si forte contingat ut aliquem a seminario expelli conveniat, ita ut nulla a seminario expulsio flori valeat, nisi consulto prius domino episcopo, coque approbante; nullusque a seminario expelli possit, nisi gravibus de causis, iiicorrigibilitate nimirum, aut scandaloso crimine; nemo vero ob aegritudinem, etsi ineptus ad munia seminarii efficiatur, poterit unquam excludi.

553 V. - Operariorum admissioni, Christi domini sectando exemplum, fervidae sunt orationes praemittendae. Itaque eorum, qui permanentor in seminariis vivere quaerent, vocationis, virtutum, scientiae, talenti, indolis, zeli salutis animarum, sollicita liat indagatio. Ut autem hae qualitates in admittendis necessariae melius cognoscantur, valde conveniet» erit ut eorum electio, si fleri potest, sit ex his, qui vel in seminario sint educati, aut in missionibus cum operariis versati fuerint. Praefatis ergo praediti qualitatibus et ordine sacro initiati, seu ad eum proxime dispositi, ad unius anni probationem, et, si. in seminario vel operariorum comitatu non se exercuerint, duorum annorum, cum maiori parte sacerdotum suffragantium et episcopi approbatione admittendi sunt. Quo tempore respective finito, calculis albis et nigris ad electionem vel reprobationem devenietur: isque in seminarium censebitur admissus, cui calculorum alborum maior numerus suffragabitur et domini episcopi approbatio: quod si tot albi quot nigri reperiantur, admissio usque ad maiorem probationem differatur; qui autem in aliquo seminario non perseveraverit, in nullum aliud admittatur, nisi hoc fiat de communi utriusquo seminarii, a quo et ad quod, consensu, quando ob aliquam rationabilem causam convenire existimetur, consulto tamen et approbante domino episcopo; admissio autem eorum sacerdotum seu ecclesiasticorum qui pro sui ipsorum instructione in seminario degere ad tempus desiderant, vel in domibus suis viventes in ministeriis instituti operarios adiuvare et in iis sese exercere velint eodem modo per maiorem partem sacerdotum suffragantium fleri debeat, quando prudenti iudicto, attentis eorum qualitatibus, sdentili et moribus, profuturi existimentur.

554 VI. • Electio omnium officiorum erit nd triennium; quo transacto, in ipsis vel in aliis, prout opportunius indicetur, est repetenda; nullus tamen honorifica munia ambire praesumat (quod si quis aliter fecerit, inhabilis maneat), neque sub humilitatis specie recusare contendat, sed aliorum sese subiiciens indicio onus humiliter acceptet, non tamquam dominaturus, sed ut charitatc, mansuetudine, vigilantia, ceteristiue virtutibus, ullis praeeat, et omnia sui muneris fortiter suaviterquo disponat et dirigat. Et omnium vita dirigi per sequentes regulas debeat.

De iis, quae perlinent ad communem seminariorum observantiam.

555 VII. - Quum orationi et ministerio verbi lesus et apostoli instantes fuerint, scriptumque sit: *Domus mea domus orationis vocabitur* (Jf/. 21, 3), operarii illud omnino implero contendent: *Oportet semper orare et non deficere (Lc.* 18, 1), tum affectuosam Del praesentiam in ipsis et in aliis promovendo, tum mentali orationi per duas horas in loco destinando congregati vacando, hiemali tempore tam mane quam vespere a quint i usque ad sextam horam, aestate autem a quarti ot dimidii usque ad quintam et dimidium mano, et a quinti usquo ad sextam vespere: oratio quidem matutina finietur cum litaniis maioribus, additis orationibus pro Papa, pro episcopis et congregationibus, pro rego et pro aliis necessitatibus occurrentibus, ad praesidis libitum recitandis: vespertina vero eum litaniis, antiphon 1, versu et oratione B. M. Virginis; missionum autem tempore unius saltem horae spatio, quum magis opportunum videbitur, orationi vacabunt; eiusque usum clericis

omnibus efficaciter suadebunt, et ipsi sicut operarii alios orationem in concionibus edocebunt et ad illius exercitium hortabuntur; quam etiam in qualibet parochia tum publice, tum in privatis domibus introduci, augeri et conservari curabunt, ut sic haec seminaria vere domus orationis ab omnibus gentibus vocari queant.

556 VIII. • Cum vocali oratione mentalis semper coniungatur, ne de nobis illud verifleetur: *Populus hic labiis me honorat, cor autem rorum longe est a me* (3/f. 15, 8; ***Ir***. 18, 10). Itaque in Posarlo B. M. Virginis (quod in sacello horà congrua vespertina recitandum quotidie erit cum litaniis) eiusdem mysteria consideranda sunt, propriae necessitates B. Virgini exponendae, et magna cum flducift remedium ab e& petendum. Similiter in divino officio statutis horis ab unoquoque persolvendo attentio ad verum sensum, seu aliquod Christi mysterium, vel ad aliquam aliam veritatem saluti animae proficuam, studiose adhibenda est, omnia ad Deum praesentem referendo, et semper curando ut exterior reverentia interiorem comitetur. Psalmi paulatirn atque cum pausa unoquoque in versiculo persolvendi erunt, ac tam mentalis oratio quam vocalis flexis genibus (nisi aliqua inciderit corporis imbecillitas) implenda, praesens semper in omnibus illud habendo: *Maledictus, qui facit opus Dei fraudulenter (Ir. ibid.).*

557 IX. • Ad exemplum lesu Christi domini nostri, cuius opera, verba et cogitationes divina cum voluntate conformia semper fuere, omnes in seminariis commorantes suae conscientiae examini generali et particulari ante prandium et cocnnrn in loco destinando quotidie convenient: et singillatim unusquisque auto quodlibct opus diligenter exquiret, num ex charitatc nascatur et eius finis sit gloria divina; opere vero completo, defectus eorumquo radices penitus evellero curabunt.

558 X. • Christi domini, qui Nazarcthi synagogam intrans *surrexit legere (Lc.* 4.18), exemplum sectantes, omnes hora secunda vespertina per duos quadrantes spirituali incumbant lectioni, et aliquod Novi Testamenti semper perlegant caput, ut ita mens illustretur, voluntas moveatur, atque in animo, quidquid ad nostrum aliorumque spiritualem profectum Dominus donaverit, infigatur. Spiritualis etiam lectio qualibet in comestione est habenda, ut quum alitur corpus, anima quoque reficiatur, cui debita adhibeatur attentio.

559 XI. • Christi domini silentium adhuc Pilato magnam attulit admirationem. Illum imitando, idem silentium perpetuo in seminario observabitur (tempore recreationis dumtaxat excepto, tribus videlicet quadrantibus post prandium, duobusque post coenam. ubi omnes convenient); extra id tempus, nonnisi de speciali aut generali praesidentis licentia, in loco ad id praefinito, necessitate, charitatc aut urbanitate instante, et quidem voce leni, sermones conferentur: quae quidem circumstantiae, ut quis alienum ingrediatur cubiculum, quantum fieri possit, observentur.

560 XII. - Quum Christus dominus extra tempus suae praedicationis, et quando charitatls officia aliter non postulabant, solitudinem semper quaesierit, operarii, quando alicui ex suis ministeriis non incumbant, hanc solitudinem omnino curare debeant. Et ut commodius reguletur animi collectio, stricta in seminario servabitur clausura, ita ut nemo absque expressa praesidia licentia de domo egrediatur, neque sine necessitate aliqui aut utilitate e cubiculo suo discedat, et de hoc veniam prius a domino Icsu humiliter deprecando; in sensuum vero potentiarumque recollectlone peculiarem ubique curam omnes habeant, discretionis tamen, modestiae, christianaeque urbanitatis regulas in omnibus custodiendo.

561 XIII. • Christi domini, qui in Coemi feria quinta, et sequenti in orA Crucis, atque frequenter se obtulit aeterno Patri quoad vixit, exemplum sequendo, omnes seminarii sacerdotes exacta praeparatione, reverentia, devotione et Ecclesiae rituum impletione, dum legitime impediti non fuerint, hora cuique a praeside praescripta, sacrum quotidie celebrabunt, dimidiae horae tempus iu celebratione impendendo, tantumdemque temporis in gratiarum actione semper insument, nisi poenitcntlum multitudo aliavo iusta causa

gratiarum actionem breviare cogat. Sacrum vero peragentes, ad Eucharistiam sumendam paratis eam semper ministrabunt.

562 XIV. - Ad maiorem autem sacrorum rituum observantiam, ritus attente quolibet mense relegant, aliique aliorum sacrificiis inserviant, et de defectibus, quos notaverint, ipsos discrete admoneant; sed, ut maiori cum puritate et gratia ad tantum accedant sacramentum, charitatis fervorem quotidie in se ipsis accurate studeant promovero, et unaquaque hobdomadA, ut minimum, ter, et singulis diebus, si commode fieri potest, sacramelitaliter confiteantur, et frequenter cum confessano a praesule ad id specialiter deputato; laici semel in hebdomada utroque sacramento reficientur.

563 XV. - lesu Christi vita continua mortificatio semper fuit: ad cuius imitationem omnes in seminario degentes summum curam in se interne et externe mortificando ponere continuo doliere sciant. Itaque, quoad externam mortificationem, omnibus feriis sextis et sabbatte totius anni (feria autem sexta maioris hebdomadae patie et aqua contenti) ieiunnbunt: qualihet ferió quurtd et sexta, totoque Adventus et (Quadragesimae tempore ferii etiam secundó, post Rosarium in sacello congregati, carnem flagellis macerabunt, nisi aliquibus in solemnitatibus, aut alia insta de causó id in aliud praeses commutaverit; de consilio tamen proprii directoris, congruum erit alias pro ciusque viribus mortificationes oxercere.

561 XVI. - Tempore vero missionum operariorum directores ministeriorum fatigationes cum ipsorum viribus appendent: et, si incoinpatibiles aut valde difficiles praedictas mortificationes in se vel in alite esse rcpcrerlnt, eas, aut aliquam ex lis, dispensare cum debito consilio valebunt, ut ita operarii vires, quas in dispensatis mortificationibus impendere debebant, in proximorum salutem avidius insumere valeant.

565 XVII. • Quoad interiorem mortificationem, nostrarum omnium passionum, sensuum, potentiarumquo fraenatio ĦUimnoprn est servanda, eorum operationes et delectationes, nedum illicitas et periculosas, verum etiam et inutiles depellendo, atque rationi et divinae voluntati totaliter subjiciendo. Quam necessaria nobis, qui lesum imitari contendimus, sit ista mortificatio, ipse expressit, dicens: *Si quis vult post me venire, abncyet semetipsum, et tollat crucem suam quotidie, et sequatur me (Lc.* 9. 23); et Apostolus, dum ait: *Semper mortificationem ¡esu in corpore nostro circumferentes, ut et vita lc.su manifestetur in corporibus nostris* (2 C. I, 10).

566 XVIIl. - lesu, qui cum ductoribus in templo et cum discipulis saepe disseruit, exemplum sectando, operarii primo cuiusque hebdomadae feriato die, ab horó secunda et dimidii post meridiem usque ad tertiam et duos quadrantes, super materia octo ante dies assignata a praeside tum de morali tum de mystica theologia conferentia» habebunt, ad quas omnes sacerdotes et ecclesiastici, tam qui ad tempus in seminariis pro eorum instructione commorantur, quam qui in domibus sute viventes pro eadem instructione seminaria frequentant, intervenire possint: in omnibus tamen modestia Intontioque pura servetur, non disputandi livore, sed scopo veritatis inveniendi, ut verior uniformiorque Imbibatur doctrina tam moralis in confessionibus audiendis sine relaxatione observanda, quam mystica in animarum directione omnino secura tenenda. Singulis pariter in hebdomadis ferió sextó ab eódem lioró secundó cum dimidió usque ad tertiam soli operarii congregabuntur. ut inter se de ite omnibus conférant, <iuae remedio Indigere existiment, ut provideatur quidquid ad seminarii regimen utilius appareat, et ad constitutionum rigidiorem observantium huinilitatemquc in omnibus fovendam; quod ut utilius obtineri possit, licitum unicuique sit. et praecipue correctori supra destinato, summa cum modestia, discretione et claritate aperire in genere lapsus, quos remedio indigere agnoverint. Et praeses circa omnia, quae tractata fuerint et exposita, suam brevem hortationem faciet, ut, quao decreta fuerint, accurate serventur. Praefcctusque corrector memor sit sui otficii, ut debitu cum chariluti', discretione et modestia, tempon? opportuno, secreto de defectibus quos observaverit fratres suos moneat.

5f>7 XIX. • Christi domini, qui talari semper tunica incedebat indutus, in itineribus et cubiculis talarem semper deferant vestem, nihil sericum habentem, sed omni ex parte honestam, et Ecclesiae statutis et saccularibus sacerdotibus, moderatius viventibus prorsus conformem; fratres vero laici breviori utuntur indumento.

568 XX. - Christum dominum, qui exemplum temperantiae semper fuit, quoad fleri possit imitando, omnes in seminario viventes temperantiam accurate custodient, ac potum tamquam medelam suo tempore sument, soliti qualitate et quantitate contenti, octo videlicet unciarum arietinae carnis pondo, cum suilla et oleribus iuxta temporum varietatem, pro meridiana comestione, et sex pro nocturna, horis debitis pro temporum diversitate assignandis. Diebus nutem ieiunlorum tria calida in prandium fercula ministrentur, et in hoc aliquid addere seu commutare aliqua de causa, cuiusdam puta solemnitatis, aut necessitatis, praeses valebit. Habituali autem aegritudine laborantes, m imbecillitas obfuerit, ieiunii custodiant formam, et vespertinam ut ¡donantes sumant refectiunculam: in quantitate tamen cibOrunique condimento omnino servetur aequalitas. Quamlibet ante comestionem flat mensae benedictio, et postea gratiarum actio; confestimque, B. M. Virginis canticum alternatila dicentes, ecclesiam petunt, in qua genullexi antiphonam *Salve regina* cum versu et oratione Virginis recitantes, gratiarum actioni finem imponent, et ad locum recreationis se conferent. Cum infirmis autem minister, ad eorum assistentium supra destinatus, tamquam mater cum filiis se gerat, curam ita de illis habendo, ut nedum nihil ex necessariis illis desit, verum etiam nec quidquam quod ad corum solatium proficere possit.

569 XXI. • Christus dominius, qui caeli et terrae habebat imperium, pauperrimam nihilominus vitam duxit; quem operarii Imitando, spiritus paupertatem summa procumbunt diligenti^; et. licet rerum dominium non amittant, ab administratione tamen, quantum possint, abstineant: (¡nam seminarium nunquam in se recipiat, nec aliud inquirat (piam illud, quod, iuxta statutum domus, existimatum fuerit, unumquemque contribuere posse. Itaque eam plene suis procuratoribus committere debeant, et redditus ita distribuere et expendere curent ut ex ipslB ecclesiasticis omnes sumere exemplum possint.

570 XXII, • lesus Christus dominus noster non tantum perfectissime illibatam servavit puritatem, sed ita in omnibus se gessit, ut neque inimicos eius, qui tot illi falso calumnias imposuere, minimam in eo notam legatur exprobasse. Quem imitatione prosequendo in seminario commorantes, dum ministeria sua exercebunt in quibus proximorum saluti Incumbere debent, quidquid puritatem obumbrare possit, accurate fugere studebunt: et insuper mulierum quantumvis honestarum consortia vitabunt, sensus et potentias ab huiusmodi objectis enixe cohibebunt, otium totaliter fugient, cibi potusque, maxime vini, temperantiam perfecte custodient, ac denique a Domino castitatem enixe deprecabuntur.

571 XXIII. - lesus,*facitis obediens usque ad mortem. mortem autem crucis* (PA,2.8). huius magnae virtutis nobis reliquit exemplum, quod omnes his in seminarius degentes adeo imitari curabunt, ut in omnibus, quantumvis difficilioribus rebus, voluntatis promptitudine iudlciiquo sublectione suis superioribus, Icsuin in ipsis considerando, magna ubique obediant alacritate.

572 XXIV. - Et primo Pontifici Maximo, universalis Ecclesiae pastori, strictissimam profitebuntur obedlontlam et observantiam apostoliearum constitutionum et conciliarlum decretorum et signanter eorum quae a sacro Concilio Tridentino edita fuerunt ad morum et ecclesiasticorum disciplinae reformationem. Quae omnia solerter scire, promovere et observare curabunt.

573 XXV. - Dominis episcopis dioeccsum, in quibus seminaria erecta sint, uti propriis praelatis et superioribus revorenter in omnibus obedient; mox praesidi seminarii, coque absente, eiusdem vices gerenti, quibus cum gaudio et perseverantia omnes pariter subii-

cientur. Iis dominis episcopis, quorum in territoriis operarii laboraverint, in spectantibus ad illorum ovium salutem sicut subditi obsequentur; ct unusquisque directori deputato pro ministeriis, in quibus exercetur, pariter obsecundabit. Ac tandem quisque, in attinentibus ad suae animae profectum, suo penitus directori, quem habere omnes debent, obediot.

674 XXVI. - Praoterquamquod tota lesu Christi vita, passio et more, humilitatis et mansuetudinis est viva et efficax exhortatio, ipse propriis verbis nos docet dicens: *Discile a me, quia milis sum d humilis corde* (37/. 11, 29). Quibus inorantes in his seminariis obtemperando, bas suis in cordibus transcribere virtutes sollicite studebunt, ut requiem animabas suis inveniant: in iniuriis, persecutionibus» contumeliis gaudere semper curabunt. ut sic veri Christi imitatores efficiantur, illud semper memoria retinentes; *Sed d gloriamur in tribulationibus (Jt.* 5. 3).

575 XXVII. - lesus Christus, ab Incarnatione divinam iutuens totisque viribus diligens bonitatem, divinum propagare honorem decrevit, arcana suae divinitatis atque humanitatis verbo ct exemplo hominibus ostendens, ipslsque infinitos gratiae thesauros lucrifaciens, instituensque sacramenta, ut homines, ea bone dispositi recipientes, vitam habeant et abundantius habeant. Huius eharitatis praeclaro exemplo illuminati ac moti seminariorum alumni, a se ipsis, rebusque omnibus imperfectam affectionem arcentes, viribus omnibus apprettativi» ct intensive dominum Deum ob infinitam eius bonitatem toto prosequentur amore, zeloque dix ini amoris et gloriae accensi cum in proximos pro Xiribus propagare studebunt; tum, sicut Christus dilexit nos, cos diligendo: tum ad perfectam eorum reformationem, utque omnes convertantur et vivant, verbo ct exemplo iis persuadendo; tum ut camdem vitam frequenti ac digna sacramentorum receptione augeant ct perpetuo conservent, atque ut etiam uberrima ct copiosa auxilia a Domino ad hunc finem enixe deprecentur, eos exhortando; tum demum in seminariis, exercitiis et ministeriis ita se exercendo, ut omnibus prodesse possint, et ad omnes se extendant, summam in eo curam semper adhibendo, ut omnia a charitate proficiscantur ct cuncta flant pro Dei giorni, illud in cordibus suis iugiter repetendo: *Soli Deo honor d gloria* (1 7'. 1, 17); et illud: *Non nobis. Domine, sed nomini tuo da gloriam (Ps.* 113, 9).

576 XXVIII. - 1't autem operariorum charitas praeemineat, comunque actiones dirigat, ndemque accendere valeant ignem, quem Christus venit in terram mittere, hoc sese implere, sicut et sancti apostoli, curabunt, id a Deo suppliciter et lacrymose implorando, necnon profunda veneratione ardentique affectu considerando mutuum ct infinitum amorem, quo tres divinae Personae sese invicem diligunt, pariterque eum amorem, cuius divitias non dedignatae sunt in homines effundere, ut tot ac tanta beneficia in eos collata testantur; quod facientes operarii, profecto optime cognoscent, qua charitate, quibusve mediis, etsi asperrimis, sese in victimam pro proximorum salute tradere debeant. Idque ut in se et in proximis consequantur devotionem erga deiparam Virginem Mariam, sub cuius protectione vivimus, nedum in cordibus suis, tamquam certissimum medium ad hoc et omnia bona consequenda, firmam perpetuo habebunt, verum etiam eam in proximorum omnium corde inserere semper curabunt.

577 XXIX. - Quod si omnes exteros sic diligere debemus, et. ut se mutuo diligant, tantam curam adhibere; quid de mutuo inter operarios amore dicendum erit, verba hunc exprimentia non suppetunt. Td tantum proferre liceat, quod omnes ita cor paratum habere debent, ut. si aliquis infirmatur, ceteri infirmentur, adeo ut dicere unusquisque valeat: *Optabam ego ipse anathema esse a Christo pro fratribus meis* (7?. 9,3). *Non diligamus verbo neque lingua, sed opert d veritate. In hoc cognoscimus charitatem Dei. quoniam ille animam suam pro nobis posuit, d nos debemus pro fratribus animas ponere.* (1 I. 3, 16-18).

578 XXX. - Omnes virtutes morales eminebant in Christo lesu: quare, cum huiusmodi seminariorum scopus sit eius imitatio, omnes in iis commorantes magnopere satagant illas discere a dixdno magistro; illas in cordibus suis altissime defigere: illas opportune et utiliter

exercerc; illas demum perficere et custodire tamquam pretiosas margaritas; ut omnibus virtutibus sutlultl ct vestiti operarii benigne aspiciuntur a Christo lesu, coque adinvante, in proximis verbo et exemplo easdem facilina inserere possint.

De iis, quae pertinent ad ecclesiasticorum instructionem.

51$ XXXI. - lesus, ad divinam gloriam propagandam mundumque convertendum et reformandum» (pios sacerdotio atque evangelica^ praedicationi destinavit, ad suam scholam admisit, eos trium annorum spatio doctrina et exemplo illuminans, atque orationis» virtutum et mysteriorum ad animarum salutem spectantium praxim efficaciter iisdem ostendens. Caeleste hoc exemplum sequens seminarium, nedum ecclesiasticos perpetuo in eo commorantes, sed etiam sacerdotes et ecclesiasticos eius dioecesis in qua «itum erit, et, si locus adsit, aliarum etiam dioccesuin, qui, de domini episcopi licentia ct approbatione. de iis omnibus instrui in ipso velint quae in eodem exercentur, si ornati existimentur qualitatibus illis de quibus supra, omnino amplectatur, ac solertem habebit curam ut in singulis ministeriis mox exprimendis omnes instituantur.

5S0 XXXII. - Itaque eorum directori debita incumbet cura nedum de ipsorum profectu spirituali, verum etiam de eorum instructione in iis omnibus ministeriis sacerdotum omnium adeo propriis ut in eis se omnes exercere deberent. Quoad eorum profectum curabunt ut ildem quolibet die Intersint mentali orationi per horam integram mane, et per tantumdem temporis vespere; sacrae etiam et spirituali lectioni per dimidiam horam; insuper missae celebrandae vel audiendae, ac B. Mariae Virginis officio parvo (nisi ad maius teneantur) et eiusdem Rosario, nccnon duplici conscientiae examini. Quoad eorum instructionem, director parem habebit curam ut tribus diebus in hebdomad », mane uni hora cum dimidlA, confercnthis do materiis moralibus, eas dirigendo, inter se habeant, quas fieri debeant declaratione unius ex propositionibus ab Ecclesia damnatis; itemque conferentias de materiis mysticis duobus diebus vespere per horam, casque concludent declaratione unius capitis Concilii Tridentini: potcruntque etiam confcrentiis de morali ct iiiystica doctrina tenendis singulis secundis feriis ab operariis seminarii assistere, quibus exercitiis non parum in utráque doctrina instruentur: uni etiam die cuiuslibet hebdomadae in cantu et caeremoniis per suum ad id destinatum directorem exercitabuntur.

Ml XXXIII. - Festis autem diebus, recensitae conferentiae atque officii parvi loco, divinum officium omnes in unum collecti persolvent, et conventuali missae modulantes assistent: Poenitentiae, et, iuxta directoris consilium, Eucharistiae .sacramenta, nisi in sacerdotali gradu sint constituti, recipient, et ex ipsis, qui ab eorum directore fuerit assignatus, Christianam in Ecclesia doctrinam explicabit, ad quam simul cum concione a directore habendi, et aliquando ab aliquo ex ipsis sacerdotibus, per duos aut tres quadrantes facienda, omnes attente assistere debebunt: ieiunia. flagellationes et silentium sicut operarii seminarii servabunt.

582 XXXIV. - Quae dicta sunt de iis qui ad tempus In seminario conviventes instrui desiderant, observari pariter debebunt ab iis qui foris in domibus suis viventes admissi sint ut instrui similiter possint, et. proportione servata, ab iis qui iam bene instructi sint, ot luvaro operarios in muneribus suis velint. At in fine cuiuslibet anni (quod est tempus, quo in seminario mansionem facere primi solent) de vocatione, progressu, indole ct talento uniuscuiusque semlnarlstac domino episcopo fidelis ratio, si ab eo vel ab ipsis petatur, reddenda erit. Et ut praedicta omnia debitum sortiantur effectum, magnopere curabitur ut seminaristarum director et confessorius sint virtute, scientiis, zelo et experientia insignes.

533 XXXV. - Christus lesus, qui adultorum educationi adeo Invigilavit, parvulorum hnmemor non fuit, immo eos ad se venire Impediri aegre ferens: *Sinite,* inquit, *parvulos*

venire ad me, tl ìie prohibueritis cos (Ml. 19, II). ₣‹›‹ igitur exemplar acetando, aient et id quod de seminariis a sacro Tridentino Concilio stabilitum habemus, si accidat ut aliquod puerorum semlnaristarum ecclesiasticum collegium pro cius cura, instructione et eruditione his nostris seminariis commendetur, illud ordinante domino episcopo admittere non recusetur, ut ita omnibus vita exempla sequentes magistri nostri Icsu animarum saluti et Christianae disciplinae itemque ecclesiasticae incremento modis omnibus curemus Incumbere.

681 XXXVI. - Icsus Cbristus, antequam inchoaret suam praedicationem, in desertum se contulit, ibiquo quadraginta diebus immoratus fuit; ndhucquo praedicationis tempore frequenter cum discipulis suis petere solebat solitaria loca, ipsique discipuli, ad Spiritum Sanctum recipiendum et ad fructuosiorem praedicationem, decem diebus in coenaculo manserunt. Haec exemplaria sequentes operarii ad exercitia spiritualia decem dierum ut minimum spatio semel quotannis, et unius dici singulis mensibus. sene recipiant.

685 XXXVII. • Spiritualia otium decem dierum exercitia seminarista, de quibus supra, operarii annuatim ministrabunt, postquam ii seminarium ingressi erunt, ct similiter ordinandis ante singula ordinum collationis tempora (in quibus qui ad maiores ordines assumendi suût in caeremoniis etiam horis commodis exercitabuntur), itemque sacerdotibus, tam sine curii quum cum curi animarum, tempore a domino episcopo assignando, necnon iis cccle-iasticis. quos dominus episcopus per particulares epistolas remittet, ita ut omnes dioecesis sacerdotes quolibet triennio semel saltem spiritualibus intersint exercitiis, prout dominus ĕpiscopo disposuerit, iuxta ordinem ct distributionem ab eo faciendam, eorum qui anno quolibet exercitari debeant: ac demum cuilibet cuiuscumque status personae extraordinaria poscenti exercitia etiam pro opportunitate ministrabuntur, ct omnes instruentur ut suis in domibus singulis mensibus unam diem eisdem dedicent exercitiis.

586 XXXVJII. - In praefatis exercitiis ministrandis illi ex operariis exercitabuntur, qui ad id specialiter a domino episcopo deputati fuerint ex iis qui a praeside tamquam aptiores d proponentur. Hi octodecim habebunt conciones per unam horam, binas singulis diebus, quarum octo, quia ad instructionem praecipue tendunt, nuncupantur conferentiac. sed omn< s decem et octo ad status ecclesiastici munia, reformationem, animarum suarum directionem, ac lesu Christi imitationem spectabunt.

587 XXXIX. - Spiritualibus exercitiis vacantes ad generalem praeparentur ĕonfessionem, et interim a missae celebratione, si sacerdotes sint, sene abstineant, conveniens erit. Orationi per duna saltem horas, lectione praecedente (in ds minimo computanda), quarum altera mane, altera vero vespere, uniti assistent; lectioni spirituali per tempus ipsis assignandum vacabunt, et divinum olllcium ac rosarium B. Mariae Virginis cum litaniis in ecclesia mediocri voce recitabunt: duplici conscientiae examine quotidie sedulo exercebuntur, '•ilentium totis ďcm diebus servabunt, et ad Dei praesentiam maxime attendent: nonnullis praeterea diebus moderatae tient mortificationes, quae omnia cum horarum distributione lain sunt ordinata.

Dr f/utu pertinent ad proximorum omnium salalem

588 XL. • Icsus Christus iter faciebat per civitates ct castella, praedicans et evangelizan^ regnum Dei, et duodecim cum illo. Haec vestigia sequentes operarii, d<‘ domini episcopi licenti i, aliquot ŝacerdote- ex iis qui in seminario fuerint educati vel actu educentur, aut alios aptos, si oportuerit, sicum ducentes, omnes populos, castella solitariasquo domos dioecesis in ₥missiombm peragrabunt. Qui. parvis In oppidis bini manebunt, in maioribus omnts associabuntur, et ex vicinis locis, si opus fuerit, aptiores convocabunt

confessorios, ut ita omnes sani ct infirmi maiori cum libertate ct animi solatio generalem confessionem explere valeant.

589 XLÏ. • Christianam doctrinam suis In his missionibus quotidie explicabunt: fidei mysteria, sacramenta, missae sacrificium, decalogi et sanctae Ecclesiae praecepta. ac modum actus fidei, spei et charitatis elidendi, dilucide declarabunt; et ea praecipui quae ad salutem sunt necessaria necessitato medii, rnultotlcs breviter iterabunt: singulis item diebus apostolica semplieitato et facili methodo populis praedicabunt quae Christus ðo minus praedicabat ut peccatores ad poenitentiam moveret, ac vitam ipsius ciusque passionem et mortem in concionibus non semel inculcabunt. ac meditationem horum mysteriorum dorttinacquo evangelica^ praxiin enixe persuadebunt: obligationesque parentum erga filios circa eorum educationem, et liliorum erga parentes quoad illorum nbedientinm frequenter declarabunt; atque omnia cetera, quae movero ad poenitentiam ac mutationem vitae possunt» in suis concionibus, exemplis et similitudinibus. ignito -piritu insinuabunt.

590 XLII. - Et quia de eo ab ipso Christo domino satis edocti Humus quod maxime offenditur ex neglecto in suis templis divini numinis cultu, ut ostendit quando de templo ementes et vendentes eiccit, quum nostris temporibus experiamur, quot irriverentils multo maioribus ecclesiae, ubi ipsummet Christum dominum praesentem habemus, afficiantur; operarii unum diem in qualibet missione assignabunt ad ponderandum, quantum Deu-» ex hoc laeditur, et mala quae populis inde obveniunt, ct «pianto maiora timere iure debent nisi emendentur.

591 XLI1I. - Et quoniam praecipuus missionum fructus in perseveranti t consistit, dicente Domino. Qwi *perseveraverit usque in finem, hic salvus erit (MI.* 10, 22), missionem suam concludent ad hanc perseverantiam fideles exhortando, quam ut consequi a Deo possint, frequentiam sacramentorum, Deiparae Virginis devotionem, S. Joseph!, S. Michaelis archangel!, Angeli Custodis, et aliorum sanctorum. ct etiam animarum purgantium. tamquam tutissimum medium ad eam consequendam, vlHcaeitcr persuadebunt, necnon quotidianam missae sacrificio assistentium debita eum devotione. Alias etiúm n gulas quotidie observandas illis ministrabunt. Pro indulgentiis enim consequendis, illi- etiam, quas ignorant, et quae operibus, seu orationibus, in quibus se exercent, sunt adnexae, ne ipsas ex ignoranti i voi negligenti^ amittant, populis persuadebunt, ut mane saltem singulis diebus generalem intentionem concipiant eas omnis lucrandi, quamquam ignotae illis sint; et etiam opera, quibus annexae sunt, applicandi iuxta intentionem Itoinunorum Pontificum, vel episcoporum, qui cas concesserunt; quam intentionem si quotidie repetant, eas consoci mm tur. Similiter, ne pauperes perdant, ut communiter accidit, meritum laborum suorum, tam eorum, quos ratione paupertatis vel alio ex titulo seu occasione patiuntur, quam eorum, quos pro alimentis quaerendis in terrae cultura, in officiis et exercitiis continuo sustinent, illos ‹!‹• eo instruent ut singulis diebus multotu s, vel saltem mane, ca omnia eum cunctis suis operibus Deo pro eius ǎmori et gloria et pro satisfactione suorum peccatorum ofTetant: idoinque consilium dare fidelibus omnibus in cunctis sermonibus non praetermittant, illud Apostoli repetendo; .S'írr *ergo manducatis, sia bibilis, sia aliud quid furitis, omnia in gloriam Dei Jacite* (1 C. 10, 31); ct illud: *Omnia vestra in charitafc fiant (Ibid.* 1G. 1 i).

J92 XL1V. - Ab ortu divi usque ad mcri«liem (dempto tempore ad inisse sacrificium et «luntuor minorum horarum divini officii recitationem necessario) sacramentales pro viribus confessiones excipient, poonitentes voluti Dei imagines. Ivsu C hristi sanguine redemptos, respicientes, et ad generalem confessionem peccatorumque radice- aperiendas leniter ct chnritativo disponent et iuvabunt, et praeter satisfactorias poenitentias, pro poetiitentium captu et necessitato, medicinales etiam adhibebunt; et in oratione intuitali cos. quos paratos invenerint, etiam instruent, maximeque eam omnibus rommendabunt; ct debitum modum vocalis exercendae, ne fructum eius perdant, edocebunt: unioulquo pro suo

captu ct statu recto in posterum vivendi formam tradent: an in Christiana doctrina sint bene Instructi pro qualitate confltentium semper explorabunt, et ob cius imperitiam alinm-vc causam indispositis absolutionem different,

593 XLV. - Populorum discordias conciliare, litesque componere, vel ad arbitros indices reducere sedulo studebunt; at ex operariis nemo flat litium arbiter, Christi verborum memor: *Quis me constituit iudicem inter wst (L.* 12, 14). Praeterea scholam Christi, nempe congregationem (ex qua uberes fructus ab iis colliguntur qui eam frequentant) in populosis locis, ubi nondum fundata fuerit, fundari curabunt: et parochis persuadebunt ut qualibet in parochi! rosarium B. M. V. recitandum stabiliant, et, si fleri possit pro qualitate locorum, oratio mentalis per horae dimidium liat. Si quae autem sint parochiae, in quibus doctrinae Christianae et sancti evangeli! declarationem iuxta sacri Concilii Tridentini decreta omitti forte invenerint, charitative et discrete parochum admoneant ut tanti muneris non sit immomor. Rectores quotine et primarios populorum accurate, sed summi! cum discretione et dexteritate, hortabuntur ut scandalis ab origine oxtinguendis invigilent, bonisque operibus stabilitis perficiendis ipslmet populo praeire studeant.

594 XLVI. Operarii unoquoque in oppido tanto temporis spatio consistent, quantum ad oppidanorum instructionem, confessiones audiendas, et omnia necessaria explenda necessarium esse cognoverint: et communione generali peracti!, semotüque omni visitatione praeterquam infirmorum, aliò se conferent; nihil temporale, praeter necessarium ad communem frugalcmque victum, etiamsi sponte oblatum accipient; nec precibus acquiescentes ultra necessarium tempus in oppido commorentur, memores Christum simili occasione respondisse: *Aliis civitatibus oportet me evangelizare regnum Dei, quia ideo missus sum (L.* 4, 43).

595 XLVII. - lesus Christus ludacam et eius finitima primum lustravit verbo ct exemplo; sed quum eius charitas ad omnes extenderetur, dixit apostolis: *Euntes in mundum universum. praedicate cvangtlium omni creaturae (Mc.* 16, 15). Quare ii mundum peragrantes fundaverunt ecclesias, suosque in illis rectores constituerunt, quorum adiutorio regiones fecundari, et in viam salutis aeternae dirigi melius possent. Sacris igitur his vestigiis inhaerentes operarii primum fecundaro studebunt exercitiis, missionibus, clericorumque formatione et directione propriam dioecesim ct territoria finitima; sed, sine corum praeiudicio. de domini episcopi licenti!, alias quoquo dioeceses, praesertim si a dominis episcopis sint vocati, perlustrabunt, spiritualia decem dierum exercitia ministrando omnibus sacerdotibus cum cura et sine cur! animarum in qualibet regione aliquo in conventu seu sacello vel in alio ipsius territorii loco ab ipsis dominis episcopis assignando, ad quem suos convocaverint sacerdotes; finlttsque decem exercitiorum diebus, in loco, ab eisdem describendo, missionem Incipient, et prosequantur, nisi ab culem Incipi dominis episcopis melius visum fuerit, servatis semper omnibus, quae supra dicta sunt, ut ita transeant do regione in regionem.

596 XLVIII. - Ut autem omnia supradicta magis propagentur, si nova seminaria stabiliantur, per quae Dei gloria, disciplina ecclesiastica, ct animarum profectus amplificetur. id apprime animadvertetur, lavante Domino, ut in unumquodque seminarium competens operariorum numerus admittatur. Itaque do domini episcopi licentia ad novas seminariorum fundationes, si ab aliis dominis episcopis requirantur, tot mittendi erunt, quot fuerint necessarii, dummodo in proprio seminario sufficiens operariorum numerus remaneat; quum ratio, charitas, zelusque animarum exigant ut seminaria omnia, quamvis inter se quoad gubernium separata, sibi invicem auxilientur. quo possint ad dioeceses omnes extendi. Fundatores autem ad novum seminarium transeuntes, huius regulas ct munia ad praxim redigere curabunt; et exinde, quandoqumque necessitas postulaverit, vel opportunitas sese obtulerit, vel proprii superioris praeceptum accesserit, ad suum seminarium tamquam ad propriam domum redeant, necesse erit.

597 XL1N. - Ut autem plura in unum colliguntur, operariorum muneris erit ad omnia suae vocationi consentanea, a domino episcopo ordinanda, charitatcm extendere; cuiusmodi sunt: clericos correctione indigentes ad seminarium missOH benigne et fraterne suscipere ac dirigere; tempore visitationis dioecesis dominum episcopum sociare, vel ei pro ire docendo, praedicando et confessiones audiendo.

598 L. - Ceterum, tametsi in his constitutionibus totum dictorum seminariorum institutum, ciusquo declaratio et observantia concludatur, vaque omnia a seminariis omnibus sub iisdem regulis fundatis summopere optetur adimpleri; tamen, quia multa in iis continentur, quae non omnia in omnibus aeque fieri poterunt, praesertim in principio alicuius fundationis, quando tot non adsunt operarii, quot sunt necessari ad ea penitus exequenda, et quia etiam nonnulla in iis continentur, quae initio ardua videri possunt: idcirco, adimendi causa animi anxietates ac peccandi pericula, declaratur quod hac constitutiones obligant citra ullum peccatum. Praeses vero maximam adhibeat curam, ut, quaecumque per operarios, qui in seminario sunt, exerceri possunt, adnmussixn observentur. qui etiam tenetur contravenientes corrigere et contumaces ad seminarium deferre?

BR 23, 292-306.

SYNODUS MONTIS LIBANI (1736)

De sacra ordinatione et de qualitate ordinandorum

599 18. In sacra ordinatione ab episcopo facienda considerari diligenter debet locus ordinationis et tempus. Locus quidem, ut sit proprius, sacer et publicus: proprius, quia in propria, non aliena dioecesi nisi ex ordinarii consensu, ab episcopo celebrari debet ordinatio, ut supra diximus; sacer et publicus, quia ordines, neque majores, neque minores, conferri possunt, nisi in ecclesia et inter missarum solemnia quemadmodum in rituali nostro praescribitur, quidquid sit de aliorum ritu, quibus extra missarum solemnia ad primam tonsuram vel ad quatuor minores ordines promovere fas est; vel aliorum, qui etiam in *missa praesanclificatoruvi* diaconum, subdiaconuin et lectorem, et hunc etiam sine missa ordinant; vel aliorum, qui ordines omnes usque ad presbyteratum inclusive extra missam conferunt. Id vero in nostra ecclesia fieri nulli episcopo permittimus.

Tempus autem, quo sacra celebrari debet ordinatio, episcopi arbitrio relinquitur; qui, quamvis quolibet anni mense et qualibet hebdomadae die ordines etiam majores conferre possit, id tamen curare debet, ut dominicas potius ac festos dies eligat, quibus inter missarum, ut diximus, solemnia et in publico cleri ac populi conventu sacras peragat ordinationes. Et quoniam a summis Romanis pontificibus patriarchae nostri saepius admoniti fuere, ut ritibus sanctae Romanae ecclesiae, quoad fieri potest, in sanctorum sacramentorum administratione conformius inhaerent: idcirco episcopos et archiepiscopos hortamur, ut in ordinum.

1 Cfr. Constitutiones Collegii Corsini Italo-Graecoruin-Albanensiutn, a. 1736 (BK 24. 186-102).

ac praesertim majorum, collatione, si non sabbata quatuor anni temporum, et quae dominicam de passione et dominicam resurrectionis antecedunt, saltem servent dominicas quatuor anni jejuniorum, quadragesimalis scilicet, apostolorum, assumptionis Deiparae et nativitatis Domini, quae in nostra ecclesia observantur.

000 19. Ordinari non possunt furiosi, amentes, criminosi, infames, peregrini et ignoti, servi, homicidae, irregulares, suspensi, interdicti, excommunicati, bigami, neophyti, ¡liberati, insigni corporis vitio deformes, manci et illegitimi, sine dispensatione rmi d. patriarchae, quae tamen raro et ex urgenti necessitate, vel ob evidentem ecclesiae utilitatem, et iis tantum concedenda est, quos jus ecclesiasticum a sacris arcet ordinibus. Qui sua voluntate homicidium perpetraverit, etiamsi crimen id nec ordine judiciario probatum, nec alia ratione publicum, sed occultum fuerit. nullo tempore ad sacros ordines promoveri possit, sed omni ordine et officio ecclesiastico care.at; si vero homicidium non ex proposito, sed ex casu, vel vim vi repellendo, ut quis se a morte defenderet, fuisse commissum narretur, quam ob causam etiam ad sacrorum ordinum et altaris ministerium iure quodammodo dispensatio debeatur, committatur loci ordinario seu viciniori episcopo, qui nonnisi causa cognita, et probatis precibus ac narratis, nec aliter dispensare possit.

601 20. Quando episcopus ordinationem facere disposuerit, sacerdotibus et aliis prudentibus viris peritis divinae legis ac in ecclesiasticis functionibus exercitatis committat, ut ordinandorum genus, personam, aetatem, institutionem, mores, doctrinam et fidem diligenter investigent et examinent; iique, vel saltem eorum unus, penes episcopum resideant, ac juramentum praestent de officio fideliter exercendo. Quia vero sacris canonibus cavetur, ut episcopus eos dumtaxat sacris initiet ordinibus, quos ipsi examinatores idoneos esse judicaverint, oneratur horum conscientia, ne spe aliqua, praemio, metu, aut alio affectu ducti, vel reficiendum approbent, vel approbandum reficiant; sed prudenter et secundum Deum deliberent, rectumque indicium ferant. Episcopus autem circa mores, doctrinam aut fidem ordinandi examinatorum non confessarii testimonium recipiat.

Mansi 38. 136 s.

Do formatione clericali normae particulares

(Ex Constitut. Congregationis seu Collegii sub titulo *Familiae fesu Christi* pro educatione alumnorum Sinensium et Indorum, approbatis per Litt. Ap. *Iniuncti nobis, 22* mart. 1736).

Cap. I.

602 IV. - Il collegio è degli alunni Cinesi, Indiani, o di qualsivoglia altra nazione, e costoro sono giovanetti, i (piali aspirano allo stato sacerdotale, e divenire ministri dell'Evangelo nelle straniero missioni: e saranno in questa nostra casa di Europa e ℞o paesi degli

infedeli istruii i e mantenuti a spese del collegio, e dovranno fare i seguenti voti semplici: primo ‹ii povertà; secondo d'ubbidienza; terzo di farsi sacerdoti; quarto d'andare e persistere nelle missioni; quinto di militare sempre sotto questo istituto.

603 Cap. **III.** - *Della povertà.*

Benché questa congregazione non sia fondata in povertà, nè li congregati facciano voto di questa virtù, nondimeno dovranno tutti amarla come preziosa margarita e studiarsi di praticarla diligentemente in tutte le cose, nello quali si potrà; imperocché, coai per menare la vita a similitudine della vita di Gesù Cristo, come per conseguire più facilmente e senza intoppi il fine che ci siamo proposti, dobbiamo concepire un odio irreconciliabile agli interessi mondani che ci distracrebbcro con non piccolo danno dai nostri apostolici impieghi. Dobbiamo ben persuaderci del gran tesoro e guadagno chi nella santa povertà sta rinchiuso, e tener fìsso sempre nel pensiero il bel detto di S. Paolo: *Est autem quaestus viaunus pietas cum sufficientia* (1 7'**J1Jb.c** dobbiamo desiderare fervidamente di non privarci di quella pace che gode chi non desidera niente qua sulla terni. Teniamo per regola l'ammaestramento di S. Paolo: *Habentes alimenta, et quibus teyúmur. his contenti simus* (1 *T.* G, 8). Per praticarla adunque utilmente si prescrivono le regole seguenti.

I. • Ognuno si contenti della povertà del vitto che somministra la comunità, c guardisi di lagnarsi se lo trova mal apparecchiato, anzi più tosto ringrazi! sempre il Signore che per mera bontà conceda a lui ciò che tanti poveri e mendichi stimerebbero una lautezza, ed alzerebbero le mani al Cielo se lo avessero. E per praticare santamente questo, rifletta ognuno che tutto gli vicn dato per elemosina sopra i meriti suoi, e non solo non si lagni alcuno, ma tutti con allegrezza abbraccino questo piccolo incomodo del povero alimento, considerando che con questo soddisfanno alla divina giustizia per le proprie colpe. Rifletta finalmente con serietà ognuno, che chi ha meritato le pene dell'altra vita, non dee mai lagnarsi per quanto patisca nel brevissimo corso di questa.

II. - Cerchi anche ognuno di praticare questa virtù nel vestire, nel letto, ed in tutto il mobile, dovendosi da' congregati fuggire in ogni cosa il superfluo, vano, e curioso, e massimamente il vestir drappi di seta, e l'usar argenteria. Stiano però bene avvertiti a non declinare nell'opposto estremo, cioè nella sordidezza, con andar macchiati, o sporchi, o cenciosi; imperocché si dee amare la povertà, ma praticare insieme con santa avvedutezza di sfuggire le sordidezze c le lordure, con porre ogni Studio acciocché in tutte le cose e in tutta la casa apparisca una povera e non affettata politezza.

III. - Abboniscano però sempre Paccuniular denaro, nè permettano a questa sfrenata passione, che abbia neppur piccolo ingresso nel loro cuore: ma quanto più presto si può, ognuno faccia buon uso delle sue entrate, spendendole, o servandone qualche porzione, secondo richiederà una santa o discreta prudenza, che ci ammonisce di provvedere a nostri bisogni, ma senza sollecitudine: non serbi jierò alcuna somma di danaro ninno per impiegarlo in compre di nuovi fondi o altri stabili senza espressa licenza del superiore.

t

IV. • Se avranno cura della coscienza da'nlcuno. non ^'ingeriscano ne'suoi interessi in modo alcuno, neppur pregati assistano ä testamenti di queste persone.

V. • Procurino tener l'animo e il cuore sempre alieno dal desiderio di Ottenere dignità. benefizi o pensioni ecclesiastiche; ed il procurarlo ‹› direttamente o indirettamente cercandolo o facendole cercare, c l'andar cercando mezzi per ottenerle, sarebbe una delle cause potenti pcr esser licenziati, se p‹ rò ciò si facesse senza licenza della consulta, come SÌ dirà qui sotto.

VI. - Si permette tuttavia che li soggetti ritengano que' benefìzi o altre rendite ecclesiastiche che possedevano pria d'entrare in congregazione, purché non riehieggano residenza, nò abbiano annessa cura d'anime.

VIL • E colla licenza del superiore da darsi previa la discussione c hi maggior parto dei voti consulta, si possano accettare quei benefizi c quelle pensioni che i superiori da pcr sé ci offeriranno, senza che neppur piccola industria o diligenza sia stata fatta per parte nostra, purché non portino seco obbligo di residenza o cura d'anime.

VIH. - E perchè potrebbero nascere vari accidenti ne' quali fosse espediente, anzi necessario, che alcun de' nostri dovesse procurarsi alcun benefizio o pensione, come a eagion d'esempio in caso che, per qualche infortunio, o perisse il suo patrimonio, o in gran parte si deteriorasse, in questi e simili casi, ñe (inali chiaramente si veda che non si cerca il superlino, ma il puro necessario per l'onesta sostentazione, il superiore deve dar licenza al soggetto bisognoso che usi le diligenze per ottenere tanto benefizio o pensione, quanto basti per provvedere å suoi bisogni, purché tuttavia i passi, che darà o farà dare per ciò, non siano strepitosi, e purché né a voce ne in scritto alleghi che egli è soggetto della Congregazione della Sucra Famiglia, e molto meno esponga lo fatiche in essa fatte; e s'avverta che l'osservanza di questa regola dee essere custodita con singolare esattezza, e la trasgressione dee esser castigata con gran rigore.

IX. • Finalmente si prescrive che se pervenisse alla notizia d'alcuni de nostri, che qualcheduno della congregazione avesse dato passo alcuno, o fatto far diligenze per ottenere qualche dignité, benefizio o pensione, questi, che ne averé avuto la notizia, dee subito participarlo al superiore, il quale lo manifesterà alla consulta per farne il debito risentimento, e correggere la trasgressione, e quando la cosa il meritasse, per licenziare ancora dalla congregazione chi avrà in ciò mancato.

X. - So alcuno de' congregati aspirasse a pratica più perfetta di povertà, potrebbe incorporarsi al collegio, alla qual cosa basterà il fare i voti che si fanno dai collegiali, ancorché non volesse far quello d'andarc nelle missioni straniere; in qual caso, benché egli resti padrone della proprietà del suo patrimonio, tuttavia non ne potrà aver l'uso, nè l'ainministrazione, ma hi comunità gli somministrerà il tutto, e gli assegnerà per il suo mantenimento parte delle rendite, e dell'altre ne distribuirà come ed a chi meglio le parerà, cioè prima d'entrare, perocché quando sarà entrato e si sarà incorporato nel collegio, per ciò che spetta all'uso ed åmministrazioni delle sue rendite, egli ha da portarsi come se affatto non fossero suo. In quanto all'abitazione non è necessario che convivano in collegio, potendo convivere con i nostri della congregazione, u dopo dieci anni di comunità, inclusovi anche quello del noviziato, avranno questi, come ogni altro de' nostri, la voce attiva o passiva.

604 Cap. IV. • *Della povertà de collegiali.*

I collegiali fanno il voto semplice di povertà, perchè dovendo imitar Gesù Cristo, ed abbracciar la vita apostolica, debbono sopra tutto distaccarsi da ogni affetto all'avere o alla roba, onde oltre le pratiche già descritte, devono osservare lo seguenti regole.

I. - Essi per lo voto non possono possedere nè aver propria cosa alcuna, né ritenere o usare come propri alcuni beni, o mobili o stabili che siano, che lor pervenissero, o per donazione, o per limosina, o per qualsivoglia altro titolo d'eredità, o legato, eccetto che se pervenisse loro «inaisivoglia cosa per qualsivoglia giusto titolo da parenti Ano al quinto grado, poiché in questo caso si permette loro rilasciarlo o donarlo a' parenti fino allo stesso grado, se vi saranno, altrimenti' s'intenda tutto elicsi acquisti alla comunità, ed è e dee essere del collegio, del quale sono figliuoli, e dal quale hanno ricevuto la dottrina e mantenimento, cd al quale sono debitori di tutto cl«ù che acquistano, acciocché possa mantenersi e vie più crescere ed aumentarci per la maggior gloria di Dio e per li vantaggi del prossimo, e dee essere con piena libertà soggetto alla disposizione ed amministrazione del superiore.

656 (246) § 17. - Clericos autem et sacerdotes in laicorum domibus eiusmodi ministeriis addictos, quae eorum gradum et professionem dedeceant, quaeque eos a divinis obsequiis, et propriae perfectionis cultura, ad illiberalium occupationum et saecularium negociorum agitationem traducant, quantumvis honestioribus in speciem titulis susceptum servitii genus aliquando obtegere adnitantur, ne patiamini quietos in suo dedecore insordescere, aut forte obtirmatos, de sua ab Ecclesiae castris defectione impune gloriari; sed omni pastoralis sollicitudinis studio, et, quatenus opus sit, tota ordinariae ac delegatae iurisdictionis auctoritate, servatis servandis, eosdem ad ecclesiasticae vitae instituta, et ad clericalis militiae munera revocare curetis.

HR *Cont.* 1, 252 s.; PF /izs *Pont.* 4, 32 s.; *Collect.* 1, 270; CIC *Pontes* 2, 593 B.

Do linguarum Hebraicae, Graecae, Latinae studio enixe promovendo

(Ex Const. Ap. *Cum Scriptura,* 18 auR. 1760).

657 (247) § 1. - Cum Scriptura omnis *divinitus inspirata,* teste Apostolo, *utilis sit ad docendum., ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum iniustitia, ut perfectus sit homo Dei, et ad omne opus bonum instructus* (2 *T.* 3, 16 s.), duo in primis necessaria sunt: Divini luminis illustratio quae Fidelium mentibus in Ecclesia Dei sensum veritatis aperiat, deinde assidua cura ac diligentia in sacris paginis evolvendis, perscrutandisque, ut, quemadmodum scribit D. Gregorius Magnus Praedecessor Noster, *Discamus cor Dei in verbis Dei, et ad caelestia gaudia ardentius suspiremus.*[1] Cum autem pleraque ardua sint, ac intellectu ditHcilia in iisdem explicandis, interpretandisque, plurimum conducere indubium est trium praesertim linguarum peritiam Hebraicae, nempe, Graecae, et Latinae; unde inquit S. Augustinus: *Magnum remedium est linguarum cognitio: Latinae guidem linguae homines guos instruendos suscipimus, duabus aliis ad Scripturarum Divinarum cognitionem opus habent, Hebraea scilicet, et Graeca, ut ad exemplaria praecedentia recurratur.*[2]

658 (248) § 2. - Hanc ob causam Romani Pontifices Praedecessores Nostri, firmissimum Catholicae veritatis praesidium in sacrorum librorum usu, undo incorrupta fidei, morumque doctrina dimanat, divinitus positum recensentes, eo praecipuam suam curam, et providentiam contulerunt, ut linguarum eiusmodi studium excoleretur: e quibus Clemens V, in Fiennensi *Concilio* sapientissime constituit, ut non solum apud Romanam

[1] *Epist.* lib. 4, cp. 31 *(ad Theodorum medicum):* ML 77, 706.
[2] *De doctr. christ.* 2, 11. 16: ML 31,42.

Sedem, sed et in insignioribus tunc temporis Academiis, scholae erigerentur ad eiusmodi idiomatum notitiam adipiscendam:[1] itidem Sacrosancta Tridentina Synodus, ne caelestis iste Sacrorum librorum thesaurus, quem Spiritus Sanctus summa liberalitate hominibus tradidit per incuriam Saecularis, et Regularis Cleri neglectus iaceret, ad Veteris ac Novi Testamenti expositionem potissimum, praebendam Theologicam in Cathedralibus aliisque insignioribus Collegiatis institui mandavit, in Coenobiis vero Sacrae Scripturae lectiones haberi praecepit/ Ad haec Summus Pontifex Paulus V, pariter Decessor Noster in sua Constitutione, quae incipit *Apostolicae servitutis,* die 31 iulii 1610,[3] strictius quoque Praelatis Regularium tam mendicantium, quam non mendicantium indixit, ut iis in Coenobiis, ubi studia vigent, Magistri atque Doctores eiusmodi linguarum honeste sustentarentur.

659 (249) § 3. - Extat etiam Congregationis Cardinalium Fidei Propagandae praepositorum decretum diei xi aprilis anno mdcxxv evulgatum, quo exequutio Bullae Pauli V demandatur, ut apud religiosos praesertim viros Sanctissimae Religionis Nostrae propagatores, Hebraicae, Graecae, ac Latinae linguae cultus promoveatur:[1] neque desunt exempla illustrium Episcoporum, qui suis in Seminariis, Clericos hac Orientalium linguarum disciplina instruendos enixe curarunt, e quibus illud commemorare lubet clarissimi in Patavina Sede Antecessoris Nostri Venerabilis Gregorii Barbarici. quem semper uti Antesignanum. Magistrum, Ducemque Nostrum in ea regenda suspeximus, cuius nominis inter Caelites referendi causa modo feliciter agitur. Is enim Apostolicarum eiusmodi sanctionum egregie conscius, et pietatis, et doctrinae amplificandae cupidissimus non tam scholam aperuit ad Hebraici, Graeeique idiomatis eruditionem in Patavino Seminario comparandam,[3] verum etiam utriusque linguae formas in Typographiam invexit, ut firmiores studia haec inibi radices agerent, indeque in alias quoque Christiani Orbis plagas diffunderentur.

660 (250) § 4. - Quibus ex causis cum Summorum Pontificum Decessorum Nostrorum in Romana Cathedra, tum vero etiam illius Ven. Antistitis in Patavina, vestigiis inhaerentes, ipsi quoque muneris Nostri esse intelligimus, Pontificiam omnem auctoritatem, ac gratiam Nostram iis conferre, qui in sanctionum eiusmodi implementum ad Divini Nominis gloriam, et Catholicae fidei, atque pietatis incrementum, in Sacris eloquiis ad verum, germanumque Ecclesiae sensum explanandis, interpretandisque naviter, ac laboriose desudant.

BR *Coni.* 4, 403 s.; PF *Ius Pont.* I. 59 s.

[1] *Clemenlin.* 1. 5, t. 1, cap. 1 (CI 2. 1179).

[2] Scss. 5, *De lief.* c. 1: Mansi 33. 29 s.

[3] BR 11, 625.

[4] Cf. S. C. DK Prop. Finn decr. *Quoniam a Concilii Viennensis,* 1G oct. 1623; PF *lux Pont.* 8, 10.

[5] Cf. *Institutionum ad universum Seminarii Patavini regimen pertinentium epitome,* pars IV, cap. 13 ct 14.

10

De clericali disciplina instauranda

(Ex Instruct. *Paternae* nd Episcopos Rami Sardiniae, **1i** ian. 1761).

661 (251) § 2. - Cum sicut nuper non sine animi Nostri molestia accepimus, plures, nonnullo ab bine tempore, in iato Regno Sardiniae suborti sint, ac vigeant abusus, tum quoad Scholares, qui Clericali Militiae adscribí desiderant, tum quoad Clericos Coniugatos, tum etiam quoad Laicos, seu Saeculares personas ob exemptionem Fori ratione servitii, quod praestant Curiae Ecclesiasticae, aliisque Locis Piis, quibus sunt addicti: hinc est, quod Nos, omnes abusus inordinationesque huiusmodi. quantum cum Domino possumus, corrigere, reformare, et e medio tollere, ac piis diarissimi in Christo fdii Nostri Caroli Emmanuelis Sardiniae Regis Illustris votis benigne obsecundare volentes, quamdam *Instructionem* Vobis tradendam, ad dictos abusus in Regno praedicto penitus evellendos accomodatam, quam certi sumus ipsi Carolo Emmanueli Regi, gratam acceptamque fore, concedere curavimus tenoris sequentis, videlicet:

662 (252) ' Dopo aver Noi secondate le rottissime intenzioni di S. M. il Re di Sardegna, provvedendo mediante un nuovo special Breve in data 21 marzo 1759 ai gravissimi disordini, che succedevano in quel Regno, con pregiudizio della giustizia e della pubblica tranquillità, per il troppo facile e commodo confugio dei rei all'asilo delle Chiese, ed altri luoghi immuni, eccitati nuovamente dall'instancabile zelo della M. S., non meno per la conservazione della disciplina della Chiesa ne' suoi Domini, che per il bene de' suoi Sudditi, abbiamo creduto di dover dare anche nuovi provvedimenti per rapporto all'immunità personale, ed al miglior sistema della Gerarchia Ecclesiastica in quel Regno.

« Informati pertanto degli abusi introdotti in ({negli Ecclesiastici, e passati anche nei Laici, a titolo di vari Impieghi, e Uffizi in servizio delle Curie Ecclesiastiche, e Luoghi Pii, con disdoro degli uni, e con molto danno dell'universale degli altri, dopo sentito il parere di alcuni Cardinali e Prelati sperimentati, e pratici di questa materia, abbiamo stabilito coll'intelligenza della M. S. la presente Istruzione, sulle treccie di quella, che dalla Santa Memoria di Benedetto XIV fu nel 1742 fissata per il Piemonte,[1] sicuro, che come intesa anche col Regio Ministro Plenipotenziario in Roma incontrerà il pieno gradimento di S. M., e che dando perciò Ella gli ordini necessari ai suoi Regi Ministri di uniformarsi alla medesima, ne sarà col concorso di ambedue le Podestà più costante ed esatto l'adempimento, e si renderà sempre più inalterabile in quel Regno la perfetta pace ed armonia fra il Sacerdozio e l'impero.

« E per procedere nella presente Istruzione colla dovuta chiarezza, si tratterà in primo luogo dei veri Chierici, e Chierici Conjugati, e della loro Riforma, e successivamente della qualità, e numero de' Laici, che

1 [Cfr. n. 648).

essendo addetti al servizio della Chiesa, e della Curia Ecclesiastica debbano, o non debbano "odere dei Privilegi del Foro, e deH'Irnmunità personale, in conformità di quanto si dispone negli articoli seguenti ».

Deinceps in art. I-XII eaedem normae scriptae Inveniuntur, ct quidem fere iisdem verbis, quae pro Regno Neapolitano supra, nn. (138-647, datae sunt.

HR *Coni.* 4, 131-434.

PIUS VI (1775-1799)

De scientiarum studiis pietati morum conjungendis

(Ex Litt. Encycl. *Inscrutabile,* 25 dec. 1775).

603 (253) § 4. - ... Quum satis persuasum vobis omnibus arbitremur, praecipuum Ecclesiae bonum ex eo derivari, ut nemo, nisi per omnia probatus, clericali adseribatur militiae; necesse non est, ut eorum, quae in hanc rem sanctionibus sunt constituta canonicis, diligentissimam vobis commendemus observationem. Pro eo enim, quo incensi estis studio, id accuratissime perficietis, ut qui sanctitate morum non praestant, qui docti in lege Domini non sunt, qui demum aut nullam, aut tenuissimam de se suaque industria praebent exspectationem, illis ad ecclesiasticam militiam nullus pateat aditus; ne (pii vobis manus debent adiutrices in pascendo regendoque grege exhibere, ii labori vestro addant laborem, molestiam molestiae, sintquo vobis impedimento, ne eos vineae fructus Dominus a suis cultoribus accipiat, quos in futuri retributione iudicii a vobis severissimus aeque ac iustissimus exactor Christus requiret.

664 (254) Sanctitate praecellat oportet et doctrina, qui sacerdos est futurus; repellit quippe a se Deus, ne sacerdotio sibi fungantur, qui scientiam a se repulerint *(Os.* 4, 6), nec operarius ad messem par aptusque esse potest,[1] qui inorum pietati scientiarum non coniunxerit studia. Quod quum fieri sine accurata institutione non valeat, eapropter opportune decretum est, ut in unaquaque dioecesi clericorum collegium *pro modo facultatum,* si deesset, institueretur: [1] institutum autem studiosissime conservaretur. *Nisi* enim u *teneris annis ad pietatem et religionem informetur,* atque in literarum palaestra exerceatur, ad lubricum iter *prona* ac proclivis *adolescentium actas,* quo pacto fieri poterit ut vel *in disciplina ecclesiastica* sancte *perseveret,*[3] vel eos in humanis ac sacris literis progressus faciat, quos ad populi fidelis exemplum atque institutionem ministerium Ecclesiae postulati Collegia huiusmodi recte instituta, sancte conservata studio vestro atque aptissimis legibus diligenter communita, multoque magis quam antea amplificata esse in singulis dioecesibus fa-

[1] (Cf. n. 627].
[2] (Cf. n. 200].
[3] *Ibid.*

cile Nobis persuademus; praesertim posteaquam immortalis memoriae Benedictus XIV praedecessor Noster id operis, tamquam muneri vestro pernecessarii, unicuique vestrum tantopere commendavit? Quamobrem siculi apostolicae laudationis praeconio eximios labores ac diligentiam in iisdem colendis augendisque fraudare non possumus; ita, si forte in aliqua dioecesi, aut instituta adhuc non essent, aut otiosa detinerentur, non possumus non vehementer eos, ad quos spectat, impellere, iliisque etiam praecipere, ut in rem adeo utilem omni virtute enitantur.

BR *Coni.* G, 182 s.; CIC *Fontes 2,* 650 s.

De ratione consulendi vitae Seminariorum

(S. C. Concilii in *Fanen.* 18 dec. 1790).

665 (255) [§ 5.] - Quantum Religioni proficua sit clericorum institutio in Seminariis, nemo est qui ignoret; maximeque propterea sollicitum de ea fuit *Sacrum Concilium Tridentinum, sess.* 23, *cap.* 18 *de *reform.* Certa ad illorum conservationem atque incrementum praescripsit *Sancta Synodus* media: sed ubi deficiunt, consulendum est ex superfluis saecularium Confraternitatum, aliarumque piarum, licet immunium, institutionum redditibus...

SCC *Thesaurus* 59, 233 s.

De summa Seminariorum necessitate ad clerum accurate pleneque instituendum

(Ex *Ordinamento Ecclesiastico in Corsica,* 30 sept. 1795).
[Istanze fatte a Pio VI *circa oauelli di ecclesiastica disciplina,* e Risposte di Sua Santità]

De' Preti

666 (256) Art. 21. - Dopo che l'Università di Corsica sarà stabilita, veruno potrà essere promosso agli ordini sacri, se non giustifica aver fatto il corso degli studj per tre anni nell'università, o in qualunque altra del continente, e se non presenta il certificato di frequenza e di diligenza degli studj.

Risposta. Le leggi vegliatiti di Santa Chiesa hanno a sufficienza proveduto per mezzo de' seminarj vescovili all'istruzione ed educazione della gioventù che desidera esser promossa agli ordini sacri; e all'istruzione poi de' regolari abbastanza han provveduto con quei conventi che chiamatisi di studio; laddove col corso degli studj da farsi nella università non si provede alla compiuta istruzione di coloro che desiderano essere

* *Epist. Encycl.* n. 1741 [Cfr. nn. 828-634].
' [Cf. nn. 290-296].

promossi agli ordini sacri, tanto più che non s ignora da chicchessia che in qualunque università del continente .-/insegnano massime ugualmente contrarie ai diritti della religione e a quelli del principato. Per questi ed altri motivi, che per brevità si tralasciano, Sua Santità si è creduta in dovere di negare l'assenso all'istanza proposta nel presente articolo.

Concord. 535.

PUS VII (1800-1823)

De Seminariis clericorum in (.'allia

(Ex Convent, eum República Gallica, 15 iul. 1801).'

667 (257) Art. 11. - Poterunt iidem episcopi habere unum capitulum in cathedrali ecclesia, atque unum seminarium in sua quisque dioecesi, sine dotationis obligatione ex parte gubernii.

Concord. 564; BR *Coni.* 7, 150.

(Ex Const. Ap. *Ecclesia Christi,* qua Convent, cuín República Gallica confirmatur, 15 aug. 1801).

668 (258) § 22. - Cum vero tum clericorum institutioni, tum episcoporum consilio, suaeque ecclesiae ad minisi rationi consulere necesse sit. illud non omisimus, ut iidem episcopi unum habeant in cathedrali ecclesia capitulum, unumque seminarium in sua quisque dioecesi, quamvis gubernium ad dotationis obligationem non se adstringat.

CIC *Fontes* 2, 716; cf. BR *Cont.* 7. 171.

De sollicita cura quam Episcopi in clericorum Seminaria conferre tenentur

(Ex Litt. Ap. *Quod Fcclesiae,* 15 sept. 1801).

669 (259) § 1. - Quod Ecclesiae, civitatisque utilitas, et salus maxime postulat, ut aetatis tenerae ad virtutem omnem, ac pietatem, et ad bonas artes fingantur, et informentur ingenia, et mores, id omni studio, et diligentia curare praecipue debent ubique gentium Romani pontifices, et in sua quique dioecesi episcopi. Ex quo sollicitos illos vehementer esse oportet. Concilii quoque Tridentini praeceptis saluberrimis admonitos,2 de Seminariis clericorum recte constituendis, sustentandis, conservandis, amplificandis: neque est eiusmodi negotio aliud quidem in humanis praestabilius, aut potius habendum.

BR *Coni.* 7, 182 s.

' [Ct. n, 697).
' (Cf. nn. 290-296).

SYNODUS SUTCIIÜENSIS (1803)

De Ordinis Sacramento

670 Ea est messis multitudo et operariorum paucitas, ut quisquis zelum animarum habet, continuo rogare debeat Dominum messis, ut mittat operarios in vincam suam; tanta vero est dignitas ordinis ecclesiastici, praesertim sacerdotalis ad vincam excolendam destinati, tot et tam sancta sunt cius officia, ut nomo ad illum assumendus sit, qui morum innocentia, vel probitate, indolis mansuetudine et docilitate, ingenii altitudine ot intentionis rectitudine se a Deo vocatum non comprobet, quique per longum tempus non fuerit probatus et in disciplina ecclesiastica rebusque divinis recte institutus atque edoctus. Hinc sequentia statuere decrevimus:

671 I. - Quicumque adolescens postulaverit in seminarium admitti, missionarius nec statini annuat, nec renuat; sed admoneat illum, ut abdicatis propriis affectionibus, divinam voluntatem precibus enixis et assiduis prudentique consilio inquirat et agnoscere satagat; interim vero ipse missionarius serio exquirat, perpendat ct probet, quantum fleri poterit, an habeat dotes supradictas. Quodsi post unum aut duos annos cum aptum indicaverit, vicarium apostolicam certiorem faciat, adolesccntisquo animi, indolis et ingenii qualitates diligenter et sincero aperiat, ut decernat quid factu opus sit.

672 II. - Nullus deinceps in seminarium admittatur, nisi cius sit aetatis, in qua, quid agat ct quam viam sibi aperiat, plene dignoscere possit, annumque saltem decimum quartum compleverit, nec non prius a nobis ipsis, vel ab alio sacerdote ad hoc praeposito per unum aut alterum mensem probatus fuerit, an dotibus enuntiatis praeditus sit et studiis aptus.

673 III. - Latini sermonis peritia ct accurata scriptio, sacrae theologiae cctcraque studia, Quantum ilcri potest, promoveantur in seminario, inter alumnos aemulatio provocetur. Praeter quotidiana studiorum exercitia ct privatas disceptationes de latino sermone vel theologia, bis in anno flant disputationes sive examinationes communes, praesentibus, superiore ct aliis. Si qui adsint, sacerdotibus, de iis libris vel tractatibus, quibus praecedenti semestri studuerint; quolibet anno aut saltem biennio certior flat vicarius apostólicas de singulorum profectu cum in littoils ct scientiis, tum in pietate, nec non de eorum moribus et indole.

674 IV. - Quilibet alumnus, quandocumquo superiori seminarii pro tempore existenti visum fuerit, cui facultatem concedimus ad id alumnos adigendi, emittat iuramentum iuxta formulam consuetam, inserviendi tantummodo huic missioni, neque ad alienas transmigrandi, vel dimittatur. Si autem in posterum collegium generale extra fines harum missionum in regione extranea restauretur, ut spes quaedam affulget, volumus ut tunc praedicto Juramento, hoc aliud superaddatur, commeandi scilicet ad dictum collegium, ei ita mandaverit vicarius apostolicus. ibiquo studiis operam dandi, donec in suam provinciam verti iussus fuerit.

675 V. - Qui ad ordinein ecclesiasticum sc a Deo electos et vocatos existimant, gaudeant quidem de dono, sed trepident de merito; potius respiciunt ad exiguitatis suae tenuitatem et indignitatem statusque magnitudinem ot periculum, quam ad honoris et gloriae humanae splendorem; caveant ne elata aviditate culmen appetant, unde multi exciderunt et misere perierunt, sed potius onus reformidantes, placida humilitate exspectent, donec ipse Deus assumat ct statuat «pios vocavit. Interim alumni omnes diligentlsslmam dent operam, ut inscientia pietate ct virtutibus de die in diem proficiant, ncc unquam tam excêl-
MBf 1 lenti vocatione indignos so praebeant.

676 VI. - Multis quidem operariis opus est, ut vinea Domini ex illius praccepto rite semper colatur, multaque messis in cius horreum reportetur, sed testibus ss. patribus ct conciUls, satius est paucos habere bonos et doctos, quam multos malos vel ignorantes, qui vi-

tue pravitate aut ignorantia perniciem, non salutem, plebi Christianae afferre solent; unde ad ordines sacros, praesertim sácenlotalem, nullus assumatur Rivo praesentetur, nisi quem post longam in seminario probationem coelestis sapientia, probi mores, diuturna iustitlae ct castitatis observantia competentisque scientiae acquisitio commendant.

677 VII. - Alumnus, quem superior seminarii post confectum theologiae curriculum suiHcientcr probatum et idoneum exhibuerit, priusquam ad sacerdotium promoveatur, per unum saltem annum, nisi aliter vicario apostolico visum fuerit, exerceat officium catechIstac in comitatu alicuius missionari! curopaei, qui eum iterum probare atque in disciplina ecclesiastica scientiaque theologica magis ac magis erudire debeat,

678 Vili, - Sacros ordines suscepturus, quo diligentius perpendat vitae rationem, cui SC illos suscipiendo sancte adfltringet, ac proinde re tota accuratius deliberata, puriori mente ardontiorique animi voluntate ad rem tanti momenti accedat, priusquam iis sacris ordinibus initietur, ab hominum congressu sive conversatione se subducat ct in locum secedat, ubi al) omnibus curis et occupationibus liber, cum omnis antenotar vitae suae peccata diligenti conscientiae discussione rite confiteatur, tum in salutaribus meditationibus aliisque spiritualibus exercitationibus totus versetur, duce ct moderatore sibi adhibito viro religioso et perito, quem episcopus praefecerit: in illis autem quinque saltem diebus persistat.[1]

Mansi <39, 37 s.

De Seminariorum dolatione et regimine in Dicione Italica

(Ex Convent, cum Republica Italica. 16 sept. 1803).

679 (260) Art. 9. - Servabuntur capitula Ecclesiarum metropolitanarum et catliedralium, itemque collegiatarum saltem insigniorum, eaque convenienti bonorum dotatione fruentur. Convenienti item bonorum dotation© fruentur mensae archiépiscopales et episcopales, seminaria, fabricae Ecclesiarum metropolitanarum, cathedralium et collegiatarum saltem insigniorum, et paroeciae.

Hae dolationes, quam citius iteri poterit, a Sanctitate sua, collatis cum gubernio consiliis, constituentur.

680 (261) Art. 10. - Doctrinae ac disciplinae institutio, educatio et administratio seminariorum episcopalium subiiciuntur auctoritati Episcoporum respectivorum iuxta formas canonicas.

681 (262) Art. 18. - Clerus a quolibet servitio militari exemptus erit.

Concord. 569, 571; BR *Coni.* 7, 476 s.

1 Ct. SynOdus Nationalis in monasterio S. Antonii apud Carcafe in monte Libano celebrata, 23 iul. - 7 aug. et 4-19 aug. 1806: Mansi 46, 755 s.

... Sceglieranno [i sacerdoti] pel collegio quei giovani che hanno tenuta morigerata condotta, che sono d'indole buona, di mente sagace e di prospera salute e simile (dopo però di avere precedentemente intesa la volontà del loro vescovo...). Quindi [il vicario generale] gli rilascerà la fede del battesimo per conoscere la sua età e la validità del battesimo.

[Collegii condendi..., pars II, cap. I, Reg. IV (Mansi, t. 46, col. 895)].

685 In caso poi commetterà [l'alunno = il seminarista] delle mancanze gravi, per le quali inerita di essere licenziato, c. e. se suscita delle continue turbolenze e litigii, o va pubblicando spesse volte i casi segreti degli scandalosi avvenimenti nel collegio, o si ubbriaca, o trasgredisce il sesto precetto, o attendo al divertimento e al continuo ozio... se questi o simili delitti ad essi succederanno... siano per la prima volta severamente castigati dal rettore, per la seconda volta rigorosamente puniti, e per la terza volta sia cacciato il delinquente, perchè non perverta gli altri compagni.

[Collegii condendi..., pars II, cap. V, Reg. IX (Mansi, t. 46, col. 907-908)].

686 Ordiniamo che non si venda assolutamente cosa alcuna dei fondi addetti al collegio; e se la circostanza indurrà a far ciò, sia questo eseguito conforme è stato disposto al n. 4 del capitolo 3 della parte 1 negli atti del nostro sinodo [= Qarqafen. t. e. col. 70S], e non si effettuerà la vendita se non col permesso del patriarca, del rettore e di una congregazione dei suoi maestri, ed ogni istromcnto di vendita sarà emanato a nome del patriarca e del rettore, mediante li loro sigilli col consenso di tutti i maestri; in tal caso quell'istromento sarà riconosciuto come giuridico. Noi imponiamo un gravo peso alla coscienza de' suddetti, affinchè nulla vendine, conforme abbiamo detto, se non che in occasione di motivi evidenti, come di necessità o di bene generale o di vantaggio, come si è esposto nel canone del suddetto sinodo.

[Collegii condendi..., pars 111, cap. III, Reg. IV (Mansi, t. 46, col. 912)].

687 Gli alunni devono confessarsi e comunicarsi una volta la settimana o almeno ogni quindici giorni, oltre le feste domenicali, della Madonna od altre distinte feste.

[Collegii condendi..., pars II, cap. V, Reg. I (Mansi, t. 46, col. 905)].

688 Noi mediante l'autorità di questo nostro santo sinodo, I0 accordiamo la facoltà al rettore del collegio ed alli detti maestri di poter ascoltar tutte le confessioni dei loro discepoli e delli servi particolari, delli visitanti e di quelli ancora, che si presenteranno in collegio (purché non sia vicino il luogo delle loro parrocchie) esercitando verso di loro la pienezza della servitù spirituale a loro necessaria, come se fossero loro curati particolari, di qualunque diocesi essi siano di nostra nazione. 2° Riserverà a sè il rettore l'assoluzione di alcuni peccati, che di rado accadono, e consegnerà alli maestri un loglio, in cui venga espressa la di loro impotenza nell'assolverli.

[Collegii condendi..., pars I, cap. I, Reg. V (Mansi, t. 16, col. 884)].

Però tanto li confessori ordinarii che straordinarii egualmente siano destinati dal rettore...

[Collegii condendi..., para II, cap. V, Reg. I (Mansi, t. 16, col. 905)].

Ciascheduno alunno [seminarista] dovrà palesare la sua coscienza ed i suoi pensieri al rettore o al prefetto, almeno una volta al mese, per aver da questo direttore tutto ciò che gli sarà di vantaggio per la quiete della sua coscienza, suo progresso nelle virtù.

[Collegii condendi..., para II, cap. V, Reg. I (Mansi, t. 16, col. 906)].

Per la recita dell'offizio, per la messa cantata... delle ore diurne... mezz'ora per... una breve meditazione...

[Collegii condendi..., para II, cap. IV, Reg. I et III (Mansi, t. 46, col. 902)].

Nei detti giorni (domeniche e feste) sarà fatta la conferenza spirituale dai maestri.

[Ibidem, cap. V, Reg. I, col. 905).

Ogni anno nella prima settimana di quaresima si faranno gli esercizi generali... Nel primo giorno della quaresima di mattina... sino alla sera del sabato prima dell'orazione del tramontare del sole.

[Collegii condendi..., para II, cap. V, Reg. X (Mansi, t. 16, col. 908)].

689 Comanderà il rettore di fare un libro di conti particolari, in cui registrino le provenienze stabili od avventizie... e nel mese di decembre di ciaschedun'anno si tireranno tutti i conti del dare ed avere annuale, e si registrerà nel libro maestro. Ed il patriarca avrà il diritto di riscontrare questi libri e carte e di esaminarle una o due volte Panno, e non potrà il rettore del collegio occultargli alcuna cosa.

[Collegii condendi..., para I, cap. I, Reg. III (Mansi, t. 46, col. 888)].

Però se non si troveranno persone pie a stabilire questa fratellanza pel servizio del collegio, allora il rettore procurerà di procacciarsi persone secolari pie...

[Collegii condendi..., para I, cap. III, Reg. I (Mansi, t. 46, col. 888)].

Conviene ad ogni vescovo della nostra nazione di avere cura del bene di questo collegio, e lo aiutino per quanto loro è possibile...

[Collegii condendi..., para I, cap. II, Reg. IV (Mansi, t. 46, col. 886)].

Le messe poi e l'esequie particolari da eseguirsi per l'anime di coloro, i quali avranno nelli loro ultimi testamenti lasciato qualche posizione a favore del collegio, queste saranno fissate dal rettore, a cui anche incomberà fissar ciò secondo l'intenzione di coloro, i quali avranno esibita qualsiasi elemosina in vantaggio del collegio; siccome pure converrà che fissi ciò che sarà necessario per suffragare l'anime dei patriarchi, vescovi e dei curati allievi del collegio e di altri per quel che avranno lasciato nei loro ultimi testamenti.

[Collegii condendi..., pars IH, cap. II, Reg. H, (Mansi, t. IG, col. 911)].

690 Che se qualcuno dei maestri [del seminario] avrà commesso un delitto degno di sospensione o di gran gastigo, sarà eseguito dal patriarca se sarà presente; altrimenti dal rettore...

[Collegii condendi..., pars I, cap. I, Reg. IV. n. 7 (Mansi, t. 46, col. 884)].

Siano li detti maestri [del seminario] sotto l'ubbidienza del rettore in tutto ciò, che loro comanderà.

[Collegii condendi..., pars I, cap. I, Reg. IV, n. 2 (Mansi, t. 46, col. 883)].

I maestri, che dovranno essere necessariamente in questo collegio, saranno (piatirò. Il primo di essi insegnerà gli elementi, i precetti e sintassi dell'araba lingua, e la rettorica, per quanto farà d'uopo. Il secondo sarà il maestro di grammatica greca, che dovrà essere molto versato in questa lingua, e il medesimo sarà ancora maestro del coro e di tutto ciò, die riguarda i riti e le cerimonie. 11 terzo, il maestro di filosofìa... e fisica ancora per (pianto sarà conveniente. Il (piarlo sarà un valente maestro di teologia dogmatica e morale.

[Collcaii condendi..., pars I, cap. I, Reg. IV (Mansi, t. 46, col. 883)].

691 ... È necessario che abbia [il collegio = seminario] un rettore particolare, perchè presti al medesimo, la sua assistenza e lo governi in tutto ciò che appartiene al di lui regolamento e buon ordine... Inoltre benché questo rettore deve dipendere generalmente nelle cose di rilievo dalla volontà del patriarca per il rispetto a lui dovuto, nulladimeno si è contentato egli, che non s'istalli questo rettore nè si muti se non col consenso ed unione della maggior parte de' vescovi della nazione unitamente a lui...

[Collegii condendi..., pars I, cap. I, Reg. II (Mansi, t. 46, col. 911)].

Che se poi il defonto sarà il rettore del collegio, sarà prescelto un'altro in sua vece dal Sinodo de' vescovi della nazione o dal patriarca col consenso della maggior parte dei vescovi, conforme abbiamo disposto nel capitolo I della parte I di queste disposizioni.

[Colleaii condendi..., pars III, cap. II, Reg. I (Mansi, t. 46, col. 911)].

Noi vescovi congregati sinodalmente... presiedendo sua beatitudine abbiamo compilato in questo volume le regole e costituzioni del collegio [= seminario] della nostra nazione... è nostra intenzione che le regole stabilite si conservino e si proceda letteralmente a forma di esse... Ed a manifestare il nostro assenso in tutto ciò ch'ó stato esposto, sia di ordini, sia di regolamenti e costituzioni, come della loro pubblicazione, e per dichiarare in ciò solamente obbligati noi stessi e tutte le nostre diocesi, abbiamo di nostro pugno sottoscritti questi atti sinodali e gli abbiamo muniti dei nostri sigilli con l'ecclesiastiche solennità.

Nella chiesa di S. Giorgio nella residenza patriarcale presso il monistero di S. Salvatore, dipendenza di Sidone, li 14 maggio 1811. [Seguono le firme].

[Decretum synodale quo regulae (pro seminario patriarchal!) approbantur et confirmantur (Mansi, t. 46, col. 913-916)].

692 Quindi sarà necessario un'anno o poco più per la logica e suoi rapporti, e due anni per la teologia dogmatica e morale... non si prescrive a ciò una regola generale obbligatoria, ma soltanto un'incirca.

[Collegii condendi..., pnrs **II**, cap. **III**, Reg. **IIi** (Mansi, **t.** 16, col. 901)].

Decretiamo inoltre e comandiamo che questa [la teologia] venga insegnata secondo le regole cattoliche ed i principi generali e le pure opinioni ricevute nella Chiesa Universale, e non si associno in questa scienza od altra le opinioni o principi che sono contrarii alla Chiesa romana, madre e maestra di tutte le chiese.

[Collegii condendi..., pars II, cup. III, Reg. II (Mansi, t. 46, col. 900)].

Mansi 46, 882-916. ICO *Fonie»;* Scries I. fascio. XV, pp. Gl. 63. 511. 513. 515. 519. 521. 523. 531. 535. 533. 535. 537. 541. 543.

CONCILIE)! PROVINCIALE TUA MENSE I (6 *mali* 1817)

Do requisitis ad Sacros Ordines accipiendos

693 XXII. - Nullus dehinc ad sacros ordines promoveatur, nisi authenticum instrumentum habeat, se cursum theologicum duorum saltem annorum in aliqua academia perfecisse. Quoad regulares vero, qui se praesentant ut sacros ordines recipiant, requiritur solummodo ut in catechismo ad ordinandos examinentur, et ab ordinario approbentur. Praeterea litteras sui provincialis exhibeant, attestantes, sic praesentatos, statini post ordinationem, mittendos osse vel ad collegium aliquod transmarinum vel domi instruendos.

Mansi 39. 244.

Do episcopali jurisdictione super Seminariis

(Ex Convent, cum Regno Itavarico, 5 iun. 1817).

691 (263) 5. Sua singulis Dioecesibus Seminaria Episcopalia conserventur, et dotatione congrua in bonis fundisque stabilibus provideantur: in iis autem Dioecesibus, in quibus desunt, sine mora cum eadem pariter dotatione in bonis fuudisque stabilibus fundentur.

In Seminariis autem admittentur atque ad normam Sacri Concilii Tridentini elTormabuntur atque instituentur adolescentes, quos Archiepiscopi et Episcopi pro necessitate vel utilitate Dioecesium in iis recipiendos indicaverint. Horum Seminariorum ordinatio, doctrina, gubernatio et administratio Archiepiscoporum et Episcoporum auctoritati pleno liberoque iute subiectae erunt iuxta formas canonicas.

Rectores quoque et Professores Seminariorum ab Archiepiscopis et Episcopis nominabuntur, et quotiescumque necessarium aut utile ipsis indicabitur, removebuntur.

Cum Episcopis incumbat Fidei ac morum doctrinae invigilare, in huius ollicii exercitio etiam circa scholas publicas indio modo impedientur.

695 (264) **8. Bona seminariorum, parochiarum, beneficiorum, fabricarum, omniumque aliarum Ecclesiasticarum fundationum semper et integre conservanda erunt, nec distrahi, nec in pensiones mutari poterunt.**

Ecclesia insuper ius habebit, novas acquirendi possessiones, et quidquid de novo acquisierit, faciet suum, et censebitur eodem iure ac veteres fundationes ecclesiasticae, quarum, uti et illarum, quae in posterum fient, nulla vel suppressio vel unio fieri poterit absque Sedis Apostolicae auctoritatis interventu, salvis facultatibus a Sacro Concilio Tridentino Episcopis tributis.

696 (265) **12. Pro regimine Dioecesium Archiepiscopis et Episcopis id omne exercere liberum erit, quod in vim pastoralis eorum ministerii sive ex declaratione, sive ex dispositione Sacrorum canonum secundum praesentem et a Sancta Sede adprobatam Ecclesiae disciplinam competit, ac praesertim:** *a)* ...

b) **Ad statum clericalem assumere et approbatis a Sacris canonibus titulis ad ordines etiam maiores, praevio examine ab ipsis Archiepiscopis et Episcopis aut eorum Vicariis cum Examinatoribus synodalibus instituendo, promovere quos necessarios aut utiles suis Dioecesibus indicaverint, et e contrario, quos indignos censuerint, a susceptione ordinum arcere, quin ab ullo quovis obtentu impediri queant.**

Concord. 593-595; BR *Coni.* 7, 1466-1468.

De Seminariis stabilitor dotandis

(Ex ñova Convent, cum Rcpno Gallico, 11 inn. 1817).

697 (266) **Art. VIH. - Conveniens dos cunctis tara existentibus, quam denuo erigendis Ecclesiis in bonis stabilibus, ac in redditibus super Regni debito fundatis, vulgo** *Rentes sur l'Etat,* **quamprimum fieri poterit, constituetur, assignato interim carum Pastoribus redditu in ea quantitate, quae statum eorum meliorem reddat.**

Pari ratione consuletur dotationi Capitulorum. Paroeciarum, et Seminariorum tum existentium, tum erigendorum.

Concord. 599.

De congrua Seminariorum dotatione deque clericis titulo canonico providendis

(Ex Convent, cum Regno Utrlusquo Siciliae, 16 febr. ISIS).

698 (267) **Art. V. - Quaelibet ecclesia, tam archiepiscopalis quam episcopalis, suum habebit Capitulum ac Seminarium, quibus, si dos sufficiens erit, conservabitur, sin secus augebitur, aut si opus fuerit etiam ex integro constituetur in bonis stabilibus...**

Seminaria dirigentur, eorumque bona administrabuntur iuxta concilium Tridentinum.

'(Cf. n. 667).

699 (268) Art. XXI. - Archiepiscopi et episcopi, praemisso praescripto examine, clericos de necessario patrimonio, aut alio canonico titulo provisos, quos suis dioecesibus necessarios aut utiles indicaverint, ad sacros ordines promovebunt, servatis tamen cautelis et praescriptionibus in decreto die 1 iulii anni 1623 a sa. me. Gregorio XV lato,[1] nec non capite 4 Conventionis anni 1741, cuius titulus est *Requisiti de' promovendi,*[2] contentis, quibus cautelis et praescriptionibus per praesentem conventionem non derogatur.

Ne autem ecclesiasticis ad vitam sustentandam necessaria desint, annona praesentibus temporibus arctiore facta, archiepiscopi et episcopi, post huius conventionis publicationem, taxam sacri patrimonii promovendorum ad sacros ordines, quae in bonis stabilibus constituenda erit, augebunt, ita tamen ut nec minor sil ducatis quinquaginta, nec ducatis octoginta maior.

Quia vero experientia compertum est, in regno per artem et fraudem clericis ad sacros ordines promovendis pro sacro patrimonio eos fundos saepe assignari, qui vel ficti sunt, vel hypothecis aliisque vinculis obnoxii, quo fit ut pluribus ecclesiasticis post ordinationem modus sustentandae vitae desit; ut huiusmodi abusus evitetur, ad facti veritatem adstruendam, de pertinentia, ut aiunt, atque exemptione ab omni hypothecae vinculo fundi vel fundorum, qui a promovendis ad sacros ordines pro sacro patrimonio exhibentur, legaliter constare debebit; ad quem effectum curiae ecclesiasticae documentum authenticum de pertinentia, ut supra dictum est, et libertate fundi a tribunali civili provinciae exquirent, a quo illud recusari non poterit.

Si qui vero clerici ad sacros ordines beneficii ecclesiastici, aut cappellaniae titulo promovebuntur, quoties talis beneficii, aut cappellaniae annuus redditus ad taxam dioecesanam, ut supra, non pertingat, tantumdem sibi ex aliis liberis fundis constituent, quantum supradictae taxae integritas postulaverit.

Excipiuntur illae dioeceses, in quibus ex dioecesana lege taxa sacri patrimonii in maiori summa canonice constituta reperiatur, respectu quarum nulla mutatio fiet.

Concord. 622 s. 632 s.: BR *Coni.* 7, 1714-1718 et 1720-1721.

De Seminario in novis Dioecesibus erigendo

(Ex Const. Ap. *Provida,* de Conventione cum Principibus provinciae ecclesiasticae Rheni superioris, 16 autr. 1821).

700 (269) § 8 *(al.* 5). - Cumque ad praescriptum sacri Concilii Tridentini pro cleri educatione ac institutione seminarium puerorum ecclesiasticum ab episcopo libere regendum et administrandum existere debeat, in sin-

[1] per Sacram Conor. Epp. et Reg. — Cf. *Concordato ira Sua Santità Pio VII Sommo Pontefice c Sua Maestà Ferdinando I Ite del Pegno delle. Due Sicilie,* I (Napoli 1818) 96.

[*] [Cf. nn. 637-6471.

gulis ex praedictis, tam archiepiscopali quam episcopalibus, ecclesiis is alumuorum alatur numerus, quem respectivae dioecesis necessitas, et utilitas postulat; cumque in quatuor ex illis iam adesse sciamus, in reliqua ecclesia quam primum poterit congrue erigendum mandamus.

BR *Coni.* 7, 2159; PE *Ius Poni.* 7, 288; *Concord.* 669.

CONCILIUM POSONIENSE (8 *sept.* 1822)

De studio Philosophiae ct Theologiae in Seminario

701 **4. De seminariis illud decretum est, philosophiam quoque in his esse tradendam, quo inventus incorruptior, quam adhuc factum est, e scholis studiisque exiret. Itemque in mores educationemque suscipiendorum iuvenum inquirendum esse. Ceterum, in his institutis, lectissimos tantum viros rectores rerumque spiritualium praefectos constitui oportere; qui quidem suo tempore honoribus et idoneis beneficiis essent remunerandi. In Pestinensi academia decrevit synodus instituendum esse quintum theologicorum studiorum annum, quo ingeniosi invenes iam sacerdotio initiati accuratius sacris disciplinis expolirentur, atque ita domi potissimum perficeretur tanti momenti consilium, cum foris haud sane multum hoc in genere sperari posset.**

Mansi 39, 264.

LEO XII (1823-1829)

De Collegii ecclesiastici in Urbe fine praecipuo

(Ex Constitutionibus Collogli Hibernorum in Urbe, confirmatis per Const. Ap. *Plura inter collegia,* 14 febr. 1826).

702 (270) 5 4.- ... Duo potissimum sunt huiuscc institutionis fines. Primus quidem ut Hibernorum adolescentium animi erigantur, excitentur, atque ab ineunte aetate vehementi inllaminari possint desiderio in pietate, ac bonis artibus nlios praestandi, ea spe quodam voluti praemio allecti, fore ut, si confecto summa eum laude studiorum curriculo aliis in Hibernorum collegiis, ubi praeclarum dederint religionis, ingenii, eorumque profectus specimen, ac simul sacris sint initiati ordinibus, titulum, et ius quoddam acquirant, veniendi Romani, ac degendi in hoc national! collegio. Hic vero ... alentur, ut non modo magis magisque ad theologicas disciplinas, ac pontificium ius instruantur, verum etiam quidquid ad Ecclesiae disciplinam ad vetera monumenta, atque ad litúrgicas res pertinet, et thooroticc, et actu penitus ediscant, in Urbe, quae catholicae religionis princeps oat, et sacrarum rerum magistra.

'03 ei;!) Alter vero institutionis tinis in eo versatur, ut adolescentes, qui rite delecti, et corninondati a praesulibus Hiberniae Romam venerint, ita informantur, ut ad verbum Dei praedicandum, sive ad obeundas in patria missiones plane idonei reperiantur, et omnibus exemplo sint, non minus vitae integritate ac doctrina, quam Christiana humilitate, morum suavitate, et charitato, ita scilicet il erunt, qui ct episcopis operam in excolendo

grege poterunt praestare, et Catholicam religionem adversus eius hostes invicte propugnare, (piae una si attentius, ut par est, perpendatur, non solum in altera, sed etiam hac ipsa in vita civilis societatis pacem, tranquillitatem, felicitatemque comparat.

704 § 5. - Rector omnibus praeest, sive maioribus, sive inferioribus collegii administris, ipse tamen suberit in omnibus eminentissimo collegii patrono, sacrae vero congregationi Propagandae Fidei, vel singulis mensibus, vel quandocuinque ei libuerit, accuratam reddet rationem, tum de collegii redditibus, impensis et statu, tum quomodo se gerant alumni, vel in pietate vel in disciplinarum studio.

Rei domesticae cura Hibernorum adolescentium indoles, magis accommodata eorumdem institutio, facilior denique subsidiorum adeptio, merito quidem postulare videntur, ut collegii rvetor ex eadem Hiberniae natione constituatur. Itaque congruum est, ut eius electio flat a quatuor Hiberniae metropoliti. qui quotiescumque res postulabit ad tanti momenti munus omni studio, ac maturitate eligendum curabunt eximium aliquem sacerdotem qui non solum prudentia, pietate, atque doctrina, sed omni virtutum genere praefulgeat. Qui vero al) episcopis delectus fuerit, delati muneris nullum exercendi ius acquiret, nisi prius ipsius electio a sacra congregatione Propagandae Fidei probata, ct confirmata fuerit.

Praecipuum rectoris munus erit sollicite diligontcrque curare non solum ut ea omnia, quae collegii legibus praescripta sunt a singulis accurate serventur; sed etiam ut ea ipsa non aegro, sed aequo promptoque animo adimpleantur. Quare ipsemet exemplo suo monita, atque praecepta exequi, et confirmaro sataget, atque ut caeteris gratior, ct amabilior communis vitae disciplina reddatur, ipse primum pro viribus, et, prout sui muneris partes ferent, eam servare studebit«

Rector ut suo munere perfungatur adiutoribus eget, tum in iis, quae disciplinam, et oeconomicam udministrationem spectant, turn quoad ea, quae doctrinarum studia respiciunt. Ad primum quod attinet, ipsius erit idoneum sacerdotem, eminentissimo patrono ăpprobanti in vice rectorem constituere, qui de recto collegii moderamine, et rei familiaris ministerio sui) rectoris obedientia curam gerat. Maxima vero de sollicitudine doctrina exhibenda est. Quamobrem stabile semper in eodem collegio domicilium habebit, egregius aliquis presbyter studiorum praefectus qui Italus sit, (inique maiori, qua fieri potest, diligentia, et cura eligendus erit, ut plane idoneus sit ad iuvenes edocendos omne sacrarum literarum genus. Eius erit, alumnos in recto studiorum ordine, ac librorum delectu dirigere, ea repetere et magis explicare, quae in scholarum praelectionibus tradita sunt, iuvenum ingenium corumquo erga literarum studia voluntatem investigare, quid unusquisque in studiis profecerit experiri, demum libenter ea omnia praestare, quae ad eorumdem progressum conferre possunt. Rectoris partes erunt exquirere, et eminentissimo patrono proponere virum, quem ad tam arduum obeundum munus aptiorem indicaverit; erit autem eiusdem cardinalis patroni perpensis propositi viri dotibus decernere utrum illo ad studiorum praefecturam constituendus, nec ne. Tum vice rector, tum studiorum praefectus ex communi collegii mensa alentur.

705 Quod autem attinet ad spiritualem alumnorum curam rectoris munus erit, asentiente semper eminentissimo patrono sacerdotem doctrina, ot pietate ornatum Italum in ordinarium collegii confessorium seu conscientiae moderatorem eligerc. Hic non modo semel in hebdomada, statis diebus, ct horis collegium adire tenebitur ad sacramentales iuvenum confessiones audiendas, verum etiam praeter ordinem, quandocumque vocatus fuerit, ejusmodi officii partes implebit. Praeterea curabit solida pietate alumnos imbuere, et quidquid ad spiritualem tum illorum, tum etiam Inservientium utilitatem expedire censebitur, in id operam, studiumque suum diligenter conferre.

Agendum supcrest de aliorum administrorum, inferiorumquo inservientium delectu, et muneribus. Verum cum redditus satis ampli nondum sint, ii tantummodo in praesentia excipientur, quibus eminentissimi patroni, rectorisquc indicio opus erit, lisquc pro re, et tempore, ct munus, ct stipendium constituetur. Quoque vero tempore rector maxime

sollicitus erit ne collegii redditus ex nimio famulantium numero, vel ncgligentla distrahantur, sed omni studio curabit, ut sumptus omnes in manifestam eiusdem collegii utilitatem cedant.

Interea ut collegii huius moderatores, et administri sentiant, se lure teneri ad ea sedulo, fideiiterquo adimplenda, quae eorum muneris sunt ex collegii praescriptis, cuique certum quolibet menso stipendium persolvetur ab eminentissimo patrono designandum.

706 § 6. • Omnes qui ecclesiastica munia obire cupiunt ad eam vitae perfectionem contendant oportet, quae praecipue ab Ecclesiae ministris requiritur, quorum munus est caetvros ad omnem sanctitatem verbo, et exemplo allicere atque excitare. Nemo proinde, (pii alumnus in collegio excipitur, satis muneri tuo divinae vocationi, atque hominum expectation! se fecisse putat, nisi magis divinae, quam humanae sapientiae studiis eo potissimum tempore, quo in collegio moratur, vacaverit. Ea omnia propterva, quae pietatem spectant, quaeque in hoc capite observanda proponuntur, non perfunctorie sed prompto alacriquc animo omnes adimplere conentur.

Itaque primo mane surgendi signo dato, et audita voce laudetur Jesus Christus - singuli respondebunt ‹ semper laudetur » statimque e lecto surgentes, ct sauctissimo crucis signo muniti, singuli vestibus suis maxima cum modestia se induent; hinc abluendis manibus aptandis lectulis, componendisque cubiculis operam dabunt, idque per horae dimidium. Si quid autem temporis his omnibus peragendis supererit, illud ab üs, qui citius sese expediunt in piis matutinis precibus privatili) recitandis impendetur.

Ad campanulae signum cuncti in sacellum convenient, ibique Sane i Spiritus in primis ope implorata, aliisque praescriptis precibus recitatis, horae dimidium in profunda coelestium rerum, et Christianarum virtutum meditatione, proposito prius argumento, transigent, ut nempe in iis meditandis mentis oculi divina quadam luce perfunduntur, et iuvenum spiritus divino quodam voluti alimento percepto, tot-u die quodammodo nutriatur, atque pinguescat.

Omnes praeter sacerdotes, qui sacris operantur incruento missae sacrificio quotidie religiosissime intererunt, alumno clerico supvrprllicvo induto alternat ini ministrante.

Sit semper ex alumnis sacerdos aliquis oratorii, seu domestici sacelli praefectus a moderatoribus constitutus, qui curet, ut sacri Ecclesiae ritus et caeremoniae tum in sacro celebrando, timi in recitandis horis canonicis, accurate serventur, quique carteros non sacerdotes alumnos edoceat circa modum ministrandi sacerdoti sacris operanti, altare concinne componendi, ct pro tempore ornandi. Idem curabit, ut sacellum a domestico famulo statis diebus, et quandocumquo oportuerit everratur, atque mundetur. Singuli vero sacerdotes, rectore mandante, sacrum faciunt pro benefactoribus, et collegii necessitatibus. Omnes quotidie ante prandium, et coenam dato signo in idem oratorium convenient recitaturi litanias Beatae Mariae virginis, et antiphonain Salve regina » aut aliam pro tempore una cum consuetis precibus. Prandio et coena absoluta cuncti pariter in idem sacellum recta pergent, ibique Eucharistico sacramento humiliter salutato dominicam orationem, et salutationem angelicam secreto ter recitabunt. Vespere autem priusquam adeant cubicula per horae quadrantem suae quisque conscientiae examini in eodem sacello vacare debebit, hinc meditationis argumentum pro die postero ex praescripto rectoris, vel vice rectoris significabitur, quibus peractis neque confabulari, neque ad studium incumbere licebit, sud cuncti summa cum modestia et silentio petent conclavia, et ad cubandum sese component.

Rector autem curabit ne umquam desit meditandi materies, quam vel in scriptis, vei in pio aliquo libello legendam proponet, vel ipseinvt viva voco explicabit. In cacnaeulo nomo discumbat nisi peracta a rectore, vel viee-rectore benedictione. Facto denique edendi fine, signoque dato ab illo, qui praeest simul omnes surgent, et ad breviarii Romani praescriptum dubitas Deo gratias persolvent. Dum mensae accumbitur intervu sumpci aliquid perlegetur, nisi aequa aliqua occasio se praebeat rectori aliter praescribendi, initio sumpto, ab integro fere sacrae scripturae capite: reliquum vero temporis impende-

tur in legendo libro a rectore praescripto, qui liber intellectum simul foveat, et dirigat voluntatem, ut, cum cibo corpus alitur, aliquod etiam quasi pabulum menti praebeatur.

Qui ad divinum officium recitandum tenentur id una simul quotidie pro tempore in oratorio sive ecclesia iis horis, quae in horaria tabella designata peragent. Cauteri vero dominicis et festis anni diebus id ipsum cum sacerdotibus praestabunt.

Omnes vero qui nondum sacerdotio (unguntur tenentur quinto decimo quoque die, itemque in solemnioribus anni festis ad poenitentiae sacramentum statutis horis bene parati accedere, et Eucharistico sacramento ea, qua par est pietate, animique ardore se reficere, nisi confessarli!» alicui sacram synaxim differendam consuerit. Quo si confessorius pro uberiore cuiuspiam spirituali profectu putet frequontiorem sacrae mensae usum posse illi conferre, id quidem, prout directori in Domino visum fuerit, plane licebit.

Cum invenum numerus satis erit, debebunt ii singulis dominicis, festisque diebus in collegii ecclesia sacra mysteria, et officia celebrare, ut collegiales ecclesiae quam ad rem sedulo instituentur in sacris caeremoniis, et cantu Gregoriano. Quamdiu tamen id commode fleri non possit cuncti nisi legitime impediti singulis diebus festis se conferent in ecclesiam s. Apollinaris, vel presbyterorum saecularium congregationis Missionis in Campo Martio, ibique cum aliis de clero summa cum modestia assistent in choro solemn! missae sacrificio ut nempe iam nunc sacras caeremonias addiscant, et dies festos, ut ecclesiasticos decet viros, sacro ritu sanetilicent.

Non praetermittant festis praesertim diebus sacram scripturam, catechismuin Romanum. gesta sanctorum, aliosque pios libellos maxime Thomam a Kempis subsecivis horis attento perlegere, ut ad omne virtutum genus eximiamque pietatem, divina opitulante gratia sese componant.

Horis pomeridiani» praesertim testis diebus collegio exeuntes sanctissimam Eucharistiam in ecclesia, in qua per urbem exponi contigerit, adorare non uegligant, indulgentias lucraturi, populoque exemplo sint. Adolescentibus autem advertendum est, ut in templum ingressi, et humi procumbentes non surgant nisi ex praefecti signo.

Denique certis anni temporibus, praecipue vero feriis literarils antequam sacros collegii alumni ordines suscipiant, et ad sacras obeundas missiones contendant, dies aliquot In divinarum rerum meditatione, aliisque spiritualibus exercitiis ex rectoris praescripto transigent.

707 7. - Cum ii, qui Dei ministri, et ministeriorum eius dispensatores sunt futuri non solum perlucere exemplo, sed etiam verbo alios Instruere debeant in via Domini, opus quidem est, ut rerum divinarum scientia implorato a patre luminum auxilio penitus imbuantur, et ad illius gloriam omne eorum studium, et laborum fructus referant. Ut autem in scholasticis exercitationibus a sensu suo quispiam non decipiatur, oportet, ut nemo suum sensum, et voluntatem sequatur, sed moderatorum indicio se quisque conformet. Nemo libris utatur, qui a praefecto studiorum approbati non sunt, ideoque rectoris crit alumnorum cubicula saepius obire, ut si Córto libros male olentes ipse repererit, eos illico tollat, et in detentores severius inquirat, et animadvertat. Nemo dum in collegio versatur, peculiares libros sibi comparandos curet, nisi ex praesidum venia. In libris autem, quos ipsi acceperint, nec scribant quidquam, nec ullas ducant lineas, multo autem minus licebit illos cuiquam commodare, praesertim extra collegium, sed eos diligenter custodient, ut integri reddi possint, et in suum locum referri. Nemo quoque librum ullum, ex communi collegii bibliotheca extrahere, et ad suum cubiculum perferre audeat, nisi prius praesidis facultatem acceperit, qua habita libri titulus in tabella describendus erit, ut suo tempore ibi reponatur.

Caveant alumni In disputationibus ne sint iracundi, mordaces, et pervicaces, sed mites atque demissi, nec solum praeceptoribus, sed etiam praefectis seso obedientes exhibeant. In iis omnibus, quae studio, scientiasque respiciunt, studiorum praefecto so omnino dirigendos sciant, coque petente parati sint suorum studiorum rationem reddere. In exercitatione studiorum latine loquentur.

Statis diebus, et horis alumni ad scholas seminarti Homard pene- ecclesiam -ancti Apollinaris pergent, alumni sacerdotes, qui theologicum cursum in aliis Hiberniae collegiis jam absolverunt iis dabunt operam studiis, quae Bibi opportuniora ex rectoris, et studiorum praefecti sententia praestituta fuerint. Adolescentes autem, qui humaniores tantum literas in patria didicerunt, reliquum studiorum cursum in eodem Romani seminari! lyceo prosequantur.

Nemo e scholis, vel a domesticis etiam exercitationibus absit, nisi pracsldis venia. Dum autem scholis intersunt omni plane modestia ita se gerant, ut sint aliis exemplo. Adolescentes tam in eundo, quam redeundo bini procedent, eos comitante aliquo ex alumnis primae classis. Ii vero, qui sunt in sacris ordinibus constituti bini, vel temi incedent non servato adolescentium ordine, semper vero cum sociis a rectore assignandis. Per vias non disputabunt, non contendent, neque colloquentur, nisi submissa voce, et quoties opus fuerit. Incedentes per urbem si viri dignitate praestantes, vel religiosi occurrant, ii omnibus debita reverentiae signa praestabunt.

Studiorum cursus quoad inferiores alumnos a praesidibus statuetur pro cuiusque captu et ingenio, plerumque tamen nisi quid impediat, anni quatuor ad theologica et canonica, duo ad philosophica studia obeunda impenduntur, nisi aliter praesidibus vi>um fuerit. Si quis autem, vel propter adversam valetudinem vel a'ils de causis ad sch(lastico-dogmaticam theologiam idoneus praesidum indicio non videatur, huic anni tres ad conscientiae casus et controversias addiscendas assignabuntur, ut citius in patriam reverti possit. Qupd ut clarius dignoscatur singulis annis sub scholarum finem omnes adolescentes alumni qui primo, secundo et tertio anno dant operam theologiae scholastico-dogmaticae, per horne saltem dimidium periculum facient de iis. quae illius anni curriculo didicerunt; ex quo patebit, quae studia sint unicuique assignanda. Theses publice propugnandae non nisi praevio praesidum permissu defendendae assumantur.

Horae quibus alumni in collegio studiis vacare debent a rectore ex praefecti studiorum sententia statuentur, caque horarum ratio ab alumnis diligenter servabitur. Feriis, in quibus scholae vacent, non tamen diebus festis de praecepto doceantur alumni unius horae spatio a praefecto studiorum theorico, ac practice sacros ritus, et caeremonias, praesertim eas quae ad missae celebrationem, et sacramentorum administrationem pertinent. Erit etiam magister, qui iisdem diebus in cantu Gregoriano alumnos instituat.

Maxime demum momenti est, ut qui ad verbum Dei disseminandum vocati sunt ab ineunto aetate huiusmodl ministerio vernacula illorum lingua exercendo assuescant. Quare nimis expedire videtur, ut ipsi iam nunc in lucubrandis Anglico sermone concionibus sub disciplina periti viri, qui a rectore statuetur, adeo dent operam, ut unusquisque praeside mandante paratus sit ingenii, et eloquentiae suae coram aliis specimen dare.

*08 § 8. Communem vitae rationem collegii legibus, et institutis praescriptum cuncti sequantur, nec peculiare quidquam agere audeant sive in vestibus, sive in lecto, aliisquc Huppeilectilibus, aut alia qualibet re, et in omnibus pendeant a nutu rectoris.

Qui in sacris ordinibus sunt constituti talarem induant vestem instar cleri Romam saccularis. Ruri vero permittitur ut breviori viatoria veste decenti tamen, et nigri coloris utantur. Adolescentes autem nigram tunicam cum epitogio, seu toga eiusdem eoioris semper induant.

Nemini licebit sino praesidis facultate emere quidqmun, neque ullas apud se retiñere pecunias, sed eas, quas seenni quisque attulerit, vel aliunde receperit penes rectorem deponat, qui ad necessarios cuiusque usus Illas servabit.

Nemo inscio, et non consent imite rectore se immisceat externis negotiis, tametsi pin sint. Exterorum colloquia tam domi quam foris, quantum fleri potest, vitentur; domi vero non permittuntur nisi habita a praeside facultate.

Nemo adolescentium sine expressa venia ingrediatur aliorum cubicula, nec habeat quisquam in cella sua scrinium, arcam, aut aliud quidlibet obserratum. nisi altera cla-

vis sit penes rectorem, qui ea possit pro libitu adaperire. Si quis nutem deprehensus fuerit aliquid subripuisse cx alterius cubiculo, is e collegio dimittetur.

Silentium statutis horis ad pacem, quietemque fovendam, ct ad colenda studia maxime necessarium sancte servetur, ct si aliquando loqui opus fuerit sermones sint vel neneasarli, vel utiles, pii et ecclesiastico viro digni. Gcneratim autem omnium alumnorum verba, oculi, vultus, ac motus omnes modestiam praescierant, redoleantquc pietatem, ac disciplinam.

Epistolas mittere, vel accipere nomo adolescentium debet absque praesldlS permissu, cui etiam ostendendae erunt, ut nempe si velit eas legat, lectasquc pro arbitrio suo mittat, nec ne prout satius in Domino indicaverit nisi is ad quem scribitur maiorem habuerit, quam rector auctoritatem.

Si quis in grave aliquod crimen inciderit quod pacem, bonos inores, et domesticam disciplinam, perturbat eo accepto viatico quod deposuerat c collegio egredietur. Si quis autem levius aliquid commiserit paratus esse debebit pracsidis arbitrio eas luere poenas, quae ipsi ad conservandam disciplinam, et pro communi bono impositae fuerint.

Tempore quo singuli ad privata sua studia debent incumbere nc vagentur, aut invicem colloquontur, nisi quid breve necessitas postulet. Loca autem, et nfllcinas domesticorum vel artificum adire non audeant, neque cum iis agere, aut quidquam ab iis, vel alio quovis accipere, nisi impetrata prius a praeside venia.

Nemo e collegio sine praesidia facultate, et socio ab eo designato egrediatur, ct eodem comitante unysqulsquc semper hora praescripta domum redeat. Nemini omnino liceat extra collegium pernoctare, nequo fas erit extra collegium prandere, seu coenarc, nisi impetratu a rectore facultate, quae tamen perraro, et nonnisi graves ob causas impertietur.

Statuentur a praeside opportunae ad deambulandum horae pro tempestatum ratione. Loca vero quo pergent animi relaxandi gratia numquam sint in alumnorum arbitrio, sed a praeside ipso vel saltem a praefecto praefinienda. Pracsidis autem erit curare, ne alumni porgant ad loca urbis frequentlora, uti strepitus atque tumultus. Caeterls exeuntibus nemo domi remaneat sine urgente necessitato, ac de rectoris permissu.

Non concitato cursu deambulent, sed modeste per vias incedant, submissa voce, si opus sit, inter se colloqucntes, caveantque ne sensuum suorum portas daemoni apertas relinquant. Adolescentes vero neque a praefecto et sociis ullo pacto recedant, neque cum obviis amlciis subsistant.

in recreationibus nihil immodeste agant, neque ab aliorum coetu discedere cuilibet liceat sine pracsidis facultate. Vigilent etiam praesides, atque praefecti nc nocua colloquia inducantur inter alumnos, ut sunt iurgia, contentiones, contumeliae, comparationes odiosae, temerarii sermones de rebus publicis, detractiones contra praesides, ct alios quoslibet, verba immodesta, ct alia huiusmodi, quae quidem omnia diligentissime sunt vitanda, et si forte flant severe punienda.

Ut sacra simul, ct profana eruditione, quae tamen ecclesiasticos dccct viros possint invents huius collegii commodius exornari diebus fcrialibus, vel quandocumque rectori visum fuerit licebit iis simul euntibus celebriores adire bibliothecas, templa urbis, egregia artium opera, et alia Romanae maiestatis monumenta invisere.

Do externa quoque munditia omnes solliciti sint, (piaro unusquisque cubiculum suum saepe verrere, suppellectilem decenter dispositam servare non faedata maculis vestimenta, ac seso mundum in omnibus exhibendum curabit.

Si quid aliquando acciderit, quod neque hisce constitutionibus cautum, aut praescriptum sit. vel etiam pro temporum opportunitate commutandum videatur, rector continuo eminentissimo patrono denuncici, ut si quid forte ad disciplinae firmamentum, vel augmentum ipse in Dominum melius atque opportunius expedire indicaverit, auctoritate sua constituat, et iubcat.

Demum sciant omnes, se nisi e collegio dimitti velint rectorem, aliosque praepositos, et praeceptores colere, omnibusque offleiis ao reverentia prosequi debere, eos modesto alloqui, iisque omnem praestare obedientinm. Atque ut huiusmodi leges hactenus relatae

ab omnibus diligenter serventur, cae bis in anno, scilicet excuntc mense junio, atque decembri coram omnibus perlegentur, carumquc exemplar in aula collegii asservabitur.

§ 9. • Volumus demum, ut qui tempore quovis erit in urbe cardinalis negotiis, et consultationibus propagandae fidei praefectus patroni Hibernae iuventutis partes gerat, utque in praesentia eorumdem negotiorum congregatio suo caret praefecto, dii» ctu- illius Noster Franciscos Sanctae Romanae Ecclesiae presbyter cardinalis Bertazzolius nuncupatus, quamdiu vita suppetat patroni munere perfungatur. Erit praeterea sacrae ip^iucongregationis tum ecclesiasticis, tum pecuniariis, ct familiaribus huiuscc collegii rebupraceasc, ac sacerdotem morum integritate, virtutis ac doctrinae copia, aliisque nominibus insignem a quatuor Hiberniae archlcplscopls in unum consentientibus adh< turn in rectorem constituere, quotiescumque ad id muneris idoneum censebit. Rectori autem liceat studiorum praefectum, ct confessorium nominare, quorum uterque a cardinali patrono. si ei videbitur, erit deinde adprobundus; itemque alumnos, convictore-ex ejusd» patroni sententia admittere, vel minus idoneos arcere. Ne vero Umbriae provincia hujusmodi consilio Nostro aliquid habeat <let riment i, quippe quae commemoratam domum l'nibro-Fuccioli sumina novem mille, ct biscentum nummorum scutatorum sibi comparavit, the-Silurarlo Nostro committimus, et mandamus, ut a pontificio aerario huiu-ce Mirnm.ic pendatur annuus fructus nummorum scutatorum tcrccnlum sexaginta. ut necessarii ud victum, ciiltumque illius provinciae instruantur alumni, qui pro re, et tempore in episcopali Tifernati seminario degunt, idque donec eidem I mbriae provinciae integra summa novem mille, ct biscentum argenteorum fuerit restituta, vel secus ei consuletur. Denique congregationi Fidei Propagandae onus iniungimus eos alendi Hiberniae alumnos, qui in Urbano collegio nunc sunt, ut priusquam patriam revisent divinarum n rum cursum conficiant, suisque muneribus obeundis idonei omnino evadant. Have apostolica Nostra potestate constituimus, et sancimus.

§ 10. • Decernentes insuper has literas firmas, validas ct efficaces existere, ct fon?, suosque plenarios et integros effectus sortiri, ct obtinere, ct eorum causae, quae expressae sunt hoc futurLs(|ue temporibus plenissime suffragari; sleque in praemissis per qu<»scuinque indices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores indicari, et definiri debere, ac irritum et inane si secus super hte a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§ 11. - Non obstantibus constitutionibus, ct sanctionibus apostolieis, ac legibus fundationis primaevi Hiberniae collegii etiam incarnente, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, ct consuetudinibus, quibus omnibus ct singulis illorum tenores praesentibus pro plene et sufllclentcr expressis, et de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter et expresse derogamus, cacterisque contrariis quibuscumque. Enixis interim precibus ab Deo exposcimus, ut congerat in sancti Patricii apostolos plena manu charismata gratiarum, et det illis spiritum sapientiae, qua elucescere possint in domo Dei. et lux eorum luceat praesertim coram civibus, ita ut quos sibi patria iunctos in terris habuere perpetuo beatitudini^ coelestis habeant socios. Datum Romae apud s. Petrum sub annulo piscatoris die decima «inarta februarii anno millesimo octingentesimo vigesimo sexto, pontificatus Nostri anno tertio.

BR *Coni.* 8, 378-383: PF *¡ns Pont.* I. GG2 s.

De Seminariis instituendis consorvandisque

(Ex Convent, cum Regno Belgico, 18 iun. 1827, approbata et rata habita per Litt. Ap. *Quod iamdiu,* 17 aug. eiusdem anni).

710 (272) Art. II. - Quaelibet dioecesis suum Capitulum, suumque Seminarium habebit.

Deinde Summus Pontifex Litteris Ap. Quod iamdiu *haec, praeter alia, edixit atque decrevit:*

711 (273) Porro tum archiepiscopi tum episcopi cuiusque praecipua cura versabitur circa Seminaria. In illis enim adolescentes, qui in sortem domini vocantur, opportuno tempore ad pietatem morumque integritatem et ad ecclesiasticam omnem disciplinam *sicut novellae plantationes in iuventute sua (Ps.* 143, 12) informandi sunt. Enim vero boni ac strenui in vinea domini operarii non nascuntur, sed fiunt: ut autem liant, ad episcoporum solertiam industriamque pertinet.[1] In exeeutionem itaque articuli II novissimae conventionis a nobis cum serenissimo Rege Gullielmo initae seminaria in qualibet dioecesi, eo qui sequitur modo, constituentur, regentur et administrabuntur. Ac primo quidem is adolescentium numerus in iisdem ali, institui atque educari debebit, qui necessitatibus cuiusque dioecesis et populi commoditati plane respondeat, quique ab episcopo congrue erit definiendus. Quum vero maxime intersit, ut qui sacris se ministeriis addicunt, non solum in ecclesiasticis, verum etiam in philosophicis disciplinis aliisque ad ecclesiasticas conducentibus rite instituantur, ut *jornia gregis fiant* et *semper parati sint rationem reddere omni poscenti;* (1 *P.* 5, 3; 3, 15) idcirco episcopi in seminariis eas omnes cathedras constituent, quas ad completam clericorum suorum institutionem necessarias indicabunt. Doctrinae denique ac disciplinae institutio, educatio, et administratio seminariorum subiiciuntur auctoritati episcoporum respectivorum iuxta formas canonicas. Hinc libera erit episcopis tum clericorum in seminariis admissio et ab eisdem expulsio, tum ctiain rectorum et professorum electio, eorumque, quoties id necessarium aut utile indicabunt, remotio.

712 (274) Quae autem necessaria sunt pro his Seminariis vel instituendis vel conservandis, ea liberaliter a Serenissimo Rege suppeditabuntur, qui magnanimi principis animum ostendens congrue se providere vello iis omnibus, quae ad ecclesiasticam instructionem necessaria sunt, atque eo modo, qui nobis sit gratus, per extraordinarium suum apud nos oratorem professus est.

Concord. 705. 709; BR *Coni.* 8, 557. 559.

[1] [Cfr. n. 027].

De Seminario in ornili Dioecesi recte constituendo

(Ex Const. Ap. *Providi Pastori* 29 ian. 1828).

713 (275) § 1. - Providi pastoris universae Ecclesiae, unius Dei voluntate, munus obeuntibus, omnis cura omnisque sollicitudo adhibenda est, in iis praesertim ad mores et literas informandis, qui florente aetate suavissimo lesu Christi amore in eius partem adlecti, tamquam novellae plantationes in circuitu tabernaculi Domini spem gregis prae se optimam ferunt. Seminarium idcirco quum in civitatibus, ubi episcopi sedent, deesse videamus, instare non praetermittimus, et quantum in Nobis est, aliqua ratione moras etiam auferre, ut illud celeriter instituatur idque aptis instruatur rectoribus atque magistris, quo adolescentes clerici inibi excepti idonei reperiantur, qui vineam Domini excolant.

BR *Coni.* 8, 637.

De Seminariorum erectione et dotatione

(Ex Convent, cum Pugis Lucernensi, Bernensi, Solodorensi. Tugiensi (Zngcnsi]. in Helvetia, 26 mart. 1828)[1]

714 (276) 8. Il sera établi à Soleure, résidence de l'Evêque et du chapitre, un Séminaire pour lequel les Gouvernements fourniront la dotation et les bâtiments.

Si d'autres Séminaires étaient jugés nécessaires, l'Evêque les érigera d'accord avec les Gouvernements respectifs, qui fourniront la dotation et les bâtiments.

L'Evêque dirigera et administrera ces Séminaires conjointement avec quatre Chanoines de différents Cantons, dont deux seront nommés par l'Evêque et les deux autres par son Sénat.

715 (277) 11. Pour la dotation de la Mense épiscopale, des Prébendes, et des Séminaires, les Gouvernements s'accorderont avec le Saint-Siège dans une négociation postérieure: en attendant ils fourniront des rentes assurées et fixes: les Gouvernements en garantiront la perception libre et régulière ainsi que l'inaliénabilité; ils prendront aussi soin de l'entretien des logements des Chanoines.

Il sera pourvu par l'entremise du Gouvernement de Soleure à l'entretien de l'Eglisp Cathédrale, de l'Evêché et des bâtiments du Séminaire qui sera établi à Soleure. Les bâtiments des Séminaires qui devraient être établis ailleurs, seront entretenus par les Cantons que cela concerne.

Concord. 712 s.; PF *lus Poni.* 7, 301.

1 Cfr. Const. Ap. *Inter praecipua* (7 inni. 1828) § 16: BR *Coni.* S. 678; *Concord.* 71S.

De Seminariorum momento ad moros populi Christiani informandos

(Ex Const. Ap. *Constat inter omnes,* 9 moi. 1828).

716 (278) § 1. - Constat inter omnes, idque Tridentini Concilii decretis, et vigili episcoporum cura ac laboribus comprobatur, populi Christiani mores tunc ad pietatem ac religionem componi cum ipse sacrorum administrorum exemplis dictisque informetur, ac foveatur; eos vero nunquam adfuturos, nisi Seminaria pateant ubi inventus sacris initiata ministeriis literarum studiis excolatur, et pietatis artibus muniatur.

BR *Coni.* 8, 679.

PIUS VIII (1829-1830)

De impensa sollicitudine qua ab Episcopis advigilandum est in Seminariis

(Ex Litt. Encycl. *Traditi humilitati Nostrae,* 24 niai. 1829).

717 (279) In id porro impensiori quadam sollicitudine advigiletis in Seminariis, quorum omnis procuratio vobis peculiariter est a Tridentinis patribus adtributa.[2] Inde enim educendi sunt, qui ad Christianae et ecclesiasticae disciplinae cultum, atque ad sanioris doctrinae principia apprime instructi, eam in divinis olliciis obeundis religionem, eam in populis instituendis scientiam, eam in suis moribus gravitatem praeseferant, ut ab illis etiam, qui foris sunt, commendetur traditum iisdem ministerium, ipsique possint verbo virtutis eos redarguere, qui ab iustitiae semitis recedant.[3]

BR *Coni.* 9, 26; PF *Ius Pont.* 4, 714.

GREGORIUS XVI (1831-1846)

CONCILIUM PROVINCIALE HALTI MÚRENSE II (20 *oct.* 1833)

De cura erigendi Seminaria iuxta normas Tridentini

718 VIH. - Episcopis commendant patres ut omni studio curent seminaria in suis dioecesibus, iuxta Tridentinorum patrum decreta, erigere: eam que, quatenus locorum adiuncta patiuntur, in omnibus sequi formam,

« Sess. 22. *De Ref.* c. 1 iCfr. n. 288]; Sees. 25, *De Ref.* c. 1: CT 8, 965; 9, 1085.
' (Cfr. un. 290-2961.
' Cfr. *2 C.* 6, 3 s.; C. 4, 3-6; *Tt.* 1, 9; 2, 7 8.

quam ipsi Tridentini patres praescribunt. Fidelium autem studium saepius episcoporum hortationibus accendendum duxerunt, ut eleemosynam in opus adeo ecclesiae profectui necessarium liberaliter conferant.[1]

Mansi 39, 312.

De catholica Universitate in Belgio condenda

(Ex Epist. Ap. Gregorii XVI Engelberto cpiac. Mechlinicnsl eiusque suffragane^ in Belgio episcopis, 13 dee. 1833).

719 Maiori certo solatio affici non possumus, quam cum eos qui in partem sollicitudinis Nostrae sunt vocati, pastorali zelo flagrare acriterque ad spirituale commissarum sibi ovium bonum novimus vigilare. Licet porro praecipuam fraternitatum vestrarum virtutem satis iam multa déclarassent eaque de causa iure Nobis laetari liceret, conceptam tamen animo Nostro opinionem confirmarunt Nostrumque gaudium abunde auxerunt obsequentissimae literae. quas die decima quarta proxime elapsi mensis ad Nos dedistis et quibus nedum vestrum de catholica in Belgio constituenda et a vobis tantum regenda studiorum universitate consilium significastis, sed etiam expositis commodis, quae tum animarum salus, tum religio ipsa inde possunt accipere, apostolica Nostra auctoritate probare illud voluistis. Hanc vos rationem sequuti, id egistis, quod ab antiquis temporibus consuetudo induxit quodque debita huic Sanctae Sedi reverentia et observantia merito exigit. Cum enim ad Romanos Pontifices pro concredito ipsis apostolici officii munere maxime pertineat catholicam fidem tueri sanet aeque eius doctrinae depositum integrum ac intemeratum custodire: eorum quoque esse debet sacrarum disciplinarum, quae publice in universitatibus traduntur, institutionem moderari. Atque haec causa fuit, cur catholici etiam principes, cum de eiusdem accademiis seu universitatibus studiorum statuendis cogitarunt. Apostolicani Sedimi consulendam eiusque auctoritatem exquirendam duxerint. Hinc celebriores illusi rioresque Europae universitates nonnisi ex sententia et assensu Romanorum Pontificum fuisse constitutas gravissimae illarum historiae amplissimae testantur. Nobis itaque, quibus persuasum est ex recte comparatis studiorum universitatibus plurimum emolumenti in christianam rempublicam dimanare, iucundius nihil accidere potest quam ut vobis gratificemur et ad litterarum praesertim sacrarum praesidium et incrementum supremae Nostrae auctoritatis robur adiiciainus; atque hinc sapientissimum, quod una simul inivistis consilium, adprobamus vestramque ea de re sollicitudinem summa laude ac commendatione prosequimur. Eo autem libentius vestris votis annuimus, quo certius vestra industria, opera et cura futurum confidimus, ut quotquot ad istam universitatem convenient bene morati invenes. non scientia quae inflat, sed scientia quae eum caritate aedificat, non sapientia huius

[1] Cfr. *Concilium Oraeco-Mclchilicum,* 3 dec. 1835: Minsi 39, 331-335.

saeculi, sed sapientia, cuius initium timor Domini est, imbuantur. At illud probe intelligitis, venerabiles fratres, memoratam mox universitatem ita quidem constitui oportere, ut nihil prorsum derogetur iuribus, quae singulis episcopis circa clericorum in suis dioecesanis seminariis institutionem eorumque in litteris et disciplinis maxime theologicis eruditionein Tridentini patres adiudicarunt. Agite igitur, et ille a quo omne datum optimum ac omne donum perfectum est, dexter vobis propiliusque adsit, ut quae salubriter cogitatis, feliciter possitis implere. Interim apostolicam benedictionem paternae Nostrae charitatis et benevolentiae testimonium erga fraternitates vestras peramanter vobis impertimur.

Grcuorii A'F7 *Acia* 1, 327.

De litteris et severioribus disciplinis sedulo a clero addiscendis

(Ex Litt. Ap. *Catholicae religionis,* 8 apr. 1831).

720 (280) Catholicae religionis salus et populorum bonum ac utilitas omnino postulant, ut ii omnes, qui in sortem Domini vocati, ecclesiasticae militiae nomen dare exoptant, non solum virtutum omnium splendore praefulgeant, quo seipsos praebeant in omnibus *exemplum bonorum operum, (Tt.* 2, 7), verum summa etiam animi contentione in literas severioresque disciplinas addiscendas sedulo incumbant, quo possint *exhortari in doctrina sana, et cos. qui contradicunt, arguere (Tt.* 1, 9). Cum enim sacerdotis labiis scientia sit custodienda et lex requirenda ex ore eius,1 tum ignorantia, quae cunctorum mater errorum, maxime in sacerdotibus vitanda, qui docendi officium in populis suscipiunt.2

721 (281) Quamobrem iure meritoque Romani Pontifices omni quidem vigilautia et studio id unum vel maxime semper spectarunt, ut ecclesiastici viri non modo vitae integritate, verum doctrinae laude elucerent ct crescerent *in scientia Dei ((*'. 1, 10). Nihil enim est, quod populorum animos ad pietatem et religionem magis excitet atque inflammet, quam eorurn exemplum et doctrina, qui divino se ministerio dicarunt.3 Atque iccirco providissimis gravissimisque Ecclesiae legibus cautum semper fuit, ut adolescentes clerici vel ab ineunte aetate in Seminariis praesertim ad pietatem, probitatem omnemque virtutem et doctrinam rite efiormentur,4 quo esse possint in tempore vere *adiutores Dei* et *Christi ministri* atque operarii missi in vineam suam, qui fructus afferant,5 et opponentes *murum pro domo Israel* praelientur praelia Domini.ll

* Cfr. .I/o. 2. 7.
’ (Cfr. n. 251].
’ [Cfr. n. 288).
* (Cfr. n. 290].
‘ Cfr. 1 C. 3, 9; 4, 1; *C.* 1, 7; *Mi.* 20, 4. 7; 7. 15, 8. 10.
* Cfr. *Ez.* 13, 5.

722 (282) Quod quidem si seiuper, hisce praesertim asperrimis ac luctuosissimis civilis non minus, quam Christianae reipublicae temporibus magis magisque summopere curandum, quibus perditissimi homines *despumantes confusiones suas* et *secundum desideria sua ambulantes, (Jud.* 13; 16) tot opinionum commentis, tot omnigenum scelerum monstris iura quaeque divina et humana violare, perturbare, permiscere moliuntur et religionis fundamenta labefactare, imo funditus evertere maximo cum omnium cbristifidelium detrimento impie nefarieque conantur.

723 (283) .Maiore igitur vigilantia, cura et studio est prospiciendum, ut ecclesiastici homines non solum virtutis et pietatis laude floreant, verum etiam literis severioribusque disciplinis potissimum sacris praestent, quo tamquam lucernae ardentes luceant coram hominibus,[1] et loquentes *quae decent sanam doctrina/m (Tt.* 2, 1), possint vaferrimos impiorum conatus refringere, fraudes detegere et aculeata sophismata fallacesque errores refellere atque eorum obstruere ora. quorum labia loquuntur iniquitatem, et linguae meditantur mendacium.[2]

Gregarii ***XVI*** *Acta* 1, 388.

De sacerdotii alumnis ex omni gente et natione Romae educandi

(Ex Motu Proprio *Romanam Ecclesiam,* 3 iun. 1836).

724 (284) Romanam Ecclesiam omnium ecclesiarum matrem et magistram maxime decet ut in ipsa Urbe, in qua d. Petri Apostolorum principis Sedes posita est, pateant domicilia, ad quae ex longe dissitis regionibus adolescentes confluant, in iisque ad scientiarum studia, ad omnem pietatem atque ad ecclesiasticum ministerium rite obeundum informentur. Summopere enim congruum est, ut ad religionem propagandam sacerdotes proficiscantur ex ea Urbe cui Apostoli acceptam a Christo doctrinam proprio sanguine Armatam tradiderunt. Haec praecipue causa fuit cur Romani Pontifices praedecessores Nostri tanta sollicitudine curarim, ut Romae collegia gentium exterarum quanta potuit amplitudine instituerentur, atque iis privilegiis ornarentur, quae ad ecclesiasticum ministerium utiliter in patria sua implendum adolescentes alumnos idoneos efficerent.

Gregorii ***XFI*** **J***chi* 2, 111.

De illegitimis in Seminaria non recipiendis

(S. C. Concimi in *Nullius,* 13 iiug. 1836).'

725 (285) Ratio autem potissima ob quam nequeunt illegitimi in Seminarium recipi, ea esse videtur, quod ex Tridentinae Synodi dispositione, in diet. *sess.* 23, *cap.* 18 *de reform.,* ii tantum pueri in Seminarium admitti debent.

[1] Cfr. .1//. 5, 1 i. 1G.

[2] Cfr. *lob* 27, 4.

' Quampluritnao furis auctoritates, quae in textu *Causae* laudantur, brevitatis oralia hio omittuntur.

quorum indoles et voluntas spem afferat eos ecclesiasticis ministeriis perpetuo inservituros fore; atqui illegitimi omnes *turn ab Ordine, tum a Beneficiis* ex apertissima luris dispositione arcentur; ratio ergo isthaec prohibet, quominus iidem in Seminarium recipiantur. Ab Ordinibus autem et Beneficiis sive nothi, sive spurii, sive reliqui omnes illegitimi arcentur praeprimis propter Ordinis dignitatem et praestantiam, quae turpibus et infamibus committi non debet. Ob detestationem deinde criminis paterni ipsi ab Ecclesia excluduntur, ut per id puniatur pater. Arcentur praeterea ob metum paternae incontinentiae, cum soleant filii parentum imitatores esse. Tandem ab ecclesiasticis Ordinibus et Beneficiis ipsi arcentur propter scandalum eorum, inter quos promoventur. Iamvero quum *spurii* omnes *infames* sint, oratoris filii qui ex adulterio nati sunt, haud possent in Seminarium admitti, quum ad ecclesiasticos Ordines et Beneficia ipsi promoveri prohibeantur. In iis praeterea cadit vehemens paternae incontinentiae metus, nam omnis macula quae est in patre *regulariter* descendit in filium.

Et quamvis oratoris filii a Principe legitima!i fuerint, non ideo ab *irregularitate dispensati, et ad Ordines habilitati* censentur, nam Princeps saecularis tali non fruitur potestate. Imo tam a Lege Mosaica quam Canonica ita ipsi detestantur et oduntur, ut usque *ad decimani generationem* ingredi ad Ecclesiam ipsis sit nefas, namque apud Deum neque amabiles, neque apud homines honorabiles sunt, quibus de causis nequit iisdem petita dispensatio elargiri: nam prohibita censetur contra Concilium dispensatio, eo ipso quod nunquam reperitur concessa.

Haec vero licet gravia sint, haud tamen tanti facienda sunt, ut non debeat oratori petita dispensatio concedi. Quamvis enim possit Summus Pontifex dispensationem tribuere absque eo quod sibi a Canone concedatur potestas, eum de hire sit supra ius, attamen talis dispensandi facultas Summo Pontifîci *in iure* tributa invenitur, et talia in themate concurrunt, queis dispensatio ab eodem elargienda venit. Praeprimis enim quum *culpa /iliorum non fuerit,* si *de adulterio* nati sunt, digni ipsi venia videntur. In rigore enim nasci de adulterio non est culpa eius qui nascitur, sed tantum eius qui generat.

Caeterum pia Mater Ecclesia non imputat filiis parentum vitia, sed illos admittit praevia dispensatione in Ecclesiam, quatenus morum honestas eos commendabiles reddiderit, et meruerint, ut Ecclesia cum iis legitime dispenset; quandoquidem ob legalitatem et probitatem personae receditur saepe a communibus luris regulis. Quamobrem *spurii* bonae vitae et famae funguntur *ex iure Civili* muneribus et honoribus, et ad Decurionatum admittuntur non minus quam legitimi. Spurios enim haud esse infames multis demonstrant eruditissimi Iuriconsulti.

Quoniam itaque oratoris filii honestate morumque candore praefulgent, digni reapse inveniuntur ut in Seminarium admittantur. Ut igitur possint Oratoris lilii adhuc a teneris annis ad pietatem morumque candorem informari, in Seminarium admitti posse videtur; ibi enim ad religionem informantur, iis occasio magis removetur a teneris annis mundi

voluptates ac vitiorum illecebras sequendi; quod certe non obtinerent si patria domo conversarentur.

Legitimae porro accedunt in themate dispensationis causae; eaedem enim ut docet S. *Thomas, 2, quaesi.* 63, *art.* 2 et *quaest.* 67, *art.* 4 ad tria capita rediguntur: nimirum *primo ad publicavi* sive *privatam utilitatem; secundo ad communem,* sive *particularem necessitatem: tertio ad pietatem.* lamvero in themate *privata* adest puerorum *utilitas, particularis necessitas et pietas.* Dispensatio itaque absque difficultate eisdem tribuenda venit.

Hisce accedit quod praefati pueri per Principis legitimationem ad primaevum ius naturae *iure positivo sublato restituti sunt,* et ita legitime natis sunt aequiparati; quandoquidem legitimario adeo *spurii nomen cessare facit,* ut talis amplius dici non possit. Ex vulgatissima porro regula quod *odia restringi, favores convenit ampliari,* iisdem dispensatio tribui debet. Nullum porro scandalum exinde timetur, si pueri illi in Seminarium recipiantur.

Erit proinde in re maximi momenti EE. VV. definire, quod dirimendum proponitur dubium:

Jn *sil consulendum Ssmo pro fjralia dispensationis in casu* etc.

Die 13 aug. 1836 Sacra, etc. respondit:

Negative.

SCC *Thesaurus* 9G, 355-3G0. Cfr. CIC *Fontes* 6, 335 8.

De Seminarii alumnis in Choro ineensandis

(Ex Decr. 2791 C. SS. Rituum, 3 aug. 1839).

726 (286) Quum Reverendissimus *Bobien.* Episcopus constituerit quamprimum coadunare Synodum Dioecesanam, ut leges in ea condendae certo innitantur fundamento, Sacram Rituum Congregationem supplex adivit exposcens solutionem nonnullorum dubiorum, quae hisce concepta terminis ipse proposuit; nimirum:

4. An Seminarii Episcopalis Alumni Choro assistentes cotta induti thurificandi sinti

Et Eminentissimi ac Reverendissimi Patres Sacris tuendis Ritibus praepositi, probe sentientes Reverendissimi Episcopi oratoris eo tendere vota, ut omnia in sua Dioecesi recta procedant methodo, in Ordinariis Comitiis ad Quirinale subsignata die coadunati, respondendum censuerunt:

A<1 I. *Incensando# esse pcr modum unius.*

SKC *Decr.* 2, 28G s.

De Episcopi officio adeundi saepe Seminarium

(Ex Epist. *Has ad te litteras* ad Philippum Eelícianum episc. Chehnensem, 23 inai. 1840).

727 (287) Tu etiam, ven. fr., ne cesses adire saepius ad Seminarii aedes, ut de profectu alumnorum, ac de ipsa praesidum magistratomm ratione certior fias, eorumque labores adiuves praesentia monitisque tuis, atque ut invigiles efficacius ne quis ab officio declinet.

Orcgorii XVI Acta 3, 55.

De sacra inventato in Seminario ad omnem ecclesiasticam disciplinam informanda

(Lilt, circuì. S. C. Ecr. et Reo. *Tai educazione ecclesiastica,* ad Episcopos Sardiniae, 2 oct. 1842).

72S (288) La educazione ecclesiastica e scientifica dei giovani, che debbonsi ammettere nel Clero e consacrarsi al servizio del Signore, è stata sempre con indefessa cura promossa nella Chiesa per formare atti ed idonei Ministri del Santuario, i quali forniti di scienza e ricchi di virtù possano colla dottrina, colla prudenza, e colla santità della vita essere di edificazione, e di utilità al popolo cristiano nell'esercizio «lei sagro ministero.

729 (289) Al conseguimento di questo fine è stata riconosciuta come mezzo più sicuro ed efficace la istituzione dei Seminari, perchè nei medesimi, i giovani fin dalla loro tenera età allontanati dai mondani piaceri, ai quali sarebbero proclivi, si formano alla pietà, alla religione, ed alla disciplina ecclesiastica. E per tal motivo i Padri del Tridentino Concilio hanno prescritta la erezione dei Seminarii, e la disciplina da osservarsi nei medesimi, senza la quale quei sagri luoghi lungi dall'essere semenzai di piante elette pel Santuario, diverrebbero riunioni non solo inutili, ma benanche dannose di giovani indisciplinati.

730 (290) Quindi è che la S. Sede Apostolica ha sempre invigilato tanto per la erezione dei Seminari, quanto per l'osservanza dei disciplinari regolamenti. Ed essendosi pertanto riferito a questa Sagra Congregazione dei Vescovi e Regolari, che in alcuni Seminari di cotesta Isola di Sardegna si sono introdotti degli abusi, e che i medesimi non si sono potuti togliere dai rispettivi Vescovi, la stessa S. Congregazione dopo avere verificato l'esposto, e conosciuti i rimedi da prendersi, ne ha latta relazione al S. Padre, il quale sollecito sempre di accorrere colla sua autorità ove il bisogno de' fedeli lo chiama, ha commesso alla stessa Sagra Congregazione di emanare per i Seminari della Sardegna le seguenti disposizioni:

731 (291) 1. Si ammettano nei Seminari, sia come alunni, sia come convittori, quei giovanetti soltanto che abbiano almeno dodici anni; che sappiano leggere e scrivere; che siano nati di legittimo matrimonio, di buona condotta, e di tale indole e volontà da potersi sperare, che essi vogliano in realtà proseguire nella carriera ecclesiastica.

732 (292) 2. Si debba diligentemente invigilare >ulla condotta dei giovani ammessi, sulla frequenza de' Sagramenti, e sulle altre opere di pietà secondo le prescrizioni del Tridentino, sees. 23, *de. reform,* cap. 18; l non che rapporto al profitto nello studio; e con imparzialità si puniscano i colpevoli, e si proceda ancora senza eccezione di persone alla espulsione degl'incorregibili, specialmente se siano causa di mal costume.

733 (293) 3. Si proibisce che i chierici del Seminario, e le altre persone addette al medesimo, si prestino in servigio de' particolari di qualunque grado, e che il locale si faccia servire ad uso degli estranei.

734 (294) 4. È assolutamente vietato che i Seminaristi prestino assistenza alla Cattedrale, o ad altre Chiese nei giorni feriali eccettuati i primi Vesperi delle solennità, in cui dovrebbe il Vescovo fare i Pontificali. Assisteranno per altro nei giorni festivi alle sole funzioni solenni del Coro.

735 (295) 5. 1 Chierici Seminaristi ncll'assumere gli uffizi da prestarsi nel Coro dipenderanno unicamente dai Superiori del Seminario, ed a questi esclusivamente spetterà di mandare i Seminaristi, che crederanno, oltre quelli che sono necessari, al servigio del Coro medesimo.

736 (296) 6. I Chierici Seminaristi dovranno avere un conveniente posto nel Coro, in cui quando non siano occupati nel loro particolare ministero, siedano, uniformandosi però come si conviene al rimanente del Coro.

737 (297) 7. l Vescovi dovranno richiamare in osservanza quanto hanno prescritto i Padri del Tridentino ed i Romani Pontefici pel retto andamento e regolamento de' Seminari, per la educazione ecclesiastica dei giovani, per gli esercizi di pietà, per gli studi, e per l'amministrazione delle rendite del Seminario.

738 (298) V. S. pertanto sopra le accennato basi formerà un regolamento pel suo Seminario col respettivo piano degli Studi.

739 (299) Il S. Padre non dubita, ch'Ella animata da vero zelo, e sull'esempio di tanti Vescovi voglia adoperare ogni sua cura per la esecuzione di quanto è stato prescritto; spera che i Capitoli si uniformeranno di buon grado allo disposizioni della S. Sede e confida che i Superiori dei Seminari, memori delle loro obbligazioni, vorranno corrispondere colla loro assidua opera ad un oggetto di tanto momento, dovendo essere tutti ben persuasi, che *Seminariorum institutionem, conservationem, et promotionem in Ecclesia Dei summe fructuosam, qua Clericalis militiae propagatur ordo et progressio, tantopere necessariam esse constat, ut stare ecclesiastica disciplina sine illorum subsidio et adminiculo vix possit.*[2]

CER *Collect.* 507 8.; CIC *Fontes* I. 905-907.

' [Cf. nn. 290-296].
' *Cone, Prov. Aquilcien.* (a. 1596) cap. 12: Mansi 31. 1102.

SYNODUS DIOECESANA PUDIGII ERIANA
(18 ian. 1844)

De formatione cleri Indigenae

710 Propositum speciale, nd quod nostrae congregationis[1] fundatorum conatus, labores atque invictus zelus semper spectaverunt, fuit institutio cleri indigenae. Ad quam perficiendam, quam ardenter desideraret ecclesia, opera ac documentis suorum pontificum manifestare non destitit: • Potissima ratio (inquit sacra congregatio de Propaganda tide, in prima instructione ad tres primos vicarios apostólicos in remotas nostras missiones mox profecturos directa), quae sacram congregationem movit ut vos episcopos in lias missiones mitteret, ea fuit ut omnibus modis ct rationibus curaretis inventutem illam sic instituere, ut sacerdotes capaces reddantur et a vobis consecrentur suisque locis per vastas illas regiones collocentur, rem illic Christianam sumina diligentia, vobisque dirigentilius curaturi. Itaque hunc finem semper ob oculos habete, ut ad sacros ordines quam plurimos et quam aptissimos adducatis, instituatis et suo tempore promoveatis ».

Omnium temporum ac omnium populorum testimonia, documenta historica ac monumenta ecclesiastica ad hoc conspirant, ut quam evidentissime probent necessariam esso cleri indigenae, qui propagetur, institutionem, si velimus ut fides altiores radices in aliquo populo agat ac firmiter stabiliatur.

In cleri indigenae formatione vividam sollicitudinem, non secus ac animi dolorem, quod missipnariorum inopia non sineret hanc operam navare, synodus unanimiter manifestavit. Laetanter tamen aspexit ista tempora consolatione et spe plena, quae divina providentia sibi offerre videtur ad hoc opus aggrediendum. Missionari! synodo pfaesentes, permoti ardenti desiderio officiendi ac longe hiteque dilatandi opus sibi divinitus creditum, sciscitati sunt quodnam primitivum ac efficax medium adbibendum esset ad tantum opus solide ac laudabiliter adimplendum.

Ut talem assequi possint finían, ad iuventutis instructionem cognitionibus solidis vfTormandam. conspirare debere omnes labores ac conatus suos unanimes assensi sunt. Qua in re instructioni superius allatae sese conformes esse praestiterunt. Haec enim, quae sequuntur, in Ista reperiuntur verba: « Scholas ubique summa cura et diligentia erigite, iuventutem illarum regionum gratis docete linguam latinnm et doctrinam Christianam vermiculo idiomate, ct conemini quoque ut nullus catholicus tradat filios suos infidelibus erudiendos, sed vobis vestrisque. In his scholis, si quos iuvenes inveneritis bonae indolis, piae mentis, devoti generosique animi, aptos studiis litterarum et qui spem faciant vitae ecclesiasticae, nutrite illorum zelum, opem ferte ut studia litterarum prosequantur et eum satis instructi litteris ct pietate fuerint, poteritis eos in clericorum numerum adscribere, et suo tempore ad sacros ordines promovere, multis primum spiritualibus exercitiis probatos, ct examinatis eorum intentionibus et ad clericalem vitae rationem vocationibus.' Hanc agendi normam sibi statuerunt primi vicarii apostolici statini acrid Siarnensem missionem pervenerunt.

7 11 Aliunde, omni tempore et apud omnes populos, iuventutis instructio non solum ad christianitates erigendas ac instaurandas, sed etiam ad animos sacerdotio aptos excitanilos, efficaciter inservivit. Hunc ad finem secure assequendum, non in sola educatione clericis necessaria sistendum est; sed a tenoris annis iuvenes cognitionibus imbuendi sunt, et ad scientias liberales promovendi. Nam invenis <jui inter illecebras sacculi absque institutione familiae, absque adminiculo optimorum institutorum versatus fuisset, a perniciosissimis tcntatlonibus difficile sc coerceret. Aliquot anni in seminario transacti non

[1] Congregatio seu seminarium Missionum ad exteros.

[1] Instructio ad Vicarios Apostolices ad regna Sinarum. Tonkini et Cocincinae proficiscentes.

«atte sunt, ut animum ac cor fortitudine, quae ministrum ăltari munire debet, roborare valeant. Nam, ut ait concilium Tridentinum: cum adolescentium aetiiM. ñi nct< instituatur, prona sit ad mundi voluptates sequendas; et nisi a teneris annis ad pietatem et religionem informetur, antequam vitiorum habitus totos homines possideat, numquam perfecto ac sine maximo ac singulari propemodum Dei omnipotentis auxilio, in disciplina ecclesiastica perseveret: sancta synodus statuit, ut singulae cathédrales, metropolitanae atque his maiores ecclesiae, pro modo facultatum ct dioecesis amplitudine, certum puerorum ipsius civitatis et dioecesis, vel cius provinciae, si ibi non reperiantur, numerum, in collegio ad hoc, prope ipsas ecclesias, vel alio in loco convenienti, ab episcopo eligendo, alere ac religioso educare ct ecclesiasticis disciplinis instituere teneantur •? Decrevit ergo synodus operam statini imponendam esse in erigendis, prout tempus et media suppeditaverint, variis istis institutis, quae sacrum concilium Tridentinum ac pontificales constitutiones tam stricte commendaverunt, quaeque ob penuriam operariorum missioni tam necessaria sunt.

Ideo prima quaestio, quae synodo deliberanda erat. et quae ab omnibus ad unum admissa est, fuit erectio ac provectio I0 scholarum apprime rectarum pro pueris; 2° minoris seminarii ubi adolescentes scientiis ac artibus liberalibus imbuerentur; 3® maioris seminarli in quo clerici theologiam docerentur.

712 § 1. - *De scholis.*

Cum synodus compertum haberet scholas multum iuvarc ad propagandam religionis cognitionem ac mores informandos, unanimiter decrevit scholas existentes non solum fovendas ac tutandas, sed etiam quantocius providendum esse, quo meliori ac efflcaciorl modo, novae ac scite ordinatae erigerentur, non solum pro indigenis, sed etiam pro pueris europaeis et ex europaeis prognatis. Intuitu ac ape vocationes ad sacerdotium inveniendi. Similiter optaret synodus ut quam cito in educandis ac instituendis puellis opera navaretur. Omnes enim aut fere omnes puellae, in India, a tanto instructionis beneficio, per Infaustam opinionem consuetudincmque corruptam, excluduntur, ('uiusque missionari! erit Christianos edocere et pravam hanc agendi rationem suis instructionibus et alio quovis medio, prout prudentia dictaverit, abolere.

Cum in congregatione particulari quaqdam elementa de re gravi scholarum instituendarum ac do modo illas erigendi discussa ae praeparata fuissent, synodus, de iis cognitione habita, noluit decreta statuere gingillatili! de pluribus rebus quae ad materiam tanti momenti pertinent. Satius indicavit domandare hanc curam congregationi ex minoris seminarii moderatoribus constanti. Cum autem forma et regulae statutae ftxaeque fuerint, earum exemplar manuscriptum ad unumquemque statini transmittetur ñmissio narium, qui flagitetur ut examinet et omissa indicet, prout propria ipsius experientia utile ct necessarium illi suadebit.

*13 § 2. - *De minori seminario.*

Omnes synodo assistentes significaverunt quam vehementer exoptarent in regionibus istis erectionem minoris seminarii, tam recte constituti, ut non modica spes religionis propagandae offulgere possit. Ad huno assequendum finem, statutum fuit ut. dando operam in imbuendis puerorum animis praeceptis religionis, simul incumbatur in eorum ingenia ornanda quam maximo utilibus cognitionibus. Pro tali seminario haec ideo, quae sequuntur, decreta sunt.

1° Usque ad rhetoricam inclusive, studium linguae latinae. secundum methodum quae, experientia duce, ad promovendos alumnorum progressus efHeacior est.

l Seas. 23, *De Hef.*. cap. 18; [cfr. n. 290],

2° Item linguae Tamulicac; naturae ac decentiae consentaneum est, ut adolescentes lingua vernacula pure loqui discant. 01) peritiam propriae linguae, gentilium honore ac cultu dignabuntur, qui presbyterum. Idiomatis materni imperitum, contemptui haberent.

3° Similiter linguae gallicae; arbitrata est enim synodus I0 ex hac lingua, tanquam ab uberiore fonte, multiplicem religionis ac scientiarum cognitionem ipsis manandam esse; 2° multum collaturum hoc idioma ad fovenda, inter europacos et indigenas sacerdotes. arctiora necessitudinis et caritatis vincula; 3° inde stabiliorem ac ampliori honore dignum futurum esse in societate statum adolescentis, qui ad sacerdotium divinitus vocatum se non cognosceret, vel qui dotibus ad clericatum requisitis destitutus reperiretur.

•I0 Pariter linguae anglicao; nam consentaneum visum est. ut sacerdotes indigenae ministerium suum erga multos solam Istam linguam callentes exercere valeant, et cum magistratibus mutuam ac saepe pro tempore necessariam negotiorum rationem habere possint.

5° Tandem rudimentorum historiae, geographiae, arithmeticae, astronomiae et physicae; quia cognitiones istac omnis institutionis complementum habentur, et insuper eo Utiliores in his regionibus evadunt (pio saepius brarhmanes cognitionibus incertis et informibus, quas tenent, utuntur ad dolis captandam plebis credendi temeritatem.

Usque nunc, minoris seminarii moderamen ac institutio commissa fuerant uni sacerdoti, qui saepe, necessitate compulsus, Christianos sacramentis et verbi divini pabulo pascebat. Heu! infaustam necessitatem, quae cassam efficiebat spem totam, quae de tali instituto concipi poterat.

Idcirco statutum fuit inter moderatores minoris seminarii saltem tres deinceps futuros esse presbyteros;

I0 Unus presbyter europaeus superior, spirituale et temporale moderans, superiora documenta impertietur.

2° Alius presbyter pariter europaeus, studiorum moderator et professor.

3° Unus presbyter indigena, cuius probitas ac pietas perspectae erunt, alumnis constanter advigilabit.

4° Certus numerus professorum laicorum ac rectorum secundariorum, quos scholae postulabunt.

Non solum non circumscribendus est numerus alumnorum in seminario manentium, sed potius adlaborandum ut, quantum fleri potest, augeatur, cum spo plures inde exspectandi vocationes: in delectu tamen puerorum, magna prudentia ac perspicientia opus erit. Cuiusque igitur missionari! opus erit omni ope investigare ac excitare vocationes inter pueros gregis sibi commissi. Ad hoc tendunt, hoc suadent omnes instructiones sacrae congregationis.

Quibus admissis ac statutis, aedibus seminarii accessionem facere necessarium evadit.

744 *Quacnam conditiones requiruntur ut pueri et adolescentes in seminarium admittantur.*

Omnes pueri ex tribubus dictis Soudrac *(Choutres)* oriundi, ad scholas tantum admittentur. In interioribus vero seminarii aedibus morabuntur omnes pueri qui rite instructi ac postea ad sacerdotalem dignitatem evecti, munia sacra, pro temporibus, dignanter et decenter obire poterunt.

Nullus annorum numerus assignatus fuit ac determinatus pro admissione alumnorum in seminario, sed relinquitur haec cura prudentiae superiorum. Pro pueris Pudicherlanis requiritur ut, per sex menses, scholas frequentaverint: qui vero ex provinciis venient, necease est ut missionario per sex menses adhaeserint. Aucto alumnorum numero, cum missio tanto ferendo oneri, victum et vestitum gratis praebendo impar esset, parentes quamdam pecuniae summam ad minuendas impensas, pro facultatibus suis et ex aestimatione superioris singulis mensibus conferent, quantum fleri poterit.

Gentiles pueros ad scholas admittendos esse decisum est, tanquam rationi ac insti-

line consentaneum. Haec decisio instructionibus sacrae congregationis confirmatur, ac nititur spe illos paulatina per institutionem, adducendi ad amplectendam religionem chrlstianam, et in illis divinum afflatum pro munere clericali excitandi. Si a scholis removerentur, timendum esset ne haurirent doctrinam veneno infectam, quam inimicus omnis iustitine iamiam illis oblaturus est.

Institutum, de quo actum est, Pudicbcrii stabilitum remanet.

Quos cogere poterit mtesionarius alumnos, illos quantocius ad minus seminarium mittendos curabit et «altem antequam sublimioribus cognitionibus imbuti fuerint.

Procurator suppeditabit necessaria missionariis qui pueros instruunt et ad seminarium disponunt.

745 § 3. *De maiori seminario.*

Erectio maioris seminarii, a minori segregati, statuta fuit.

In eo, sicut mos est in Gallia, philosophia, theologia ac scriptura sacra explanabuntur.

Ilegulae tam sapienter positae in Europa, pro moderamine talium institutorum, in eo vigebunt.

Opinantur patres synodi nihil satius esse ad probandam vocationem alumnorum seminarii, antequam saorte ordinibus insigniantur, quam illos committere missionariis. quos per aliquantum temporis sequantur.

Visum est expedire ut. emenso philosophiae curriculo, et ordinarie antequam sacrae tonsurae initientur, modo memorato missionariis adhaerescant.

Quoad collationem tonsurae, id decisioni ct prudentiae concilii seminarii committitur, ea tamen conditione, ut aliqua commoratio in seminario semper requiratur.'

Mansi 39, 414-418.

De sacra militia in Seminario quam diligentissime paranda

(Ex Epist. *Cum madrima* ad Aloisiuin Antonium, Archiep. Pragensem, 31 mart. 1844 .

746 (300) Ut autem, ven. fr., tot impendentibus periculis maximis maiorem in modum occurrere posses, curas omnes cogitationesque in tuum istud episcopale Seminarium conferre nunquam desinas, quo adolescentes clerici inibi ad omnem virtutem atque pietatem mature fingantur, ac literis et severioribus disciplinis praesertim theologicis, sacraeque historiae cognitione, ad germanam catholicae doctrinae indolem et normam rite imbuantur. Ita enim rebus optimis instituti, vitae morumque integritate praediti, sanisque doctrinis exculti, poterunt in tempore, Deo bene invanì e, in aciem prodire, ac fidelium mentes et animos sanctissimis fidei praeceptis recte erudire, ab erroribus defendere, contradicentes revincere, et praeliari praelia Domini.2

Greoorii XVI Ada 3, 329.

1 Cfr. item *Cone. Nationale Graeco-Mclchilicum* in monasterio SSmao. Annuntiationis habitum, 1-6 ot 13-18 dee. 1838: Mansi, 46, 1008.

• [Cfr. n. 717].

De Seminario gubernando et administrando sub Episcopi moderatione

(Ex Convent, cum Pago Sangallensi, in Helvetia, 7 nov. 1845).

747 (301) Art. 5. - Canonici residentiales ordinarie Senatum Episcopi constituent, et in rebus gubernandae Dioecesis atipie in regendo et curando Seminario ipsi inservient...

748 (302) Art. 14. - Eligibiles pro Canonicati! sunt Presbyteri saeculares, qui habeant requisita canonica in genere, et in specie sint Dioecesani Sangallenses ibidemque diutius in cura animarum cum zelo ct prudentia versati, aut aliis functionibus ecclesiasticis addicti, vel Curiae Episcopalis aul Seminarii directione aut munere docendi beue meriti et insigniter commendati ac praefulgentes.

749 (303) Art. 15. - Seminarium pro informandis Clericis Dioecesis Sangallensis iam institutum iuxta praescripta Ecclesiae sub directione Episcopi erit. Senatus administrativus catholicus eidem pro sua conditione hucusque servata congruentem habitationem et fundos assignabit.

750 (304) Art. 20. - Pro constituenda et tuenda dotatione tum sustentationis Ecclesiae Cathedralis et Seminarii clericalis, tum proventuum et redituum Episcopi et Capituli hae summae capitales et respondentes fundi titulis rite et secure hypothecates constituentur et assignabuntur, et tamquam dotatio illorum inalienabilis declarabuntur: a)...

b) Seminario clericali et huic adiunctae praebendae flor. 75.000, quorum tituli in eodem Cathedralis Archivo extant et asservabuntur.

Concord. 748-750; PF *Ius Pont.* 7, 343 s.

De cleri indigenae formatione

(Ex Instruct. S. C. De Prop. Fide *Neminem profecto,* de Clero Indigena, 23 nov. 1845).

751 (305) Porro autem Romanos Pontifices pro supremi officii sui sanctitate in id aeque omni ope atque opera incubuisse, ut, qui in diversas terrae partes abibant, earumque Ecclesiis praeficiebantur Episcopi, ii indigenae cleri institutionem vehementissime urgerent, res est, ut cuique perspecta, ita multiplici documentorum genere confirmata. Huc revera spectant omnigena subsidia in Episcopos remotissimarum etiam regionum pluries collata ad seminaria erigenda, ubi pueri indigenae sacris deinceps initiandi, ad pietatem et scientiam informarentur. Huc permulta nationalia collegia eumdem in finem sive Romae, sive alibi ingenti sumptu ac labore instituta, et vel a fundamentis exstructa. Huc peculiares facultates Episcopis et Vicariis Apostolicis extra ordinem tributae; quo scilicet aliquibus praesertim in locis facilior esset indigenarum hominum ad presbyterii honorem et gradum ascensus. Huc demum innumerae fere Romanorum Pontificum epistolae, et constitutiones, itemque tot ac tanta ipsorum

auctoritate per Sacrani hanc Congregationem edita documenta et decreta, perspicuum procul dubio testimonium Apostolicae de ista re sollicitudinis in aevum extitura ...

752 (306) 2. - Illud insuper aeque studiosissime curent, quod etiam praecipui illorum muneris est, ut ex christiania indigenis, seu incolis earum partium, probati clerici instituantur, ac sacerdotes initientur; quo scilicet... crescente fide, fideliumque numero, disciplinae ecclesiasticae usus paulatim invalescat, ac religionis catholicae stabilitati prospiciatur. Huius rei causa maxime proderit, imo necessarium erit, seminaria condere in quibus adolescentes, qui a Deo ad sacerdotium vocati fuerint, bene diuque educentur, sacrisque doctrinis imbuantur.

3. - Ad omnem vero scientiam ac pietatem levitae indigenae informandi, et in sacro ministerio sedulo exercendi sunt; ita quidem ut, quod iamdudum apostolica sedes in votis habet, ad ecclesiastica quaevis munia atque ad ipsum missionum regimen idonei fiant, et episcopali etiam charactere digni existant. Quae tamen maximi sane momenti res ut tutior evadat, et non sine religionis emolumento perfici suo tempore possit, qui ad tantum onus designantur, illi ferendo assuescant oportet. Quapropter, quos ex indigenis clericis missionum praesides praestantiores censuerint, eos gradatim ad potiora implenda munera instituant, ac suos quoque vicarios pro opportunitate deputare non renuant.

4. - Hinc reficiendus ac omnino abrogandus erit mos indigenas presbyteros ad cleri tantum auxiliaris conditionem eis merito molestam deprimendi. Quin potius paulatim, et cum fieri prudenter poterit, ea regula inducenda, ut inter evangélicos operarios, sive indigenae ii sint, sive europaei, ceteris paribus, praelationis ordo ex antiquiori missionis exercitio servetur, atque adeo honores, officia ct gradus illis tribuantur, qui diutius sacro munere perfuncti sint.

5. - Ad haec compluribus in locis factum est, ut, neglecta et posthabita indigenae cleri institutione, evangelici fidem operarii laicos catechistas adiutores sibi in ministerio adsciscere consueverint; et forsan eorum operam plerumque fidei dilatationi perutilem experti sint. At, cum non satis consentanee apostolicae sedis menti atque ecclesiastici ministerii rationi id egerint, et graves etiam, hac in re, abusus, ex praedictorum catechistarum seu imperitia seu licentia, praevaluisse innotuerit, sacra haec congregatio singulis missionum praesidibus mandare non praetermittit, ut, donec eiusmodi laicorum auxilium, ob cleri indigenae defectum vel paucitatem, necessarium fuerit, viros morum integritate et fide omnino conspicuos, ad id muneris eligi, ac erudiri rectissimo satagant. Ceterum, hac etiam de causa, omnem per eos operam in cleri indigenae institutionem dari iubet, ut nempe, progressu temporis, iuvenes potius levitae et novus idem clerus catechistarum officia pedetentim occupent, et diligentius impleant.

PF *Collect.* 1, 512-544; CIC *Fontes* 7, 325-328; Cfr. *Gregarii* ***XVI*** *Acta* 3. 156 s.

PIUS IX (1846-1878)

Dp clero sancte scionterqiio instituendo
(Ex Litt. Encycl. *Qui pluribus,* 9 nov. 1816).

753 (307) § 7. - Verum cum *nihil sil, quod alios magis ad pietatem, et Dei cultum assidue instruat, quam eorum rita et exemplum, qui se divino ministerio dedicarunt,*l et cuiusmodi sunt Sacerdotes, eiusmodi plerumque esse soleat et populus,l pro vestra singulari sapientia perspicitis, Venerabiles Erat res, summa cura et studio Vobis esse elaborandum, ut in Clero morum gravitas, vitae integritas, sanctitas, atque doctrina eluceat, et ecclesiastica disciplina ex Sacrorum Canonum praescripto diligentissime servetur, et ubi collapsa fuerit, in pristinum splendorem restituatur. Quapropter, voluti praeclare scitis, Vobis summopere cavendum, ne cuipiam, iuxta Apostoli praeceptum,l cito manus imponatis, sed eos tantum sacris initietis ordinibus, ac sanctis tractandis admoveatis mysteriis, qui accurate exquisiteque explorati, ac virtutum omnium ornatu, et sapientiae laude spectati, vestris dioecesibus usui et ornamento esse possint, atque iis omnibus declinantes, quae Clericis vetita, et attendentes *lectioni, exhortationi, doctrinae* (1 T. 4, 13), exemplum sint fidelium *in verbo, in conversatione, in caritate, in fide, in castitate,* (1 T. 4, 12), cunctisque afferant veneralionem, et populum ad Christianae religionis institutionem fingant, excitent, atque inflamment. *Melius enim profecto est,* ut sapientissime monet immortalis memoriae Benedictus XIV Decessor Noster, *pauciores habere ministros, sed probos, sed idoneos, atque utiles, quam piares qui in aedificationem (torporis Christi, quod est Ecclesia, nequidquam sint valituri.*,..

754 (308) § 8. - Cum autem Venerabiles Fratres, vestram sapientiam minime fugiat, idoueos Ecclesiae ministros nonnisi ex optime institutis clericis fieri posse, magnamque vim in recta horum institutione ad reliquum vitae cursum inesse, pergite omnes episcopalis vestri zeli nervos in id potissimum intendere, ut adolescentes clerici vel *a teneris annis* tum ad pietatem solidamque virtutem, tum ad litteras severioresque disciplinas. praesertim sacras, rite informentur. Quare Vobis nihil antiquius, nihil potius esse debet, quam omni opera, sollertia, industria clericorum Seminaria ex Tridentinorum Patrum praescripto instituere,l si nondum existunt, atque instituta, si opus fuerit, amplificare, eaque optimis moderatoribus et magistris instruere, ac intentissimo studio continenter ad-

l Coxc. Turn. Se». 22, *Dr Ref.* c. I lefr. n. 2881.
» (Cfr. n. 6531.
» *l T.* 5. 22.
• Epist. Encycl. *Ubi primum* (cfr. n. 6201.
l Coxc. Tiun. 8C6S. 23. *J)e Ref.* c. 18 (cfr. nn. 290-2961.

vigilare, ut inibi iuniores clerici in timore Domini, et ecclesiastica disciplina sancte, religioseque educentur, et sacris potissimum scientiis iuxta catholicam doctrinam ab omni prorsus cuiusque erroris periculo alienis, et Ecclesiae traditionibus, ct sanctorum Patrum scriptis, sacrisque caeremoniis, ritibus sedulo ac penitus excolantur, quo habere possitis navos atque industrios operarios, qui ecclesiastico spiritu praediti, ac studiis recte instituti valeant in tempore dominicum agrum diligenter excolere ac strenue proeliari proelia Domini.[1] Porro cum Vobis compertum sit ad ecclesiastici ordinis dignitatem, et sanctimoniam retinendam et conservandam pium Spiritualium Exercitiorum institutum vel maxime conducere, pro episcopali vestro zelo tam salutare opus urgere, omnesque in sortem Domini vocatos monere, hortari ne intermittatis, ut saepe in opportunum aliquém locum iisdem peragendis exercitiis secedant, quo, exterioribus curis sepositis, ac vehementiori studio aeternarum divinarumque rerum meditationi vacantes, et contractas *de mundano pulvere* sordes detergere,[2] et ecclesiasticum spiritum renovare possint, atque expoliantes *veterem hominem cum actibus suis, (C.* 3, 9). novum induant. *qui creatus est in iustitia, et sanctitate* (J:. 4. 24). - Neque Vos pigeat si in Cleri institutione et disciplina paulo diutius immorati sumus. Etenim minime ignoratis inultos existere, qui errorum varietatem, inconstantiam, mutabilitatemque pertaesi, ac sanctissimam nostram religionem profitendi necessitatem sentientes, ad ipsius religionis doctrinam, praecepta, instituta eo facilius, Deo bene iuvanti», amplectenda colenda adducentur, quo maiori Clerum pietatis, integritatis, sapientiae laude, ac virtutum omnium exemplo, et splendore ceteris antecellere conspexerint.

Pii JX Acta 1. 16 s. 19-21; PF *Ius Pont.* 6, 1, 16-18: CIC *Fontes 2,* 813-815.

De praestanti Episcopi moderamine in Seminarii disciplinam et doctrinam

(Ex Convent, cum Imperio Russico, 3 aug. 1817).'

755 (309) VII. - In novo Chersonensi Episcopatu erit Dioeeesanum Seminarium: ibi quindecim usque ad vigintiquinque Alumni alentur Gubernii impendiis, voluti qui in aliis Seminariis pensione fruuntur.

756 (310) IX. • Episcopi Camenecensis et Chersonensis statuent numerum clericorum Armeniorum catholicorum, qui in eorum Seminariis Gubernii impendiis ali debent. In unoquoque ex dictis Seminariis aderit Presbyter Armenius catholicus, ut alumnos Armenios proprii ritus caerimoniis erudiat.

[1] [Cfr. n. 721].

[*] Cfr. S. Leo M. *Sermo* 42 *(De Quadrages.* 1) I: ML 54. 275.

[’] Cfr. Allocut. Consist. *Probe noscitis,* 3 iul. 1848: *Pii IX Acta* 1, 103, 101 (et 113); PF *Iun Pont.* 6, 1, 66.

757 (311) XXL - Episcopus supremum habet moderamen in docendi rationem, in doctrinam, in disciplinam omnium suae Dioecesis Seminariorum iuxta praescripta a Concilio Trid., Cap. xvm, Sess. xxm.[1]

758 (312) XXII. - Electiones Rectorum, Inspectorum, Professorum et Magistrorum pro Dioecesanis Seminariis Episcopo reservantur. Antequam eos nominet certior fieri debet, huiusmodi electiones, quod ad civilem vivendi rationem, haud praebere Gubernio obiiciendi locum. Cum Episcopus necessarium duxerit amovere Rectorem, vel Inspectorem, vel aliquem ex Professoribus, aut Magistris, statini illis eadem ratione successorem dat. Ipse libertate pollet intermittendi pro tempore unum, vel plura studiorum curricula in suo Seminario. Cum necessarium existimaverit intermittere omnes insimul studiorum cursus, et alumnos ad suos parentes mittere, continuo Gubernium instruet.

759 (313) XXIII. - Arehiepiscopus Metropolitanus Mohilowiensis exercet in Ecclesiasticam Academiam Petrópolis eamdem auctoritatem, quam quisque Episcopus in proprium Dioecesanum Seminarium exercet. Is unice eiusdem Academiae Caput, et supremus .Moderator est. Coetus Consiliariorum vel Moderatorum Academiae consultationis tantum partes habet.

760 (314) XXIV. - Electio Rectoris, Inspectoris et Professorum Academiae ab Archiepiscopo fiet ex relatione Consilii Academici. Quae in articulo XXM praescripta sunt hisce electionibus item aptantur.

761 (315) XXV. - Professores, et Adiuncti scientiarum Theologicarum semper ex Ecclesiasticis Viris eliguntur. Alii .Magistri eligi poterunt ex Laicis catholicam religionem Romanam profitentibus, iisque pradiabitis, qui studiorum curriculum confecerint in aliquo maiore Imperii Athenaeo, atque Academicos gradus fuerint eonsequuti.

762 (316) XXVI. - Conscientiae .Moderatores alumnorum, tum cuiusque Seminarii tum Academiae, nullam sibi arrogent partem in dirigenda Instituti disciplina; ipsi eligentur et nominabuntur ab Episcopo, vel Archiepiscopo.

763 (317) XXVII. - Post novam Dioecesium circumscriptionem Archiepiscopus semel et in perpetuum cum Ordinariorum consilio statuet numerum alumnorum, qui ab unaquaque Dioecesi ad Academiam mitti poterunt.

764 (318) XXVIII. • Programma studiorum pro Seminariis redigetur ab Episcopis. Pro Academia ab Archiepiscopo, postquam rem eum suo Academico Consilio contulerit.

Concord. 7S3 e. 758-760: Pi» *IX Ada* 1, 115 e. 127-131; PF *Ius Poni.* G. 1, 64-66; 7, 304-306.

[1] [Cfr. nn. 290-296].

CONCILIUM PJÌOV. PARISIENSE (18 sept. 1849)

De modis quibusdam instaurandae ecclesiasticae scientiae

765 Tit. IV, Cap. 1 - *De studiis ecclesiasticis.*

Cum studiorum et scientiae splendor plurimum, omni tempore, auxilii et gloriae in opus ministerii ecclesiastici contulerit, Domino ita disponente, qui Deus scientiarum in scripturis sacris voluit appellari; vehementer hortatur synodus, et in visceribus Christi obsecrat sacerdotes quotquot in seminariis, tum minoribus tum maioribus, curam erudiendae clericalis iuvontutis suscepere, ut magno et alacri animo huic tam pretioso et laudabili muneri vires suas omnes impendant.

1. Inter alumnos seriam et solidam doctrinam, shnulque disciplinae ct laboris vigorem, quam fidelissime promoveant, una cum virtutum et pietatis augmento.

2. Linguarum veterum honorem, et usum linguae praesertim latinar, quae est ipsius ecclesiae lingua et scientiae catholicae instrumentum, omni conatu foveant ac tueantur, nec ullus censeatur scholaro curriculum absolvisse, qui satis plena et perfecta hniuscc linguae intelligentia non polleat. Ideoque nonnunquam in rhetoricis, semper aut fere semper in philosophicis ac theologicis exercitationibus, latine loquuntur tum magistri tum etiam discipuli, omni perrupta difficultate.

3. Optat concilium ut in dioecesi metropolitana erigatur schola provincialis humaniorum litterarum professoribus informandis atque instruendis apta et accommodata: quae nempe constitutionem atque regimen ab ipso provinciali concilio Parisiense accipiat, et mutuo metropolitani ac suffragancorum consilio gubernetur.

I. Scientias illas mathematicas ct physicas quae hodiernis temporibus divino dogmati et libris sanctis saepius in quoddam auxilium adduci queunt, argumentaque extrínseca atTerunt, ne unquam negligant studiorum moderatores: ita ut communius alumni ad theologiae studia non accedant qui saltem baccalaureatus in litteris gradum attingere non possint.

*66 5. In seminario maiori, philosophiae iuxta methodum scholasticam in primis, et saltem per annum, studeant omnes qui ad clericalem statum sese disponunt.

Theologicis vero disciplinis ac sacrarum scripturarum studiis adiiciantur, quamprimum fieri poterit, de historia ecclesiastica semel in hebdomada praelectiones, necnon sedulae ct praeticao eloquentiae sacrae exercitationes, per quas actionem, elocutionem simul ct stylum, tum principiorum tum exemplorum ope, edoceantur discipuli.

G. In decursu vel sub fine theologici curriculi, de iure canonico, dv admlnistratione spirituali et temporali paroeciarum sufficientes tradantur notiones: ideoque exoptandum est ut addatur theologicis studiis quartus annus, quem omnes in seminario peragant, nisi qui eminentlori theologiae daturi essent operam.

7. Accommodetur autem diligenter et ita dispensetur divinorum dogmatum expositio, ut maiorum vestigiis inhaerentes, quaecumquc solida, vera et ad rem facientia, in doctrinis ecclesiasticis non omittant magistri; ex quo fonte depromant ea quibus errores hoc tempore grassantes accurato definiant ac confutent. Quao omnia ita ordinanda erunt, ut in fine seminarii ad gradum theologici baccalaureatus facile promoveri possint iunioros sacerdotes.

8. In exigenda a theologiae alumnis eorum quae didicerunt ratione, nunquam desistant professores, ut discipuli doctrinae specimen exhibere teneantur. Examina in fine semestris spatii et totius anni sint omnino accurata, et, quantum fieri potest, solemnia. Convocentur ab episcopo qui ct ipse interesso curabit, indices apti et docti, qui [ab] ordina-

rllfi magistris adititi, alumnos interrogent et examinent. Sneri vero ordines differantur ils qui in examine non aattefqcerint, nifi tamen, snbsequentibus temporibus, per nova et praœtantiora examina dilationem illam compensaverint.

9. Iterum atque iterum tantique beneficii per id munus in opus divinum collati nunquam Immemore^. nostrorum seminariorum professores adhortamur, ut novo zelo accensi, ad ecclesiasticae scientiae gloriam et augmentum totos seso dedant; certi quod a Domino amplissimam mercodem sint adepturi, et a nobis, quibus episcopale onus incumbit, inter sollicitudinis nostrae praecipuos adiutore» habendi.

Mansi 43. 489 s.

COVCZLfrii *XUESSIOXENSE PHOVINCIAE PEMEXSIS*
(2 oct. 1849)

Do ratione studiorum ecclesiasticorum

Tit. XVIII. • *Ite ratione Studiorum reclutiasticorum.*

767 Cum. id nobis omnino jtcrsuiisuni sit nihil ad instaurandam augendamque christlanam religionem magis conferre, quam ut clerici omnes a pueritia piis, liberalibus ac theologicis disciplinis ad sacerdotale ministerium sedulo praeparentur et adducuntur; nos, sacrosancti Tridentini concilii decretis inhaerentes. cisque, prout postulare videtur temporum ratio. iidUclcnte-, volumus, ut quae in huius provinciae unaquaque dioecesi Jam existant seminaria, haec summa diligentia servet episcopus, patema foveat sollicitudine, atque accuratissimo tutamine moderetur et promoveat.

Quoniam vero hic clericalis educationis scopus est. ut iuvenes. sancto religionis magisterio edocti et c(Tonnati. ea omnia sibi comparent et cognita habeant, quibus aliquando homines ab errorum tenebris et u vitiorum corno facilius retrahere, nccnon doctrinam catholicam virtutesque tum theologicas, tum morales cHicacius praedicare et turri possint; bununopvrr satagent comprovinciales episcopi, ut. quos inter septa seminariorum habent quasi íUos ct futuros laboris pastoralis participes, ildem quotidie in tide, pietate, scientia crescant, sanis et urbanis moribus cohonestentur, rectum et facilem eloquendi modum adipiscantur, et ita ad erudiendum alios cum potestate et dignitate, utcumque divina providentia ordinaverit, idonei liant.

Quapropter, ad hoc dirigendae et edocendae clericalis iuventntis tam grave munus, cautissima prudentia seligere oportet magistros, qui doctrina, virtute ct ingenio spectaItaiml sint, mansueto sicut et forti praediti animo, studio constanter addicti, regulae iuguin et vitae operosae pondus hilarius supportantes, congrua morum urbanitate conspicui. et discipulos quotcumque sincero et pari charitatls affectu complectentes. Quos quidem, ut ad maximi momenti oUicium deputatos, quomodo poterit, honestabit episcopus; cosque pro suismet facultabibus, habita laborum diuturnitatis ratione, constituta pennone, reticere ct aasccurarc conabitur.

768 Chp. I. - *Ite ŝtudii in minoribus ŝeminarii*

In minoribus seminariis, quotquot erunt alumni, in diversas classes, quibus singulis praeerit professor, pro mon» solito, dividentur. Inclusa, siquidem expediro ludicaverit episcopus, phllosophlM schola. Quae studenda erunt n cuiusque cl&ssls discipulis, hncc ordinarim Ipse per programma certum ct cxplicitum indicabit, adiunctis sibi viris quibusdam inventâtis edocqndac peritis.

Hoc in programmate praecipuum locum habebit quod ad «anctam catholicae religionis doctrinam attinet. Documenta enim Odei caetcris omnibus anteferenda sunt, quatenus necessitate et sublimitate multo pracstnntiora. Quare, magistri alumnos suos sollicitius impensaque omni opera «acri» in dogmatibus erudient, ea tamen lege, ut quasi lac pueris, solidius vero maiori provectis aetate pabulum praebeant. Tironibus igitur, qui nondum divinae mensae maturi exstiterint, genuinum diocesani catechismi senium. quotiescumque utile erit, simplici interpretatione enodabunt. Jis, qui non nihil in studiis iam progressi sunt, neo adhuc ad tertiam classem pervenere, doctrinam Christianam ampliоribus explicationibus evolvent, identidem credendorum et agendorum ratione?» «icuti patientur vires mentium, aderendo. Illis autem, qui litteras humaniores attigerint, et ideo studiis licet aliis melius apparati idoncjquc erunt, Christianae societatis historia exponenda erit, ut, per explanatam factorum seriem, persentiscant quomodo doctrina sacra, in mundo sensim evoluta, firmis semper ct ineluctabilibus terminis constiterit, ab impiis quidem et haereticis multoties ct acriter impugnata, defensa vero fortiter a patribu.% et conciliorum docretis ac sanctionibus definita. Quinimo viderint societatem humanam legibus, institutis continuoquc impulsu ecclesiae sublevatam sirnul et auctam fuisse.

Rhetorices demum et philosophiae candidatis demonstrabunt fundamenta fidei» scilicet Dei oxistentiam, divinam Christi missionem atque catholicae matris ecclesiae auctoritatem, multiplicibus validisque argumentis credenda defensantes, ostendentesque quanta luce Christus, sicut sol oriens ex alto, mundum illuminaverit, et quam vivifico calore fecundaverit. ipso salutis principium» certa veritatis ac virtutis norma patensque felicitatis humanae fons et origo. Expendant pariter magistri praecipuos, qui nunc grassantur, errores, cosque congruis confutationibus contundant. Denique satagant ut. quae variis in istis lectionibus, una saltem vice per hebdomadam, dicta demonstrataque fuerint, haec auditores ore resumant, styloque enucleato consignent.

'69 Quia vero educationis Christianae disciplina per verba et litteras acquiritur et invalescit, incumbent iuvenes linguarum studio, et imprimis linguae vernaculae quam ita addiscent, ut eu recte, facile quinimo eleganter, in sermocinationibus et scriptis uti queant. Linguam latinam, utpote catholicae propriam ecclesiae, quasi maternam habebunt, et graecam, a tot ct tantis scriptoribus sive profanis sive sacris illustratam, sibi comparare aequa diligentia adnltentur. Quarum ut regulus necnon ut lepores facilius addiscant» praeter grammaticorum libellorum studia, auctores quosque luculentissimos quotidie manu versabunt, eosdem indefesse, quo meliores sunt, meditantes, nunc latine vel grucce scripta in vernaculum sermonem transferentes, aut vice versa, nunc aemula oratione vel carmine tentantes exemplaria imitari et assequi.

Haec in admittendis scriptoribus ratio habenda erit, ut, quae castas mentes possunt offendero, suppressa expellantur, Copiosae sane suppeditabuntur alumnis pervetenim auctorum paginae; sed ut eis pariter subministrentur, praesertim in scholis superioribus, non pauca- e sanctis ecclesiae patribus et doctoribus selecta, summopere curandum erit. Hace enim, si forsan minus sermonis quadam venustate ct expolito verborum contextu nitent, certe tamen sententiarum veritate ct excellentia formaque rebus supernis accomodata multo praestant. I nde magistri comparationes saepe saepius inter auctores sive paganos sive Christianos instituero non praetermittent, ad hunc finem, ut alumni ab utrisque. quod melius et exquisitius fuerit, valeant mutuare; cactorum ipsi pervideant quam coelesti lumino hominum mentes irradiaverlt revelata Dei veritas.

In istis tamen linguarum studiis, non ita penitus infigendi sunt animi, ut historiam etiam profanam perlegero et ediscere negligane Adeundus est e contra hio omnis humanae experientiae fons, e quo scaturiunt ot profluviae manant vividissimae notiones. Si quis enim, veri sitiens, historiae incumbit, pretiosissima ille documenta hauriet; scilicet, colluctationem plus minusve violentam semper extitisso bonos inter et malos, inter civitatem, quae desursum est, et alteram, quae terrena est et perversa; innumeras erupisse a peccatis ct cupiditatibus calamitates; a religione voro divina virtutumque cultu plurimam effluxisse felicitatem: omnia domum quibusdam temporibus turbata fuisse et peno coi-

lapsa; Peo autem superius moderante, restituta fuisse ct ad finem determinatum tandem pervenisse.

Nemo igitur non videt quam multum fructum alïerat historiae studium, dummodo professor, ea qua par est peritia, illam edoceat, epochas certas statuons circa quas plurima ęua ultro conveniant facta; considerate de tot diversis disserens, et res eo modo coniungens depingenaquo, quo facilius uno conspectu adspiciantur. Ilis addendum venit quod ad ediscendam pertinet geographiam, quam multi non immerito historiae lumen appellant.

Praeterea» utile erit mathematica necnon naturalium ct physicarum rudimenta scientiarum alumnis tradere. Illa, sicuti demonstratione certa ct logicae regulis accommodata indigent. Ideo ratiocinandi vim acuunt, multisque conducunt usibus; hae vero visibilia Dei opera recensentes et aliquo modo penetrantes, piae ct gratae admirationis sensum excitant, et insuper oblectamento vitae simul ac commodo non parum inserviunt. Verumtamen intra iustos limites redigenda sunt ista studia, no desit tempus, quod litteris et doctrinae sacrae devolutum est atque debetur.

Meminerint interca magistri, quicumque munus edocendi habent, discipulos ad strenue constanterquo studendum omni solertia provocare necessarium esso. Quare, animos mutua aemulatione moveant, atque decertationibus quibusdam inoffensis stimulent. Quaestionibus varila necnon ct problematibus vim mentis excitent, momoriamquo expressa recitandi ac narrandi quae vel perlecta vel audita fuerunt, obligatione exerceant. Non enim sufficit quaelibet singularis et passiva attentio ab auditoribus in lectionum decursu praestita; sed continuo cienda est vis animorum propria et quaedam ingeniorum evolutio, adeo ut quisque, quod possit, pro viribus assequatur et obtineat.

Expediet etiam, ut in scholis praesertim superioribus quaedam collationes instituantur, in quibus spectatiores alumni do rebus sive litterariis, sive historicis, sive sacris, inter se, magistro semper praeside, et nonnunquam aliis professoribus et condiscipulis assistentibus disserere attentabunt. lias ad exercitationes facile pellicientur adolescentes, dummodo qui praeerit tractandas quaestiones discretim elegerit, et non tam austerus fuerit rerum et verborum exactor, ut si quid alienum forte vel insulsum ab orc loquentiam lapsum fuerit, illud acriter et inclementer retundat. In his omne tulerit punctum, qui ad id perducet alumnos, ut fortius allaborent, recto et facili sermone paulatim utantur, et montem suam argumentis concinnatis Ingenue aperiant.

770 Quoad philosophiae scholam, hunc sibi scopum dabit professor, ut huiusce scientiae historiam narret, atque exponat quot ac quantis, ct vanis saepius mons humana ad superiora nisibus aspiraverit; discipulorum mentes severis logicae regulis flectat, certius methodi trudat regulas et in quaestionibus metaphysicis, psychologicis ct moralibus, auspice et socia fide, per tramitem, quem illustrarunt tot egregii Christianae religionis asseclae, semper procedat. Cum autem observatione rerum crescat philosophia, nonnullaquo attentiori investigatione acquisita possideat, divitias, utcumque sunt ab auctoribus novis comparatae, considerate sibi vindicet magister, fugiens quae systema unice redolent, crroresquo maximo abhorrens: ita tamen ut nihil damnet aut reprobet nisi quod damnat aut reprobut ecclesia, opiniones liberas nec traducens nec imponens, sed tantum sicuti deviae vel periculosae videbuntur sedulo indicans. Formam, quae nuncupatur scholastica, argumentantes plerumque servabunt alumni, ut res theologicas in maiori seminario dialectici non imperiti aggrediantur.

Cunctis sic instructis, superior et caoteri magistri, pluries per annum, proposito sibi programmate de quo supra, alumnos omnes districte interrogabunt, de labore ct progressu cuiusque attente inquirentes. Anno scholari excunte, iidem alumni, coram pluribus etiam extraneis ab episcopo delegatis, comparebunt donno examinandi, et ad diversas ex dicto programmate excerptas quaestiones ore simul et scriptis responsuri. Si quis Interrogationibus pensove non satisfecisse indicatus erit, is per sequentem annum in eadem classe demorabitur, nec in seminario malori admittetur, licet rhetorices aut philosophiae curriculum fuerit emensus.

Cap. II. - *studiis in maiori seminario.*

Seminarium maius, cum sit ad sacros ordines aditus ct novissima schola, qua clerici ad sacerdotale ministerium informati, proxime praeparantur, aleuti pietate eximia, ita disciplinis altioribus ct ferventiori studio excellere et inclarescere debet. Hic enim, praeter omnes illas sive dogmaticas sive morales quaestiones inter quas inprimi et quotidie quasi est arandum, sacram scripturam dari a nemine negatur tanquam agrum immensum et feracem, in quo segetem amplam colligendam habent et mens et cor clericorum. Hic labore multo, vel in patrum et doctorum libris, vel in ecclesiastica historia, -anctae traditiones canonicaequo regulae indagandae sunt ct comparandae. Hic, praecepta artis bene dicendi non audienda tantum, sed et inquirenda aut etiam experienda sunt, ut clerici, sacerdotes tandem effecti, melius norint quo maiori fructu, aut catéchisantes elementa fidei pueris traditurі sint, aut per homiliam evangelium fidelibus exposituri, aut varios daturi populo monitus, aut divini verbi praecones concionem habituri. Hir denique [discendum) quodeumque de ritibus exercitandis, de divinorum celebratione, de regimino animarum, necnon de temporali parochiarum administrationc. scire sacerdotem necesse est.

Quamobrem, omnibus mature perpensis, arbitramur et indicamus maiorum seminariorum studia, et ea scilicet, quae nuncupantur theologica, nonnisi per curriculum quatuor ad minus annorum absolvi posse. Et quidem ut istud temporis spatium vere sit sufficiens, quaestiones curiosas nimium, subtiliores et supervacaneas, quomodocumque occurrent, perstringere aut etiam eiicerc professoribus fortiter suademus. Non enim cingularibus istis insudandum est controversiis, quae nec unquam speculative dirimi, nec quidpiam ad veram scientiam conferre possunt. Multo perutilius sane erit ut novos, qui Um luctuose ad animarum et fidei Christianae detrimentum, frequenter exundant, et vi praelorum indefessa diffusi exspatiantur errores, attentius insectentur, et eruditui strenuaque argumentatione pro viribus cohibeant. Si enim clericos decet et expedit nosse quibus armis suos hostes antiquos confoderit semper victrix religio, qua via nunc ipsi circumstantes inimicos aggrediantur, et, Deo iuvante, perfringant, apprime scire magis opportunum est ot necessarium.

Opportunum pariter ct aeque necessarium est, ut theologiae candidati de iure canonico accuratius quam pridem edoceantur. luris enim Illius ignorantia non indecora solum perhibetur, sed clerico admodum funesta. Nescienti nempe quibus decretis, legibus, constitutionibusvo res ac personae ecclesiasticae semper rectae fuerint et nunc etiam regendae, multa sordescunt, quae veneranda nimis atque excolenda manent; et quia non sût illo apprehendit qua legitima auctoritate quibusve maximi momenti rationibus complures sancitae fuerint regulae, quas observandas habet, in reatus plurimos caecutiens misere impingit. Quod, ut pro nostra parte avertamus, iubemus canonici luris disciplinam, in quolibet maiori seminario, quam primum fieri poterit, diligenti opera restitui. Eodem pacto, scholam historiae ecclesiasticae aut incipi aut inceptam continuari praecipimus, exhortantes magistros, ut, e vena ista uberiori penitus effossa, divitias omnis generis, proposita sibi fidei norma, abundanter eliciant.

Quoniam vero valde optandum est non solummodo clericorum studia, quo utilia et proficua sunt directum iri, sed etiam argumentationes in determinatis limitibus ℭonsi stentcanon abreptas vagari, formae, quae dicitur scholastica, plerumque adhaerere curabunt tum magistri, ut lucidius doceant, tum discipuli, ut facilius ac tutius discant; nec in disputationibus huc illuoque deflectentes deerrent. Insuper Unguam iatinam In praelectionibus theologicis usitatam habebunt.

Non inde tamen concludendum venit ad illud impelli oportere auditores, ut in omni penso scriptove mentis suae cogitata syllogistice evolvant. Nedum res ita se habeat, providebunt professóre» ut discipuli cuncti, per publicas narrationes, per scriptiones ct allocutiones saepe numero repetitas, casque ut plurimum vernaculas, in expedito sermone exercitati flant. Dolendum namque maximo foret, quod homines, ad condonandos po-

pulos in diem destinati» materna haesitarent lingua, et rectae facilique elocutioni omnino inhabiles forent.

Ad hanc igitur eloquendi facilitatem assequendam necnon ad acquirendam aliunde omnem rerum et sententiarum copiam, fortius et continuo studeant quicumque succedo-Ule munus aemulantur.

Auditores non tantum existant, sed quae in scholis edocta aut In libris variis scripta habent, ea secum reputent et revolvant. Meditantur insuper, ad firmandum animum, se ad quamdam militiam esse vocatos, sed vocanti Deo nunquam satisfacturos esse, nisi laborent ut boni milites Christi, ct Minctum catholicae religionis vexillum virtute et doctrina vindicare valeant. Ita gradum bonum sibi acquirent, et seipsos salvos facient, necnon cos qui so postea audituri sunt.

Magistri autem, pro sua parte, discipulorum laborem et progressus adiuvent. quaerentes verba utilia et sermones rectissimos ac veritate plenos, similes homini patrifamilias qui profert de thesauro suo nova et vetera, quam opere quotidiano et piis precibus copiosam doctrinam collegerint, luculenta methodo, elocutione clara, et recta concinnitate trudent auditoribus. Gradatiti} tamen semper procedunt, necessaria primum omnibus suppeditantes, deinde quae utilia vel congrua, habita diversorum ingeniorum ratione. Ini' rrogntionlbus non paucis animos provocent, et cunctos, per propositas quaestiones, quae studio nonnisi longiori solvendae sunt, ad versandos atque scrutandos auctores, solerter adigant. In disceptationibus quibuslibet moderato sermone utantur, et inter monile- controversias medium iter, neque laxiores neque rigidiores, prudenter teneant.

Meminerint tandem et hoc principaliter attendant, se sibi suisque necnon religioni Christiana! maximam utilitatem allaturos, si in iis omnibus quae ad ecclesiae et apostoliche sedis auctoritatem pertinent, unitati summopere et omni nisu faveant, filialem atque observantisrimam obedieútiain praedicantes, et petram, quam ipse Christus posuit. Unquam fundamentum fidei inconcussum fideliter ct assiduo ostensantes.

Disciplinis omnibus ita compositis. Instituentur complures per annum argumentationes, ad quas imitare non abs re erit <¡ui in civitate commorantur sacerdotes, ut ipsi studiorum testes sint, atque, si libuerit, interrogare et argumentari queant. Praeter quod, duae tei tre-, singulis annis, diverso quidem intervallo, sed peculiariter ante scholarum ferias, examinationes succedent, in quibus, ad interrogata responsuri, aderunt auditores singuli, ut de cuiusque labore ct habilitate verius constet. Examinationes qüae exeunte anno obvenient, ab episcopo et a viris praestaotioribus specialiter delegatis celebrabuntur, ct examinati ŏre vel scriptis responsa dabunt. Insuper ante sacras ordinationes severius examinabuntur clerici ad ordines maiores promovendi. Non enim insolubili vinculo clericos ecclesiae devincire oportet, qui non satis idonei sint et scientia certo congrua pollentes.

Mansi 43, 613-618.

CONCILIUM RHEDONENSE PROUINCIAE TURONENSIS
(11 nov. 1849)

De studiis ecclesiasticis et praesertim do Seminariis

Dec. IX. - *l)c studiis ecclesiasticis et praesertim de seminariis; de collationibus ecclesiasticis.*

Iuxta concilii Tridentini mentem, qui ecclesiasticis ministeriis, Deo volente, sunt inscrv ituri, vos oportet a teneris annis fovere ct sollicitudine quam maxima educare Ideo Galbarum episcopi quaedam seminaria, unum videlicet maius, ct unum aut alterum

l *Condi. Trid.* Sess. 23, Z)r *Ref.,* cap. IS; [cfr. n. 290).

minus, sua quisque in dioecesi iampridem erigenda curaverunt. En nunc, benigno Del omnipotentis auxilio, stant, ct ubique vigent, ad ordinem sacerdotalem apud nos servandum et propagandum pernecessaria, et supra modum utilia.[1]

Cum autem omni tempore, et his praesertim diebus nostris, duo potissimum in sacerdotibus requirantur, morum scilicet integritas, et veritatis scientia quam falsae seculi scientiae opponant; quatenus quisque Christi sacerdos, virtutis simul et doctrinae quasi ornamento duplici, medios inter homines praefulgeat; vehementer exoptant et monent coucilii patres In seminariis sedulo sorvari, et, si opus fuerit, roborari regulas quibus lávenos ad sinceram informentur pietatem et ad studia quam plurimum incitentur; ac etiam statuunt quaedam ad clericorum educationem sive in minori sive in maiori seminario apprimo conducentia, decernere.

Et quia emenso scholasticorum exercitiorum curriculo, magni interest quemcumque sacerdotem nec a studendo cessare, nec in virtutibus deficere, sed e contra, quantum sacri ministerii sinunt officia, assidue versari in iis quae adeptus est servandis et augendis: visum est patribus, ad ampliores et uberiores doctrinae ac institutionis ecclesiasticae fructus efficiendos, nonnulla mandare:

H5 1. - *De minoribus seminariis.*

Viros igitur diligenter eligat episcopus, sicuti doctrina pollentes, ita virtute et moribus eminentes, quos in seminario variis praeponat muneribus.

Et haec quidem non intclligantur solum do professoribus proprie dictis, sed de his omnibus, qui cum praesint iuvenibus, eos vel studio vacantes, vel etiam ludis indulgentes, continua sollicitudine informare ac regere tenentur. Ex hac enim indefessa vigilantia constat morum custodiam, correctionem indolis, studiorumque profectum maxime pendere.

Id vero primum inter alia providendum est, ut nonnisi accuratissime selecti, inventa in seminario admittantur.

Quapropter, satagant parochi ut pueros, vel adolesccntulos reperiant, pietate, cgregia indole, facilique ingenio praeditos, quos maturius a secali contagiis arceant, et caritate paterna custoditos, in seminarium puros piosque deducant. Et magistris illud sit in mente, non tanti esso momenti, ut quivis discipulus scientiam et litteras ediscat, quam ut eius informentur animus ct mons; imo si ex ea parto deficiat educatio, ipsi parum, ex litteris humanis, utilitatis in posterum accesserit.

In scholis ea teneatur ratio studiorum quae iam diuturna temporis experientia, approbata est. In varias classes dividantur alumni, et Ita gradatilo litterarum curriculum emetiantur.

Oportet autem ut, inter studia, primum locum obtineat religionis scientia, omnibusquo diligentissime ministretur, modo tamen diverso et singulorum aetati accommodato.

Maximam curam impendant in addiscendis et cognoscendis linguis veteribus, et spedatila lingua latina, quae sanctae matris ecclesiae perpetuo usu consecrata et catholicae traditionis interpres, ad scientiam ecclesiasticam aditus est quasi necessarius. In qualibet schola, si fleri possit, non omittantur scriptores ecclesiastici, dum profani explanantur. Ili quidem saepius forma insigniores, illi semper pie vivendi regulam praebentes, ot quidquid in profanis est inane, verae sapientiae documentis salubriter corrigentes. Nedum tamen antiquis idiomatibus incumbentes patriam linguam negligant alumni, huius principiis a pueritia magis ac magis studeant; paulatimque allaborent ut ea recte ac eleganter et loqui ot scribere valeant.

Docendae historiae una cum geographia professor addicatur: id enim scientiae genus, in se sacrorumque studiorum respectu admodum utile, hodiernis temporibus eo amplius

[1] *Concil. Turon,* (a. 1583) tit. 21 *De Seminar.:* Mansi 31, 853

excolendum est, quo a pluribus coaevis scriptoribus, in odium religionis, fuerit adulteratum.

Mathematicis initientur alumni; et scientiarum naturalium, quarum notitia in dies ubique diffunditur, non sint Ignari.

At summopere curandum est haec studia adeo multa et diversa, tanta discretione ordinari, ut neque postponatur quod praecipuum est. nequo mens alumnorum potius opprimatur quam imbuatur. Praemiis, consiliis, piis adhortationibus, variisquo Incitamentis utantur praeceptores, quo alacrior in studiis excitetur aemulatio.

Erga discipulos suos sese gerant ut animae parentes plusquam scientiae magistros, seque existiment in locum illius magistri coelestis succedere, qui, dum viveret in terris, pueros in sinum advocabat, et amplexabatur et benedicebat eis, dicens: ** Sinite parvulos venire ad me* ». Cuius exempli pie memores, alumnorum infantiam iuventutemquo curent ac revereantur, et in omnibus mansuetudinis ct gravitatis moderamine quodam utentes, seminarii studiorum annos suaves ac serenos efficiant.

Pauperum autem lllios praecipue vult eligi sacrosanctum concilium Tridcntinum, nec tamen ditiorum excludil et quidem his in nostris praesertim diebus, non multi potentes, non multi divites militiae dant nomen ecclesiasticae; quippe qui mundanis cupiditatibus et de siderite abrepti, a sacris sacerdotii muneribus avertuntur: unde seminariorum sustentatio in eleemosynis fidelium fere tota reponitur. Propterea, caveant parochi et quisquis de bono religionis est sollicitus, ne, inter tot et tam pretiosa pietatis et benchcontine opera, unquam in neglectum vel oblivionem venire possint seminariorum necessitates.

Quoad alias scholas, quovis nomine nuncupentur, nullus presbyter, sive diocccsanus sive extraneus, vel instituat, vel regendas suscipiat, nisi consulto et annuente episcopo.

770 2. • *De seminariis maioribus*

Si tantam ab episcopis sollicitudinem, non quidem immerito, expostulent minora seminaria, quid dicendum de maioribus, ubi iuvenes ad sacros ordines obeundos, et sacerdotale munus peragendum proxime praeparantur?

Quamobrem. omni ope nitantur episcopi suis huiuscemodi seminariis, pietate praecellentes, doctrina eximios ct sapientia consummatos directores praeficere, quorum curis laboribusque committantur clerici limiores erudiendi, maximeqtie ad religionem, pietatem ecclesiasticamque disciplinam Instituendi.

Sane Optandum esset ut communibus seminarii exercitiis directores cuncti possint interesse: saltem in quo clerici eodem eoenaculo mensae assideant; et per horas remissionibus assignatas, Quantum tempus et corporis valetudo cuique sinant, medios inter alumnos colloquiorum sint participes, summam prae se ferentes caritatem, bcnignnmque simplicitatem. docentes ea quae decent, exemplis potius quam praeceptis.

Frequenter de clericali vita et virtutibus, de sacris ministeriis et officiis, do robus llturgicls et caeremoniis, de modo agendi erga superiores ct cuiuslibet generis personas, coram omnibus sermones habeantur.

Et cum nihil ad sanctitatem sacerdotalem mugis conferre valeat quam meditatio oratlove mentalis assidua, studiose de methodo, variisque modis orandi doceantur alumni, ut huiuscc exercitii adeo necessarii amorem fructusque concipientes, nunquam ab eo, per reliquum vitae tempus, abstineant.

Nemo ad theologicos cursus ineundos admittendus est qui prius de philosophia stricto examinatus non fuerit. Tum deinde in scholis, per triennium vel etiam per quadriennium. trudatur theologia, dogmatica scilicet et moralis, quae in studiis ecclesiasticis maiores et praecipuas partes semper tenere debet, ct in qua docenda et addiscenda, monet synodus scholastica forma utendum et latino idiomnte.

l *Condì Trid.* Sess. 23, *De Ref,t* cap. 18 [Cfr. n. 290].

Habeat iir praeterea expositio et interpretatio *sacrai* scripturae, utpote • *coelestia illius thesauri quem Spiritus sanctus summa libcralitatf hominibus tradidit* l ex quo praecipuo depromantur ct explanentur liber psalmorum, quatuor ovangelia, actus apostolorum ct epistolae.

Exponantur insuper, in quantum licuerit, iurte canonici notione- quae in decursu tractatuum theologicorum non sufficienter evolverentur.

Alumnis etiam suppeditentur libri et diversa media quibus historiae studeant ecclesiasticae, cuius notitia in se necessaria, tantum iuvat etiam ad plenam rerum theologicarum scientiam perfectius adipiscendam.

Tandem, per quasdam institutiones publicasque exercitationes, sacro verbi ministerio efficaciter adimplendo initientur.

hinc infrequens sacramentorum usus, quibus tanta vis inest ad Dei gratiam vel conciliandam vel retinendam. Monendi hi quidem sunt, Venerabiles Fratres, ac vehementius excitandi, ut sacri ministerii partes recte ac fideliter explendas curent; docendi sunt quam gravi se culpa obstringant, qui messis multa cum sit laboran. detrectent in agro Domini. Hortandi sunt, ut quanta sit divinae hostiae virtus ad propitiandum Deum et ilagitiorum poenas avertendas frequenter explicent fidelibus, ut iidem salutari Missae sacrificio religiose adesse, uberesque ex illo fructus percipere studeant. Sane quidem promptiores alicubi fideles essent ad pietatis actus exercendos, si vehementiora haberent a Clero et incitamenta et praesidia. Videtis hinc, Venerabiles Fratres, ad comparandos idoneos ministros Christi quanta sit Seminariorum necessitas et opportunitas; in quibus moderandis non civilis potestatis, sed Episcoporum dumtaxat versari debet cura et industria. Collectos ibi iuvenes in spem religionis succrescentes ad pietatem doctrinamque sedulo informetis, ut duplici quasi instructi gladio boni olirn milites esse queant ad praelianda praelia Domini. Tum in theologicis, tum vero in philosophicis etiam disciplinis probatae fidei scriptores eisdem proponatis, ne qua imbuantur opinione catholicae doctrinae minus consentanea.

PU IX Acta 1. 628 s.

CONCILIUM CINCINNATENSE I (13 mai. 1855)

De muneribus Episcoporum circa candidatos ad sacros Ordines promovendos

806 4. Iuxta sacri concilii Tridentini monita curent episcopi ut nullos ad sacros ordines promoveant nisi cos qui, rite examinati, vel ab ipsis episcopis, vel a sacerdotibus divinae legis peritis sibi adscitis, doctrina, probitate atque omnibus dotibus quae requiruntur a sanctionibus canonicis instructi inveniantur; neminique munus confessiones excipiendi committant nisi praemisso ad hoc speciali examine, toties etiam renovando quoties cuique ordinario necessarium videbitur.

5. Cum valde in votis habeamus ut in omnibus nostrae provinciae sacerdotibus scientia rerum divinarum nequaquam e mente labatur vel parvi aestimetur, sed potius in dies augeatur, enixo hortamur ut collationes de argumentis theologicis fiant inter sacerdotes, quoties per distantiam locorum, aliaque rerum adiuncta, indicio ordinarii opportunae vel factu possibiles videantur.

6. Cum innotuisset patribus deesse in plerisque seminariis dioecesanis tum copiam quae decet magistrorum, tum numerum alumnorum ad alendam aemulationem in studiis scientiae et pietatis necessarium, placuit omnibus, seminarium commune pro universa provincia instituere,

U

seminariis dioecesanis tamen minime sublatis; aedemque seminarii Sanctae-Mariae ad Montem, prope urbem Cincinnatensem, munificentissime a reverendissimo ac illustrissimo domino domino archiepiscopo Cincinnatensi oblatam, eligere in situm novi instituti.

7. Perpensis quoque incrementis, quae exinde sacrarum rerum scientia atque decore, quem catholica religio in his regionibus caperet, censuerunt omnes supplicandam esse sanctam sedem ut ex sua dignatione hoc seminarium provinciale aliquo modo collegium pontificium fieret, quatenus per auctoritatem apostolicam facultate conferendi gradus philosophiae et theologiae, atque exigendi ab alumnis, post sex mensium probationem, iuramentum manendi in propria missione in eiusmodi collegiis consuetum, decoraretur.

8. Ut autem ad studia philosophiae et theologiae adolescentes huius provinciae, statui ecclesiastico sese devoventes rite praeparentur, placuit omnibus, seminarium ad Sanctum-Thomam in dioecesi Ludovicopolitana, ad hoc munificentia illustrissimi ac reverendissimi domini domini Spalding oblatum, seminarium praeparatorium totius provinciae eligere.

Mansi 17. 182.

De Episcoporum iure in Seminariis gubernandis et administrandis

(Ex Couvent, cum Austriac Imperio, 18 aug. †855).

807 (334) Art. IV. • Archiepiscopis et Episcopis id quoque omne exercere liberum erit, quod pro regimine Dioecesium, sive ex declaratione, sive ex dispositione sacrorum Canonum iuxta praesentem et a S. Sede adprobatam Ecclesiae disciplinam ipsis competit, ac praesertim: *a)*...

b) Ad statum clericalem assumere et ad sacros Ordines secundum Canones promovere, quos necessarios aut utiles Dioecesibus suis indicaverint, et e contrario quos indignos censuerint a susceptione Ordinum arcere.

808 (335) Art. VI. - Nemo sacram Theologiam, disciplinam catechetica!», vel religionis doctrinam in quocumque instituto vel publico vel privato tradet, nisi cum missionem tum auctoritatem obtinuerit ab Episcopo dioecesano, cuius eamdem revocare est, quando id opportunum consuerit. Publici Theologiae professores et disciplinae catecheticae magistri, postquam sacrorum Antistes de candidatorum fide, scientia ac pietate sententiam suam exposuerit, nominabuntur ex iis, quibus docendi missionem et auctoritatem conferre paratum se exhibuerit. Ubi autem theologicae facultatis professorum quidam ab Episcopo ad Seminarii sui alumnos in

' Cfr. Allocut. Consist. *Quod pro Apostolica,* 3 nov. 1855: Pii ZX *Acta* 2, 151.

Theologia erudiendos adhiberi solent, in eiusmodi professores nunquam non assumentur viri, quos sacrorum Antistes ad munus praedictum obeundum prae ceteris habiles censuerit. Pro examinibus eorum, qui ad gradum doctoris Theologiae vel sacrorum Canonum adspirant, dimidiam partem examinantium Episcopus dioecesanus ex doctoribus Theologiae vel sacrorum Canonum constituet.

809 (336) Art. XVII. - Seminaria episcopalia conservabuntur et ubi dotatio eorum haud plene sufficiat fini, cui ad mentem S. Concilii Tridentini inservire debent, ipsi augendae congruo modo providebitur. Praesules dioecesani eadem, iuxta sacrorum Canonum normam, pleno et libero iure gubernabunt, et administrabunt. Igitur praedictorum Seminariorum rectores, et professores, seu magistros nominabunt, et quotiescumque necessarium aut utile ab ipsis censebitur, removebunt. Adolescentes et pueros in iis efformandos recipient, prout Dioecesibus suis expedire in Domino indicaverint. Qui studiis in Seminariis hisce vacaverint, ad scholas alius cuiuscumque instituti, praevio idoneitatis examine, admitti, nec non servatis servandis, pro qualibet extra Seminarium cathedra concurrere poterunt.

Concord. 822 s. 825; ***Pii IX*** *Acia* 2, 466-4G8. 472 s.

De accurata ecclesiasticae educationis methodo

(Ex Epist. Encycl. *Optime noscitis* ad Episcopos univorsae Imperialis ac Regiae Austriacac Dicionis, 5 nov. 1855).

810 (337) Et quoniam compertum cxploratumque Vobis est quam vehementer rei cum sacrae tum publicae intersit, adolescentes praesertim Clericos vel *a teneris annis* ad pietatem, omnemque virtutem, et ecclesiasticum spiritum mature conformari, ac litteris, et disciplinis potissimum sacris ab omni prorsus cuiusque erroris periculo alienis sedulo imbui, et erudiri, iccirco collatis inter vos consiliis omni studio prospicite, ut in vestris Seminariis accurata sit ecclesiasticae educationis ratio, et ea optimorum studiorum vigeat methodus, quae rerum, temporum, ac locorum perpensis adiunctis et maiorem Ecclesiae utilitatem parere possit, ac simul efficiat, ut Clerus salutari solidaque scientia, ac doctrina praefulgeat.[1] In seligendis autem professoribus, seu magistris, singularem diligentiam et vigilantiam adhibete, et gravissimum docendi munus nolite unquam committere, nisi viris, qui religione, pietate, vitae integritate, morum gravitate, ac sanae doctrinae laude omnino praestent.

Pii ***IX*** *Acta* 2, 488 fi.; *Concord.* 843.

[1] (Cfr. n. 795).

De alumnis in spem Sacerdotii ab ineunte aetate in Seminario educandis

(Ex Epist. Encycl. *Sinqulari quidem* ad Episcopos universae Imperialis ac Repine Austriache Dicionis, 17 mart. ISSO).

811 (338) 8. Quoniam vero Sacerdotum labia custodire debent scientiam, qua et respondere possint iis qui legem requirunt de ore ipsorum, et contradicentes revincere,[1] idcirco, Dilecti Filii Nostri ac Venerabiles Fratres, in re‹'tam, accuratamque Cleri institutionem omnes vestras curas convertatis oportet. Summa igitur contentione omnia conamini, ut in vestris praecipuo Seminariis optima ac plane catholica vigeat studiorum ratio, qua adolescentes dorici vel a prima pueritia per probatissimos magistros ad pietatem, omnemque virtutem, et ecclesiasticum spiritum mature fingantur, ac latinae linguae cognitione, et humanioribus litteris, philosophicisque disciplinis ab omni prorsus cuiusque erroris periculo alienis sedulo imbuantur. Atque in primis omnem adhibete vigilantiam ut cum dogmaticam, tum moralem Theologiam ex divinis libris, sanctorumque Patrum traditione, et infallibili Ecclesiae auctoritate haustam ac depromptam, ac simul solidam divinarum litterarum, sacrorum Canonum, ecclesiasticaoque historiae, rerumque liturgiearum scientiam congruo necessarii temporis spatio diligentissime addiscant. Ac Vobis summopere cavendum in librorum delectu, ne in tanta grassantium errorum colluvie a sanae doctrinae semita ecclesiastici adolescentes temere abducantur, cum praesertim haud ignoretis, viros eruditos a Nobis in religione dissidentes, et ab Ecclesiae praecisos, in vulgus edere tam divinos libros, quam Sanctorum Patrum opera, concinna illa quidem elegantia, sed saepe, quod maxime est dolendum, vitiata, ac praeposteris commentariis a veritate detorta.

812 (339) Neminem Vestrum latet quantopere Ecclesiae hisce praesertim temporibus intersit idoneos habere ministros, qui vitae sanctitate, et salutaris doctrinae laude praestantes, ac potentes *in opere et sermone*[2] valeant Dei, eiusque sanctae Ecclesiae causam strenue tueri, et aedificare Domino *domum fidelem*.[2] Nihil itaque intentatum est relinquendum, ut iuniores Clerici vel a teneris annis sancte ac docte educentur, quandoquidem nonnisi ex ipsis rite institutis utiles Ecclesiae ministri fieri possunt. Quo vero facilius pro eximia vestra religione ac pastorali sollicitudine accuratam Cleri institutionem, ex qua Ecclesiae bonum ac populorum salus tantopere pendet, quotidie magis promovere valeatis, ne Vos pigeat exhortari, rogare egregios vestrarum Dioecesium ecclesiasticos, laicosque viros divitiis

[1] M«. 2, 7; *Tt.* 1. 9.
[2] Cfr. *L.* 24, 19.
[3] Cfr. 1 *Rq.* 2, 35; 3 Rff. 11, 38.

pollentes, et in rem catholicam praeclare animatos, ut vestrum sectantes exemplum aliquam pecuniae vim perlibenter tribuere velint, quo nova etiam Seminaria erigere, et congrua dote instruere possitis, in quibus adolescentuli Clerici vel ab ineunte aetate rite instituantur.

Po' *JX Acta* 2, 522 s.; CIC *Fonia* 2, 907.

De Seminario constituendo et quibusdam Convictibus moderandis in irtembergensi Dicione

(Ex Convent, cum Regno Wirtembergeiusi, 8 apr. 1857).

813 (340) Art. Vili. - Liberum erit Episcopo erigere Seminarium iuxta formam Concilii Tridentini, in quod adolescentes et pueros informandos admittet, quos pro necessitate et utilitate Dioecesis suae recipiendos indicaverit. Huius Seminarii ordinatio, doctrina, gubernatio, et administratio Episcopi auctoritati pleno liberoque iure subiectae erunt.

Rectores quoque et Professores seu Magistros Episcopus nominabit, et quotiescumque necessarium, vel utile ab ipso censebitur, removebit.

814 (341) Quamdiu vero Seminarium ad normam Tridentini Concilii desiderabitur, et Convictus publici aerarii maxime sumptibus sustentati. Ehingae, Rotvilae et Tubingae existent, haec observabuntur:

a) Quod attinet ad educationem religiosam et disciplinam domesticam, ea instituta regimini et inspectioni Episcopi subdita sunt.

b) Alumni horum institutorum, quatenus erudiuntur in scholis publicis, aeque ac ceteri discipuli legibus, quae scholis illis constitutae sunt, et normis de ratione et cursu studiorum praescriptis subiacent.

Si ea in re Episcopus (quoad Gymnasia) immutationem quamdam necessariam vel magis opportunam indicaverit, consilia conferet cum Regio Gubernio, quod item pro sua parte nihil, nisi antea collâtis cum Episcopo consiliis, mutabit.

c) Episcopus institutorum corumdem Rectores et Repetitores deputabit, eosque removebit; quos tamen gravibus de causis factoque innitentibus circa res civiles et politicas Regio Gubernio minus acceptos esse resciverit, nunquam eliget. Item quos postea ob easdem causas ingratos Gubernio evasisse comporerit, dimittet.

d) Episcopo competit eadem instituta visitare, delegatos suos ad examina publica, praesertim pro recipiendis alumnis, mittere, relationes periodicas exigere.

e) Prospiciet Regium Gubernium, ut in Gymnasiis, quibuscum coniuncti sunt convictus inferiores, paulatiin non alii, nisi ex Clericorum ordine, Professores instituantur.

Concord. 858 s.: Pit *IX Acia* 2, 598 8.

De iis qui in spem Ecclesiae succrescunt a probatissimis magistris ad ecclesiasticum spiritum conformandis

(Ex Epist. *Etsi aliam* ad Episcopum Rottenburgensem, 30 iuu. ‡857).

815 (342) Cum vero rei tum sacrae, tum publicae bonum et prosperitas maxime pendeat ex illorum vita et exemplo, qui se divino ministerio dedicarunt,' Nobis temperare non possumus, quin Te, Venerabilis Frater, summopere in Domino moneamus, hortemur et excitemus ut omnes Tuas curas cogitationesque ad ecclesiastici ordinis coetum assidue conferas, ac serio diligenterque prospicias ut Tuae Dioecesis Clerus propriae vocationis ac dignitatis memor suam vitam ad Sacrorum Canonum normam et ecclesiasticae disciplinae rationem semper dirigat et morum gravitate, vitae integritate, ac virtutum omnium exemplo praeluceat, orationi instet, proprii ministerii munia sancte, scienter ac sedulo obeat, sacrarum praesertim disciplinarum studia nunquam intermittat, atque in sempiternam hominum salutem procurandam intentissima industria incumbat.

816 (343) Cum autem idonei Ecclesiae Ministri nonnisi ex Clericis optime institutis fieri et haberi possint,3 tum pastoralis Tuae vigilantiae nervos in id potissimum intendas oportet, ut adolescentes clerici vel *a teneris annis* per probatissimos Magistros ad pietatem, religionem et ecclesiasticum spiritum mature fingantur, ac litteris et philosophicis theologicisque disciplinis ab omni prorsus cuiusque erroris periculo omnino alienis diligentissime imbuantur. Nullis iccirco curis nullisque studiis et consiliis parce, ut Clericorum Seminarium ex Concilii Tridentini praescripto quamprimum istic erigas, illudque recte sapienterque instituas. Hanc maximi sane momenti rem prae oculis habentes voluimus ut in octavo Conventionis articulo clarissimis verbis sartum tectumque haberetur ius, quo pollet Episcopus, erigendi Clericorum Seminarium, illudque plena sua libertate et arbitrio regendi moderandique et administrandi sive in adolescentibus Clericis excipiendis, sive in Rectoribus Professoribusque eligendis amovendisque, sive in praescribenda doctrinae tradendae ratione. Atque etiamsi ob peculiaria istius Regni adiuncta toleremus ut, donec idem Seminarium fuerit constitutum, qui ecclesiasticae militiae nomen dare cupiunt temporario modo in Convictibus Ehingae et Rotvilae litterariae institutioni, atque in Convictu Tubingae philosophicis theologicisque disciplinis operam navare, ibique educari queant, a pastorali Tua sollicitudine omnino exposcimus ut omnia coneris, quo Clericorum Seminarium iuxta Tridentinas sanctiones maiori, qua fieri potest, celeritate

‘ Pies IX his litteris vigilantiam Episcopi Rottenburgensis etiam atque etiam in Domino excitabat, ut Conventio a se cum Wirtembergae Rego nuper inita (Cfr. nn. 813 s.) exsecutioni diligenter mandaretur.

‘ (Cfr. n. 288].

• (Cfr. nn. 754. 790].

aperiendum cures. Hac sane de causa nihil inexpertum reliquimus, ut Gubernium idem declararet redditus, qui ex intercalari, uti appellant, fundo supersunt, attribui posse eidem Seminario erigendo, nihilque obstat quominus et facultatem Tibi ab ipso Tridentino Concilio tributam libere adhibeas ad ea comparanda, quae ad idem Seminarium excitandum requiruntur et istorum quoque fidelium pietatem excites, ut in hunc salutarem finem velint suam operam auxiliumque conferre.

Equidem maximam Nobis consolationem afierres, Venerabilis Frater, si interim ad eiusdem Concilii Tridentini normam parvum saltem puerorum Seminarium constituendum curares, velati piares spectatissimi Germaniae Sacrorum Antistites fecerunt.

Concord. 870 8.

CONCILIUM HALIFAXLENSE 1 (8 sept. 1857)

De Sacramento Ordinis

817 Cap. XVI. - *De sacramento ordinis.* « *Nemo sumit sibi* banc *honorent, nisi qui vocatur a Deo tanquam Aaron* » (*Db.* 5, 4). Imo Christus ipse, sicut subdit apostolus, seipsum non glorificavi? ut pontifex fieret, sed ab aeterno patre sempiternum suscepit sacerdotium.

Quibus divinis testimoniis liquido constat, vocationem Dei omnino esse necessariam ad ordines sacros digne suscipiendos, ideoque singulis episcopis gravi monitione dicit idem apostolus: « *Manus cito nemini imposueris* » (1 *T.* 5, 22). Quid magis prodest hominum saluti vel ecclesiae decori, quam ut fideles tantum dispensatores in domo Dei constituanturt aut quid maioris detrimenti Christiana patitur respublica, quam eum fures et latrones, indigni scilicet pastores, aliunde praeter ostium intrant in ovile? Quapropter, episcopalis sollicitudinis munus est praecipuum, maximam adhibere curam in iis seligendis, qui ad talem honorem et onus tam formidandum sunt promovendi. Quam innumera mala, soli Deo cognita, ebristiano populo afferuntur etiam per unum sacerdotem indignum! Meminerint episcopi districtam rationem Deum ab eis exacturum esse, de omnibus quae ad ordinum sacrorum collationem pertinent: unde ea cuncta quae in materia tam gravi ab ecclesia et a sacris canonibus praescripta sunt, summo studio observare debent.

1. Moneantur parentes eos graviter peccare, si. ob mundanas rationes, ecclesiasticum statum liberos suos vel eligere vel reiicere compellunt.

2. Edoceatur populus, ut, si aliquam culpam gravem et publicam in iis cognoscat qui pro sacro ministerio candidati sunt, vel in eorum familia aliquam infamiae notam quae in ecclesiae dedecus redundaret, illos coram Deo teneri talia facere tempestive nota, ut repulsis indignis, honori sacerdotalis ordinis atque ecclesiae utilitati consulatur.

3. Priusquam studia ecclesiastica inceperint, examini subiiciantur omnes candidati.

4. Habeantur ordinationes in ecclesiis cathedralibus, ubi fieri potest, et in temporibus a iure statutis. Serventur quoque interstitia ut uniuscuiusque ordinis officia clericus cognoscere et implere possit, antequam ad alium promoveatur.

Mansi 47, 517.

De clericis mature educandis et sedulo diligenterque probandis

(Ex Epist. Encycl. *Cum nuper* nd Episcopos Regni Utriusque Siciliae, 20 ian. 1858).

818 (344) 2. ... Nihil unquam intentatum relinquite, ut iuniores Clerici vel a teneris annis ad pietatem, religionem et ecclesiasticum spiritum mature instituantur, atque ad optimas artes, et severiores disciplinas ac praesertim ad solidam incorruptamqur theologicarum rerum sacrorumque Canonum scientiam informentur.

819 (345) Atque in primis Apostoli praeceptum prae oculis semper habentes,1 diligentissime cavete, ne cito manus cuipiam unquam imponatis, et in sacris conferendis Ordinibus summam curam, cautionemque impendite. Absit, Venerabiles Fratres, ut in tanti momenti re aliquis ex Vobis sit, qui alienis officiis, studiis, gratiae, humanisque rationibus indulgens velit unquam illos in Clerum cooptare, et ad ecclesiasticos gradus et Ordines promovere, qui minime pollentes dotibus per sacros Canones praescriptis sunt omnino a sacro ministerio reficiendi. Etenim probe nostis quam gravem culpam committat, quantum Ecclesiae damnum afferat, et quam districtam ac plane tremendam Christo Domino rationem reddere debeat, qui indignos sacris Ordinibus initiare non pavet. Quocirca. Venerabiles Fratres, pro egregia vestra religione in admittendis adprobamlisque Clericis nihil Vobis potius sit quam *sapientissima ac providentissimas sacrorum Canonum praescriptiones studiosissime servare, et accurata investigatione et examine noscere ac perpendere cuiusque Clerici originem, institutionem, indolem, ingenium, doctrinam, atque eos dumtaxat sacris Ordinibus decorare, divinisque mysteriis tractandis admovere, qui sedulo diligenterque probati, virtutum omnium ornatu, ac salutaris doctrinae laude, et vero ecclesiastico spiritu spectati vestris Dioecesibus usui et ornamento esse possint, quique sedulo declinantes ab iis omnibus, quae Clericis vetita, quaeque eos nequaquam decent, exemplum sint fidelium *in verbo, in conversatione, in carilate, in fide, in castitate* (1 *T.* 4, 12). In illorum autem praecipue mores, probitatem, integritatem, pietatem, scientiam ac prudentiam inquirite, quibus animarum cura ac regimen est committendum.

Pii IX Acta 3, lü s.; CIC *Fontes* 2, 917 8.

* Ctr. *I T.* 5, 22.

De Institutis dioeccsanís pro ecclesiasticae militiae alumnis in Badensi Dicione

(Ex Convent, cum Miicrno Ducatu Badensi, 28 iun. ‡859).

520 (346) Art. Vili. - Liberum erit Archiepiscopo erigere Seminarium iuxta formam Concilii Tridentini, in quod adolescentes et pueros informandos admittet, quos pro necessitate et utilitate Dioeceseos suae recipiendos duxerit. Cuius Seminarii ordinatio, doctrina, gubernatio, et administratio Archiepiscopi auctoritati pleno liberoque iure subiectae erunt. Propterea Rectores et Professores seu Magistros Archiepiscopus nominabit, et quotiescumque aut necessarium aut utile ab ipso censebitur, removebit.

521 (347) Art. IX. - Quamdiu vero Seminarium iuxta formam Tridentini Concilii non fuerit constit utum, Sancta Sedes ob peculiaria rerum adiuncta consentit, ut interim theologiae candidati in scholis publicis Universitatis Friburgensis studiis vacent, atque Collegium theologicum seu Convictus, qui iam antea existebat, instauretur.

Collegii istius vero regimen et inspectio omnino penes Archiepiscopum erit, qui proinde domesticam disciplinam praescribet, viros ex quibus consilium seu commissio constabit oeconomicae eiusdem Collegii administrationi praeposita, itemque Rectorem, Repetitores et Oeconomum nominabit, atque eos omnes in exercendo munere diriget, ab eoque removebit, si id necessarium esse indicaverit. Sine ipsius consensu nullus alumnorum admittatur, et qui admissi fuerint, ab ipso quovis tempore, si opus fuerit, dimitti poterunt. In hoc Collegium Archiepiscopus admittere poterit, quos ecclesiasticae militiae nomen dare cupientes ipse amplioribus philosophiae studiis in Universitate erudiri voluerit.

Consentit Sancta Sedes, ut Archiepiscopus in huiusmodi sustentando Collegio summam impendere pergat, quam hactenus ex bonis Seminario attributis in Collegium idem erogare consuevit, dummodo ex fundis ecclesiasticis generalibus, aliisque pro re catholica destinatis ea praebeantur, quae hactenus tributa sunt, atque si haec non sufficiant, omne id suppeditetur, quod collât is cum Archiepiscopo consiliis necessarium esse censeatur.

Omnes vero eiusdem Collegii alumni peractis in scholis Universitatis studiis, in Seminarium sic dictum Clericale apud S. Petrum prope Friburgum situm admittendi erunt, ibique manebunt donec presbyteratus ordine fuerint initiati. Quod quidem Seminarium Archiepiscopo pleno liberoque iure subicctum erit, velut aliud ad Concilii Tridentini formam in posterum erigendum, de quo in praecedenti articulo habita mentio est.

‡ Cfr. Litt. Ap. *Optime noscis* ad Archiop. Frlburgensem in Br., 29 qept. 1859; *Concord.* 905 e.

822 (348) Art. X. - Cum autem Gubernium ad rectam catholicae iuventntis institutionem Convictus quosdam iis in locis erigere intendat, in quibus iam publica gymnasia seu lycea pro Catholicis destinata existant, poterunt interea et quamdiu Seminaria puerorum desiderantur, inter ceteros illi quoque pueri et adolescentes admitti, qui clero adscribí cupiunt.

Horum autem Convictuum statuta et regulae initis Archiepiscopum inter et Gubernium consiliis praescribenda, ac dein, si opus fuerit, mutanda erunt.

Superiores quoque et Repetitores nonnisi initis cum eodem Archiepiscopo consiliis ex viris ecclesiasticis erunt eligendi. Omnes autem alii in iisdem convictibus quovis munere fungentes catholici sint oportet.

Inter alumnos catholici tantum pueri et adolescentes erunt admittendi, praemisso tamen examine, cui Archiepiscopi delegatus assistere debebit. Xcmo porro admittatur sine Archiepiscopi consensu, nemo item in Collegio retineatur, quem idem Archiepiscopus removendum esse duxerit.

Magistri omnes, qui in eiusmodi gymnasiis et lyceis docendi munus exercent, ex catholicis viris erunt deligendi. Si vero Archiepiscopus aliquid de Magistris, aliisque cuique Convictui addictis, vel de studiorum ratione, vel do disciplina animadvertendum aut reprehendendum esse duxerit, tunc Gubernium eo quo potuerit modo curabit, ut Archiepiscopi animadversionibus et desideriis satisfiat.

Liberum porro erit Archiepiscopo ordinare et statuere ea omnia, quae ad religiosam alumnorum educationem et instructionem in Convictu spectant, et advigilare, ne in quavis tradenda disciplina quidpiam adsit, quod catholicae religioni morumque honestati adversetur. Proinde eosdem Convictus visitare, ad examina deputatos mittere, atque a Superioribus periodicas relationes exigere poterit.

823 (349) Art. XIV. - Bona vero quae ad Mensam Archiepiscopale»!, et ad illud Canonicorum Collegium, .Metropolitanum Templum, et ad Seminarium pertinent, ea ab ipso Archiepiscopo vel ab eodem Canonicorum Collegio iuxta canonicas sanctiones omnino libere erunt administranda, voluti etiam omnes alii fundi, qui vel ex eorumdem bonorum administrations, vel ex Archiepiscopalis Sedis, vel cuiusque Metropolitani Templi beneficii vacatione supererunt, vel ex novis privatorum hominum fundationibus collecti fuerunt, vel in posterum colligi poterunt.

Fundi vero et bona stabilia, quae a Gubernio pro dote eiusdem Archiepiscopalis Ecclesiae iam attributa sunt, vel in posterum attribuentur, sine Gubernii consensu nec alienari, nec ulli oneri subiici poterunt. Nihil vero obstat, quominus ipsum Gubernium identidem noscere possit, utrum bona ipsa sarta tectaque sint.

Concord. 835-888. 890; Pii *IX Acia* 3, 111-116.

CONCILIUM STIilGONIENSE (19 sept. 1858)

De Seminariis Maioribus

5. - *De seminariis maioribus.*

Ecclesia militans nullis, magis quam vivis innititor columnis et lapidibus, qui non aliunde eruuntur, quam ex promptuariis ct officina scholarum. Quantam curam rcctac seminarii coordinationi impendi oporteat, cum ex concilii Tridentini decreto,[1] tum ex eo etiam facile intelligitur, quod ab eorum, qui in seminario vivunt, recta institutione totius dioecesis reformatio pendeat. Ut iuvenes in sortem Domini vocati in bonos milites Icsu Christi et fideles dispensatores mysteriorum Dei formentur, id vero est, ut a teneris annis ad pietatem, religionem, bonos mores, literas et ecclesiasticam disciplinam erudiantur, semper quidem magno labore venit, bis autem temporibus eo maiori labore veniet, quo minorem e domo parentum adierunt pietatem, e contra autem quo magis genio aevi, perversorum exemplorum vi, et saepius directa etiam seductione in transversum acti sunt.

Qui speculatores sumus super domum Domini, cuncta haec non tantum videmus, sed etiam multum deflemus; ncc cessamus exorare patrem misericordiarum, ut emittat spiritum suum, quo renovet faciem terrae.

Hunc in finem, quoad credita curae nostrae seminaria, sequentia statuimus:

1. Insignis ecclesiae utilitas, item piorum fundatorum veneranda voluntas poscit, ut instituta haec non modo conserventur, verum etiam destinationi suae aptiora usque reddantur. Talem igitur haee synodus exoptat eorum administrationem spiritualem et temporalem, quae seminariorum superiores, de credito sibi hoc pretiosissimo talento Deo rationem reddituros, aliquando coronet, non damnet. Ut id obtineatur.

2. Superiores seminarii nonnisi tales eligere adnitemur, qui fenore fidei, vitae integritate, morum gravitate, conversationis affabilitate, ecclesiae amore, ac zelo disciplinae ecclesiasticae indo a primo clericalis vitae tirocinio semet tam gravi oneri pares tantoque honore dignos reddiderunt.

3. Has ipsas dotes, cmn eximia scientia, aut saltem sincero scientiarum amore, etiam in professoribus requiremus, tanto magis, quod sibi mutuum praesidium praestent pietas ct doctrina: non patiemur ut arida scientiarum propositione munus suum absolvant, sed eo inviabimus[1] ut alumnis vocationis suae amorem, dignitatis sacerdotalis aestimium, et morum sanctimoniam propositione doctrinarum instillent; superioribus seminarii in conservanda ct firmanda disciplina totoque educationis ecclesiasticae negotio auxiliatriccm manum praebeant, ac cum illis creditos curac suae iuvenes in viros perfectos, in mensuram aetatis plenitudinis Christi formaro contendant.

4. In id mentis nostrae aciem primum dirigemus, ut cum accurato delectu ii clericali militiae adse.ribantur, a quibus merito possit exspectari, ut, iis in lege Domini ambulantibus ct do virtute in virtutem euntibus, eorum vita cunctis afferat venerationem, et eorum opera ecclesiis nostris spiritualem afferat utilitatem.[1] Iu susceptione alumnorum unice pietatem, inorum probitatem ct factos in literis progressus attendemus, posthabita carnis et sanguinis vel amicitiae aut commendationis ratione. Neminem clericali militiae adseribemus, qui testimonio proprii parochi destituetur, quo nos certos reddi volumus, quod et adspirantes inde a teneris [annisi probos mores prae so tulerint, et eorum parentes Christianam honestatem sectentur.

[1] Sess. 23 *De Ref.* cap. 18 [cfr. n. 290],
[1] Forto *invigilabimus.*
• Benedictus XIV, Litt. Encycl. *Ubi primum,* 3 dec. 1740 [cfr. n. 6261.

5. Quoniam, supra quam dici possit, interest eos, qui in sortem Domini vocantur, ab ineunte aetate ad pietatem morumque integritatem, et ad canonicam disciplinam informari? ut alumni genuino ecclesiastico spiritu imbuantur, seminariis nostris de statutis providebimus.

6. Quia labia sacerdotis custodiunt scientiam ct legem requirent ex ore eius, (cfr. *Ma.* 2,7), omnem curam impendemus, ut alumni seminarii sacratioribus scientiis 8UÍH-cientcr imbuantur. Hinc, sicut magistris calcar addere non intermittemus, ut munere docendi quam optime defungantur, ita nos ipsi etiam tentaminibus assiduo interesse ndniterntir, Ut in sacra eloquentia debite exerceantur, eo magis curabimus quo sensibilior est insigniorum condonatorum defectus. Quo autem lingua ecclesiae loquendi ct scribendi facilitatem consequantur, omnes disciplinai» «aerae per magistros latino proponentur, ot per discipulos eadem lingua responsa dabuntur, nee alia in studio tirocinii ecclesiastici erit conversationis lingua quam latina.

7. Professores sex vel saltem quatuor in quolibet seminario praeerunt quatuor separatis classibus theologiae studentium; Udem de regula ope concursus deligentur, dempto canonico theologo, praemissa tamen diligentissima inquisitione, num ipsa cacsarea et regia apostolica maiestas aliquid contra illos habeat circa res politicas. Nec nisi superato anno probationis definitivo pro magistris reputabuntur. Ab his deposcimus, ut alumnos ex propositis materiis, tam in privatis colloquiis, quam in publicis quimestralibus examinibus pertentent, quo diligentia et profectus alumnorum pateant.

8. In re literaria, a magistris faciliori brevlorique ducantur via prolixitatem devitantibus, quao experientia teste tardiores non iuvat, subtilibus autem et ingeniosis molesta esse solet. Philosophiae maxime rationali sedulam ac diuturnam ante ii operam navent in seminariis, qui sacris disciplinis inibi fuerint instituendi. Scholae sanctae scripturae et ecclesiasticae historiae in iisdem seminariis habeantur, in quibus theologia integra omnino, servata scholastica methodo, tradatur. Professores agant solerter, ut discendi amorem in discipulis excitent.

9. Nos quidem, tamquam homines divini sensus et summae rationis ignari, promovendorum ad ordines vitam, quantum possumus, aestimare studebimus; ut tamen ordinandis maiori cum securitate manus imponamus, neque nos illos provexisse, nec illos tantum officium suscepisse unquam poeniteat: sicut superiores, ita professores etiam ante sacram ordinationem provocabimus, ut nobis, asservato secreto scrutinio, referant scripto quid de eorum actibus aut moribus, quid do eorum merito sentiant. Denique nunquam sine praeviis exercitiis spiritualibus ct examine ordinandorum (hactenus etiam ubique usitatis) clericos ad sacros ordines promovebimus.

G. • *Dr Heminariis puerorum.*

• Cum adolescentium aetas, nisi recte instituatur, prona sit ad mundi voluptates sequendas, ct nisi n teneris annis ad pietatem ct religionem informetur, antequam vitiorum habitus totum hominem possideat, nunquam perfecte ac sino maximo ac singulari propemodum Dei omnipotentis auxilio, in disciplina ecclesiastica perseveret; sancta synodus statuit, ut singulae cathédrales, metropolitana©. atque his maiores ecclesiae, pro modo facultatum ct dioecesis amplitudine, certum puerorum ipsius civitatis ct dioecesis, vel cius provinciae, si ibi non reperiantur. numerum in collegio ad hoc prope ipsas ecclesias. vel allo in loco convenienti ab episcopo eligendo, alere ac religioso educare, et coelesiiLstlcis disciplinis instituere teneantur . Sunt verba concilii Tridentini? Quare.

l *Ibid.*
1 Sow. 23 *De Ref.* cap. 18 (cfr. n. 2901.

1. Sancto huic decreto nos eo promtins obsequcniur. quod ad illud sequentibus verbis summi pontificis excitemur: « Pergite, venerabiles fratres, ornnem impendere industriam. quo sacrae militiae tirones a teneris annis in ecclesiastica seminaria recipiantur, atque inibi tamquam novellae plantationes succrescentes in circuitu tabernaculi Domini, ad vitae innocentiam, religionem, modestiam et ecclesiasticum spiritum conformentur».1 Idcirco ampliore in dies sollicitudine eo connitemur, ut seminaria minora, puerorum dicta. quamprimum per temporum adiuncta licuerit, erigantur.

2. Cum recipiendos ad hoc seminarium, c mente concilii Tridentini, ad minimum duodennes et tales esse conveniat, quorum indoles ct voluntas spem adferat, eos ecclesiasticis ministeriis perpetuo inservituros esso: hortamur parochos et magistros puerorum, ut ex adolesccntulis morum ingenuitate conspicuis, cos mature segregent et patema sollicitudine foveant, quos ad clericale tirocinium vocatos ct idoneos indicaverint. Quo amplius leviticam istam tribum multiplicabunt, co iucundius Deo praestabunt obsequium et ecclesiae magnificabunt laetitiam.

3. Quoniam idmodi institutum magnis solum impendiis coadunari valet. talibus nutem ferendis quaelibet dioecesis par non est; opportune duae tresve dioeceses vicinio-res unirentur, respectu loci ct expensarum, pro numero educandorum, per concernentes dioeceses ferendarum.

I. In perstringendas educationis huius necessitates, universim sint illi fontes, quos loco citato concilium Tridentinum non proponit solum, sed mandando designat. Tale-sunt:

</) Pars proventuum seminarii maioris theologici, quae a necessariis expensis penes iustain parsimoniam supernatat.

b) Annua portio ecclesiarum cathedralium, parochialism et filialium, quae abundante dote gaudent.

c) Stipendia ecclesiastica studentibus sublevandis, vel in convictibus educandis destinata.

d) Simplicia beneficia in hunc finem convertenda.

e) Taxa a beneficiatiti iuxta praevigentes normas desumenda.

His accedent oblata ct legata in finem tam sanctum per clerum et laicos, ut speramus, facienda.

5. Ordo domesticus totaque disciplina in his institutis iudicio ordinariorum definietur. Muneris, ad quod alumni aspirant, ratio exigit, ut studio linguae latinae peculiarem impendant solortlam, ct c linguis in dioecesi vernaculis ad minimum duas addiscant.

6. » Eadem collegia », verba sunt Benedicti XIV, singulari episcoporum sollicitudine foveantur accesso est, videlicet en saepe visendo, singulorum adolescentum vitam, indolem et in studiis profectum explorando; aliqua demum beneficia iis, qui virtutum suarum specimen clarius praestiterint maioremquo laudem, retulerint, conferendo

7. Denique meminerint tam moderatores quam alumni horum institutorum, sc nec in scientiis, noe in moribus quidquam proficere, nisi Christum elegerint laborum suorum ducem ac magistrum. Ad illum itaque confugiant, illum in venerabili eucharistia quotidie saepius adorent ot invocent, ut magister noster, unus cum illo sil, primum quidem ostendat viam, in qua unumquemque ambularo oporteat, doln vero viam vocationis ingressos

1 Plus IX, Epist. Encycl. *Nostis ct Nobiscum* ad Episcopos Italiae, S dee* 1849 [cfr. n. 777).

1 Litt. Encycl. *Ubi primum,* 3 dee. 1740 [cfr. n. 6271.

bonitatem, disciplinam ct scientiam doceat. Ille, qui ascendens in coelum sedonsquo ad dexteram Patris, promissum Spiritum sanctum in filios adoptionis effudit, gratia sua efficiet, ut domus in qua tenella haec gregis dominici portio congregata est, repleatur tota spiritu sapientiae et intellectus, spiritu consilii et fortitudinis, spiritu scientiae et pietatis ac timoris Domini.[1]

Mansi 47, 693-696.

De studiis divinae sapientiae religiosissime excolendis

(Ex Litt. Ap. *In sublimi,* quibus Gallicum clericorum Seminarium in Urbe erigitur, 14 iul. 1859).

827 (350) Cum autem omnes qui ecclesiastica obeunt munia, ad eam vitae perfectionem contendant oportet, quae in Ecclesiae ministris omnino requiritur, quorum munus est ceteros ad omnem sanctitatem verbo et exemplo allicere et excitare, iccirco huius Seminarii Alumni haud existiment, se muneri suo ac divinae vocationi, hominumque expectation! satisfecisse, nisi magis divinae quam humanae sapientiae studiis religiose vacaverint, ct ea omnia, quae pietatem spectant, quaeque hic observanda proponuntur, prompto alacrique animo adimplere conentur.

828 (351) Quocirca iidem Alumni summo mane, Sancti Spiritus ope implorata, aliisque praescriptis precibus recitatis, horae dimidium in sedula ac profunda caelestium rerum ac sacerdotalium praesertim virtutum et ofiiciorum meditatione transigent, quo eorum mentes in his meditandis divina quadam perfundantur luce, eorumque spiritus divino quodam alimento velati percepto, tota die quodammodo nutriatur, et pinguescat. Omnes Alumni, praeter Sacerdotes qui sacris operantur, debebunt quotidie incruento Missae Sacrificio religiosissime interesse, ac tum generali tum peculiari examine propriam conscientiam explorare, ad rerum spiritualium colloquia convenire, et Christum lesum in Eucharistia latentem humillime ac piissime venerari, et precatoriam sanctissimae et Immaculatae Virginis Mariae coronam, vulgo *Rosarium,* devote recitare. Singulis vero hebdomadibus omnes Alumni ad Poenitentiae sacramentum accedent, et iuxta proprii conscientiae moderatoris indicium ea qua par est pietate, animique ardore se Eucharistico pane reficient.

829 (352) Eiusdem Seminarii Alumni tenentur bis in mense -Magistrum pietatis adire, ac singulis Dominicis, aliisque festis diebus adsistere sacris Missarum ac Vesperarum solemnibus, et altaris ministerio inservire quo sacrorum ritus et caeremonias magis magisque calleant.

Pii *IX Acia* 3, 93 s.

[1] ((r.: *Concilium Viennense.* IS oct. 1858, cap. 1 ss.; *Concilium Urbinatenset* 5 iun. 1859, tit. 8; *Concilium Westmonasterienie* 111, 13 iul. 1859, tit. 1; *Concilium Provinciae Ihirdigatenstet* 8 sept. 1859 tit. 5; Mansi 47, 825-830; 895-897, 923-925; 980-991; 1066-1069.

CONCILIUM VENETUM I (18 oct. 1859)

De Seminariis Clericorum

HO Cap. XVI. • *I)c seminariis clericorum.*

Seminaria ad hoc instituta ex sapientissimi concilii Tridentini decreto, ut In iis inventus in sortcni Domini vocata, in litteris, scientia divinarum rerum, pietate ac bonis moribus excolenda suscipiatur, quantum emolumenti attulerint Christianae reipublicae, et exemplis illustrium praelatorum, divi Caroli Borromaei praesertim et beati Gregorli Barbadici, et experientia praeteritorum saeculorum, amplissime comprobatur. Quocirca episcopi Singuli in id maxime incumbent, ut haec sacra instituta, quae potissimum fundamentum totius regiminis ecclesiastici constituunt, nedum sedula opera conservent ac foveant, sed ad maiorem prosperitatem, quoad fleri potest, adducant.

«Cum vestram sapientiam, venerabiles fratres, minime fugiat, idoneos ecclesiae ministros non nisi ex optime institutis clericis fleri posse, magnamque vim in recta horum institutione ad reliquum vitae cursum incase, pergite omnes episcopalis vestri zeli nervos in id potissimum intendere, ut adolescentes clerici wl a teneris annis tum ad pietatem solidamquo virtutem, tum ad litteras severioresque disciplinas, praesertim sacras, rite Informentur. Quare vobis nihil antiquius, nihil potius esse debet, quam omni opera, solertiu, industria, clericorum seminaria ex Tridentinorum patrum praescripto instituere, si nondum existant, atque instituta, si opus fuerit, amplificare, eaque optimis moderatoribus et magistris instruere, ac intensissimo studio continenter advigilare, ut inibi júniores clerici in timore Domini ct ecclesiastica disciplina sancte rcligioseque educentur ct sacris potissimum scientiis, iuxta catholicam doctrinam, ab omni prorsus cuiusque erroris pénenlo alienis, ct ecclesiae traditionibus ct sanctorum patrum scriptis sacrisque caerimoniis, ritibus, sedulo ac penitus excolantur; quo habere possitis navos atque industrios operarios, qui ecclesiastico spiritu praediti ac studiis recte instituti, valeant in tempore dominicum agrum diligenter cxcolere ac strenue praeliari praelia Domini »?

Quibus adhortationibus pressissime inhaerens, haec sacra synodus monet ct obtestatur singulos episcopos, ut quae a praefata Tridentina synodo salubriter circa seminaria constituta sunt, quoad eorum fundationem, dotationem, bonorum administrationem, regimen disciplinae, studiorum ordinem ac religiosam vitae institutionem iuxta temporum et locorum circumstantias» accurato et ad amussim servari curent, prout in recenti conventione inter sanctam sedem et imperatorem nostrum inita de iis ratio habita fuerit. Et cum compertum sit, ea potissimum, quae attingunt tum deputatos e capitulo duos pro assidua inspectione regiminis, pro moderanda educatione clericorum; tum quatuor alios, duos ex capitulo ct duos o clero civitatis, pro taxatione super reditibus quorumcumque beneficiorum. aliarumque piarum institutionum cuiuscumque nominis, paucis exceptis, ac bonorum et ipsorum redituum recta adminlstratione; tum quatuor similiter, quorum duo e capitulo, duo e clero eligi debent pro rationibus eiusdem adiniulstrationis expendendis ad finem cuiuslibet anni, alicubi in desuetudinem abiisse: praecipit et stricte iuiungit synodus, ut haec in pristinum vigorem revocentur et applicentur ad praxim iuxta mentem declarationis sacrae concilii congregationis.

Mansi **47, 1117 s.**

1 Pius IX, Litt. Encycl. *Qui pluribus.* 9 nov. 1846, **Pii *IX* *Acta*** 1, 19-20 [ofr. n. 754].

De ingressu clericorum saccularium in Ordines regulares

(Epist. S. C. Epp. et Reo. *Acceptis nobis litteris,* ad Episcopum N. N., 20 dec. 1859).

831 (358) Acceptis novis litteris amplitudinis Tuae dio 7 proxime praeteriti mensis novembris ad Samum 1). N. Pium Pp. IX datis ad obtinendam prohibitionem, ne Clerici Saeculares tuae Dioecesis infra triennium a die, quo ad Sacrum Presbyteratus Ordinem promoti fuerint, computan, regularia Instituta amplecti possint, Sanctitas Sua pro ea, qua Te prosequitur benevolentia, iussit ut ab hac S. Congregatione Negotiis et Consultationibus Episcoporum et Regularium praeposita Litterae ipsae cum adnexis animadversionibus a Te exaratis diligenti examine expenderentur. Idcirco omnibus sedulo perpensis laudandam quidem esse Emi Patres existimarunt pastoralem sollicitudinem tuam, qua omni studio bonum ovium Tibi commissarum curas; sed tamen eis visum est magni momenti vulnus infligi ecclesiasticae disciplinae, si petita generalis prohibitio concederetur, praesertim cum pro aliquo urgenti et extraordinario casu, de quo citati a Te scriptores loquuntur, a Benedicto XIV satis provisum sit, nec generalis huius concessionis exemplum habeatur, siquidem S. Carolus Borromaeus eam obtinuit relate ad unicum dumtaxat Institutum, cui Seminarii sui curam commiserat. Hisce etiam accedit, quod alii quoque locorum Antistites, qui in eisdem circumstantiis reperiuntur, hoc exemplo ducti, eamdem petitionem urgerent, quo facto occasio praeberetur insimulandi Episcopos adversari vocationes ad religiosos ordines, quorum alumni evangelica consilia sectantes adiutricem operam Antistitibus locorum praestant. Nec dissimulandum est petitam prohibitionem Regularibus gravissimam fore, eamque querelarum causam futuram non sine periculo, ut eorum animi alieni fierent ab Episcopis, qui huiusmodi prohibitionem efflagitarent, cum suarum Dioecesium detrimento praesertim tristissimis hisce temporibus, quibus necesse prorsus est, ut uterque Clerus saecularis nempe, et regularis conspirantibus animis, coniunctisque studiis in vineam Domini excolendam sedulo incumbat.

Quae cum Sanctitati Suae relata sint, ea Tibi communicanda mandavit.

CER *Collect.* 669 h.

Dp Seminariis constabiliendis et sustentandis in Haitiana Dicione

(Ex Couvent, cum República Haitiana, 28 mart. I860).1

832 (359) Art. 7. - Dans les grands et petits Séminaires, qui selon le besoin pourront être établis, le régime, l'administration et l'instruction seront réglés conformément aux lois canoniques, par les Archevêques ou les Evê-

1 Ctr. Constitutiones Apostólicas quibus dic 3 oct. 1861 novae in Haitiana Dicione dioeceses institutae sunt: *Vel a primis-, Christianae religionis-, Catholicae Romanae Ecclesiae; Proprium fuit; Gravissimum sollicitudinis.* — *Pii IX Acta* 3, 298, 316, 337. 355, 372.

que,s, qui nom nieront librement aussi les Supérieurs, Directeurs, et Professeurs de ces établissements.

§33 (360) Art. 14. - Les fonds Curiaux ne seront employés dans chaque paroisse qu'à l'entretien du culte, et de ses Ministres, ainsi qu'aux frais et dépenses des Séminaires, et autres établissements pieux. L'administration de ces fonds sera confiée, sous la haute surveillance de l'Archevêque ou de l'Evêque Diocésain, au Curé de la paroisse, et au Directeur du Conseil des Notables, lesquels choisiront un caissier parmi les citoyens du lieu.

Concord. 931-933. Cfr. PF /us *Pont.* 7, 323 6.

CONCILIUN PHOVINCI ı LE COLONıENSE
(29 apr. 18G0)

De Seminariis et scholis ac de disciplinis tradendis

834 Cap. XXIV. - *De scholis superioribus.*

Quicunque historiam ecclesiasticam aut profanam vel obiter tetigerit, ¡ignorare non potest, quanta cura ct sollicitudine acholad illas, quae sensim c cathedralium et monasteriorum scholis in eas. quae hodie gymnasiorum nomine veniunt, aut in aha instituta, quas scliolas reales vocant, immutatae sunt, ecclesia, postquam ortum eis dedit, fovere nc promovere semper perrexerit ct quum larga manu cas dotaverit.

Ecclesia enim intellexit, se maternam sollicitudinem huiusmodi scholarum alumnis non ideo solum debere, quod aetate infirma adhuc et lubrica in studiis litterarum multis periculis sint obnoxii, sed ideo etiam, quia iidein in ecclesia vel in civitate aliis aliquando regendis sint destinandi, aut saltem in aliorum vitam ct mores haud exiguam vim et auctoritatem sint habituri: atque ita, quod iliis impendatur, fidelium multitudini impendi censet. Unde ut simul cum litteris fidei doctrina imbuantur, ut pietate in Deum ac morum puritate praestent, ut. quidquid vel fidei adversetur, vel pietatem extinguat. vel mores pessumdet, ab iisdem arceatur, ecclesia etiam nunc exigere et pro viribus curare debet. Hinc etiam illius, cui hae partes potissimum nunc demandatae sunt, seu religionis praeceptoris officium gravissimum esse colligitur.

Cum fidei doctrinam tradendi munus a Christo ecclesiae soli commissum sit. de ecclesiae hic partibus agi non est dubium; ìdque co magis etiam elucescit, quia religionis praeceptores munus quasiparochi alumnorum exercent, cum eorum sit cilicium divinum pro iisdem persolvere, sacramenta iisdem administrare, hinc animarum curam gvrore. Hoc nutem munus, utpote iurisdictlonis potestatem delegatam, a solo ordinario, a quo iurisdictio emanat, conferri posso prospicuum est. Quibus perpensis, ordinarii sibi ius ac facultatem praeservant collationis canonicae proprio decreto exprimendae, quo religionis praeceptores in odieium immittantur; nullusquo deinceps, etiam aliunde designatus, huius olhcii partes sine nostra collatione et fidei professione coram nobis emittenda implere audeat.

Praeceptores hac ratione nominati memores semper sint.se ab ecclesia mitti ad munus exercendum gravissimum. Sedulo et sapienter adolescentes in religione instituant» neque solum doctrina illuminent intellectum, sed etiam pietate inflamment nficetum. Omnibus enim et mentis et animi viribus Dpo praestare debemus obsequium, et verendum est.

nc fidei Jumen extinguatur, quod pietatis oleo non nutritur; nec facile in lubrica illa notate morum servabitur integritas» nisi pietatis fulciatur adminiculo. Itaque dum instituunt, simul etiam educent. Discipulorum vitae et moribus sedulo invigilent, arceant eosdem a legendis libris perversis et periculosis, oxeitent ad sacramentorum frequentem piumque usum, moneant denique, ut lido viva Deum praesentem timeant: nam ‹ *initium sapientiae timor Domini* » (Sir. 1,16). Ipsi adolescentibus praeluceant sana doctrina, puris moribus, pietate. Officium divinum, cui alumni assistunt, omni pietate et aedificatione persolvant.

Ubi praeceptores tamquam quoslparochi vel rectores peculiares constituti sunt, ipsis communiter, nisi ob causas speciales ordinario aliter visum fuerit, alumnos ad primam communionem praeparandi eofiquc ad sacram mensam admittendi ius conceditur.

Ad doctrinam religiosam tradendam aliis libris manualibus uti non licet, nisi qui ab ordinario praescripti vel disertis verbis ad id approbati fuerint.

835 Cap. XXV. • *De seminariis puerorum.*

Ecclesia, quanta sit sacerdotii dignitas, intime perspectum habens, summopere desiderat, ut, qui ad tantum munus aspirant, omnia sua studia omnemque vitae rationem mature secundum tantae dignitatis rationes disponant; ct plerumque non melius id fleri censet, quam si sub ecclesiasticorum praepositorum cura constituti vita communi utantur et, Snmuclis exemplo, in sanctuario educentur. Sperat enim fore, ut multi, ad tam sanctum munus a Deo vocati, certius perseverunt, utpote a mundi illecebris, quibus sancta desideria tam facile in tenera aetate exstinguuntur, remoti; simulquc confidit fore, ut morum puritas, quae divinae gratiae sacerdoti in omni reliqua vita tantopere necessariae faciliorem praebet accessum, certius custodiatur, cum quaedam virtutes fuga tutius, quam in acie conserventur. Praeterea cum pro unoquovis vitae genere spocialis et congruo requiratur praeparatio, in sacerdotii seminariis facilius, quam foris, pietatem quae praeter litterarum studia ad sacerdotium munire debet viam, coli posse existimat. Ipsa etiam obedientia. cui a teneris annis assuescunt, suaviorem sacerdotii alumnis reddet obedientlam illam, quam, quicumquo sacrae militiae se mancipat, per omnem vitam praestare debet. Haec aliaque cum sacrosanctae Tridentinae synodi do puerorum seminariis erigendis docrctum sapient issimum esse facile demonstrent, nostris tamen temporibus nova quaedam momenta sedulam decreti eiusdem exsecutionem urgent. Diffiteri enim non possumus, in domibus privatis pietatis exercitia minus him coli, quam aliis temporibus fleri consuevit; maximam esse opinandi licentiam, quae ephemeridibus quotidie augetur, magnumque inde inventati imminere intellectus depravandi periculum; auctoritatem tum civilem tum ecclesiasticam parvipendi in camquo passim exerceri effrenem dlhldlcandi et carpendi pruritum. Quae [cum] saeculi nostri mala cum a quovis alio, tum maxime a viro ecclesiastico longissimo abesse debeant, summopere exoptandum est, ut talis sacerdotii alumnis provideatur educatio qua, a contagioso illo morbo praeservent ur.

Huiusmodi rationibus ducti et ecclesiae imprimis commoti auctoritate, in dioecesibus nostris puerorum seminaria, quantum per subsidiorum tenuitatem licuit, instituere iam coepimus. Opus tam sanctum quo maiora capiat incrementa, enixo monemus clericos ct laicos, ut. quibus possunt subsidiis, seminaria illa adiuvent, atque itu concurrant ad praeparandos Deo et ecclesiae dignos ministros, sibi ac posteris fideles pastores.

836 Cap. XXVI. - *De disciplinis sacris tradendis in academiis el universitatibus.*

Ecclesia est. quae, fldei propagata veritate, superstitionis ct ignorantiae tenebras discussit. Quemadmodum vero ecclesia cum bonis supcmaturalibus huius etiam vitae terrenae multa bona confert, ita, dum coelestes veritates aperuit, veritates ordinis na-

turalis Bclontlaaque humanas nullo non tempore coluit» promovit, auxit. Ecclesia etiam est, quae litterarum universitates condidit, decrevit, sancivit, beneficiis et privilegiis cumulavit. Itaque et nos, eiusdem votis accedentes, summopere desideramus et cupimus, ut sacrae imprimis scientiae studium in academiis ct universitatibus maxime florcaf.nostrisquo dioecesibus sacerdotium variis disciplinis exornatum succrescat; idque ut fiat, sacrae theologiae professoribus tamquam nostris hac in rc auxiliaribus strenue all.aborandum est.

Primum igitur, quod a sacrarum litterarum professoribus iure exigitur, est, ut docendi munere (ungantur ita, ut in iis episcopus ipse clerum suum instituere videatur. Quare mandamus, ne quis sacras scientias docendi munus suscipiat, nisi obtenta a nobis facultate litteris exprimenda et professione fidei coram nobis emissa; ne ꝙui de quacunque materia lectiones instituat sine nostra approbatione; ne quis regiam traditionum viam deserens, tironum ingenia ad opiniones insto liberiores trahere conetur. Absit, ut quis specioso scientiae titulo eam, quae vera est scientia, contemnens, in periculum incurrat semper discendi et numquam ad veritatis cognitionem perveniendi.

Quod ne fiat, sanctorum patrum ct ecclesiae doctorum vestigia premant, ecclesiae sensum quam arctissime complectantur, sententiam quamcunquc ecclesiastica auctoritate reprobatam etiam sibi reprobandam ducant, atque ludicio de quarumque doctrina a supremo controversiarum arbitro, summo pontifice, lato ex animo adhaereant, (aveant simul, ne. quod vehementer reprobamus, post decreta a sancta sede emissa nova effugia novasque ad obtegendam inobedientiam cavillationes» presbyteris indignas, excogitare sibi praesumant, sed iudicio apostolico pure et sincere se sublidant, prae oculis habentes regulam illam cuilibet viro catholico sanctam: Roma locuta est, causa finitu est. Atque hanc in omnibus ecclesiae sensum amplectendi promptitudinem etiam in alumnorum animis excitare ac fovere studeant, praesorventque eosdem a tetra illa carpendi et vilipendendi. quod priora protulerunt saecula, libidine, quae saepe ignorantiae maius quam immodestiae est documentum. Dum vero, quae priorum saeculorum ingenia summo labore parique saepe felicitate nobis pepererunt, sua Tacere, excolore ct provehere student, simul etiam, quae nostrorum temporum exigant errores, ut iisdem occurratur, attendant.

Bene actum erit de scientia catholica ct de singulorum eruditioni ac prnfcctu. si. qui sacras scientias colunt, priorum saeculorum labores non evertere, ꝺd excolere et provehere student.

Sacrae scripturae libros ita interpretentur, ut non criticorum, grammaticorum, philologorum tantum, sed ct theologorum imprimis partes agant. C urandum semper est, ut alumni probe distinguant, quid tamquam dogma definitum» quid cum fidi l veritate connexum sit, quid opinionis fines non excedat. Quoniam philosophia multis in partibus cohaeret theologiae, ct haec philosophicis quaestionibus saepissime facem praefert: qui philosophiam tradunt, a revelationis lumine numquam oculos avertant necease est. ne, nimium silfi sapientes, a veritate aberrent. Vehementer etiam synodus haec multis ex causis desiderat ct, quantum fieri potest, inculcat, ut in posterum praelectiones theologicae, praesertim vero exercitationes ct disputationes theologicae, lingua latina habeantur.

Aequum porro est, ut, a quibus in ecclesiastica scientia instituendi sunt sacerdotii alumni, ali iisdem ecclesiasticae etiam disciplinae hauriant exempla. Unde quae circa vitae niorumque honestatem clericis omnibus, eadem sacrae scientiae professoribus imprimis commendamus.

Et vero non in seminariis demum sacerdotii candidatis de spiritu clericali hauriendo cogitandum ct allaborandum est. Quamprimum ad statum clericalem animum appellunt, ct praecipue dum sacris litteris navant operam, mores etiam secundum tantae vocationis normam componant oportet. Quarts cum compertum nobis sit. haud exigua tum litteris tum moribus parari pericula ex associationibus quibusdam inter litterarum studiosos in academiis ct universitatibus iniri solitis, theologiae candidatis, ne huiusmodi associationibuB, quibus ad vitae licentiam provocentur, nomen dent, plane interdicimus.

Cap. XXVII. • *De seminariis clericorum.*

837 Ut apostoli, quamvis sedula magistri cura per triennium instituti, tamen, priusquam Spiritum sanctum acciperent, singulari prorsus modo animum praepararo et sedere in civitate iussi sunt, donec Induerentur virtute ex alto (cfr. *L.* 21, 19): ita etiam sacerdotii alumni, licet eosdem a pueris ad munus tam altum praeparari cupiat ecclesia, tamen sub ipsum ordinationis tempus a mundi contagione magis otiam separantur, et variis virtutibus exercendi, aitioribus meditationibus instituendi, ritibusque ecclesiasticis ac variis disciplinis accuratius initiandi curantur in clericorum seminariis. Eam in rem sanctus Carolus Borromaeiis, illorum, quae Tridentina synodus dc seminariis statuerat, executor quam maxime strenuus: Sunt igitur », inquit, • ea potissimum dc causa seminaria erecta, ut in iis boni strenuique operarii ad curationem animarum, quas suo sanguino pretiosissimo Christus redemit, instituantur: et ii quidem adolescentes... in operibus virtutum oradiri debent, ut eam vitae perfectionem adipiscantur, quae in iis, qui doctores populorum futuri sunt, eluoere debet, ct severioribus disciplinae legibus coercendi».[1]

Ad hunc Unem gravissimum consequendum volumus, ut omnia, quuo per canones ct praesertim a patribus Tridentinae synodi et a sancta sede apostolica de seminariis statuta et praescripta sunt, omni cura et sollicitudine observentur. Proptorca hortamur rectores et ceteros moderatores cosque omnes, qui in educandis clericis auxilium praestant. ut, assidue memores vocationis suae, in omnibus sese praebeant formam ct exemplum, quod alumni imitentur. Rectores omni enitantur studio, ut seminarii leges seu statuta ad^amussim impleantur, simul animum intendant, ut disciplina ab omnibus, qui in seminario degunt, observetur, ¡psique tum mansuetudine et suavitate, tum gravitato et fortitudine praestent. Quod monitum est in synodo Aquileicnsi anno 1569 celebrata, enixo inculcamus, ut « praefecti et magistri adsciscantur probatae vitae et spectatae virtutis ct pietatis homines, qui non modo voluntate et studio in rei conservationem ct incrementum propendeant, sed idonei ad provinciam impositam indicentur: in quo sit episcoporum praecipuo vigilantia et diligens sollicitudo »?

In seminaria e concilii Tridentini praescripto illi solum recipiantur. ‹ quorum indoles ct voluntad spem aHerat, eos ecclesiasticis ministeriis perpetuo inservituros ■? Gravissimis id verbis «anctus Carolus Borromacus monet, dum ait: ‹ Maxima cautio adhibenda est in eo praecipue, ut idonei clerici in seminarium recipiantur; neque solum ingenium et habilitas ad studia litterarum functionesque ecclesiasticas exercendas spectetur, sed multo magis morum, ac disciplinae in singulis ratio habeatur; quales enim ii fuerint, qui admittentur, tales prorsus e seminario fructus exsistent •? Nemo porro inter seminarii alumnos est alendus, qui sine spe solidi in pietate fundamenti hinc videatur discessurus, no forte pravi unius alumni vita ea destruat, quae multorum In religione et pietate profectus aedificaverit, neque enim, quibus severitate poenarum opus est coercendis, digni sunt huius vitae instituto.

Omnes autem in seminario caritate fraterna devincti eisdem legibus vivant, modestia, obedientia et animi candore conspicui. Christianam pietatem et Dei timorem sibi primum ct summum religionis studium propositum esso in animum Inducant. Quare statini ac recepti fuerint, pietatis et ecclesiasticae vitae fundamenta sacris exercitationibus laciant; divinum otllclum recitare et coelestia meditari discant; studiis praescriptis aliisque exercitiis, quae ad ecclesiasticam vitae institutionem pertinent, sedulam operam navent. Frequens sit sacramentorum usus et confessarioruin etiam extraneorum copia, quod ct dc puerorum seminariis intclllgi volumus.

Mansi 48, 153-157.

[1] **Jri.** Erri. Medfotan., part. V, inst. sem., part. **Ill**, cap. I.
[1] (Cfr. n. 4271.
[1] (Cfr. n. 290).
• *Act. Ecd. Mtdiolan.* part. V, inst. som., part. 111. cap. I.

Do Seminariorum directione Ordinibus regularibus aliisque Institutis sine venia S. Sedis non concredenda

(Ex Animadversionibus S. C. Epp. et Reo. super Constitutionibus Piae Congr. Miadonariorum snb titulo S. *Francisci Salesíí* in Dioecesi Annodatisi, 23 mai. 1860).

838 (361) 4. - Non possunt Episcopi concredere directionem seminariorum Ordinibus regularibus, aliisque institutis sine venia Apostolicae Sedis.

CER *Collect.* 798.

(Ex Animadversionibus S. C. Epp. et Reo. super Constitutionibus Conor. Presbyterorum 8Ub titulo *Immaculatae Conceptionis Ii.* Jf. F. *a S. Mehenno* in Dioecesi Rhedonensi, 2 mart. 1861).

839 (362) 5. - Cum ex Concilio Tridentino directio Seminariorum ad Episcopos, audito deputatorum consilio, omnino spectet, ipsi eorum curam non possunt alicui instituto committere inconsulta Sede Apostolica, licet institutum ipsum in genere pro directione Seminariorum ab Apostolica Sede approbatum sit. Hinc oportet in singulis casibus Summi Pontificis licentiam obtinere.

CER *Collect.* 791.

CONCILIUM PROVINCIALE PRAGENSE
(9 sept. 1S60)

Dc clericis educandis et instituendis

HO Tit. I, Cap. IX. - *De clericis educandis ct instituendis.*

Nihil unquam ecclesiae, honorem ac decorem ordinis sacerdotalis vindicaturae, tantopere curae fuit, quam ut idoneos piosque contingat ubivis acquirere augustissimi sacrificii ministros populiquo Christiani ildos pastores. Magna enim sublimitas magnam habere debot cautelam, et honor grandis grandiori debet sollicitudine circumvallari. Hinc potissimum patres in sancta synodo Tridentina congreghiti *sapientissimi ordinationibus providerunt, ut ad ecclesiae ministerium eligendi coelesti sapientia, probis moribus et diuturna iustitiae observatione commendari mereantur. Quem in finem praecipue seminaria per singulas dioeceses erigenda esse, inter alia mandarunt?

Quanto successu. Deo iuvante, saluberrima hac ordinatione clero recte educando ct instituendo providerint, nostra quoque provincia grate loquitur: siquidem pia sollicitudine maiorum ct benefactorum, quorum nomina sunt in libro vitae, singulae dioeceses clericorum seminariis et scholis duduni provisae, novissime erectis etiam cleri pulique liberalitato minoribus seu puerorum seminariis in Domino gloriantur.

Obsequium decretis ecclesiae debitum, et pro perceptis donis gratitudo patribus in hac synodo congregatis tantopere cordi est, ut ad ampliandum sacerdotii honorem et meritum sequentia quoad provinciae huius seminaria statuere consuerint:

1. Recenter erecta puerorum seminaria, cum plantationes sint adhuc tenellae, episcopi omni, (¡na poterunt, sollicitudine augebunt, provisuri, quantum Deo propitio fleri

1 [Cfr. n. 290).

poterit, ne sufficiente dote careant» sed pedetentim abundantius habeant, quo maiorem puerorum numerum pro indigentiis dioecesium alere ac religiose educare contingat.

Omnis nutem administration^, educationis et institutionis ratio, quatenus et copia dotis et peculiares studii gymnnsialis circumstantiae permiserint, supralaudato sacrosancti concilii Tridentini decreto innitatur. Hinc inter alia tales potissimum pueri suscipiantur» quorum indoles et voluntas spem atterat, eos ecclesiasticis ministeriis perpetuo inservituros. Pauperum quoque lilii praecipue eligantur, non exclusis utique ditiorum tiliis, modo suo sumptu alantur» ct studium prae se ierant Deo ct ecclesiae inserviendi. Magnopere etiam proderit curare, ut pueri a teneris annis cantum ecclesiasticum et rituum ac caerimoniarum formas ediscant utque adolescentes humanioribus literis erudiendi ecclesiasticas etiam disciplinas sapore incipiant.

Cum porro, hisce praesertim diebus, messis quidem multa sit. operarii autem pauci: monemus in Domino et impense rogamus parochos ceterosque sacerdotes, ut. pueros bona indole praeditos, qui spem alterant, se. cum sacris initiati fuerint, ecclesiae ministros utiles fon-, ad Uterorum atquo ad ecclesiasticae vitae normam accurate informent, moribusque clericali religioni congruentibus erudiant, atque parentes ipsos moneant, ut litios silos ad suscipiendos ordines sancte Inducant. Qua sollicitudine cum huius provinciae clerus avite excoli erit: nova meritis merita superaddere eo minus recusabit, quo magus opportunam ab creetis puerorum seminariis occasionem animad vertens, ab episcopis impetrare poterit, ut maxime idonei tales morigerique discipuli prae reliquis invetrili seminariorum familiae aggregentur.

Adolescentibus tandem domibus hisce iam adscript!», dum feriarum tempore extra seminarii septa morantur, vigiles animarum pastores manum paternam porrigant, sedulo hortantes, ut adolescentium suam nulla sordo commaculent, sed potius, si Deo placuerit, suo tempore ad altare Christi quasi virgines de thalamo procedant. 11 ine eam quoquo per singulas dioeceses legem dabunt episcopi, ut minorum seminariorum alumni parocho loci, ubi foriarum tempore morari voluerint, venientes sc praesentent, et abeuntes per eumdern parochum testimonio probitatis commendari mercantur.'

842 2. Quo certius ple speraro liceat, fore ut ipso Deus, quos sacris altaribus servituros «degerit, ostendat, solertlssimam antistitum vigilantiam et industriam sibi vindicant maiora seu clericorum seminaria.

Cum nudius profecto sit. prout sapientissimo monuit Benedictus papa XIV, pauciores habere ministros, sed probos ac idoneos, (piam plures, qui in aedificationem eccleslao nequaquam sint valituri: l statuit haec synodus» ut. postposito respectu, ad deficientem cleri copiam maioribus seminariis nullo modo iuvenes aggregentur, qui vel ob exiguum in studio gymnastati progressum ab ipsis etiam condiscipulis minus idonei et tardioris ingenii dignoscuntur, vel sacculi corruptelis sauciati, no \ ix quidem optandae conversionis contecturum praebent.

Nihil porro episcopis, ex voto beatissimi putris nostri, antiquius, nihil potius erit, quam instituta clericorum seminaria optimis moderatoribus ct magistris Instituere, ut inibi biniores clerici in timore Domini et ecclesiastica disciplina sancte religioseque educentur, et «acris potissimum scientiis iuxta catholicam doctrinam ab omni prorsus cuiuslibet erroris periculo alienis excolantur, atque ecclesiastico spiritu praediti ac studiis recte Instituti, valeant in tempore dominicum agrum diligenter excolere ac strenue proeliari proelia Domini.l

Quod ut opitulante Deo fauste eveniat, seminaria in primis ac imis ad litoram ct mentem legis ecclesiasticae disposita sint adeo, ut clorici cumprimis spiritu ecclesiae animentur. Hinc non tantum quotidianis Christianae pietatis, sed etiam ofilcii sacerdotalis

l Epist. Encycl. L'bí primum, 3 dec. 1740, BB i, 4; (Cfr. n. 626].
l Pius IX, Litt. Encycl. *Qui pluribus,* 9 nov. 1846, *Pii IX Acta* 1, 19-20 [cfr. n. 7511.

exercitiis, pracprlmis horis canonicis debite persolvendis, frequentissimo -aeramenti poenitentiae usui, devotissimo sanctissimo eucharistiae cultui, frequentandis recollect Ionibus eneris mature assuescant, et omnia insuper pietatis exercitia ab ecclesia approbata ct commendata religiose tractaro ct adamare sciant. Eumdem in finem. praeter theologicas praelectiones, quae in scholis habentur, domesticas explanationes theoretlcopractlcas excipiant, quibus potissimum sacrae scripturae et sanctorum patrum, catechismi Romani concilii Tridentini, totumque breviarii, missalis, ritualis, pontificalis Romani ct caerimonialis episcoporum copiosissimum thesaurum bone nosse, diligenter colligere et pie venerari discant. Cum porro spiritus ecclesiae, quo clorici ardescant, zclosa praesertim admini-Htrationo sacramenti poenitentiae probandus sit: plurimum interest, ut solidissima theologiae casuisticae doctrina imbuantur, et ad sedulo et lubentcr excipiendas confessiones poenitentiuin, ct promovendam sacramentorum frequentationem quoquo modo inflammentur. Optamus etiam, ut decorem domus Dei dilecturi, spiritu ecclesiae se animatos manifestent. Quo rectius in tempore huic oflicio sacerdotalis pietatis satisfaciant, praeter exactam sacrae liturgiao cognitionem archaeologiam quoque ecclesiasticam ediscant.

843 3. Systeinatioum totius theologiae studium, novissime stabilito per episcopos ditionis Austriacae ordine, annis quatuor sic absolvendum est. ut primo biennio institutiones biblicae et dogmaticae tradantur, quibus anno tertio studia theologiae moralis et historiae ecclesiasticae, anno demum quarto, praeter doctrinam pastoralem, institutiones inris canonici et artis catechcticae superstruantur.

Exceptis praelectionibus, quae practicara pastorum institutionem concernunt, reliquae idiomate latino habebuntur.

Ad presbyteratus ordinem, non absoluto cursus huius theologici quadriennio, episcopi neminem promovebunt, nisi casu peculiari aliter iis visum fuerit.

Cum sacrae theologiae tam late pateat campus, ut profundioris scientiae thesauri statuto quadrienii termino indicari potius, quam copiosius hauriri queant: volumus quidem, ut theologiae magistri reconditam in ecclesia divinae scientiae abundantiam tironibus qualibet occasione monstrare non omittant, attamen salva semper institutione explicita, qua iuvenes disciplinis theologicis, ad obeunda munia ecclesiastica scitu necessariis. accuratissimo excolantur. Bonam enim et confertam solidae et necessariae doctrinae mensuram habentes, et sanam profundioris scientiae praelibationem experti, si studio divinorum sublimiori vires consecrare pro potiore ingenio desideraverint: episcopi alioQiiin curabunt, ut clerici tales eximiis dotibus praediti et magistrorum testimonio commendati, exactioris quoque eruditionis sacrae copiam acquirere possint.

Cum non raro cetorum eveniat, ut vel iuniores clerici, impetratis ab episcopo literis dimissoriis ad continuandum tirocinium theologicum, in alius dioecesis seminarium suscipiantur, vel viri ecclesiastici potissimum a patronis praesentat! ad alterius dioecesis beneficium promoveantur: valde optandum est, ut omnes huius provinciae clerici pari modo et methodo educentur et instituantur. Episcoporum itaque erit, collutis quantocius procurare consiliis, ut tota dirigendorum provinciae huius seminariorum, nec non instituendi studii theologici norma et dispositio, quantum peculiares loci circumstantiae non impedierint, iisdem ordinationibus innitatur.

814 Cap. X. - *Dr clericorum in seminariis moderatoribus et ihtolofjiae magistris.*

.Si animarum pastores severo exagitantur indicio de populo sibi concredito, cuius sanguinem exitialis diei index ab ipsorum manibus rcqull^t, nemo non intolligit, quanto pavore coarctentur cleri duces ct magistri vel leviter cogitantes, ab eorum manibus sanguinem et ovium et pastorum forsan repetendum.

Ne hos inter duces ct magistros primi, videlicet ipsi sacrorum antistites tremenda supremi indicis sententia perstringantur, cautissimo procedent in seligendis iuniorum clericorum moderatoribus ct studii theologici magistris, quorum vita senectute probata per-

foetior, quorum doctrina absque omni mendacio falsitatis clero et populo spiritualis medicina sit oportet.

Hunc in tlnem sequentia synodus in Domino congregata nominatilo consult statuenda:

1. Cum seminarii maioris moderatores clericos non tantum ad pietatem et vitae sacerdotalis perfectionem tutissime informare, sed et solidissimis explanationibus priori capite recensitis excolere et in studio theologiae quoquo modo iuvure debeant: par eorum exquisitae eruditionis et scientiae sacrae copia sit, quam in theologiae magistris postulamus. Hinc episcopi, non postposito respectu, ad vitae morumque candorem, eos tamen inter idoneos et experientia pastorali probatos potius eligant rectores et moderatores seminarii, qui vel doctorum theologiae aut sacrorum canonum laurea insigniti sunt, vel, editis scriptis above modo, publicam sanae doctrinae et exactae eruditionis theologicae laudem meruerunt.

845 2. Facta conventione inter sedem apostolicam et augustissimum Austrian imperatorem.[1] nemo sacram theologiam, disciplinam catecheticam vel religionis doctrinam in quocumque instituto vel publico vel privato tradere potest, nisi cum missionem, tum auctoritatem obtinuerit ab episcopo dioccesano, cuius eamdem revocare est, quando id opportunum consuerit,

Publici theologiae professores et disciplinae catccheticae magistri, postquam sacrorum antistes de candidatorum fide, scientia ac pietate sententiam suam exposuerit, nominabuntur ex iis, quibus docendi missionem et auctoritatem conferre paratum se exhibuerit.

Vacante autem cathedra publici in huius civitatis facultate theologica professoris, cuius quoque erit enidire seminarii clericos, archidiocccsis antistes, si virum ecclesiasticum doctrinae laude alioquln celebrem et meritissimum praesto habuerit, cui vacans magisterium tuto concredi possit, audita professorum theologiae sententia, cumdem suae maiestati commendabit assumendum.

Quotisi autem, indicto concursu publico, cathedrae vacanti melius prospici visum fuerit, curabit, antistes, ut interrogationes, quas pro subeundo tentamine scripto designaverit, legitimo modo professarum collegio communicentur. Lectioni de vacantis magisterii disciplina, quam concurrentes coram professoribus habebunt, vir ab antistite deputatus intererit. Audita dein sententia non huius tantum, sed et alterius cuiusdam facultatis theologicae professorum, et aliorum etiam, si visum fuerit, virorum doctorum, sua maiostas ex ambientium numero, si nullum aderit circa res politicas obstaculum, eum nominabit. quem antistes ad praedictum munus obeundum prae ceteris habilem consuerit.

Simili ratione, reliqui huius provinciae episcopi vacantibus cathedris theologici sui instituti prospicient. Nisi virum eligere praeferant probatae vitae ac scientiae laude conspicuum, quem alioquln noverint maxime idoneum: curabunt, ut, Indicto per totam dioccesiin concursu publico, aptissimum eligere theologiae magistrum contingat. Concurrents non tantum designatis ab episcopo interrogationibus scripta elucubratione satisfaciant. sed et quadam lectione coram theologiae professoribus et viro ab antistite deputato docendi facundiam monstrabunt, nisi, probata aliunde unius alteriusve candidatorum dicendi dexteritate, dispensatio episcopi quoad praelectionem habendam interveniat. Dicta de singulorum tentamine sententia professorum tam eiusdem instituti theologici quam alterius cuiusdam, episcopus, modo mandato beatissimi patris' quoad non eligendos viros propter res politicas minus acceptos satisfecerit, professorem constituat, quem inter concurrentes ad munus docendi maximo habilem ac promotione dignissimum censuorit.

846 3. Monemus tandem et in Domino obsecramus clericorum moderatores et studii theologici magistros, ut stirpem levitlcani, germen sacerdotale, propaginem Banditi-

[1] (Cfr. nn. 807-809],
'Cfr. Pius IX Epist. Encycl. Optime noscitis, 5 nov. 1855, Pit *IX Acta,* 2, 489.

catam. tirones videlicet sibi concreditos omni, quo potuerint, fervore ac industria foveant. et quod facundo ore iis persuaserint, vivis propriae perfectionis operibus exponant.

Sed et reliquos omnesquo huius provinciae viros ecclesiasticos per viscera misencordine Dei nostri rogamus, ut qui spirituales sunt, et a rebus sacculi in altiorem locum subluti, iuniores ministerii divini tirones, data quavis occasione, verbo et exemplo d̈or aut. quomodo oporteat clericos in domo Dei conversari, et ex sacerdotibus sumere, quod imitentur.

Imprimis autem parochi, ad quos, tempore foriarum, seminariorum alumni p« rvencrint, sedulo curent, ut illi, quo diligentius clericalis disciplinae vitaeque religiosae institutis imbuantur, ecclesiam frequenter adeant, functiones clericales ceteraque id generis ministeria cernant, ecclesiasticorum hominum consuetudine utantur, atque multiplici ratione clericalis vitae officiis assuescant. Vigilabunt etiam, ut qui tonsum clericali iam insigniti sunt, capitis coronam deferant patentem, vestibusque induti proprio ordini congruentibus per decentiam habitus extrinscci morum honestatem intrinsecam ostendant. Cum porro minoribus initiati ordinibus, etsi quandoque nere--itate postulati, in solemn! missae sacrificio sacri ministri vices gerere et lectionem dicere queant, e suggestu sacro tamen pro concione dicere prohibeantur: parochi istiusmodi damnabilem abusum minime patiantur. His omnibus intenti, testimonium, quo clericos ad sacro^ ordines promovendos, ceterosque seminariorum alumnos commendari volumus, parochi petentibus magis pro merito, quam affectione aliqua tribuant oportet.

Tit. IV, Cap. X. - *I)c sacramento ordinis.*

Quoniam per sacramentum ordinis fideles mysteriorum Dei dispensatores constituuntur. ct in regendis ecclesiis adiutores assumuntur, legibus propterea sapientissimis praeceperunt patres in sancta synodo Tridentina congregati, ut episcopi in conferendis sacris ordinibus summa circumspectione et exquisito delectu procedant. Legibus illis tideliter obtemperaturi, ut idem studium in exsequendo praestemus, quod in praecipiendo adhibitum intclligimus, sequentia in conferendis ordinibus constituimus servanda.

Cum illud maxime cavendum sit episcopis, ne vel ipsi de singulorum provectione, vel ordinati de sacri officii susceptione a Domino damnentur: hinc prae ceteris examinatores ordinandorum constituent, viros videlicet divinae legis peritos ac in ecclesiasticis sanctionibus exercitatos, quibus sibi adseitis. insistentes tum concilii Tridentini decretis, tum constitutionibus pontificiis, ordinandorum genus, personam, aetatem, institutionem, mores, doctrinam et fidem atque factam de honesta sustentatione provisionem diligenter investigabunt et examinabunt; ne alicui ante aetatem maturitatis, ante tempus examinis, ante meritum laboris, ante experientiam disciplinae rito manus imposuisse tristes experiantur.

Quia de vita et conversatione praesentandi, quod nonnumquam ignoratur a pluribus, scitur a paucis, cuinquo facilius ei quis obedientiam exhibeat ordinato, cui assensum praebuerit ordinando, non frustra fuit a patribus institutum, ut de electione illorum, qui ad regimen altaris adhibendi sunt, consulatur etiam populus. Antistites huius provincine, prout vel editum in hac synodo decretum de clericis educandis et instituendis loquitur, omni studio vigilabunt, ut ad ministerium sanctuarii adhibendi Deo et hominibus placeant, ct vel ideo instante ordinum sacrorum collatione, praeceptis canonicis satisfacturi curabunt, ut cum promulgatione faciendae ordinationis, promovendorum ad ordines maiores nomina ct desiderium tum in ecclesia cathedral!, tum in ecclesiis parochiarum, quae sunt in civitate episcopali, atque illarum, o quibus singuli oriundi sunt vel domicilium acquisierunt, publice denuntientur. Parochi autem hac occasione tldelcs monebunt, ut quid de ordinandorum actibus aut moribus noverint, quid do merito sentiant, libera voce pandant, ct si aliquid contra illos habent, pro Deo et propter Deum cum fiducia dicant, veniintamen memores sint conditionis suae. Relationes parochorum

do peracta ordinandorum promulgatione curiae episcopali exhibendas, examinatores ordinandorum insto indicio probabunt.

Pie admodum In ecclesia Dei custoditum semper fuit, ut statis diebus, quibus etiam solemnia ieinnia ex vetustissimo catholicae ecclesiae more indicuntur, ordinationes fiant, Ut scilicet fidelis populus sacrorum ministros a Deo impetret, qui ad tanti ministerii potestatem recto et cum ecclesiae utilitate gerendam aptiores esse videantur. Quamvis cursus studii theologici ct attemperata illi ad sacros ordines suscipiendos in seminariis clericorum praeparatio, in hae provincia morem induxerit, ut. adhibito dispensationis in angaria remedio, extra statuta a iure tempora ordinationes flant; tamen quatuor temporum ieinnia augendo spirituali oleri profectui dicata manere volumus: tum quia fidelium preces. quas ecclesia istis diebus desiderat, iciunio sanetitlcatae flent magis proficuae, tum ut ordinationes, quae sacratis his temporibus alibi per orbem catholicum aguntur, totius ecclesiae precibus suffulciantur, cum maxime deceat, ut communem causam communis prosequatur oratio.

Mandamus itaque, ut recurrentibus quatuor temporum ieiuniis. atque indictis antea publice diebus quibus sacrae ordinationes flent, preces communes ab episcopo praescribendae In omnibus per dioeccsim ecclesiis peragantur, monentes simul ecclesiarum rectores, ut fideles ad frequentandum his diebus missae sacrificium et preces pro ordinandis ct universis ecclesiasticis ordinibus devote persolvendas suaviter convocent. Proderit etiam, ut his vrl aliis opportunis occasionibus de ordinis sacramento et tantis, (june ex Illo in ecclesiam ct societatem humanam universlm diffunduntur, beneficiis populum Instruant; unde tum ipsi ad excitandum gratiam, quam ex hoc sacramento adepti sunt, fortius movebuntur, tum fideles clarius intelligent, quo honore digni sint ecclesiae ministri. ct quantopere oporteat rogare dominum messis, ut mittat operarios in messem suam, ct ut mittantur opero allaborare.

Praecipimus tandem, ut praesertim maiores ordines magna cum solomnitate, et qttidem in ecclesia cathedrali, vocato etiam eiusdem capitulo, conferantur: quodsi in alio dioecesis loco ordinationes flant, dignior, quantum fleri poterit, ecclesia eligatur.

Massi 18, 216-220; 287 8.

De Seminariis dotandis et moderandis in Dicione llondurensi

(Ex Convent. cum Republica llondurensi, 9 iul. 1861).

848 (363) Art. 5. - Hondurense Gubernium obligatione se obstringit ut decimae sartae tectae habeantur, illaeque sua etiam interposita auctoritate solvantur: declarans decimas ipsas semper absque ulla exceptione esse solvendas etiam tempore quo Episcopalis Sedes vel quodlibet beneficium vacaverit. Namque ipsae omnino destinatae sunt tum ad dotem Episcopatus, Capituli et Seminarii constituendam, tum ad impensas sustinendas pro divino cultu, pro aedificio Cathedralis Templi aliarumque ecclesiasticarum aedium, secundum peculiarem propositum modum, qui in huius Conventionis fine exhibetur. Quidquid voro ex decimarum reditibus reliquum fuerit in promovenda publicae institutionis et beneficentiae instituta erit erogandum. Si autem decimae haud sufficiant omnibus commemoratis sustinendis expensis, Hondurense Gubernium spondet ac promittit se quotannis eam pecuniae vim esse daturum, quae divini cultus et Cleri dotem plane perficiat...

849 (364) Art. 10. - Sancta Sedes proprio utens iure novas dioeceses eriget, ac novas earumdem peraget circumscriptiones, cum id fidelium necessitas aut utilitas postulaverit. Verumtainen ubi id contigerit, cum Hondurensi Gubernio consilia conferet. In unaquaque earumdem dioecesium instituetur Canonicorum Capitulum et Episcopale Seminarium accommodatum ad Cleri Dioecesani numerum et ipsarum dioecesium indigentias ... In Seminaria excipientur et instituentur iuxta Tridentinae Synodi praescripta ii adolescentes, quos Episcopi ex propriae dioecesis necessitate vel utilitate admittendos esse censucrint. Ea omnia quae ad eorurndem Seminariorum regimen, ordinationem, doctrinam, gubernationem et administrationem pertinent a dioecesano Antistite unice pendere debent, qui suam liberam plenamque auctoritatem et ius in ea exercebit. Rectores quoque et professores Seminariorum ab episcopis libere nominabuntur, et quotiescumque necessarium vel utile ab ipsis indicabitur removebuntur.

Concord. 938. 911; **PF** *Ius Poni.* 7, 328.

De Seminariorum dotatioiie et regimine in Dicione Nicaraguensi

(Ex Convent, cuín Republica Nicaragiiae. 2 nov. 18G1).'

850 Art. 2. - Hinc iuventutis institutio in Universitatibus, Collegiis, Scholis et aliis omnibus educationis seu instructionis institutis erit plane conformis doctrinae eiusdem catholicae religionis, et iccirco Episcopi et locorum Ordinarii liberi omnino erunt in dirigenda doctrina, quae ad Theologicas, et canonici inris iaculi ates et ad alias ecclesiasticas eiusque generis disciplinas pertinet. Insuper iidem Ordinarii et Episcopi praeter illam sollicitudinem, quam ex proprii ministerii officio in religiosam iuventutis educationem exercent, advigilabunt etiam, ut in quavis tradenda disciplina nihil adsit, quod catholicae religioni mornmque honestati adversetur.

I 851 (365) Art. 5. - Gubernium de Nicaragua obligatione se obstringit praestandi et integram servandi dotem pro Episcopo, Capitulo, Seminario et divini cultus, ac sacrarum aedium expensis super fundis aerarii nationis de Nicaragua iuxta designationem in tino huius Conventionis expressam. Et quoties novae Dioeceses erunt erigendae, eadem norma locum habebit pro dote cuiusque ecclesiae, capituli, et seminarii. Cum autem huiusmodi dotes assignentur compensatione, immo loco decimarum, quibus hoc modo supplendis Gubernium propria illius loci utilitatis causa et Episcopo consentiente a Sede Apostolica huiusmodi veniam petiit et obtinuit, iccirco dotes ipsae habendae omnino erunt, prout sunt, titulo *oneroso,* ac propterea Gubernium, tamquam verum Ecclesiae creditum erga nationem de Nicaragua dotes ipsas agnoscit, quae ita liberorum, seu omnino independentium reddituum naturam rationemque acquirent.

1 C'fr. Allocut. Consist. *Omnibus nolam,* 16 mart. 1863; *Pii IX Acia* 3, 560.

852 (366) Art. 10. - Sancta Sedes proprio utens iure novas dioeceses eriget, ac novas earumdem peraget circumscriptiones, cum id fidelium necessitas, aut utilitas postulaverit. Verumtamen ubi id contigerit, cum Gubernio de Nicaragua consilia conferet. In unaquaque earumdem dioecesium instituetur Canonicorum Capitulum et Episcopale Seminarium accommodatum ad Cleri Dioecesani numerum, et ipsarum dioecesium indigentias. Pro dote cuiusque Sedis, Capituli et Seminarii, quae erigenda erunt, ea norma erit sequenda, quae statuta est pro Ecclesia Assumptionis B. M. V. in republica de Nicaragua, quae quamprimum Canonicorum Capitulum habebit efformatum iuxta schema inferius referendum. In Seminaria excipientur et instituentur iuxta Tridentinae Synodi praescripta ii adolescentes, quos Episcopi ex propria dioecesis necessitate vel utilitate admittendos esse censuerint. Ea omnia quae ad eorumdem Seminariorum regimen, ordinationem, doctrinam, gubernationem et administrationem pertinent, a dioecesano Antistite unice pendere debent, qui suam liberam plenamque auctoritatem et ius in ea exercebit. Rectores quoque et professores seminariorum ab Episcopis libere nominabuntur, et quotiescumque necessarium vel utile ab ipsis indicabitur removebuntur.

Concord. 950 a. 953 : *Pii IX Ada* 3, 575 s. 578 8.; PF *Ius Pont.* 7. 325 s.

De clericis Ecclesiarum ritus orientalis magna cum sollicitudine educandis

(Ex Epist. Encycl. *Amantissima humani (/eneris* ad omnes Ordinarios Ecclesiarum ritus orieiitulis. 8 apr. 1862).

853 (367) 5. - Ut facilius navos et industrios operarios habere possitis, qui in vinea Domini excolenda auxiliariam Vobis operam in tempore exhibere valeant, nullis parcite curis, nullisque consiliis, Venerabiles Fratres, ut adolescentes clerici vel ab ineunte aetate per lectissimos magistros ad pietatem, verumque ecclesiasticum spiritum mature fingantur, ac litteris et disciplinis praecipue sacris ab omni cuiusque erroris periculo omnino alienis diligentissime erudiantur.

Pii IX Acta 3, 433 s.; PF *Ius Pont.* 6. I, 371; CIC *Fontes 2,* 960.

De Seminariorum dolatione et regimine in Dicione S. Salvatoris

(Ex Convent, cum República S. Salvatoris, 22 apr. 1862).

854 (308) *Art.* 5. 10, *eadem pacta sunt quae cum República de Nicaragua [cfr. supra nn.* 851 s<l.

Concord. 962. 961 e.; *Pii IX Acta* 3, 591. 593 s.; PF *fus Pont.* 6, 1, 399 s.; 7, 328.

Do curls in clericorum institutione ab Episcopis adhibendis

(Ex Epist. *Quo arariorti* ad Card. Rodrigues Patriarcham Liabonenscrn crtcrosquc Lusitaniae Episcopos» 3 iul. 1S62).

855 (369) Ignorare autem minime potestis, Dilecte Fili Noster ac Venerabiles Fratres, quam vehementer Ecclesiae intersit hisce potissimum luctuosissimis temporibus idoneos habere ministros, qui nonnisi ex Clericis optime institutis fieri possunt. Atque iccirco vestras omnes curas, cogitationesque in id praecipue intendatis oportet, ut adolescentes Clerici in vestris Seminariis vel ab ineunte aetate per magistros pietatis, sanaeque doctrinae laude spectatos ad ecclesiasticum spiritum mature fingantur, ac litteris et disciplinis praesertim sacris ab omni cuiusque *profanae novitatis* [1] et erroris periculo alienis diligentissime erudiantur.[2] Ac summopere cavete, ne in theologicarum praesertim rerum, et iuris canonici scientia tradenda ii adhibeantur libri, quibus falsae opiniones et errores, verae germanaeque catholicae Ecclesiae et huius Apostoliche Sedis doctrinae repugnantes et adversi continentur.

Pii IX Acta 3, 461 s.; CIC *Fonte?* 2, 967 s.

Dc Seminariis erigendis, ordinandis, dotandis in Dicione Venetiolana

(Ex Convent, cum Republica Vnnctiohic, 26 iul. 1S62).

856 (370) Art. III. - Seminaria in Dioecesibus Reipublicae de Venezuela existentia erunt conservanda; atque Dioecesani Antistites ad normam S. Concilii Tridentini, liberi omnino erunt in Seminariorum erectione, ordinatione, doctrina atque administration©. Rectores quoque et Professores Seminariorum ab Episcopo nominabuntur atque removebuntur, quotiescumque necessarium ab ipso indicabitur.

857 (371) Art. VI. - Gubernium de Venezuela per suum Plenipotentiarium Ministrum petiit et ab Apostolica Sede, ob extraordinaria temporum et locorum aditine! a. obtinuit ut in decimarum locum substitueretur ecclesiastica dos. Quocirca Gubernium idem se obligat ad solvendam ex publico Aerario, uti debitum Status, eamdem dotem ecclesiasticam, iuxta notam huic Conventioni adiectam pro congrua sustentatione Archiepiscopi et cuiusque Episcopi, Capituli ecclesiastici, Parochi, Seminarii et Aedificii Templorum, et pro consuetis et necessariis divini cultus expensis; atque id pro legitima compensatione redditus decimarum sublati. Parochi pergent frui iure percipiendi primitias et emolumenta, quae vulgo appellantur *a stola* ex cuiusque Dioecesis more, ac iuxta taxam ex praescriptis Synodorum in praesentia vigentem, vel quae in posterum a competenti ecclesiastica auctoritate statui contigerit.

[1] Cfr. *l T.* 6. 20.
[2] [Cfr. mi. 790. 816].

858 (372) Art. XIII. - Cum iam in Dioecesi de Guayana Capitulum Cathedrale erectum sit, Sancta Sede approbante, Seminarium, ad normam Concilii Tridentini, eiusdem Dioecesis quamprimum erigetur.

859 (373) Art. XVII. - Sancta Sedes proprio utens iure novas Dioeceses eriget, ac novas earumdem peraget circumscriptiones, cum id fidelium necessitas aut utilitas postulaverit; collatis antea cum Reipublicae de Venezuela Gubernio consiliis. In unaquaque earundem Dioecesium instituentur Canonicorum Capitulum et Episcopale Seminarium. Pro dote cuiusque Sedis, Capituli et Seminarii, quae erigenda erunt, ea norma erit sequenda, quae pro aliis iam existentibus statuta est.

860 (371) Art. XXIII. - Ob rerum ac temporum adiuncta Sancta Sedes consentit ut fundi et ecclesiastica bona publicis subiiciantur vectigalibus, aeque ac bona aliorum civium Reipublicae de Venezuela; exceptis semper Ecclesiis, Seminariis, caeterisque institutis divino cultui dicatis.

Concord. 972-977; PF *Ius Pont.* 7, 329 s.

Be Seminariorum erectione et regimine in Dicione Aequatoriana

(Er Convent, cum República Acquatoris, 26 sept. ‡862).

861 (375) Art. 2. - In omnibus Dioecesibus, quae in praesentia existant. vel in posterum erigentur, existere debebit Seminarium Dioecesanum, cuius procuratio, regimen et administratio libere atque unice pertinebit ad Dioecesanos Ordinarios iuxta Concilii Tridentini praescripta et alias canonicas leges. Rectores, Professores et alii aliquo munere fungentes tum in tradendis doctrinis tum in iisdem dirigendis Seminariis ab ipsis Ordinariis libero erunt nominandi vel amovendi.

862 (376) Art. 9. - Sancta Sedes permittit ut personae et ecclesiastica bona subiiciantur publicis vectigalibus voluti subiiciuntur personae et bona aliorum civium Aequatoris, ita tamen ut Civilis Auctoritas cum Ecclesiastica consilia conferat ad obtinendam veniam, quoties necessaria sit coactio. Ab huiusmodi vectigalibus eximuntur Seminaria, bona et res divino cultui immediate destinatae et beneficentiae Instituta.

Concord. 984. 987; PF *Ius Poni.* 7, 331 s.

1 Leo **Kill** et Praeses Reipublicae Acquntori die 2 nudi 1881 de nova **huius** Concordati recognitione seu reductione convenerunt. Cfr. *Concord.* 1001; *Leonis XIII Conveut.* I; PF *Ivs Poni. 1.* 335.

CONCILIUM PROV. QUITENSE I (24 mai. 1868)

De recta cleri informatione

863 Cap. Vili. - *De clero informando.*

Ut in ecclesia sancta Dei digni ministri et insta spiritum ecclesiasticum informati semper existant, utque illi, quibus sacra ministeria iam commendata fuere ad maiorem Dei gloriam animarumque salutem, tanto munere dignius fungantur, sequentium ordinationum exeeutio episcopis demandatur.

1. In seminariis ecclesiasticis iuvenes, qui ex legitimo matrimonio orti non sint, itemque illi, qui ad Deo serviendum et ecclesiam sanctam iuvandam nullum vel modicum seu ingenii seu virtutis specimen dederint, non admittentur.

2. Quod attinet ad scholasticos, qui in seminario dioecesano instruuntur, sanctae Tridentinae synodi ordinationes quoad habitum clericalem et frequentem sacramentorum usum stricte serventur.

3. In seminariis dioecesanis et in privatis conventualium religiosorum scholis, lectiones tum philosophiae rationalis, tum disciplinae ecclesiasticae universae idioinate latino tradantur.

864 4. Nemo ad sacros ordines ascendere praesumat, quin prius per triennium saltem in seminario episcopali, vel in aliqua domo ad id deputata, argumenta non dubia praebuerit, se non solum scientiis ecclesiasticis excolendis, sed etiam virtutibus acquirendis serio operam dedisse. Bonum insuper, vel a proprio parocho, vel a studiorum magistro, de honestate et probitate vitae testimonium exhibeat. Ad conscientiam tamen praelati spectat cum aliquo ordinando dispensare, dum illum doctrina, virtute et vocatione sullicienti praeditum esse cognoverit.

5. Praelati sacerdotibus iunioribus ad audiendas mulierum et monialium confessiones facultatem negabunt. Immo sacerdotibus ipsis aetate iam provectioribus facultas ad audiendas confessiones non concedetur absque praevio examine, et licentia ad definitum tempus et in scriptis exarata.

6. Sacerdotes tamen quadragenarii, qui quater examen synodale subiissent et singulis canonicam approbationem obtinuissent, insuper sacerdotes nondum quadragenarii, quorum scientia, prudentia et virtus iudicio praelati perspecta sit, superioris articuli ordinationi non subiiciuntur.

7. Confessarli cura mulieribus, quarum confessiones excipiunt, nullam familiaritatem vel consuetudinem contrahant, nec ullo paeto domum frequentare vel sese mutuo visitare poterunt, nisi forte contrarium urbanitas vel Christiana caritas suaserit.[1]

Mansi 43, 467.

[1] Cfr. *Concil. I'rov. Colorente,* 8 sept. 1863, cap. I: Mvnsi IS, 546-552.

De clericorum plena solidaque institutione

(Ex Epist. *Masimac quidem* ad Episcopos Ba'ariae, J8 autr. 1864).

865 (377) Vos impensissime hortamur, ut vestras omnes curas cogitationesque in accuratam Cleri institutionem educationemque quotidie magis promovendam indesinenter conferatis, nihilque intentatum relinquatis, ut vester Clerus plenam illam, solidamque habeat institutionem, quae ex puris incontaminatisque fontibus hausta, et communi Catholicae Ecclesiae docendi ratione innixa illa omnia removeat pericula, quibus nova hodierna docendi systemata super scientiae libertatem vel potius licentiam fundata, ac tantopere iactata sunt necessario obnoxia. Quamobrem vel maxime optamus. Venerabiles Fratres, ut memoria repetere, et exsequi velitis ea omnia, quae iam alias vel omnibus, vel singulis vestri Episcopalis Ordinis significavimus vehementerque commendavimus quoad Clericorum Seminaria ex providentissimis Concilii Tridentini praescriptis erigenda et moderanda.

Pii IX Acta 3, 678 s,; CIC *Fontes* 2, 992.

De erroribus rationalism! et liberalismi ab Ecclesia damnatis

(Ex *Stillabo* seu collectione errorum modernorum, 8 dcc. 1864).

866 (378) VIII. - Quum ratio humana ipsi religioni aequiparetur, iccirco theologicae disciplinae perinde ac philosophicae tractandae sunt.

Allocut. Consist. *Singulari quadam perfusi,* 9 dec. 1851?

867 (379) NUI. - .Methodus et principia, quibus antiqui Doctores scholastici Theologiam excoluerunt, temporum nostrorum necessitatibus scientiarumque progressui minime congruunt.

Epist. *Tuas libenter* ad Archlcp. Frisingen.. 21 dec. 1863.'

868 (380) XXXII. - Absque ulla naturalis inris et aequitatis violatione potest abrogari personalis immunitas, qua clerici ab onere subeundae cxercendaeque militiae eximuntur; hanc vero abrogationem postulat civilis progressus, maxime in societate ad formam liberioris regiminis constituta.

Epist. *Singularis Nobisque* nd Episc. Montisregnl., 29 sept. 1861.

869 (381) XXXIII. - Non pertinet unice ad ecclesiasticam iurisdictionis potestatem proprio ac nativo iure dirigere theologicarum rerum doctrinam.

Epist. *Tuas libenter* ad Arohlcpisc. Frisingen., 21 dee. 1863.'

' *Pii IX Acta* 1, 623.
' *Pii IX Acia* 3. 639. 611 s.
* *Pii IX Acta 3,* 637.

870 (382) XLVI. - Immo in ipsis clericorum seminariis methodus studiorum adhibenda civili auctoritati subiicitur.

Allocnt. Consist. *Nunquam fore,* 15 dec. 1856.1

Pii *IX Acta* 3, 703-710; PF *Ius Pont.* 6, I, 120-422; CIC *Fontes 2.* 1001-1005.

CONCILIUM PROV. ULTRAIECTENSE (2,5 sept. 1865)

De necessaria sacerdotibus scientia

8T1 Cap. I. - *I)c necessaria sacerdotibus scientia.*

Perfectam sacri operarii imaginem Dominus ac salvator noster proposuit, cum ait: • Fos *estis sal terrae ... vos estis lux mundi* » *(Mt* 5, 13-14). Lux quidem mundi non aliter erunt sacerdotes, nisi illud divini magistri praereptum explentes: • *Sic luceat lux restra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, et glorificent Patrem cestrum, qui in co<lis ĕst (Mt* 5, 1G). Sed et insuper sal ternie illos esse oportet per doctrinae virtutem »? ac inter eos numerari de quibus dictum est: ⁑ *Qui autem fecerit ct docuerit, hic magnus vocabitur in regno coelorum (Mt* 5, 19). Ipsi enim positi sunt rerum coelestium praedicatores. immortalitatem omnibus corporibus, Quibus eorum sermo aspersus fuerit, conferentes »?

Fidelis divinarum veritatum custos, interpres legis ac voluntatis Dei, dux hominibus in itinere ad patriam coelestem sacerdos esse debet, iuxta id quod Dominus ait per os Malaehiae: ‹ *Labia sacerdotis custodient scientiam, et legem requirent ex ore eius. quia angelus Domini exercituum est (Ma.* 2, 7). Nequit autem gravissimis hisce munus satisfacere nisi scientiae ac doctrinae praesidiis apprime instructus. • Ignorantia, mater cunctorum errorum, maxime in sacerdotibus Dei vitanda est »•: sacra vero scientia eo vel magis fulgere ipse debet, quod aetate praesertim nostra nefarii homines, fulsi nomini" scientiae studentes ct tenebras magis quum lucem diligentes, nihil non moliuntur ut, lumine ovangclicae doctrinae extincto, mundum operiant caliginosa nocte erroris et impietatis, atque animas pretiosissimo Christi sanguine redemptas a fuie et disciplina Christiana avertant. Haec itaque synodus, in nomine cius congregata. qui • Deus scientiarum » (1 *Reg. 2,* 3) est, sacerdotibus omnibus iterum iterumque commendat, nihil potius habere, quam ut armis lucis induti, gladio verbi et doctrinae accincti, catholicae veritatis scientia commissos sibi fideles erudire valeant, ot a fraudibus eorum qui contradicunt defendere.

Sacris studiis, sine quibus scientia ipsa non acquiritur, et iis quidem assiduis, vacent nccessum est sacri ministri. Divinarum litterarum lectioni sociam adiungant operam c sanctis patribus ct interpretibus ct ecclesiae conciliis: probatissimos theologiae, tum polemicae tum moralis, auctores, rorum liturglcarurn expositoris, sedulo attenteque discurrant; in ecclesiasticae historiae annalibus aliisquo ecclesiasticis studiis accurate diligenterque versari non omittant. Caveant no tantae huius studiis vacandi obligationis obliti, ct turpi otio torpentes, aninmbus sibi concreditis liant in ruinam, in lapidem offensionis jVWct in petram scandali.

EUI porro studiis sacris primae semper debeantur partes in ecclesiastico viro, profanae tamen disciplinae negligendae non sunt, sed et plurimum excolendae, cum non

1 *Pii IX Acta* 2, 545.
1 S. IIILARIUB, *Comm. in Matlh.,* cap. 4: ML 9, 935.
1 S. Hil a r ius, *loc. cit.*
4 Cone. Tolot. IV, a. G33 o. 25: Ma n si 10. 626.

perniilo tantum, veram et subinde necessarium praesidium conferant in veritatis divinae illustrationem ac defensionem. Nostris praesertim temporibus, in quibus tantus fit nominis philosophiae ac scientiarum naturalium abusus, proderit sano maxime, ad blasphemantes redarguendos ct fideles confirmandos, divinarum rerum studiis humanarum (¡noque disciplinarum peculiarem scientiam studiumque coniungere.

Utilibus studiis incumbentes ecclesiastici viri in vinea Domini laborantes, satagant in necessaria ipsis scientia in dies proficere, caque uti pro suis quisque facultatibus, in fidelium bonum atque errantium utilitatem, memores quod « *omni ... cui multum datum est, mullum quaeretur ab eo* ı *(L.* 12,48). Temporis iacturam non faciant in iis libris legendis, qui « inebriant curiositate, non caritate, implent non nutrientes, inflant non aedificantes, ingurgitant non confortantes».[1] Sed ct ab eorum lectione plane abstineant, quae bene agendi studium, morum disciplinam, timorem curitatcmque Dei laedere vel imminuero possunt. Qui peculiaribus ingenii dotibus a Deo ditati, non modo verbis, sed etiam scriptis religionis ac veritatis causam defendendam suscipient. laudem sane merebuntur eximiam, omnemque opem a nobis obtinebunt. Atque ut alacriores etiam in eo consilio cxcqucndo reddantur, contra pravos praesertim libellos, qui passim in vulgus eduntur, audiant qua ratione consilium ipsum promovendum consuerit summus pontifex Pius IX, ad Italiae episcopos scribens: « Ad ipsam vero, inquit, pravorum librorum contagionem comprimendam perutile erit, venerabiles fratres, ut quicumque penes vos sint insignis sanaeque doctrinae viri, alia, parvae item molis scripta, a vobis scilicet antea probata, edant in aedificationem fidei ac salutarem populi instructionem

Dum sacras scientias aliasque utiles disciplinas excolent clerici, petere non intonuittant a patre luminum, ut det illis sedium suarum assistricem sapientiam, ut mittat illam de coelis sanctis suis, et a sede magnitudinis suae, ut cum ipsis sit ct laboret, ut sciant quid sit acceptum apud Deum. Meminerint constanter quod apostolus Tacobus ait: « Si *quis cestrum indiget sapientia. postulet a Deo qui dat omnibus affluenter, et non improperat, et dabitur* ei » *(Ia.* 1, 5).

Cap. II. • *De institutione clericorum in seminariis.*

Inter sapientissima decreta a Tridcntinis patribus. Spiritu sancto afilante edita, illud sane apprime salutiferum recensendum est, quod legem continet do erigendis seminariis episcopalibus, pro ecclesiastica iuniorum clericorum educatione et institutione. Cum enim Idonei ecclesiae ministri nonnisi cx optime institutis clericis fieri possint, cumque • adolescentium netas, nisi recto instituatur, prona ait ad mundi voluptates sequendas; et nisi n tenoris annis ad pietatem et religionem informetur, antequam vitiorum habitus totos homines possideat, nunquam perfecte, nc sine maximo ac singulari propemodum Dei omnipotentis auxilio, in disciplina ecclesiastica peraeveret interest profecto plurimum [adi religionis incolumitatem et incrementum, ut rectae huir clericorum educationi peculiari cura ct instituto provideatur. Praestant id vero seminaria: quae, dum illud utilitatis conferunt. ut. ceu inquit Benedictus XIV, ingressus in clerum et ad sacras ordinationes aditus, quantum fleri potest, immerentibus interclusus maneat,[4] scaturigines praeterea sunt ac voluti fontes undo hauriuntur salutis aquae ad irrigationem dominici agri, loca insuper ac palaestrae, a quibus praeparantur ct exeunt primo mane boni ac strenui operarii ad vincam Domini excolendam custodiendamque.

Vt e seminariis nostris, de quorum institutione in omnibus iam huius provinciae dioecesibus facta maxime gratulamur, uberes nc laetissimos eos fructus percipere liceat, quos referre destinata ipsa sunt, volumus ac districto postulamus, ut ea quae in sacrosancti

1 S. Be HNABDUB, *Sermo* 9 *in Cant.-*. ML 183, 818.
1 Epist. Encycl. *Nostis ct Vobiscum,* 8 dcc. 1849: *Dii IX Acta* 1, 208.
1 Cone. Trid. Sees. XXIII, do ref., cap. 18 [Cfr. n. 290].
4 *De syn. dioec.* lib. XI, cap. 2, n. 5: Opera omnia, t. IX. p. 385.

concilii Tridentini decretis ct summorum pontificum constitutionibus, de bisce clertonrnm collegiis praescripta «unt, imponso studio observentur ct adimpleantur.

Fiat itaque in primis diligens selectus adolescentium alumnorum, et ii soli in seminarium ¡merorum admittantur. • qui ad minimum duodecim annos, et ex legitimo matrimonio nati sunt, ac logoro et scribere competenter noverint, et quorum indoles et voluntas spem afferat eos ecclesiasticis ministeriis perpetuo inservituros »? Pueri autem inter seminarii alumnos cooptati, grammatices, cantus aliarumquc bonarum artium disciplinis diligenter erudiantur. Sollicita adhibeatur cura, ut pietatis exercitia iurta seminarii regulas peragant, ut potissimum singulis diebus missae sacrificio intersint, ut singulis saltem mensibus ad sacramentalcm confessionem accedant, et iurta confessoris indicium sumant corpus domini nostri lesu Christi, utquo demum quotannis sacro recessui in seminarii solitudine per dies aliquot vacent.

Moderatores et magistri omni solerti» adnitentur, ut de cuiusque alumni indole, moribus. vocatione et in pietate studiisque profectu optime certiores flant, non modo ut emendationi consulatur eorum qui a recto deflectunt, sed etiam ut tempestive amoveri possint inhabiles ministerio ct arrogantem aut pertinacem indolem prae se ferentes, quippe (pii divina vocatione destitutos se esse ostendunt. Curas in id convertentes, ut futuri ecclesiae ministri a prima pueritia ad sanctimoniam et ecclesiasticum spiritum mature finguntur, maxima sollicitudine cos praeservabunt tum a lectione librorum, qui doctrinam omnino puram non praebeant vel argumenta tractent, quae magnopere adolescentium animos labefactant vel a seriis studiis nimis avocant; tum ab omni conversatione et consuetudine, qua ipsorum mentes ct corda inquinari utcumque possint.

873 Commendata haec ipsa volumus moderatoribus et professoribus altioris seminariorum sectionis. Quos praeterea omni qua valemus instantia exhortamur obtestamurque, ut nihil Intentatum relinquant, quo, collutis viribus, gnavos atque industrios operarios etforment, (pii ecclesiastico spiritu praediti ac studiis recte instituti, valeant in tempore dominicum agrum diligenter excolere ac strenue proeliari praelia Domini »? Cumque nihil sit quod ad clericalis vitae profectionem efficacius excitet, quam exemplum eorum qui duces et magistri constituti sunt: idcirco vitae suae ratione integerrimam ecclesiasticae virtutis formam referentes, studeant implere apostoli monitum: ' *In omnibus tripsum praebe exemplum bonorum operum* » (77. 2, 7).

Praecellenti sollicitudine ac perindustria simul discretione vigilent moderatone, ut de sacerdotii candidatorum dotibus ac progressu plenam episcopo interroganti rationem reddere possint, ne ad ordines promoveantur qui vocationis et nptitudlnis suae indicia minimo dubia non praebuerint, neve illud tristissimum impleatur: *Didit ỹ nl‹ › ingressas sanctuarium suum, de quibus praeceperas ne intrarent in ecclesiam tuam* » *(Thren.* 1, 10). Eisdem praeterea alumnis solida sacerdotali virtute imbuendis, in omni patientia et mansuetudine allaborent. Sermonem ad illos. In unum congregatos, identidem habeant, « non tam concionando, quam instructionis et catechismi ritu, iis demonstrando quibus dotibus atque virtutibus instructos esse oporteat illos, qui ad sanctuarii ministeria digne accedere cupiunt; quaenam sint vera ecclesiasticae vocationis indicia, quae ratio vitae, tum ex ipso clericalis professionis debito, tum ad proximorum aedificationem servandam ipsis erit, postquam in clerum adlcctl, vel ad minores aut maiores ordines promoti (ucriut'». Frequenti sacrae exomologesis et ss.mae eucharistiae usu, spiritualibus exercitiis singulis annis rite tradendis, ac aliis pietatis exercitationibus per seminarii regulas praescriptis, adolescentes veterem hominem deponere satagant, novumque induere, qui secundum Deum croatus est. Advigilent ut in ecclesiasticis caeremoniis practice etiam versentur, ac interstitiorum tempore in suscepti ordinis ministerio se exerceant. Neque omittant

l Cone. Trid., *toc. cit.*
l Pius IX, Litt. Encycl. Qui *pluribus,* 9 nov. 1846; (Cfr. n. 754],
' Benedictus XIV, *De syn, dioec.,* lib. XI, cap. 2, n. 12: *Opera omnia* t. XI, p. 388.

moderatores, accedente feriarum tempore, suos alumno» instruere, qua ratione in omni modestia et sanctitate debeant inter consanguineos et concives versari, quae pericula fugere, ut immaculatos se custodiant ab hoc saeculo; quibus exercitiis pietatis quotidie indulgen-, ut elementissimus Deus, quemadmodum diem benedixit quo requievit ab omni opero quod patrarat, ita et tempus benedicere dignetur, quo alumni post exantlatos labores feriarum quiete fruuntur.

874 Quod ad sacras disciplinas iam attinet ct ad modum eas tradendi, haec synodus solemnía ista prae oculis habet summi pontificis Pii IX verba: « Imprimis omnem adhibete diligentiam ut eum dogmaticam tum moralem theologiam, ex divinis litteris sanctorumque patrum traditione ct infallibili ecdesiao auctoritate haustam ac depromptam, ac simul solidam divinarum litterarum, sacrorum canonum, ecclesiasticaeque historiae, rerumque liturgicarum scientiam congruo necessarii temporis spatio (adolescentes clerici) diligentissime addiscant. Ac vobis summopere cavendum in librorum delectu, ne in tanta gnwantium errorum colluvie a sanae doctrinae semita ecclesiastici adolescentes temere abducantur M

A professoribus itaque strictim exigimus, ut in tradendis, iuxta dioecesanac legis nonnum, sacris disciplinis a summo pontifice indigitatis, catholicam studiorum suorum rationem in primis sequantur. Investiget unusquisque quid de disciplina sua doceant sacrae scripturae inteliigendae iuxta eum sensum quem tenuit ot tenet sancta mater ecclesia, quidque doceat traditio, quid decernant sacrarum congregationum decreta. Addictissimi scriptis sanctorum patrum ct doctorum ecclesiae, incumbant simul operibus theologorum scholasticorum aliorumque recentionun doctrinam sacram ad catholicam normam apprime explanantium. Ita. Domino opitulante, continget, ut sanae doctrinae pabulo adolescentes nutriant, et ab omni errandi periculo in defensione catholicae ildei monunque regulae se suosque alumnos praeservent. Quod eo certius eveniet, quo altius in adolescentium animis imprimere satagant sincerissimos pietatis ac obsequii sensus erga Romanum pontificem, ‹ verum (’liristi vicarium, totlusque ecclesiae caput, ct omnium Christianorum patrem et doctorum ■?

875 Institutioni alumnorum non alia proponentur auctorum compendia et volumina, nisi quae antea fuerint ab ordinario approbata, quo ct praesidio ct profectui discentium consulendum erit. Praelectiones theologicae omnes latina lingua tradentur, iis exceptis quae ad pastoralem disciplinam pressius referuntur, uti eloquentia sacra ct catechcticae praecepta. Disputationes in forma, uti aiunt, scholastica multam utilitatem conferunt, atque ideo, de consilio ordinarii, professorum erit ofliccrc. ut adolescentes eisdem assuescant. Disciplinis theologicis per quatuor saltem annos incumbendum esse edicimus; et ne hoc ipsum quadriennii spatium, nimis iam breve si amplissimus theologicae scientiae campus rcspiciatur, insufficiens prorsus reddatur, necessariis utilia cedent, et inter utilia ipsa, quae magis utilitate praestant, professores seligent. Alia vero ex parto episcopi, quantum circumstantiae sinent, quos ingenio ct doctrina potiores ad rerum divinarum scientiam noverint, profundiori eruditionis sacrae copia imbuendos ornantiosque curabunt.

Postremo alumni ipsi paterne compellandi veniunt: eorum animis numquam excidat finis nobilissimus, ob quem in seminarium recipiuntur, quique est ut ceu novellae ecclesiae plantationes fructus copiosissimos pietatis ct sapientiae suo tempore edant, et in ecclesiae utilitatem religionisque subsidium succrescant. Ecclesiasticae vivendi rationis ex proprii ordinis et conditionis officio sint apprime avidi, religionis sensus fovere amper ct augere studeant, rebus divinis vacare ardentissimo ament, pudicos ac verecundos mores sectentur, modestiae ac obedientlac virtutibus emineant, caritate fraterna seso invicem diligant. Institutores omnes reverentia ct obsequio prosequantur. Moderatorem eu animi allectione habeant qua parentes: suos eidem sensus libere exponant, ut per

1 Epist. Encycl. *Singulari quidem,* 17 mart. 1856 [Cfr. n. 811],
• Cone. Flor., Deünitio: Mansi 31, 1031 E.

ilium, proviti opus fuerit, eisdem consulatur, sciente' nihil esse difficilius, qooni immoderatis animi affectionibus per sc moderari. Seminarii regulas sancte rcllgioscque observent, eius disciplinam lubcntissiino ferant: etenim *omnia disciplina i» praesenti quidem ridetur non esse gaudii, sed moeroris: postea autem fructum pacatissimum exercitatis per eam reddet iuslitiac »* (*Ilb.* 12, 11).

Mansi 48, 781-789.

De vocationibus cleri indigenae

(Ex Epist. Ap. ad Episcopos Amcricae Meridionalis, 30 sept. 1805).

876 Venerabiles Fratres salutem et Apostolicam Benedictionem. Meridionali Americae tot undique calamitatibus oppressae, non sine peculiari animi Nostri solatio laetissimam spem affulgere videmus ex indigena illo adolescente Clero, quem solida pietate sanisque doctrinis apud Nos imbuendum curamus. Vos certe non latet quanto molimine Collegium ei excipiendo instituendoque parari voluerimus, et quam alacriter, non obstante rerum Nostrarum angustia, studuerimus necessaria tantae rei conferre subsidia. Scilicet agebatur de comparandis idoneis Ecclesiae ministris, de procuranda per eos istis in regionibus animarum salute, ac etiam de novo Clero per ipsos in patriam reversos informando. At cum tenuitatem Nostrarum virium imparem prorsus experiamur oneri ferendo, ac vereamur iccirco, ne opus tanto nisu excitatum et adeo faustis initum auspiciis mole ipsa sua corruat; haud ingratum Vobis futurum esse arbitrati sumus, si, ad omen avertendum, illud pastoralis Vestrae caritatis olliciis commendaremus. Nam etsi apprime itclligamus, nec excitatione nec stimulis indigere zelum Vestrum in negocio, ubi agitur de accurata Cleri indigenae institutione, seu de praecipua spe et emolumento gregis Vobis crediti; Vos tamen non inopportunum ducturos consuimus, illud Vobis obverti, quorum animadversionem tot inter perturbationes, angores, sollicitudines, res a conspectu remota, utut gravissima, effugere posset aliis obliterata curis. Nos sacro huic ephebeo, quod paterna complectimur caritate, pro viribus corte non deerimus: dum vero amplissima ei ominamur incrementa, Vobis, Venerabiles Fratres, constantiam, caelestem opem ac solamen omne adprecamur, cuius auspicem simulque praecipuae benevolentiae Nostrae testem esse volumus Apostolicam Benedictionem, quam Vobis et Clero ac populo unicuique Vestrum commisso peramanter impertimus.

Pii IX Acta 4, 29-30.

SYNODUS BUOARESTIENSIS (1865-1807)

De legis forma pro ¡astituenda Facultate theologica

877 Caput. I. *De instituenda facultate theologica.*

Art. 1. • In Romania instituatur, saltem anno proximo venturo, prius una tantum facultas theologiae.

Art. 2. - Scientiae edocendae in hac facultate proponuntur in indice pensorum inferius descripto, ac scinduntur in exegeticas, historicas, systhematicas et practicas.

Art. 3. - Facultas theologica iisdem iuribus ac immunitatibus fruetur qua et reliquae universitatis facultates.

Art. 4. • Facultas theologica, prout hac lege instituenda decernitur, susceptibilis est in posterum cuiuslibet incrementi ac emendationis, praesertim synodo id petente.

Capitolul I. - *Despre instituirea facilitata teologice.*

Art. 1. - Se va inflinja în Romania, cel mult in anni viitor, deocamdată o facultate de teologie.

Art. 2. - ÇtiinÇele, ce se vor propone in aceasta facultate, vor fi cele prevázute in programul aici alaturat, çi cari se impart in esegetico, istorice, sistematice çi practice.

Art. 3. - Facultatea de teologie se va bucara de aceleaçi drepturi si imunitati ca çi celelalte facilitaci universitare.

Art. 4. - Facultatea de teologie infiinfatá în limitele legii prezente este primitoare în viitor de verice desvoltare si ameliorare, mai aies când acestea vor ti cerute de sinod.

Caput II. - *Temperatio facultatis theologicae.*

Art. 5. - Pro unaquaque specie scientiarum initio unus erit professor; posterius autom tot professores creabuntur quot necessitas postulat.

Art. 6. - Professores nominabuntur virtute vel examinis competitorum, vel documenti probantis quod candidatus studiis theologicis incubuit atque saltem spatio trium annorum haec studia docuit.

Capitolul II. - *Organizaren facilitata teologice.*

Art. 5. - Pent ru flecare specie do çtiinta va fi deocamdata câte un profesor; mai târzin însá se vor numi atâ|i profesori câ^i va cere trebuinfa.

Art. 6. - Profesorii vor fi numidi in puterea unni concurs, sau probând prin titluri, cà au absolvit cursuri teologice, çi câ au fost cel pu(in trei ani de zile profesor de aceste studii.

Art. 7. - Verumtamen professores huius facultatis oportet esse ruínenos nativitate et orthodoxos religione; clerici praeferantur.

Art. 8. - Examen competitorum detur coram arbitris ex synodo electis generali atque coram aliis viris materiae peritis.

Art. 9. - Professores facultatis theologicae iisdem iuribus et immunitatibus gaudebunt ac professores reliquarum universitatis facultatum.

Caput III. - *De convictu ac ratione admittendi studiosos in facultatem.*

Art. 10. - Studiosi facultatis theologiae in convictu degebant a gubernio sustentato; sed etiam studiosi alibi habitantes curriculo facultatis assistere possunt.

Art. 11. - Facultas theologiae et convictus collocabuntur in aliquo monasterio abrogato.

Art. 12. - Non admittentur inter studiosos theologiae nisi iuvenes qui documento vel periculo publico probare possunt, seso curriculum seminarii 2-di gradus absolvisse.

Art. 13. - Tempus curriculorum facultatis theologicae, vacationes, examina, electio decani, eiusdem attributa professorumque, modus conferendi gradum licentiati vel doctoris, haec omnia erunt eiusdem rationis ac in reliquis universitatis facultatibus.

Mansi 42, 151-151.

Art. 7. - Nu vor fi admiçi ca profesori la aceasta facultate decât numai cei náscuti romàni §i de religiune ortodoxa, preferându-se persoanelc clericale.

Art. 8. - Concursurile pentru numirea profesorilor se vor |.inea in faja unei comisiuni alese dintre mernbrii sinodului general si dintre bàrbafii cei mai competenti.

Art. 9. - Profesorii facilitaci teologice se vor bucara de acelca$i drepturi çi ¡munitaci, ca si cei delà celelalte facultati universitare.

Capitolili III. - *Despre internat* ai *modul aditi iteri i studentilor in facultate.*

Art. 10. - Studenti facultâpi de teologie vor ti interni si întrepnup de stat; vor fi liberi insù si studenti externi a arma eursurile facult;ì|ii teologice.

Art. 11. - Facultatea de teologie, impreunà cu internatili sàu, se va açeza in localul veri-uneia din monastiri.

Art. 12. - Nu vor fi admiçi ca studenti in facultatea teologica dccat numai cei cari vor justifica prin titluri san pria concurs, câ au absolvit cursui seminariilor de gradui 2.

Art. 13. - Durata cursurilor facultilpi teologice, vacanfele, examonele, alegerea decanului, atribufiunile lui, atributiunile profesorilor, inodul conferirli gradelor de licenciât sau doctorat, vor il ca çi pe la celelalte facilitaci universitare.

De ecclesiasticis Seminariis erigendis in Civitatibus Foederatis Anie ricae Septemtrionalis

(Er Instruet. S. C. De Pr o p. Fine nd Martinum Iohanncm Spalding archiepisc. Baltimormsem, Apostolicum pro *Concilio Píen. Balimorensi* IL Delegatum. 31 iati. I860).

878 IV. - Quandoquidem vero ex defectu Cleri uniuscuiusque Ecclesiae (383) proprii haec necessitas enascitur advenas sacerdotes admittendi, ne Christianus populus absque Pastoribus relinquatur, in id quisque omne studium atque operam impendat, ut, cum primum fieri poterit. Ecclesiastica Seminaria, ubi adhuc desunt, erigantur in quibus Clerici educari, sacrisque disciplinis institui valeant. Quod quidem superiore Concilio peculiariter constitutum, cum Can. xiv decretum est: *Consulendum Episcopis (pii propria Seminaria non habent, ut collatis consiliis cum aliis Episcopis eiusdem provinciae, unum saltem Seminarium in unaquaque provincia constituant.*[1] Adhuc tamen, temporum iniuria, multi Praesules prohibiti sunt ne id perficere possent. Verum modo, armis positis, dum regiones istae pace fruuntur, tanta bona suis Ecclesiis provisuros minime dubitandum. Et quoniam huiusmodi Collegia ideo institui Tridentini Patres voluerunt, uti essent *perpetua Seminaria Ministrorum Dei,*[2] qui sanctitate vitae in populi aedificationem deinde elucerent, ad id Episcoporum studium convertendum erit, ut Clerici Alumni nedum in literis scientiisque proficiant, sed quod maxime interest, ad sinceram pietatem morumque integritatem formentur.

Mansi 18, 823 s.; CL 3, 3 ’9.

CONCILIUM PLEN. HALTIMO RENSE II (7 oct. 1866)

De Seminariis ecclesiasticis constituendis et ordinandis

879 Cup. VII. - *Dc seminariis ecclesiasticis constituendis et ordinandis.*

170. • Apostoli, quamvis rudes et illiterati homines, eum relictis retibus [esum magistrum secuti essent, quaecumque ab eo acceperant, non solum invicte tueri, sed etiam caeteris docte hiculeuterquo proponere et efficacissime persuadere potuerunt. Sapientia tamen, cuius ope id consecuti sunt, non ipsorum labore aut studio et exercitatione parta, sed divinitus concessa fuit. lam vero singularis illa suadendi docendiquc vis nc potestas, quae mirando prodigio illis christianae religionis initio contigit, ali eorum successoribus, usitata divinae providentiae lege, non nisi arduo ac diuturmo labore comparari potest. Hinc muglia semper sollicitudine id egit ecclesia, ut scholae et collegia ubique constituerentur, in quibus traderetur sacra illa scientia, quam labia sacerdotis custodire debent ct populo praebere qui legem requirit ab ore eius. Praedecessoribus quoque nostris id maxime semper conii fuit, ut in hac regione seminaria existèrent., in quibus clerici theologicis disciplinis rite imbuerentur. Quod, quae sequuntur, decreta Baltimorensia testantur:

[*] *Concil. pim, Hallimnrcnse* I, seu Concil. Plén. Americac Septemtrionalis Foederatae (a. 1852), c. ii: CL 3, 117: Mansi 41. 675.

[‘] (Cfr. n. 290].

171. - *Episcopis commendant.*[l]

172. - *Consulendum.*[l]

173. • Ncque unquam destitit sancta sedes eosdem commonere et adhortari, ut coepta via pergerent, nullumque hac in re laborum supervacaneum putarent. Nuperrime vero em.mus ae rev.mus sacrae congregationis de Propaganda fide praefectus, in sua ad apostolicuni pro concilio hoc plenario habendo delegatum instructione, id ipsum gravissimis verbis iterum inculcavit?

171. - Optandum quidem foret, ut suum quaeque dioecesis seminarium haberet. Veruni id apud nos prohibet tum episcoporum quorumdam paupertas, tum -acerdotnm paucitas, qui vix aut ne vix quidem ecclesiarum curae ct sacris missionibus sufficiunt. Volumus tamen ac praecipimus, ut in unaquaque provincia unum saltem existât seminarium, quod episcopi, prout inter eos convenerit, collatis pecuniis erigant, aut iam erectum servent ac tueantur.

8S0 175. - Valde etiam optamus, ut praeter maius hoc seminarium, aliud quod parvum aut praeparatorium vocant, in unaquaque dioecesi existât. Quod si nondum fieri possit, unum omnino pro unaquaque provincia constituatur. Non parva sane ex parvis hisce seminariis capitur utilitas. In iis enim adulescentuli certiora in dies indicia prodent, quinum clericali militiae adseribendi sint, quinam ab ca repellendi. Praeterea tenerrima puerorum aetatula a pravis exemplis et mundana conversatione tuta defenditur, dum doctrina ct moribus se parant, idoncosquc reddunt, qui in seminaria maiora admittantur. Habent etiam hoc commodi, ut cum in iis ea omnia, quae ad literas ac scientiam profanam pertinent, doceantur, in maioribus theologia tantum ct disciplinae sacrae discendae supersint.

17G. • Principio igitur episcopus eos tantum in minora seminaria admittendos eligat, « qui ad minimum duodecim annos et cx legitimo matrimonio nati sint ? quique sua pietate, modestia, caetcrisquc virtutibus spem praebeant fore, ut digni Dei ministri olim evadant, eique perpetuo in ministerio ecclesiastico inserviant. Pauperum filios praecipue eligi vult concilium Tridcntinunr? ditiorum tamen non excludit, modo suo sumptu alantur, ac studium praescierant Deo ct ecclesiae perpetuo inserviendi. Hi praeter linguam patriam, latinam et graccam, cactcraque quibus apud nos puerorum aetas imbui solet, addiscant etiam cantum gregorianum, ct saltem prima elementa rei liturgicae et historiae tam biblicae quam ecclesiasticae. Quumque puerorum animi tenella hac aetate molliores sint ac quasi cerei, qui in utramque partem ficeti facile possint, rectores seminariorum praeceptis, hortatu, exemplo, indefessa vigilantia fortiter id suaviterque efilciant. ut ad pietatem ct sanctitatem fingantur.

881 177. - In seminariis maioribus per optimos, quos habere liceat, magistros ea omnia tradantur, quae quemque scire decet, ut sacerdotali munere rite fungatur: ante omnia voro theologia tam quae mores quam quae dogmata respicit; canonici inris rudimenta: hermenéutica, sive sacrorum librorum interpretatio; denique sacrae eloquentiae praecepta. Ac ne iuvenum animi otio tabescant, sed magis magisque nd optimos studiorum fruotus percipiendos excitentur, singulis annis ante furias aestivas vel autumnales, in unaquaque disciplina per episcopum vel, eo absente aut impedito, per tres, quos ipse designaverit, presbyteros examinentur. Praeterea, quo melius eloquentiae sacrae praecepta

' *Cone. prov. Ball.* II, dccr. 8: Mansi 39, 312.
l *Cone. Ball. píen.* I, decr. II: Mansi li, G75.
• [Cfr. n. 878].
4 *Cone. Trid.* sess. XXIII, *De Hcf.,* cap. 18 [cfr. n. 290].
• Ibid.

non memoria solum, sed usu etiam et exercitatione teneant, ultimo saltem studiorum unno in refectorio aut aula communi theologi in vices conciones habeant, quibus intersint non alumni tantum, sed superiores etiam et professores. i Iorum erit post concionem vitia, si qua deprehenderint, notare et corrigere.

178. - In seminariis maioribus, quae in commune totius provinciae bonum instituti^ sunt, aequum omnino est studiorum curriculum ita ordinari, ut non solum communia, quae in quovis seminario docentur, sed plura et praestantiora complectatur. In primis sacra exegesis pleniori et accuratiori ratione pertractetur. Cumque haec quadam linguae hebraicae cognitione et peritia indigeat, huic linguae addiscendae unum saltem annum, philosophiae postremum aut theologiae primum, impendere omnes cogantur; reliquis annis accedant aut abstineant, prout lubltum erit. Philosophorum etiam systemata, recent lorum praesertim, ita enucleentur, ut difficultates, quae inde contra sacri codicis auctoritatem vel ecclesiae doctrinam peti solent, facile refelluntur. Luctandum enim quotidie nobis est, non iam cum haeresibus aut toties prodigatis veterum erroribus, sed cum adventarti novis, incredulis, et, indolem si spectes, ethnicis magis quam Christianis, qui nec Deum nec divina curant: cultissimis tamen et ingeniosis, qui omnia sive in coelo sive in terra ratione metienda dictitant, ct sic insitam humanae naturae superbiam blandiendo fovent, quo melius imperitis fucum faciant. His, si veritas persuaderi non potest Invitis, 08 obstruendum est tamen, ne rudiores inani verborum sono seducant.

882 179. • Cum vero magna scientia sine sanctis moribus ad destructionem potius quam ad aedificationem proficiat, maximo quo possunt studio curent superiores seminariorum, ut alumni, dum progressus in sacris scientiis agunt, tirina etiam ac solida vitae spiritualis fundamenta laciant, et de virtute in virtutem progrediantur. Quod enim proderit, si quis in docendo ao disputando solerà ac peritus, in concionando disertus evadat, nondum tamen «c BOAsque cupiditates perdomare didicerit; si scientia excellat, pietate vero, humilitate, castimonia, caetcrisque virtutibus non praestet l Magna quidem est ecclesiae militantis necessitas; multi sane parvuli qui panem salutarem lacrymls petunt, noe, qui frangat, Inveniunt; multae regiones ad inessem albae et paratae, quae messores non habent. Minus tamen Infortunium est, oves Christiani gregis farno interire, quam per lupos, pastorum veste indutos, disperdi atque mactari. « Melius profecto est », monet Benedictus XIV. ' pauciores habere ministros, sed probos, sed idoneos atque utiles, quam plures, qui in aedificationem corporis Christi, quod est ecclesia, nequiquam sint valituri-.l Moribus igitur alumnorum superiores sedulo invigilent; indolem cuiusquo exquirant, quo aptius ac felicius regant; regidas accurato observandas curent. Leni imperio, patrum more magis quam dominorum, omnia moderentur. Ils, qui non tam malitia quam Infirmitate fabuntur, animos addant; eos blandis hortatibus erigant, monitis consiliisque confirment. Dyscolos vero ac disciplinae osores salutaribus poenis coerceant; quod si numquam corrigendos aut aliis exitio futuros praevideant, sine mora expellant. Demum nullo labori, nullae sollicitudini parcant, pro certo habentes se, officio bone functos, maximo apud Deum in honore olim habendos, maximo praemio donandos esse. « *Qui ad iusti(iam erudiunt inultos, fulgebunt quasi stellae in perpetuas aeternitates* » (*Dn.* 12, 3).

180. • Experientia docet saepius evenire, ut alumni unius seminarii in aliud migrent, sive quia ad ministerium haud idonei indicantur, sive disciplinae severioris fuga, hive tandem ex animi inconstantia et levitate. Praecipimus igitur, ut nemo huiusmodi in posterum In seminarium quodvis admittatur, nisi aecum afferat literas testimoniales ab episcopo ct superioribus seminarii, ex quo recens egressus est. Quod rí eum hactenus episcopus ille aut superiores seminarii suis sumptibus aluerint, ex iustitia recuperare debent ab episcopo aut superioribus seminarii, ad quod transiit, tantum quantum in ipso educando impensum fuit.

l Eucycl. *Ubi primum,* 3 dec. 1710 [cfr. n. 626],

181. - In quacumque dioecesi nut provincia inveniantur catholici qui Germanica tantum lingua utantur expedit ut in maioribus vel minoribus UUus dioecesis aut provincine seminariis, hanc linguam alumni addiscant, ita saltem ut in casu nécessitâtis positos possint absolvere.

Cap. Vili. - *Dc ordine.*

§53 312. - « Si quis aliorum sacramentorum naturam et rationem diligenter consideravit, facile perspiciet, ea omnia ab ordinis sacramento ita pendere, ut sine illo partim confici et administrari nullo modo queant, partim solemn! caeremonia et religioso quodam ritu ac cultu carere videantur.[1]» Quod potissimum affirmari potest de augusto illo sacrificio et munda per prophetam praenuntiata oblatione, quae pcr universum orbem Christianum, a solis ortu usque ad occasum divino nomini offertur.[1] « Sacrificium enim et sacerdotium ita Dei ordinatione coniuncta sunt, ut utrumque in omni lege exstiterit. Cum igitur in novo testamento sanctum eucharistiae sacrificium visibile ex Domini institutione catholica ecclesia acceperit, fateri etiam oportet in ea novum esse visibile et externum sacerdotium, in quod vetus translatum est. Hoc autem ab eodem Domino salvatore nostro institutum esse, atque apostolis eorumque successoribus in sacerdotio potestatem traditam consecrandi, offerendi et ministrandi corpus et sanguinem eius, nec non et peccata dimittendi et retinendi. Sacrae literae ostendunt, et catholicae ecclesiae traditio semper docuit». Ita concilium Tridentinum.[3]

313. - Sacer ordo, qui, ob Christi institutionem, gratiaeque interioris per signa visibilia collationem, (cfr. *2 T.* 1, G), vere ac proprie dicti sacramenti rationem habet, non modo confert spiritualem potestatem sacramenta conficiendi et ministrandi, caeteraque munia ecclesiastica obeundi; sed etiam characterem seu notam animae imprimit, quae ucc deleri nec auferri potest, quaque in aeternum is, cui manus sunt impositae, a laicali coetu separatur ac distinguitur. Unde iterari nequit hoc sacramentum.

311. - Cum ecclesia, utpote spiritu Dei edocta, omnia sapientissime et ordinatissime agat, ministros suos, qui sacerdotio ex officio deserviunt, per diversos ordines, voluti per quosdam gradus, a minoribus ad maiora perducit. A prima enim tonsura, qua laici homines in clerum cooptantur, per ostiariatum aliaque officia sacra ad insigne presbyterorum munus ascendunt; ultimo loco episcopatum consequuntur, quo amplissimus sacerdotii honor et dignitas continetur. In episcopatu igitur, quem sacerdotii plenitudinem et apicem iure vocant, ad unitatem redigitur tota hiérarchie ecclesiastica, quae est sicut castrorum acies, a coelesti duce sapienter ordinata. Hinc concilium Tridentinum de diversis ecclesiae ministris disserens, episcopos praecipue commemorare, de iis plura et praeclara verba facere, comunque iura et potestatem adversus novatorum commenta et errores tueri necessarium duxit. Cum enim in apostolorum locum suffecti sint, illorum profecto est, sanctam Dei ecclesiam, quam suo sanguino acquisivit, regere; idque non iure humano aut ecclesiastico, non principimi gratia aut plebis voluntate, sed ipsius quidem Spiritus sancti iussu et ordinatione. Illis, et non aliis, licet sacramentum ordinis conferre, et • alia pleraque peragere, quarum functionum potestatem reliqui inferioris ordinis nullam habent ».[4]

315. • Ut quis ex presbyterorum ordino ad episcopatum evehatur, sedis apostolicao auctoritas sola requiritur; nôque ad hoc necease est ut plebis suffragia exquirantur, aut consensus saccularis, quacoumquo sit. potestatis accedat. Praeterea, qui asserere audent

1 Catcch. Rom., do ord. sacram.
1 1/u. 1. 11.
• Scss. XXIII, c. 1, do ord.
4 Cone. Trid., loc. citM cap. 1.

ordines a legitimis et veris episcopis, ils scilicet qui auctoritate Romanae sedis assumuntur, Irritos esse, sine populi vel potestatis saecularis consensu aut vocatione, a Tridentina synodo anathematis poena plectuntur.[1]

884 316. • Cum sacerdotum munus et officium sit, populum christianurn sanctae fidei mysteriis imbuero, et in via mandatorum Domini currentes incitare, vacillantes confirmare et lapsos erigere; satis inde patet, quanta sacrarum rerum scientia pollere, quanta morum sanctitate enitere debeant. Secus enim, quomodo poterit ecclesiae minister veram et sinceram Christi doctrinam, ab omni humani erroris luto ac veneno iminunom, fidelibus propinare? aut qua trente se gregi suo ducem et exemplar offerre, ad eas virtutes consequendas. ad quas ipse invitat et hortatur? Ne quis igitur in posterum ordinandus accedat, qui non sufficienti literarum et doctrinae sacrae supellectili sit instructus, volumus ut in singulis harum provinciarum dioecesibus quatuor vel tres ad minus in posterum ab episcopo constituantur examinatores, qui, facto ordinandorum scientiae periculo, perpenfllsquo omnium, quibus testari competit, de eorum genere, persona, aetate et vitae honestato testimoniis, scienter et sincere de omnibus ad episcopum referant, suamque in scriptis de unoquoque candidato patefaciant sententiam; utrum scilicet dignus an indignus sit, qui ad ordines admittatur. Idem, quoad scientiae periculum, cum regularibus qui ordinandi sistuntur, servandum decernimus.

317. - Iuxta ecclesiae mentem, quae ex saepe repetitis canonici inris sanctionibus manifeste eruitur, unusquisque a proprio episcopo ordinandus est. Quo nomine appellatur episcopus cui subditur ratione sive originis, sive domicilii. Locus originis dicitur urbs. Oppidum aut pagus, ubi quis naturaliter ortus est, scilicet ubi pater verum domicilium habet. Si autem alibi per accidens nascatur, verbi gratia occasiono itineris, legationis, mercaturae vel cuiusvis alterius temporalis morae, tum nullatenus huiusmodi fortuita nativitas, sed vera tantum et naturalis patris origo erit attendenda. Quod si pater in alieno loco, ubi illius nascitur, tamdiu coque animo permanserit, ut inibi domicilium de iure contraxerit, tunc non origo patris, sed domicilium pro filii ordinatione attendi debet. In neobaptizatis, ex haeresi aut infidelitate conversis, locus originis censetur ille, in quo baptismum accipiunt. Ita enim a Paulo III constitutum fuit,• et ita se habet praxis curiae Romanae.

318. • Subditus autem ratione domicilii, ad effectum suscipiendi ordines, is dumtaxat censeatur, qui. licet alibi natus fuerit, illud tamen stabiliter constituit in aliquo loco, vel decennali habitatione, vel illuc maiorem bonorum partem cum aedibus instructis transforondo, ibique por notabile tempus commorando, atque insuper animum permanendi habere iurelurando affirmat. Plura hinc ad domicilium vere dictum pro ordinandis constituendum lege positiva requiri patet, quam pro caetera sacramenta suscepturis. Si quis duo habeat domicilia, poterit ab utriuslibct loci episcopo ordines petere, quia uterque proprii episcopi loco habetur.

319. - Ab alleno episcopo nomo ordinari potest, nisi sccum afferat proprii episcopi literas dinifesoriales, et has quidem non generalibus verbis conceptas, sed quae clare ct determinate exprimant ordinem vel ordines, pro quibus conferendis facultas datur.

320. - Si quis ab episcopo proprio ad clericalem tonsuram seu etiam ad minores ordines promotus fuerit, non potest ab alio episcopo, ratione aut titulo beneficii cuiuscumquc, ad ulteriores ordines promoveri, nisi antea literas testimoniales proprii episcopi, tam originis quam domicilii, super suis natalibus, aetate, moribus et vita episcopo ordinanti, in actis illius curiae conservandas, exhibuerit. Quod ad qucmcumque titulum extenditur a sacra congregatione concilii Tridentini interprete.

[1] Couc. Trid., loe. cit., cap. 7-8.
• Const. Cupientes *iudaiM9* 22 mail 1542. § 3: BR G, 336.

SS5 321. - Si quis h propriae originis loco discesserit, tenetur literas testimoniales ordinarii suae originis episcopo ordinanti offerre; ct de iis mentio expressa facienda est in literis susceptorum ordinum. Neque refert, utrum ordinandus a loco originis in ca aetate discesserit, qua potuerit canonico impedimento irretiri, an antea, cum huiusmodi impedimento ob annorum defectum «ubiaccre non posset. Praedictae literae testimoniales requiruntur, etiam cum episcopus ordinaturus est ratione domicilii proprius, aut est alioquin certus de moribus ordinandi. Praeterea, si quis tanto temporis spatio in eo loco, in quo non naturaliter, sed ox accidenti, natus est, moram traxerit, ut potuerit ibidem canonicum aliquod impedimentum contrahere, tunc etiam testimoniales ab ordinario eius loci literas episcopo ordinanti exhibere teneatur, earumque in susceptorum ordinum testimonio mentio flat.

322. - Cum igitur ecclesia tot legibus ac decretis plane ostendat, providere se voluisse, ut tota, quam longa est. candidatorum anteacta vita episcopo ordinanti patescat, quo ipse tutiori conscientia ct sine ullo legum canonicarum aut rci Christianae detrimento ad ordines conferendos procedat; cumque experientia constet apud nos nonnullos eorum qui sacros ordines ambiunt, huc illuc vagari, ct ex uno collegio aut seminario in alterum saepius migrare solitos esse: statuimus ut episcopi eorumque examinatores in posterum ab omnibus huiusmodi. praeter caetera requisita, exigant insuper literas testimoniales a rectoribus aut superioribus collegiorum et seminariorum subscribendas, in quibus patefiat quiilemcuinque studiis operam dederint; necnon a parochis vel probatae vitae sacerdotibus aliorum locorum, in quibus per aliquod notabile tmipu- commorati fuerint.

323. • Sacerdotes sine titulo ordinari non possunt, sive is ex patrimonio, seu beneficio, seu paupertate religiosa oriatur. Apud nos, sanctae sedis indulgentia, surculares sacerdotes, nemine fere excepto, ad titulum missionis hucusque ordinati fuere. Cum vero quinquennium, per quod facultas ordinandi ad huiusmodi titulum concessa est, iam effluxerit, censemus sanctae sedi supplicandum esse, ut eadem harum provinciarum episcopis iterum concedatur, si summo pontifici visum fuerit.l Supplicandum quoque censemus, ut liceat ordinandis in posterum titulum missionis acquirere, quin iurciurando se obligare teneantur ad perpetuo missionibus inserviendum.

Mansi 48, 942-945; 970-973.

Do usu librorum ethnicorum in humanioribus litteris tradendis

(Epist. S. C. S. Officii *Ex tuis litteris* ad Episcopum Administr. Dioecesis Ouebecensis, lô^febr. 1867).

886 (384) Ex tuis litteris die 23 Novembris anno proxime elapso ad me datis, Eminentissimi Patres Cardinales una inocum Sacrae Inquisitioni praepositi aegre admodum intellexerunt, graves in ista dioecesi obortas esse et adhuc commoveri dissensiones inter viros potissimum ecclesiasticos, propterea quia in tradendis humanioribus litteris tum in Seminario dioecesano, tum in aliis puerorum iuvenumque collegiis vigilantiae atque auctoritati tuae commissis libri ab ethnicis auctoribus conscripti, licet emendati, praele-

l Hanc facultatem singulis Foederatorum Statuum episcopis, usque ad terminum unicuique eorum pro aliarum facultatum exercitio assignatum S. Pontifex benigne concessit 24 ian. 1868. Cfr. Decretum 11 S. Congr. de Prop. Fide: Mansi 48. SS8.

guntur. Non est profecto, cur qui hujusmodi libros a litterarum studiis amandandos existimant, hac in re vehementer sollicitos anxiosque se praebeant. Explorata enim res est et antiqua constantique consuetudine comprobata, adolescentes etiam clericos germanam dicendi scribendique elegantiam et eloquentiam sive ex sapientissimis Sanctorum Patrum operibus, sive ex clarissimis ethnicis scriptoribus ab omni labe purgatis absque ullo periculo addiscere optimo iure posse. Id ab Ecclesia non toleratur modo, sed omnino permittitur, et a Ssmo Domino Nostro Pio Papa IX perspicue declaratum fuit in Epistola encyclica *ad GaUiarum Episcopos* die 21 Martii 1853 *missa. Quum igitur antiqui libri ab ethnicis graeco aut latine conscripti, qui iu seminario et collegiis istis adhibentur, non ii nimirum sint, qui res lascivas seu obscoenas tractant, narrant, aut docent, imo ab omni labe sint iam diligentissime expurgati, siculi insigni testimonio tuo ultro fateris, idcirco nihil est quod in usu huiusmodi librorum iure possit reprehendi. Verumtamen illud maximo dedendum est, quod hanc ob causam, disturbata isthie cleri concordia, non parum commoti sint animi: quia si semper, nunc certe viri catholici praesertim ecclesiastici non in agitandis fovondisque importunis controversiis, sed in catholica tuenda veritate et in Sanctae Ecclesiae iuribus, quae adeo divexatur, propugnandis omnem operam et industriam debent impendere. Quare Te maxirnopere Sacra haec Congregatio in Domino cohortatur, ut non minori contentione quam pastorali caritate ecclesiasticos istos viros concordissimis animis idipsum dicere omnes et in eodem sensu atque in eadem sententia perfectos esse moneas; atque efficias, ut ab omni quaestionum vanitate abhorrentes, sedulo naviterque Dei ct proximorum negotium agant.

CIC *Fontes* 4. 302 8.; ASS 2, 673 s.

CONCILIUM OECUM. VATICANUM I (1869-1870)

POSTUL 17.1 .1 *PLURIBUS GALLIARUM EPISCOPIS PROPOSITA*

887 De skminakiis clericorum ubique instituendis.

(385) Instituantur in omnibus dioecesibus maiora seminaria, a minoribus prorsus distincta, in quibus omnes ordinandi teneantur habitaro et communiter vivere, per quatuor, aut tre- saltem annos, studiisque ecclesiasticis ct exercitiis spiritualibus, sub sancto piorum et doctorum sacerdotum regimine, operam dare.

Si quae voro dioeceses non possent statini proprium sibi seminarium constituere, ordinandi harum dioeceseon collocentur interim in aliorum episcoporum seminariis, ut ■dc deinceps nemo ad sacerdotium promoveatur, quin ct diu riteque probatus, et competenti scientia instructus, et ad virtutes, inores ingeniumque status clericalis per sanctam disciplinam ct competentem institutionem fuerit efformatus.

* (Cfr. nn. 795 s).

Ut autem clericorum educatio in seminariis, tum maioribus tum minoribus, perfectior ct accuratior esse posset, valde utile videretur speciales aliquas scholas institui, in quibus et ara docendi, et ara altior et difficilior virtutes clericales in iuvenibus eîTormandi addisceretur.

De promovendo in seminariis sacrarum linguarum studio.

<88 Revelationis divinae adversarii nihil intentatum relinquunt, ut sacrorum librorum
(386) auctoritatem convellant, et ad hunc pessimum finem assequendum, multas oblectiones depromere maligne student ex primigeniis bibliorum idlomatibus. praesertim ex hebraica lingua, aliisque linguis semitici. Valde igitur optandum est, imo proraus necessarium, ut apud catholicos non torpescat harum linguarum studium. Quapropter in omnibus clericorum seminariis tradenda esset, saltem peritioribus alumnis, hcbraicae linguae sufficiens notitia, ut facile possent, privatis postea studiis, ad pleniorem huius linguae scientiam usumque pervenire. Turpe siquidem foret ecclesiam catholicam, quae vera est saerorum librorum custos et interpres, studio linguarum, in quibus primitive scripti sunt illi libri, minorem zelum ac protestantes et incredulos impendere.

Quoad linguam graccam, in qua ct plures quoque libri sacri scripti fuerunt, et tot supersunt traditionis catholicae eximia monumenta, quis non doleat eius studium ita in maioribus seminariis praetermitti, ut huius linguae notitia prorsus in iis ipsis invenibus obliteretur, qui ei addiscendae plurcs annos in minoribus seminariis insumpserant! Praescribendum igitur omnino esset, ut linguae graecae studium in maioribus etiam seminariis continuari deberet.

De superioribus studiis ecclesiasticis restaurandis.

839 Evidcntlssimum est elementa scientiae, sive sacrae, sive profanae, qualiter in senii-
(387) nariis, tum minoribus, tum maioribus tradi solent necessaria quidem esse, ct quasi ulterioris doctrinae fundamenta, nequaquam tamen sufficere, nec ad expositionem, nec ad defensionem dogmatum Christianorum, prout id nostrae aetatis necessitates postularent.

Valde igitur optandum esset quosdam nunc, sicut olim, in cuiusque ecclesiae clero viros inveniri, qui specialius et plenius superioribus studiis incumberent. Cum autem hoc communiter nec facile, nec sufficienter praestari possit absque publicis quibusdam institutionibus, - quales exstant, verbi gratia, in Urbe Roma, apud Belgas, et alibi. — utilissimum videretur episcopis, communicatis consiliis et conatibus, curare et allaborare ut, praeter seminaria, ubique servanda et in meliorem statum adducenda, instituerentur etiam, prout leges moresque cuiusque gentis sinerent, vel magna collegia, vel universitates, in quibus eminontlor scientia coli tradique posset.

Mansi 53, 333 s.JcL 7, 833.

POSTULATA AB EPISCOPIS DICIONIS NEAPOLITANAE PROPOSITA

De Studiis clericorum.

Pars II, c. 3: § XXXVI. *Mixta docendi forma etiam atque diam servetur in omnibus scholis latinarunt litterarum studio addictis.*

890 Neminem praeterire existimamus illam, quae, diu non est quaestio inter Galliae
<388) episcopos exorta fuit, utrum in litteris latinis edocendis ct eloquentiae praeceptis tradendis evolvendi dumtaxat forent classici ethnicorum libri, an sanctorum patrum opera Christiana sapientia plane referta, an utrisquo simul animum clericalis inventus adliciat.

Nimium quantum celebrantur, quas Sanctitas tua encyclicas litteras dedit ad rem propositam dic 21 niartii 1853 Galliae episcopis, quibus finem imponens dissidentibus, aiebat: • Pergite, ut facitis, nihil unquam intentatum relinquere, ut adolescentes clerici in vestris seminariis ad omnem virtutem, pietatem et ecclesiasticum spiritum mature fingantur, ut in humilitate crescant, sino qua nunquam possumus placere Deo, ac simul humanioribus litteris severioribusquo disciplinis, potissimum sacris, ab omni prorsus cuiusque erroris periculo alienis, ita diligenter imbuantur, ut non solum germanam dicendi Hcribendique elegantiam, eloquentiam tum ex eapientissimis sanctorum patrum operibus, tum ex clarissimis ethnicis scriptoribus ab omni labe purgatis addiscere, verum etiam perfectam praecipue solidamque theologicarum doctrinarum, ecclesiasticae historiae et sacrorum canonum scientiam, ex auctoribus ab hac apostolica sede probatis depromptam, consequi valeant »? Hoc porro venerabilissimo oraculo accepto conticuere omnes Gnlllarum episcopi, intentiquo docilem animum ad ea mandata peragenda converterunt; atque omnibus in ludis litterariis clero addictis omnes ad unum mixtam tradendam disciplinam susceperunt, exercendis adolescentium ingeniis delectis sanctorum patrum operibus, et praestantissimorum ethnicae antiquitatis scriptorum, quae omnino forent omni labe purgata. Iam vero nos, quotquot sumus, vota suscipimus, ut eadem methodus universo clero praescribatur a concilio Vaticano, quanta maxima inspecta utilitate, quae exinde in ecclesiam et clerum ipsum satis superque derivatur.

De Seminariis.

i XXXVIII. • Opus *omnino ford, ut probatissimorum hominum coetus, ad hoc arcessitus,* quoad substantiam *praescriberet virendi nonnas tam pro seminarii alumnis, quam pro clericis domi suae degentibus; definire autem adiuncta rerum et secundas dioccesanis et provincialibus synodis remittatur.*

891 (389) Nimium quantum prodessent istiusmodi nonnae praescriptae; ita una eademquo esset educatio morumque disciplina ecclesiasticae iuventutis. Exularent certe tot deformitates pessimo pubblico ' inductae arbitrio iuventutis educatorum: et amoverentur impedimenta, quibus ephebi a servanda seminarii disciplina abalienantur, inspecta aliena. Sed quoniam istiusmodi normae, quoad monun disciplinam, illuc spectant, ut pietas, orationis studium ct zelus ecclesiasticus altlorcs agant radices in adolescentium animis. ita expediet, ut praescribatur in quovis seminario aliquis animarum moderator; qui confessarli quoque partes gerat, excepto, quod arcessentur| alii ad excipiendas confessiones. si necessitas postulat. Verba non suppetunt, quibus significentur damna, quae in clericos derivantur ex defectu unius et probatissimi animarum moderatoris; at ecquemnam fugit, quot et quanta ex optimo moderatore dimanant bona! Quavis hebdomada habeatur hornilla suiær ecclesiastici status olllciis. Statuatur hora ad meditationem peragendam; et praeter pias exercitationes quotannis perficiendas, quovis mense ad spiritum renovandum dies constituatur, illud quoquo nolumus praeterire, quod nullo pacto impune habeant, inimo a seminario expellantur, qui refragantur regulis, et depravato sunt corde. Praescribatur, autumnales ferias, quantum fieri poterit, transigi rure ab omnibus simul alumnis, non domi apud familiares; ita vero ut animi relaxatio semper coniunctum habeat aliquod studium, quo torpor ct otium amoventur, nec ca, quae spiritus bona sunt, obllguriuntur. Atque, ut de aliis conticescere par est, quae certo praeterire nequeunt viros probatissimos ad hoc arcessitos, non abs re erit prae oculis habere, quas

» [Cfr. n. 7951.
| i. e. cum maximo publicae rei detrimento.
• I. c. ita tamen, ut arcessantur etc.

scripserunt regulas divus Cakolvs Bohhomaeis l et divus Alpiionm fi DE Ltgobio? Illud autem iidilcicndurn existimamus, quod, cum senno sit do rectore seligendo deque suis otìlciie, praescribatur, ipsum ab omni chori servitio immunem esse debere, ab omni animarum cura, ab excipiendis sanctimonialium confessionibus, iiliisque rebus, per quas opus esset ut a pio loco abesset, statis horis, diebus, eum gravissimo seminarii disciplinae detrimento.

§ XXXIX. - *Praescribantur officia ad seminarii deputatos spectantia, et vel in primis significetur in relationibus ad sacra limina utrum praescripta munia adimpleantur.*

392 (390) Tridentina synodus (cap. 18, Hess. XX1II) ad duplex officium, alio ab alio seiuncto, statuit diversi generis deputatos. Quoad ipsorum officia, sacra Concilii congregatio plure- ct maximi ponderis addidit declarationes? Maxime quidem conferret illas colligere et confirmare, si patribus Vaticani concilii placeret. Et quo studiosius in suum ofilcium incumbant deputati, praescribendum arbitramur, ut in relationibus ad sacra limina perfuncti officii plane ratio habeatur.

§ XL. - *Quoad seminaria parris in dioecesibus constabilita, quorum satis est curta supellex, possint duo vel plures conterminarum dioecesium episcopi inter convenire. ea mente, ut diversae studiorum paries in diversis seminariis locum habeant, e! in singulis omnes cogere alumnos, pro sua quemque ratione ac modulo ad facultates addiscendas.*

393 (391) Cum seminarii institutio hoc sibi propositum habeat, ut disciplina sacerdotum quam absolutissima sit, nec semper ad praestantissimos praeceptores arcessendos sufficiant redditus, neque ad coemendos libros pro facultatum varietate ct bibliothecam componendam; quod obstaculum nullo pacti» superandum videtur; ita expedire existimamus, inspecta rerum ac temporum conditione, ut, uno programmate proposito, quae in aliis seorsum habentur, in unum colligantur, ct episcopis adsentientibus cuique seminario pars studiorum praefiniatur. Tali habita ratione, curriculum studiorum binis aut ternis in seminariis absolveretur ab alumnis, unoquoque pro sua facultate; impensis parcendo tantum certo superesset, ut quovis in seminario bibliotheca componeretur, ct praeceptorum vel praestantissimorum numerus absolutus haberetur. Si enim penes gallicas dioeceses in more positum est, ut bina habeant seminaria, quorum alterum ad humaniores, alterum ad severiores ct sacras tradendas disciplinas institutum compcrimus; (piare praeter opportunitatem erit apud nos in plura seminatola alius atque alios partiri disciplinas, ad superanda exiguorum reddituum obstacula?

De Collegiis ecclesiasticis

894 (392) § XLI. • *Ut episcopatus, praeter peramplum seminarium in medio cuiusvis ditionis centro constabiliendum, aliud Romae habeat collegium ad praestantiora cleri ingenia eximiaeque spei iuvenes colligendos, ad perfectionem.*

Quo alacriora universi cleri ingenia magis magisque in diversarum facultatum et praesertim sacrarum studiis perfici valeant in unitate doctrinan, et singulis ecclesiasticis munite obeundis aptissimi uc praestantisslmi reddantur, pendile ducimus, ut cuiusque[4]

1 (Cfr. n. 1125].

l *Regolamento per i Seminari,* in: *Opere.* 3 (Torino 1847) 878-886. Insuper cfr. ZCi-*flessioni utili ai Vescovi* I, 1 s.; *Homo Apostólicas* 7, 2, 47-53: *Opere* 3. 865-868; 7 (Torino 1848) 149-153.

' [Cfr. mi. 291 s].

4 ASS I, 697-698.

ditionis episcopatus collegium ecclesiasticum Romae habeat. Maior est enim Romae pro unaquaque facultate excellentium professorum copia, et potissimum pro ecclesiastico iure; de quo iuniores sacerdotes exerceri quoque possent in praxi inter alumnos sacrae Concilii congregationis.

Sed quoniam collegia istiusmodi satis omnino non sunt, quo praestantes praebeant seminariis praeceptores, quorum inopia est, quantum conferret in quavis ditione aliquod *centrato* seminarium constabilire? Huic enimvero accommodari posset quae statuta fuit norma Seminario Pio, nuper instituto in obsequium principimi Apostolorum,[1] cuius programma, quoad scholas, haec omnino habet: « Quoniam scopus praecipuus seminarii sanctae sedis est. ut idoneos faciat magistros, qui possit pro summis locorum indigentiis alios instruere ». Quod vero spectat ad redditus collegio et centrali seminario addicendos, expedire videtur, illis tribuendum tertiam partem conventam titulo pensionum super ditioribus *mensis* episcopalibus. Et si quid aliud accesso foret, ceterae mensae episcopales, et redditus, dloecesanis seminariis addicti, pro rata suppeditarent.

Mansi 53, 437440; CL 7, 815-818.

De iure Episcopi super clericis saecularibus in monasticum Collegium cooptatis

(Ex Litt. Apost. *Quod Monachis Ordinis S. Benedirti* quibus novum Monasterium erigitur, 30 sept. 1870).

895 (393) Si in monasticum Conlegium studiorum causa saeculares clericos cooptari contigerit, ius Episcopo competat super eorumdem doctrina ot moribus investigandi.

Pii IX Acta 5, 251.

CONCILIUM PIÌOV. ALUA-l ULIENSE ET FOGARASIENSE I

(5-14 mai. 1872)

De cleri ¡unioris educatione et institutione

Tit. IX, Cap. I.

Despre educatiunca si inslitutiunea cte-*rului tineru.*

896 Deora-co guvernarea sulloteloru este mnestri'a maiestrleloru, baseric'a totu de a un'a a tostu cu luaro amiate destinsa la acc'a, cá din tlnerctíe se pregatésca individi caror'a so li concróda pastorirea sufleteloru. Pentru aco'a si intient ià instituto teologice pre lunga episcopii si inanastiri. in carl pre langa cunoscintiele

Tit. IX, Cap. I.

De cleri iunioris educatione ac institutione.

Cum animarum regimen ars artium sit, ecclesia lugi sollicitudine fercbatur, ut a puoris individua eflormot, quibus animarum curam demandaret. — Idcirco penes episcopia ac monasteria Instituta quoquo theologica erexit, in quibus praeter grammaticae ac philosophiae rudimenta presbyteratus candidatis prae-

1 [Cfr. n. 8001.

necesario gramatical! al filosòfico so propuncau candidntiloru do prcotia inni virtosu sdentilo santo! scripturi, si a santeloru canone basericesc!,l si din tineretie so doprindeau accia in piotate si in virlutilo reoemtc do statuiti, pentru enre 8C pregatenu.

Aceste institute teologice nuniitc astadi si seminarii, iìendu in interesulu celu mal mare pentru binde si venitoriulu sante! baserico, pretindu tota solicitudinea ordinariatdoru. Drcptu ace'a sinodulu nu pote din destulu a recamando ordinaria!cloni, cd accio din tote poterne si dupa tote mediatocele», ce li st au sub dispusetiune, se ne nàsuianca, nu nuniai a inflent id seminarii teologico proprii in diccesde loru: ei acele astufoliu a le organisti, in catu atatu cu privire la dotarca si la buna administraren interna economica si disciplinaria, catu si cu privire la institutiunea teologica prendeplinu se responda cerlntíeloru tempului, si asceptaroi basericci nostre groco-catoHce.í(lOG).

Si «nume dircctiunea scminarieloru so se concréda barbatile™ intielepti, cu esperintia, si devotati crescerei tinerimci clericali, si incatu oste cu potintia la barbati celibi. Èra pentru manuducerea spirituala a clericiloru, in ile-caro seminaria se so constitue date unu spirituali!, barbata blandii, piu, afiabilu, eloquenti! si eruditu in scientiele sacre, mai virtosu in scienti'a ascetica. Asvmonea si catedrele professorali se se concréda pre calca concursului barbatilo™ de eruditiune si piotate comprobata, cari fiendu dotati dupa cuvonintia, in decursuhi mai indclungatu de servitili, se alba ocaaiuno a se perfectionà in studiile loru speciali, si spre scopula acest'a seminarlele so ile inzestrate cu bibliotcce bino organisâtc si din tempu in tempii inavutite cu operile cele mai aleso si inai necesario.

Limb'a propinerei in seminarlele nostro diocesane este limb'a cultului ðomne dicescu, cu tote acosté sinodulu nu vré a projudecd dreptulul ordinariateloru de a dispune, cd In scminariile loru unulu ori altu studili se so propuna si in llmb'a latina.

sert ini sanctae scripturae ac sacrorum canonum scientia tradebatur. — ibíque a tenera aetate, in pietate ac virtutibus statui, ad quem se parabant, convenientibus exercitabantur.

Instituta isthaec theologica, hodie seminaria quoque dicta, cum pro bono ac futura sanctae ecclesiae prosperitati» maximi momenti sint, omnem ordinariorum sollicitudinem exposcunt. — Itaque synodus haud potest sat sufhcientcrque ordinariis commendare, ut illi pro cunctis suis viribus ac omnibus, quae praesto sunt, mediis adhibitis non solum propria seminaria theologica in dioecesibus propriis erigere, verum eadem ita quoque instituere adlaborcnt, ut tum quoad dotationem se bonam internam oeconomicam nec non disciplinarem administrationem. quam quoad theologicam institutionem, exigentiae aevi atque ecclesiae nostrae graeco-eatholiene expectation! adamnssim respondeant. (10G)

Ac in specie regimen seminariorum viris prudentibus, ac cleri iunioris educationi addictis, ac quantum fieri potest caclibis vitae demandetur. Pro directione voro spirituali clericorum in quolibet seminario constituatur spiritualis, vir nempe mansuetus, pius, atTabilis, eloquens, ac in scientiis sacris, praesertim in ascesi eruditus. — Pariter cathedrae quoque disciplinarum theologicarum via publici concursus, eruditionis ac pietatis comprobatae concredantur viris, qui stilarlo convenienti remunerati, decursu diuturnioris servitii, occasionem semet in studiis specialibus perficiendi nanciscantur, atque hunc in finem seminaria bibliothecis bene constitutis, ac pedetentim operibus selectissimis et necessariis auctis instructa sint.

Lingua, qua in seminariis nostris dioecesanis oblecta traduntur, est lingua cultus divini; nihilominus synodus haud vult derogare ordinariorum iuri praecipiendi. ut in eorum seminariis unum vel aliud obiectum lingua latina tradatur.

Studii obligatorio pre lunga celo indatinatc fio fio ei studiala droptului basericci de ritulu greca, a ritului basericescu, si ahi eloquintiei sacre in modu teoretica si practica. — Èra ce se tiene de educafianca spirituala a clerului tineru, sinodola decide, cA in tote scminariilc diocesane se se tiena exercitii spirituali de doue ori in anu, la incapatala cursului anualu, si la santi! pasci, èra clerici! se ile datori a se martorisi cela patina odata intra un'a luna, si so se indemne la priinirca desa a sante! euminecaturi (107). Asemenea se se tiena in tota diu'a lectiune spirituala.

Pentru a stèrni emulatiunea in clonila tiñera din aceust'a provincia si Apre a dà ocasione mai ampia de a se perfcctlonà in sclentielc teologice, sinodali! prlmesce In principiu indent larca urial seminarla groco-catolicu centrala pentni tota provincia redicandu la scannala metropolitana, la care se so tramita tineri defittosi din tote diocesele comprovinciali. Cutcdrelo profesoral! la scosta institutu se se concreda barbatilo™ doctor! do teologia, ori licentiati in dreptulu basericescu, pro calca concúrsala! publicanda in tota provincial. Profesor!! acestia se se indatoreze a olucrà manuable din respectivele Ioni studii, carl aprobandu-se de sinodulu provlncialu si tiparindu-se pentru uniformitate so se adoptézo cà manuale la tote Instílatele teologice din provincia.

Massi 42, 594-596.

Studia obligata praetor consueta sint quoquo studium inris ecclesiae graeol ritus, insuper scientia ritus ecclesiastici atque sacrae eloquentiae, modo tam theoretico quam practico. — Quod educationem spiritualem cleri iunior!» attinet, synodus decernit, ut iu omnibus seminariis dloecesanis exercitia spiritualia bis per annum, initio noinpo cursus annui nec non tempore paschatis habeantur. — Clerici vero decursu anni scholastici semel saltem in menso confiteri teneantur et excitentur ad frequentem communionem (107). Item quovis die lectioni spirituali adsint.

Ad cleri limioris huiuscc provinciae aemulationem excitandam, atque ad occasionem semet in scientiis theologicis excolendi praebendam, synodus in principio admittit, ut pones sedem metropolitanam pro universa provincia seminarium grùcce-catholicum centrale erigatur, ad quod iuvenes selecti c cunctis dioecesibus comprovincialibus mittantur. Scientiarum ad istlioc institutum cathedrae concredantur viris in theologia vol in lure canonico doctoribus vel saltem licentiatie, via concursus in universa provincia publicandi. Huiuscc instituti professorea pro specialibus studiis respectivi» elucubraro obligentur manualia, quae a synodo provinciali approbata atque typis vulgata uniformitatis gratia in omnibus huiusco provinciae institutis theologici» qua manualia adhibeantur.

De iniquis legibus circa clericorum institutionem et educationem

(Ex Litt. Encycl. *Etsi multa,* 21 nov. 1873).

897 (394) 9. Praeter multas et graves iniurias catholicae Ecclesiae superiori anno irrogatas, Gubernium Borussicum rudissimis et iniquissimis perlatis legibus a pristino more prorsus alienis universam Clericorum institutionem et educationem laicae potestati ita subiecit, ut ad hanc pertineat inquirere ac decernere, quomodo clerici erudiendi ac lingendi sint ad sacerdotalem vitam et pastoralem...

Pii IX Acta 6, 260; CIC *Fontes* 3, 81.

De clericis militiae subiectis

(Ex Instruet. Supremae Sacrae Congr. S. Officii *Suprema,* ad Italiae Episcopo 16 sept. 1875).

898 (395) 8. Ut moralis certitudo habeatur de bonis animi dispositionibus, quas iuniores Clerici inter arma, et contuberniorum pericula servarint, Rmi Episcopi sollertissimam navabunt, operam, iis omnibus adminiculis utentes quae haud paucas occurrentes difficultates, sin minus superare, minuere saltem valeant: quorum aliqua heic subtecta suggeruntur.

«) Iis iuvenibus, qui cum firmo animi proposito discedunt in sancta vocatione constantor persisiondi, praeter salutaria monita, ut spiritum, Religionis officia quoad fieri poterit, frequentando, librosque ecclesiasticos, praesertim vero Kempisianum *Ile Imitatione Christi* perlegendo, excolant atque conservent, obligatio imponenda esset, si opus sit, etiam scripto tradita, proprium Episcopum certiorem continenter faciendi de locis ubi identidem cum militiae sociis diutius constituri sint, ut eosdem localis Episcopi vigilantiae, charitati ac prudentiae commendare, atque ab ipso opportunas de illis cognitiones accipere possit, adscito adiutore ibi aliquo probo viro ecclesiastico, vel etiam laico. ... Haec tutelae species necessaria, nedum valde utilis, reputatur; nec Rmis Episcopis adeo grave videatur huiusmodi officium sibi mutuo exhibere.

b) Si de quorum moribus satis aequae relationes habitae fuerint, domum reversi in Clericorum numerum denuo admitti poterunt, at vero non ita facile ad sacros Ordines; prius enim haud dubia divinae vocationis argumenta exigenda forent, imposita iisdem Clericis mora unius alteriusve anni in aliquo ecclesiastico Collegio, aut in ipso Seminario, disiunctim tamen ab Alumnis; et ubi huiusmodi loca desint, eos regimini ac sollerti vigilantiae alicuius probi, docti et prudentis Presbyteri subiicere praestat; ut in ipsis iuvenibus spiritus ecclesiasticus reviviscat, vitiaque corrigantur, quae quantumlibot cauti fuerint, summopere difficile est, eos in militiae exercitio nequaquam contraxisse.

CIC *Fontes* 4, 361; AAS 23, 45 s.

LEO XIII (1878-1903)

De erectione Seminarii pro Bosnia et Herzegovina

(Ex Convent, cum Gubernio Austriaco pro Bosnia et Herzegovina, 8 iun. ISSI).

899 NeH'i\.rchidiocesi di Serajovo verrà aperto per ora e senza ritardo un Seminario provinciale che soddisfi ai bisogni non solo dell'Archidiocesi, ma ancora delle altre diocesi suffraganee, affinchè per questo mezzo si formino abili soggetti del ('loro secolare, che si occupino alacremente nel sacro ministero e nella cura dello anime insieme al Clero regolare, cui. attesi i lunghi servigi prestati alla Chiesa, sono da usarsi i dovuti riguardi. Il Governo di Sua Maestà Imperialo e Reale Apostolica fornirà i mezzi occorrenti a tale istituto.

Leonia ***XIII*** *Acta, Convent,,* 24.

De Christiana philosophia instauranda

(Epist. Encycl. *Aderni Patria*, 4 aug. 1879).'

900 (396) Aeterni Patris Unigenitus Filius, qui in terris apparuit, ut humano generi salutem et divinae sapientiae lucem afferret, magnum plane ac mirabile mundo contulit beneficium, cum caelos iterum ascensurus, Apostolis praecepit, ut *euntes docerent omnes gentes (Ml.* 28, 19); Ecclesiamque a se conditam communem et supremam populorum magistram reliquit. Homines enim, quos veritas liberaverat, veritate erant conservandi: neque diu permansissent caelestium doctrinarum fructus, per quos est homini parta salus, nisi Christus Dominus erudiendis ad fidem mentibus perenne magisterium constituisset. Ecclesia vero divini Auctoris sui cum erecta promissis, tum imitata caritatem, sic iussa perfecit, ut hoc semper spectarit, hoc maxime voluerit, de religione praecipere et cum erroribus perpetuo dimicare. Huc sane perlinent singulorum Episcoporum vigilati labores; huc Conciliorum perlatae leges et decreta, et maxime Romanorum Pontificum sollicitudo quotidiana, penes quos, beati Petri Apostolorum Principis in primatu successores, et ius ct officium est docendi et confirmandi fratres in fide.

901 (397) Quoniam vero, Apostolo monente, *per philpsophiani et inanem fallacidam ((' 2,* S) Christifidelium mentes decipi solent, et fidei sinceritas in hominibus corrumpi, idcirco supremi Ecclesiae Pastores muneris sui perpetuo esse duxerunt etiam veri nominis scientiam totis viribus provehere, simulque singulari vigilantia providere, ut ad fidei catholicae normam ubique traderentur humanae disciplinae omnes, praesertim vero *philosophia,* a qua nimirum magna ex parte pendet ceterarum scientiarum recta ratio. Id ipsum et Nos inter cetera breviter monuimus, venerabiles Fratres, cum primum Vos omnes per Litteras encyclicas allocuti sumus;[2] sed modo rei gravitate et temporum conditione compellimur rursus Vobiscum agere de ineunda philosophicorum studiorum ratione, quae et bono fidei apte respondeat, et ipsi humanarum scientiarum dignitati sit consentanea.

902 (398) Si quis in acerbitatem nostrorum temporum animum intendat, earumque rerum rationem, quae publice et privatilo geruntur, cogitatione complectatur, is profecto comperiet, fecundam malorum causam, cum eorum quae premunt, tum eorum quae pertimescimus, in eo consistere, quod prava de divinis humanisque rebus scita, e scholis philosophorum iampridem profecta, in omnes civitatis ordines irrepserint, communi plurimorum suffragio recepta. Cum enim insitum homini natura sit, ut in agendo rationem ducem sequatur, si quid intelligentia peccat, in id et voluntas facile labitur: atque ita contingit, ut pravitas opinionum, quarum est in intelligentia sedes, in humanas actiones influat, casque pervertat. Ex

' (Cfr. n. 1214].

1 Epist. Encycl. *Inscrutabili,* 21 apr. 1878: ¿tonto ***XIII*** *Acta* 1, 46 a. 53 e.

adverso, si sana ruens hominum fuerit, et solidis verisque principiis firmiter insistat, tum vero in publicum privatumque commodum plurima beneficia progignet.

903 (399) Equidem non tantum humanae philosophiae vim et auctoritatem tribuimus, ut cunctis omnino erroribus propulsandis vel evellendis parem esse indicemus: sicut enim, cum primum est religio Christiana constituta, per admirabile fidei lumen *non persuasibilibus humanae sapientiae verbis* diffusum, *sed in ostensione spiritus et virtutis* (1 *C. 2,* 4), orbi terrarum contigit ut primaevae dignitati restitueretur: ita etiam in praesens ab omnipotenti potissimum virtute et auxilio Dei expectandum est, ut mortalium mentes, sublatis errorum tenebris, resipiscant. Sed neque spernenda, neu posthabenda sunt naturalia adiumenta, quae divinae sapientiae beneficio, fortiter suaviterque omnia disponentis, hominum generi suppetunt; quibus in adiumentis rectum philosophiae usum constat esse praecipuum. Non enim frustra rationis lumen humanae menti Deus inseruit; et tantum abest, ut superaddita fidei lux intelligentiae virtutem extinguat aut imminuat, ut potius perficiat, auctisque viribus, habilem ad maiora reddat.

904 (400) Igitur postulat ipsius divinae Providentiae ratio, ut in revocandis ad fidem et ad salutem populis etiam ab humana scientia praesidium quaeratur: quam industriam, probabilem ac sapientem, in more positam fuisse praeclarissimorum Ecclesiae Patrum, antiquitatis monumenta testantur. Illi scilicet neque paucas, neque tenues rationi partes dire consueverunt, quas omnes perbreviter complexus est magnus At crsTixrs. huic *scientiae tribuens ... illud quo fides saluberrima ... gignitur, nutritur, defenditur, roboratur.*[1]

Ac primo quidem philosophia, si rite a sapientibus usurpetur, iter ad veram fidem quodammodo *sternere et munire valet,* suorumque alumnorum animos ad revelationem suscipiendam convenienter *praeparare;* quaniobrem a veteribus modo *praevia ad Christianam fidem institutio,*- modo *christianismi praesidium et auxilium,*[3] modo *ad Evangelium paedagogus* [4] non immerito appellata est.

905 (401) Et sane benignissimus Deus, in eo quod pertinet ad res divinas, non eas tantum veritates lumine fidei patefecit, quibus attingendis impar humana intelligentia est, sed nonnullas etiam manifestavit, rationi non omnino impervias, ut scilicet, accedente Dei auctoritate, statini et sine aliqua erroris admixtione omnibus innotescerent. Ex quo factum est, ut quaedam vera, quae vel divinitus ad credendum proponuntur, vel cum doctrina fidei arctis quibusdam vinculis colligantur, ipsi ethnicorum sapientes, naturali tantum ratione praelucente, cognoverint, aptisque argumentis

[1] Do Trin. 14, 1, 3: ML 42, 1037.
[2] Clemens A. *Strom.* I, 1G; 7, 3: MG 8. 796; 9, 425.
[3] Orígenes, *Epist. ad Oreg.* I; MG 11, 88.
[4] Clemens A. *Strom.* I. 5: MG 8. 718 s.

demonstraverint. *Invisibilia enim ipsius,* ut Apostolus inquit, *a creatura mundi per ea, quae jacta sunt, intellecta conspiciuntur, sempiterna quoque eius virtus et divinitas (li.* 1, 12); et *gentes quae legem non habent... ostendunt* nihilominus *opus legis scriptum in cordibus suis (Ii. 2,* 14 s.). Haec autem vera, vel ipsis ethnicorum sapientibus explorata, vehementer est opportunum in revelatae doctrinae commodum utilitatemque convertere, ut reipsa ostendatur, humanam quoque sapientiam, atque ipsum adversariorum testimonium tidei Christianae suffragari.

906 (402) Quam agendi rationem, non recens introductam, sed veterem esse constat, ct sanctis Ecclesiae Patribus saepe usitatam. Quin etiam venerabiles isti religiosarum traditionum testes et custodes formam quamdam eius rei et prope figuram agnoscunt in Hebraeorum facto, qui Aegypto excessuri, deferre seenni iussi sunt, argentea atque aurea Aegyptiorum vasa cum vestibus pretiosis, ut scilicet, mutato repente usu, religioni veri Numinis ea supellex dedicaretur, quae prius ignominiosis ritibus et superstitioni inservierat. Gregorius Neocaesariensis laudat *Origeneni* hoc nomine, quod plura ex ethnicorum placitis ingeniose decerpta, quasi erepta hostibus tela, in patrocinium Christianae sapientiae et perniciem superstitionis singulari dexteritate retorserit.[1] Et parem disputandi morem cum Gregorios Nazianzenus,[2] tum Gregorius Nyssends[3] in *Basilio Magno* et laudant et probant; Hieronymus vero magnopere commendat in *Quadrato* Apostolorum discipulo, in *Aristide,* in *Instino,* in *Irenaeo,* aliisque permultis? Augustinus autem, *Nonne aspicimus,* inquit, *quanto auro ct argento et veste suffarcinatus exierit de Aegypto Cyprianus, doctor suavissimus et martyr beatissimus! quanto Lactantius! quanto Victorious, Optatus, Hilarius! ut de vivis taceam, quanto innumerabiles Graeci![8]* Quod si vero naturalis ratio opimam hanc doctrinae segetem prius fudit, quam Christi virtute fecundaretur, multo uberiorem certe progignet, posteaquam Salvatoris gratia nativas humanae mentis facultates instauravit et auxit. — Ecquis autem non videat, iter planum et facile per huiusmodi philosophandi genus ad fidem aperiri!

907 (403) Non his tamen limitibus utilitas circumscribitur, quae ex illo philosophandi instituto dimanat. Et revera divinae sapientiae eloquiis graviter reprehenditur eorum hominum stultitia, qui *de his quae videntur bona, non potuerunt intelligere Eum qui est: neque, operibus attendentes, agnoverunt quis esset artifex (Sap.* 13,1). Igitur primo loco magnus hic et praeclarus ex humana ratione fructus capitur, quod illa Deum esse demonstret: a *magnitudine enim speciei et creaturae cognoscibiliter poterit Creator horum videri (Sap.* 13, 5). Deinde Deum ostendit omnium perfectionum cumulo

[1] S. Gregorius THAW!. *Orat, pattea. in Origen.* 13 8.; MG 10, 1088-1093.
[2] *Carmina* 2, 1. 11; 2, 3 119: MG 37, 1015; 38, 72 8.
[3] *Moysis:* MG 41, 360»
[8] Epist. 70 *(ad Magnum)* 4: ML 22, G67.
[1] De doctr. christ. 2, 40: ML 34. 63.

singulariter excellere, infinita in primis sapientia, quam nulla usquam res latere, et summa iust.it ia, quam pravus nunquam vincere possit affectus, ideoque Deum non solum veracem esse, sed ipsam etiam veritatem falli et fallere nesciam. Ex quo consequi perspicuum est, ut humana ratio plenissimam verbo Dei fidem atque auctoritatem conciliet. Simili modo ratio declarat, evangelieam doctrinam mirabilibus quibusdam signis, tanquain certis certae veritatis argumentis, vel ab ipsa origine emicuisse: atque ideo omnes, qui Evangelio fidem adiungunt, non temere adiungere, tamquam *doctas fabulas secutos* (2 P. 1, 16), sed rationabili prorsus obsequio intelligentiam et indicium suum divinae subiicere auctoritati. Illud autem non minoris prêt ii esse intelligitur, quod, ratio in perspicuo ponat, Ecclesiam a Christo institutam (ut statuit Vaticana Synodus) *ob suam admirabilem propagation em, eximiam sanctitatem et inexhaustam in omnibus locis fecunditatem, ob catholicam unitatem, inrictamque stabilitatem, magnum quoddam et perpetuum esse motivum credibilitatis, ct divinae suae legationis testimonium irrefragabile.'*

908 (404) Solidissimis ita positis fundamentis, perpetuus et multiplex adhuc requiritur philosophiae usus, ut sacra Theologia naturam, habitum, ingeniumque verae scientiae suscipiat atque induat. In hac enim nobilissima disciplinarum magnopere neeesse est, ut multae ac diversae caelestium doctrinarum partes in unum voluti corpus colligantur, ut suis quaeque locis convenienter dispositae, et ex propriis principiis derivatae apto inter se nexu cohaereant; demum ut omnes et singulae suis iisque invictis argumentis confirmentur. Nec silentio praetereunda, aut minimi facienda est accuratior illa atque uberior rerum, quae creduntur, cognitio, et ipsorum fidei mysteriorum, quoad fieri potest, aliquando lucidior intelligentia, quam Augustinus aliique Patres et laudarunt et assequi studuerunt, quamque ipsa Vaticana Synodis fructuosissimam esse decrevit.[2] Eam siquidem cognitionem et intelligentiam plenius et facilius certe illi consequuntur, qui cum integritate vitae fideique studio ingenium coniungunt philosophicis disciplinis expolitum, praesertim cum eadem Synodus Vaticana doceat, eiusmodi sacrorum dogmatum intelligentiam *tum ex eorum, (piae naturaliter cognoscuntur, analogia; tum e mysteriorum ipsorum nexu inter se et cum fine hominis ultimo* peti oportere.[3]

909 (405) Postremo hoc quoque ad disciplinas philosophicas pertinet, veritates divinitus traditas religiose tueri, et iis qui oppugnare audeant resistere. Quam ad rem, magna est Philosophiae laus, quod Fidei propugnaculum ac velati firmum Religionis munimentum habeatur.[4] *Est quidem,* sicut Clemens Alexandrinus testatur, *per se perfecta et nullius indiga Servatoris doctrina, cum sit Dei virtus et sapientia* (1 ('. 1, 18, 24; /»'. 1, 16).

‘ Const, dogmi. *de Fide Cath.* c. 3: ASS 5, 1G1-166: Mansi .51, 432 s.; CL 7. 252.
’ Const, laud. c. 4: ASS 5. 167; Mansi 51, 433 s.
’ *Ibid.*
• [Cfr. n. 1328).

*Accedens autem gracca philosophia veritatem non jacit potentiorem; sed cum debiles efficiat sophistarum adversus eam argumentationes, et propulset dolosas adversus veritatem insidias, dicta est vineae apta sepes et vallus.*l — Profecto sicut inimici catholici nominis, adversus religionem pugnaturi, bellicos apparatus plerumque a philosophica ratione mutuantur, ita divinarum scientiarum defensores plura e philosophiae pentì depromunt, quibus revelata dogmata valeant propugnare. Neque mediocriter in eo triumphare lides Christiana censentia est, quod adversariorum arma, humanae rationis artibus ad nocendum comparata, humana ipsa ratio potenter expediteque repellat. Quam speciem religiosi certaminis ab ipso gentium Apostolo usurpatam commemorat S. Hieronymus scribens ad Magnum: *Ductor christiani exercitus Paulus et orator invictus, pro Christo causam agens, etiam inscriptionem fortuitam* (.1. 17, 23) *arte torquet in argumentum fidei: didicerat enim a vero David extorquere de manibus hostium gladium, et Goliath superbissimi caput proprio mucrone truncare,*- Atque ipsa Ecclesia istud a philosophia praesidium Christianos doctores petere non tantum suadet, sed etiam iubet. Etenim Concilium Lateranense V, posteaquam constituit *omnem assertionem verilati illuminatae fidei contrariam omnino falsam esse, eo quod verum vero minime contradicat,* philosophiae doctoribus praecipit, ut in dolosis argumentis dissolvendis studiose versentur:14 siquidem, ut Augustinus testatur, *si ratio contra divinarum. Scripturarum auctoritatem redditur, quamlibet acuta sit, fallit veri similitudine', nam vera esse non potest*

910 (406) Verum ut pretiosis hisce, quos memoravimus, afferendis fructibus par philosophia inveniatur, omnino oportet, ut ab eo tramite numquam deflectat, (piem et veneranda Patrum antiquitas ingressa est, et Vaticana Synodus solemni auctoritatis suffragio comprobavit. Scilicet cum plane compertum sit. plurimas ex ordine supernaturali veritates esse accipiendas, quae cuiuslibet ingenii longe vincunt acumen, ratio humana, propriae infirmitatis conscia, maiora se affectare no audeat, neque easdem veritates negare, neve propria virtute metiri, neu pro lubitu interpretari; sed eas potius plena atque humili tide suscipiat, et summi honoris loco habeat, quod sibi liceat, in morem ancillae et pedisequae, famulari caelestibus doctrinis, casque aliqua ratione. Dei beneficio attingere. In iis autem doctrinarum capitibus, quae percipere humana intelligentia naturaliter potest, aequum plane est, sua methodo, suisque principiis et argumentis uti philosophiam: non ita tamen, ut auctoritati divinae sese audacter subtrahere videatur. Imo, cum constet, ea. quae revelatione innotescunt, certa veritate pollere, et quae fidei adversantur pariter eum recta ratione pugnare, noverit, philosophus catholicus se fidei simul et rationis iura violaturum, si conclusionem aliquam amplectatur, quam revolatae doctrinae repugnare intellexerit.

l *SIrom.* 1, 20: MG 8. 817.
x Epist. 7" *(ad Magnam* ' ML 22, GG.j.
' Bulla *Apostolici regiminis* (19 doc. 1513) j 2 s.: BR 5, 602; Mansi 32, 812.
4 Epist. 113 *(ad Marcellin.)* 7: ML 33, 588.

911 (407) Novimus profecto non deesse, qui facultates humanae naturae plus nimio extollentes, contendunt hominis intelligentiam, ubi semel divinae auctoritati subjiciatur, e nativa dignitate excidere, et quodam quasi servitutis iugo demissam plurimum retardari atque impediri, quominus ad veritatis excellentiaeque fastigium progrediatur. — Sed haec plena erroris et fallaciae sunt; eoque tandem spectant, ut homines, summa cum stultitia, nec sine crimine ingrati animi, sublimiores veritates repudient, et divinum beneficium fidei, ex qua omnium bonorum fontes etiam in civilem societatem fluxere, sponte reiiciant. Etenim cum humana mens certis finibus, iisque satis angustis, conclusa teneatur, pluribus erroribus, et multarum rerum ignorationi est obnoxia.

912 (408) Contra fides Christiana, cum Dei auctoritate nitatur, certissima est veritatis magistra: quam qui sequitur, neque errorum laqueis irretitur, neque incertarum opinionum fluctibus agitatur. Quapropter qui philosophiae studium cum obsequio fidei Christianae coniungunt. ii optime philosophantur: quandoquidem divinarum veritatum splendor, animo exceptus, ipsam iuvat intelligentiam; cui non modo nihil de dignitate detrahit, sed nobilitatis, acuminis, firmitatis plurimum addit.

913 (409) Cum vero ingenii aciem intendunt in refellendis sententiis, quae fidei repugnant, et in probandis, quae cum fide cohaerent digne ac perutiliter rationem exercent: in illis enim prioribus, caussas erroris deprehendunt, et argumentorum, quibus ipsae fulciuntur, vitium dignoscunt: in his autem posterioribus, rationum momentis potiuntur, quibus solide demonstrentur et cuilibet prudenti persuadeantur. Hac vero industria et exercitatione augeri mentis opes et explicari facultates qui neget, ille veri falsique discrimen nihil conducere ad profectum ingenii, absurde contendat nccesse est. .Merito igitur Vaticana Synodus praeclara beneficia, quae per fidem rationi praestantur, his verbis commemorat: *Fides rationem ab erroribus liberat ac tuetur, eamque multiplici cognitione instruit.*[1] Atque idcirco homini, si saperet, non culpanda fides, voluti rationi et naturalibus veritatibus inimica, sed dignae potius Deo grates essent habendae vehementerque laetandum, quod, inter multas ignorantiae causas et in inediis errorum fluctibus, sibi fides sanctissima illuxerit, quae, quasi sidus amicum, citra omnem errandi formidinem portum veritatis commonstrat.

914 (410) Quod si, Venerabiles Fratres, ad historiam philosophiae respiciatis, cuncta, quae panilo ante diximus, re ipsa comprobari intelligetis. Et sano philosophorum veterum, qui fidei beneficio caruerunt, etiam qui habebantur sapientissimi, in pluribus deterrime errarunt. Nostis enim, inter nonnulla vora, quam saepe falsa et absona, quam multa incerta et dubia tradiderint de vera divinitatis ratione, de prima rerum origine, de mundi gubernatione, de divina futurorum cognitione, de malorum causa et prin-

[1] Const, (login, *de Fide Cath.* c. I: ASS 5, 168; Mansi 51, 131.

cipio, do ultimo fine hominis aeternaque beatitudine, de virtutibus et vitiis, aliisque doctrinis, quarum vera certaque notitia nihil magis est hominum generi necessarium.

915 (411) Contra voro primi Ecclesiae Patres et Doctores, qui satis intellexerant, ex divinae voluntatis consilio, restitutorem humanae etiam scientiae esse Christum, qui *Dei virtus est Deique sapientia* (1 *C.* 1, 24), et *in quo sunt omnes thesauri sapientiae et scientiae absconditi (C.* 2, 3), veterum sapientium libros investigandos, eorumque sententias cum revelatis doctrinis conferendas suscepere: prudentiquo delectu quae in illis vere dicta et sapienter cogitata occurrerent, amplexi sunt, ceteris omnibus vel emendatis, vel reiectis. Nam providissimus Deus, sicut ad Ecclesiae defensionem martyres fortissimos, magnae animae prodigos, contra tyrannorum saevitiem excitavit, ita philosophis falsi nominis aut haereticis viros sapientia maximos obiecit, qui revelatarum veritatum thesaurum etiam rationis humanae praesidio tuerentur.

916 (412) Itaque ab ipsis Ecclesiae primordiis, catholica doctrina eos nacía est adversarios multo infensissimos, qui Christianorum dogmata et instituta irridentes, ponebant plures esse deos, mundi materiam principio caussaque caruisse, rerumque cursum caeca quadam vi et fatali contineri necessitate, non divinae providentiae consilio administrari, la invero cum his insanientis doctrinae magistris mature congressi sunt sa pientes viri, quos *Apologeta* nominamus, qui, fide praeeunte, ab humana quoque sapientia argumenta sumpserunt, quibus constituerent, unum Deum, omni perfectionum genere praestantissimum esse colendum; res omnes c nihilo omnipotenti virtute productas, illius sapientia vigere, singulasque ad proprios fines dirigi ac moveri. - Principem inter illos sibi locum vindicat S. Iustinus martyr, qui posteaquam celeberrimas graecorum Academias, quasi experiendo, lustrasse!, plenoque ore nonnisi ex revelatis doctrinis, ut idem ipse fatetur,[1] veritatem hauriri posse pervidisset, illas toto animi ardore complexus, calumniis purgavit, penes Romanorum Imperatores acriter copioseque defendit, et non pauca graecorum philosophorum dicta cum eis composuit. Quod et *Quadratus* et *Aristides, Ilcrmias* et *Athenagoras* per illud tempus egregie praestiterunt. — Neque minorem in eadem causa gloriam adeptus est *Irenaeus,* martyr invictus, Ecclesiae Lugdunensis Pontifex: qui, cum strenue refutaret perversas orientalium opiniones, Gnosticorum opera per fines Romani Imperii disseminatas, *origines haereseon singularum* (auctore Hieronymo) *et ex quibus philosophorum fontibus emanarint ... explicavit.*[2]

917 (413) Nemo autem non novit *Clementis Alexandrini* disputationes, quas idem Hieronymus sic. honoris caussa, commemorat: *Quid in illis indoctum? imo quid non de media philosophia esti*[3] Multa ipse quidem incredibili

[1] Díalo?. cum *Tryphone,* 8: MG 6, 492.
[1] Epist. 70 *(ad Magnum),* I: ML 22, 667.
[*] f.or. *laud.*

varietate disseruit ad condendam philosophiae historiam, ad artem dialecticam rite exercendam, ad concordiam rationis cum fide conciliandam utilissima. — Hunc secutus *Orígenes,* scholae Alexandrinae magisterio insignis, graecorum et orientalium doctrinis eruditissimus, perplura eadeinque laboriosa edidit volumina, divinis litteris explanandis, sacrisque dogmatibus illustrandis mirabiliter opportuna; quae licet erroribus, saltem ut nunc extant, omnino non vacent, magnam tamen complectuntur vim sententiarum, quibus naturales veritates et numero et firmitate augentur. — Pugnat cum haereticis Tertullianus auctoritate sacrarum Litterarum; cum philosophis, mutato armorum genere, philosophice; hos autem (am acute et erudite convincit, ut iisdem palam lidenterque obiiciat: *Neque de scientia, neque de disciplina, ut putatis, aequamur.*[1] Arnobius etiam, vulgatis *Adversus Gentiles* libris,- et Lactantius *Divinis* praesertim *Institutionibus,* pari eloquentia et robore dogmata ac praecepta catholicae sapientiae persuadere hominibus strenue nituntur, non sic philosophiam evertentes, ut Academici solent,[2] sed partito suis armis, partim vero ex philosophorum inter se concertatione sumptis eos revincentes. — Quae autem de anima humana, de divinis attributis, aliisque maximi momenti quaestionibus, magnus *Athanasius* et *Chrysostomus* oratorum princeps, scripto reliquerunt, ita, omnium indicio, excellunt, ut prope nihil ad illorum subtilitatem et copiam addi posse videatur. — Et ne singulis recensendis nimii simus, summorum numero virorum, quorum est mentio facta, adiungiinns *Basiliuni* magnum et utrumque *Gregorium,* qui. cum Ailienis, ex domicilio totius humanitatis, exiissent philosophiae omnis apparatu affatim instructi, quas sibi quisque doctrinae opes inflammato studio pepererat, eas ad haereticos refutandos, instituendosque Christianos converterunt. — Sed omnibus voluti palmam praeripuisse visus est *Augustinus,* qui ingenio praepotens, et sacris profanisque disciplinis ad plenum imbutus, contra omnes suae aetatis errores acerrime dimicavit fide summa, doctrina pari. Quem ille philosophiae locum non attigit; imo vero quem non diligentissime investigavit, sive cum altissima fidei mysteria et fidelibus aperiret, et contra adversariorum vesanos impetus defenderet; sive cum, Academicorum aut Manichaeorum commentis deletis, humanae scientiae fundamenta et firmitudinem in tuto collocavit, aut malorum, quibus premuntur homines, rationem et originem et causas est persecutus[3] Quanta de Angelis, de anima, de mente humana, de voluntate et libero arbitrio, dc religione et de beata vita, de tempore et aeternitate, de ipsa quoque mutabilium corporum natura subtilissime disputavit? Post id tempus per Orientem *loannes Damascenus,* Basilii et Gregorii Xazianzeni vestigia ingressus, per Occidentem vero *Boetius* et *Anselmus.* Augustini doctrinas professi, patrimonium philosophiae plurimum locupletarunt.

[1] *Apolotj.* 46: ML 1. 507 s.
[2] *Ihv. InsL* 7. 7: ML 6, 759.
[3] *Dr opif. Dei.* 20: ML 7, 77.
[4] ML 5. 713-1288.

918 (414) Exinde mediae aetatis Doctores, quos *Scholasticos* vocant, magnae molis opus aggressi sunt, nimirum segetes doctrinae fecundas et uberes, amplissimis Sanctorum Patrum voluminibus diffusas, diligenter congerere, congestasque uno velut loco condere, in posterorum usum et commoditatem. — Quae autem scholasticae disciplinae sit origo, indoles et excellentia, iuvat hic, Venerabiles Fratres, verbis sapientissimi viri Praedecessoris Nostri, Sixti V fusius aperire: *Divino Illius munere, qui. solus dat spiritum scientiae et sapientiae et intellectus, quique Ecclesiam suam per saeculorum aetates, prout opus est, novis beneficiis auget, novis praesidiis instruit, inventa est a maioribus nostris sapientissimis viris, Theologia scholastica, quam duo potissimum gloriosi Doctores, angelicus S. Thomas et seraphicus S. Bonaventura, clarissimi huius facultatis professores, ... excellenti ingenio, assiduo studio, magnis laboribus et vigiliis excoluerunt atque ornarunt, eamque optime dispositam, multisque modis praeclare explicatam posteris tradiderunt. Et huius quidem tam salutaris scientiae cognitio et exercitatio, quae ab uberrimis divinarum Litterarum, summorum Pontificum, sanctorum Patrum et Conciliorum fontibus dimanat, semper certe maximum Ecclesiae adiumentum afierre potuit, sive ad Scripturas ipsas vere et sane intelligendas et interpretandas, sive ad Patres securius et utilius perlegendos et explicandos, sive ad varios errores et hacrcses detegendas et refellendas: his vero novissimis diebus, quibus iam advenerunt tempora illa periculosa ab Apostolo descripta, et homines hlasphemi, superbi seductores proficiunt in peius, errantes et alios in errorem mittentes, sane catholicae fidei dogmatibus confirmandis et hacresibus confutandis pernecessaria est.*[1]

919 (415) Quae verba quamvis Theologiam scholasticam dumtaxat complecti videantur, tamen esse quoque de Philosophia eiusque laudibus accipienda perspicitur. Siquidem praeclarae dotes, quae Theologiam scholasticam hostibus veritatis faciunt tantopere formidolosam, nimirum, ut idem Pontifex addit, *apta illa ct inter se nexa rerum et causarum cohaerentia, ille ordo ct dispositio tamquam militum in pugnando instructio, illae dilucidae definitiones, et distinctiones, illa argumentorum firmitas ct acutissimae disputationes, quibus lux a tenebris, verum a falso distinguitur, haereticorum mendacia multis praestigiis et fallaciis involuta, tamquam veste detracta, patefiunt et denudantur,*[2] praeclarae, inquimus, et mirabiles istae dotes unice a recto usu repetendae sunt eius Philosophiae, quam magistri scholastici, data opera ct sapienti consilio, in disputationibus etiam theologicis, passito usurpare consueverunt. — Praeterea cum illud sit scholasticorum Theologorum proprium ac singulare, ut scientiam humanam ac divinam arctissimo inter se vinculo coniunxerint, profecto Theologia, in qua illi excelluernnt, non erat tantum honoris et commendationis ab opinione hominum adeptura, si mancam atque imperfectam aut levem philosophiam adhibuissent.

[1] Bulla *Triumphanti» feruAtiìr.m* (II marl. 1588) 5 10: BR 8. 1009 g.
[2] Bulla laud. I 10: BR 8. 1010.

920 (416) Iamvero inter Scholasticos Doctores, omnium princeps et magister, longe eminet *Thomas Aquinas;* «pii, uti Caietanus animadvertit, veteres *doctores sacros quia summe veneratus est, ideo intellectum omnium quodammodo sortitus est.*[1] Illorum doctrinas, velut dispersa cuiusdam corporis membra, in unum Thomas collegit et coagmentavit, miro ordine digessit, et magnis incrementis ita adauxit, ut catholicae Ecclesiae singulare praesidium et decus iure meritoque habeatur. Ille quidem ingenio docilis et acer, memoria facilis et tenax, vitae integerrimus, veritatis unice amator, divina humanaque scientia praedives, Soli comparatus, orbem terrarum calore virtutum fovit, et doctrinae splendore complevit. Nulla est philosophiae pars, quam non acute simul et solide pertractant: de legibus ratiocinandi, de Deo et incorporeis substantiis, de homine aliisque sensibilibus rebus, de humanis actibus corumque principiis ita disputavit, ut in eo neque copiosa quaestionum seges, neque apta partium dispositio, neque optima procellendi ratio, neque principiorum firmitas aut argumentorum robur, neque dicendi perspicuitas aut proprietas, neque abstrusa quaeque explicandi facilitas desideretur.

921 (ili?) Illud etiam accedit, quod philosophicas conclusiones angelicus Doctor speculatus est in rerum rationibus et principiis, quae quam latissime patent, et infinitarum fere veritatum semina suo velut gremio concludunt, a posterioribus magistris opportuno tempore et uberrimo cum fructu aperienda. Quam philosophandi rationem cum in erroribus refutandis pariter adhibuerit, illud a se ipse impetravit, ut et superiorum temporum errores omnes unus debellant, et ad profligandos, qui perpetua vice in posterum exorituri sunt, arma invictissima suppeditarit. — Praeterea rationem, ut par est, a fido apprime distinguens, utramque tamen amice consocians, utriusque tum iura conservavit, tum dignitati consuluit, ita quidem ut ratio ad humanum fastigium Thomae pennis evecta, iam fere nequeat sublimius assurgere; neque fides a ratione fere possit plura aut validiora adiumenta praestolari, quam quae iam est per Thomam consecuta.

922 (418) Has ob caussas, doctissimi homines, superioribus praesertim aetatibus, theologiae et philosophiae laude praestantissimi, conquisitis incredibili studio Thomae voluminibus immortalibus, angelicae sapientiae eius sese non tam excolendos, quam penitus innutriendos tradiderunt. – Omnes prope conditores et legiferos Ordinum religiosorum iussisse constat sodales suos, doctrinis S. Thomae studere et religiosius haerere, cauto, ne cui eorum impune liceat a vestigiis tanti viri vel minimum discedere. Tt Dominicianam familiam praetereamus, quae summo hoc magistro iure quodam suo gloriatur, ea lege teneri Benedictinos, Carmelitas, Augustinianos, Societatem Iesu, aliosque sacros Ordines complures, statuta singidorum testantur.

Atque hoc loco magna cum voluptate provolat animus ad celeberrimas illas, quae olim in Europa floruerunt, Academias et Scholas, Parisicnsem

[1] In 2m 2ne, q. 148, u. [1] in iln.: S. Thomae AQ. *Opera omnia,* 10 (Romae 1899) 174.

nempe, Salmantinam, Complutensem, Duacenam, Tolosanam, Lovaniensem, Patavinam, Bononiensem, Neapolitanam, Conimbricensem, aliasque permultas. Quarum Academiarum nomen aetate quodammodo crevisse, rogatasque sententias, cum graviora agerentur negotia, plurimum in omnes partes valuisse, nemo ignorat. Iamvero compertum est, in magnis illis humanae sapientiae domiciliis, tamquam in suo regno, Thomam consedisse principem; atque omnium vel doctorum vel auditorum animos miro consensu in unius angelici Doctoris magisterio et auctoritate conquievisse.

923 (419) Sed, quod pluris est, Romani Pontifices praedecessores Nostri sapientiam Thomae Aquinatis singularibus laudum praeconiis, et testimoniis amplissimis prosecuti sunt. Nam Clemens VI,[1] Nicolaus V,[2] Benedictus **XIII**[3] aliique testantur, admirabili eius doctrina universam Ecclesiam illustrari; S. Pius V[4] vero fatetur eadem doctrina haereses confusas et convictas dissipari, orbemque universum a pestiferis quotidie liberari erroribus; alii cum Clemente **XII**,[5] uberrima bona ab eius scriptis in Ecclesiam universam dimanasse, Ipsuiuque eodem honore colendum esse affirmant, qui summis Ecclesiae doctoribus, Gregorio, Ambrosio, Augustino et Hieronymo defertur; alii tandem S. Thomam proponere non dubitarunt Academiis et magnis Lyceis exemplar et magistrum, quem tuto pede sequerentur. Qua in re memoratu dignissima videntur B. Urbani V verba ad Academiam Tolosanam: *Volumus et tenore praesentium vobis iniungimus, ut B. Thomae doctrinam tamquam veridicam et catholicam sectemini, eamdemque studeatis totis viribus ampliare.*[6] Urbani autem exemplum Innocentius **XII**[7] in Lovaniensi studiorum Universitate, et Benedictus **XIV**[8] in Collegio Dionysiano Granatensium renovarunt. His vero Pontificum maximorum de Thoma Aquinate indiciis, veluti cumulus, Innocentii VI testimonium accedat: *Huius* (Thomae) *doctrina prae ceteris, excepta canonica, habet proprietatem verborum, modum dicendorum, veritatem sententiarum, ita ut numquam qui eam tenuerint, inveniantur a veritatis tramite deviasse; et qui eam- impugnaverit, semper fuerit de veritate suspectus.*[9]

[1] Bulla *in Ordine* (fi tebr. 1311): *Bullor.* O. P. 2 (Romae 1730) 22G.
[2] Breve Cum *et plantare* ad FF. Ord. Praed. (20 iul. 1151): *Buttar. O. P.* 3 (1731) 299.
[3] Bulla *Pretiosus in conspectu Domini* (25 mal. 1727) § 30: BR 22. 536.
[4] Bulla *Mirabilis Deus* (11 apr. 1507) § 1: BR 7, 564.
[5] Bulla *Verbo Dei* (28 aug. 1733) 4 1; BR 23. 527.
[6] Const, *Laudabilis Deus* ad Vnlvcrslt. Tolosanam (31 aug. 1368): *Buttar. O. P.* 2 (Romite 1730) 260.
[7] Lltt. in forma Brevis *Tradidit mensibus* ad Universit. Lovaniensem (6 febr. 1694): *Buttar. O. P. 1* (Romae 1739) 498.
[8] Litt. in forma Brevis *Saluberrimam* ad Collegium S. Dionysii Granuten. (21 aug. 1752): *Monumenta O. P. Hiat.* 14 (Romae 1904) 220-226.
[9] *Sermo de S. Thoma.* — Haec verba Innocentio VI adscribí solent; alii autem ea nomini Clementis VI addicunt. Neutra vero sententia testimoniis historicis confirmari potest.

Ipsa quoque Concilia Oecumenica,[1] in quibus eminet lectus ex loto orbe terrarum flos sapientiae, singularem Thomae Aquinati honorem habere perpetuo studuerunt. In Conciliis *Lugdunensi,* I'*iennensi, Florentino. Valicano,* deliberationibus et decretis Patrum interfuisse Thomam ot pene praeftiisse dixeris, adversus errores Graecorum, haereticorum et rationalistarum ineluctabili vi et faustissimo exitu decertantem. — Sed haec maxima est et Thomae propria, nec cum quopiam ex doctoribus catholicis communicata laus, quod Patres Tridentini, in ipso medio conclavi ordini habendo, una cum divinae Scripturae codicibus et Pontificum Maximorum decretis *Summam* Thomae Aquinatis super altari patere voluerunt, unde consilium, rationes, oracula peterentur.

924 (420) Postremo haec quoque palma viro incomparabili reservata videbatur, ut ab ipsis catholici nominis adversariis obsequia, praeconia, admirationem extorqueret. Nam exploratum est, inter haereticarum factionum duces non defuisse, qui palam profiterentur, sublata semel e medio doctrina Thomae Aquinatis, se facile posse eum omnibus catholicis doctoribus subire certamen et vincere, et Ecclesiam dissipare. Inanis quidem spes, sed testimonium non inane.

925 (421) His rebus et caussis, Venerabiles Fratres, quoties respicimus ad bonitatem, vim praeclarasque utilitates eius disciplinae philosophicae, quam maiores nostri adamarunt, indicamus tenere esse commissum, ut praesertim cum philosophiae scholasticae et usum diuturnum et maximorum virorum indicium, et, quod caput est, Ecclesiae suffragium favisse constaret.

926 (422) Atque in veteris doctrinae locum nova quaedam philosophiae ratio hac illae successit, unde non ii percepti sunt fructus optabiles ac salutares, quos Ecclesia et ipsa civilis societas maluissent. Adnitentibus enim Novatoribus saeculi xvi, placuit philosophari citra quempiam ad fidem respectum, petita dataque vicissim potestate quaelibet pro lubitu ingenioque excogitandi. Qua ex re pronum fuit, genera philosophiae plus aequo multiplicari, sententiasque diversas atque inter se pugnantes oriri etiam de iis rebus, quae sunt in humanis cognitionibus praecipuae. A multitudine sententiarum ad haesitationes dubitationesque persaepe ventum est: a dubitationibus vero in errorem quam facile mentes hominum delabantur, nomo est qui non videat.

927 (423) Hoc autem novitatis studium, cum homines imitatione trahantur, catholicorum quoque philosophorum animos visum est alicubi pervasisse: qui patrimonio antiquae sapientiae posthabito, nova moliri, quam vetera novis augere et perficere maluerunt, certe minus sapienti consilio, et non sine scientiarum detrimento. Etenim multiplex haec ratio doctrinae, cum in magistrorum singulorum auctoritate arbitrioque nitatur, mutabile

[1] Cfr. J. J. Bertiuer, S. *Thomas Aq<* « *Doctor Communis Ecclesias,* 1 (Romae 1911) 281-319.

habet fundamentum, eaquo de causa non firmam atque stabilem neque robustam, sicut veterem illam, sed nutantem et levem facit philosophiam. Cui si forte contingat, hostium impetu ferendo vix parem aliquando inveniri, eius rei agnoscat in seipsa residere causam et culpam. – Quae cum dicimus, non eos profecto improbamus doctos homines atipie solertes, (pii industriam et eruditionem suam, ac novorum inventorum opes ad excolendam philosophiam afferunt: id enim probe intelligimus ad incrementa doctrinae pertinere. Sed magnopere cavendum est, ne in illa industria atque eruditione tota aut praecipua exercitatio versetur. — Et simili modo de sacra Theologia indicetur; quam multiplici eruditionis adiumento invari atque illustrari quidem placet; sed omnino necesse est, gravi Scholasticorum more tractari, ut, revelationis et rationis coniunctis in illa viribus, *invictum Fidei propugnaculum* [1] esse perseveret.

928 (424) Optimo itaque consilio cultores disciplinarum philosophicarum non pauci, cum ad instaurandam utiliter philosophiam novissime animum adiecerint, praeclaram Thomae Aquinatis doctrinam restituere, atque in pristinum decus vindicare studuerunt et student. Pari voluntate piares ex ordine Vestro, Venerabiles Fratres, eamdem alacriter viam esse ingressos, magna cum animi Nostri laetitia cognovimus. Quos cum laudamus vehementer, tum hortamur, ut in suscepto consilio permaneant: reliquos vero omnes ex Vobis singulatim monemus, nihil Nobis esse antiquius et optabilius, quam ut sapientiae rivos purissimos ex angelico Doctore iugi et praedivite vena dimanantes studiosae inveni uti large copioseque universi praebeatis.

929 (425) Quae autem faciunt, ut magno id studio velimus, plura sunt. — Principio quidem, cum in hac tempestate nostra machinationibus et astu fallacis cuiusdam sapientiae, christiana fides oppugnari soleat, cuncti adolescentes, sed ii nominatim qui in Ecclesiae spem succrescunt, pollenti ac robusto doctrinae pabulo ob eam causam enutriendi sunt, ut viribus validi, et copioso armorum apparatu instructi, mature assuescant causam religionis fortiter et sapienter agere *parati semper,* secundum Apostolica monita, *ad satisfactionem omni poscenti rationem de ea, quae in nobis est, spe* (1 *P.* 3, 15); et *exhortari in doctrina sana, ct eos qui contradicunt, arguere (Tt.* 1, 9).

930 (426) Deinde plurimi ex iis hominibus, qui, abalienato a fide animo, instituta catholica oderunt, solam sibi esse magistram ac ducem rationem profitentur. Ad hos autem sanandos, et in gratiam cum fide catholica restituendos, praeter supernaturale Dei auxilium nihil esse opportunius arbitramur, quam solidam Patrum et Scholasticorum doctrinam, qui firmissima fidei fundamenta, divinam illius originem, certam veritatem, argumenta quibus suadetur, beneficia in humanum genus collata, perfectamque cum ratione concordiam tanta evidentia et vi commonstrant,

[1] Sixtus V, Bulla *Triumphantis Jerusalem* (11 mart. 1588) § 10: BR 8, 1010.

quanta flectendis mentibus vel maxime invitis et repugnantibus abunde sufficiat.

Domestica vero, atque civilis ipsa societas, quae ob perversarum opinionum pestem quanto in discrimine versetur universi perspicimus, profecto pacatior multo et securior consisteret, si in Academiis et scholis sanior traderetur et magisterio Ecclesiae conformior doctrina, qualem Thomae Aquinatis volumina complectuntur. Quae enim de germana ratione libertatis, hoc tempore in licentiam abeuntis, de divina cuiuslibet auctoritatis origine, de legibus earumque vi, de paterno et aequo summorum Principum imperio, de obtemperatione sublimioribus potestatibus, de mutua inter omnes caritate; quae scilicet de his rebus et aliis generis eiusdem a Thoma disputantur, maximum atque invictum robur habent ad evertenda ea inris novi principia, quae pacato rerum ordini et publicae saluti periculosa esse dignoscuntur.

931 (427) Demum cunctae humanae disciplinae spem incrementi praecipere, plurimumque sibi debent praesidium polliceri ab hac, quae Nobis est proposita, disciplinarum philosophicarum instauratione. Etenim a philosophia, tamquam a moderatrice sapientia, sanam rationem rectumque modum bonae artes mutuari, ab eaque tamquam vitae communi fonte spiritum haurire consueverunt. Facto et constanti experientia comprobatur, artes liberales tunc maxime floruisse, cum incolumis honor et sapiens indicium philosophiae stetit; neglectas vero et prope obliterates iacuisse, inclinata atque erroribus vel ineptiis implicita philosophia.

932 (428) Quapropter etiam physicae disciplinae, quae nunc tanto sunt in pretio, et tot praeclare inventis singularem ubique cient admirationem sui, ex restituta veterum philosophia non modo nihil detrimenti, sed plurimum praesidii sunt habiturae. Illarum enim fructuosae exercitationi et incremento non sola satis est consideratio factorum, contemplat ioque naturae; sed, cum facta constiterint, altius assurgendum est, et danda solorter opera naturis rerum corporearum agnoscendis, investigandisque legibus, quibus parent, et principiis, unde ordo illarum, et unitas in varietate et mutua affinitas in diversitate proficiscuntur. Quibus investigationibus mirum quantam philosophia scholastica vim et lucem et opem est allatura, si sapienti ratione tradatur.

Qua in re et illud monere iuvat, nonnisi per summam iniuriam eidem philosophiae vitio verti, quod naturalium scientiarum profectui et incremento adversetur. Cum enim Scholastici, sanctorum Patrum sententiam secuti, in Anthropologia passim tradiderint, humanam intelligeutiam nonnisi ex rebus sensibilibus ad noscendas res corpore materiaque carentes evehi, sponte sua intellexerunt, nihil esse philosopho utilius, quam naturae arcana diligenter investigare, et in rerum physicarum studio diu multumque versari. Quod et facto suo confirmarunt: nam S. Thomas, B. Albertus Magnus, aliique scholasticorum principes, non ita se contemplationi philosophiae dediderunt, ut non etiam multum operae in naturalium rorum cognitione collocarmi: imo non pauca sunt in hoc ge-

nere dicta eorum et scita, quae recentes magistri probent, et cum veritate congruere fateantur. Praeterea, hac ipsa aetate, plures iique insignes scientiarum physicarum doctores palam aperteque testantur, inter certas rat asque recentioris Physicae conclusiones, et philosophica Scholae principia nullam veri nominis pugnam existere.

933 (429) Nos igitur, dum edicimus libenti gratoque animo excipiendum esse quidquid sapienter dictum, quidquid utiliter fuerit a quopiam inventum atque excogitatum; Vos omnes, Venerabiles Fratres, quam enixe hortamur, ut ad catholicae fidei tutelam et decus, ad societatis bonum, ad scientiarum omnium incrementum auream sancti Thomae sapientiam restituatis, et quam latissime propagetis. Sapientiam sancti Thomae dicimus: si quid enim est a doctoribus Scholasticis vel nimia subtilitate quaesitum, vel parum considerate traditum, si quid cum exploratis posterioris aevi doctrinis minus cohaerens, vel denique quoquo modo non probabile, id nullo in pacto animo est aetati nostrae ad imitandum proponi. — Ceterum, doctrinam Thomae Aquinatis studeant magistri, a Vobis intelligenter lecti, in discipulorum animos insinuare; eiusque prae ceteris soliditatem atque excellentiam in perspicuo ponant. Eamdem Academiae a Vobis institutae aut instituendae illustrent ac tueantur et ad grassantium errorum refutationem adhibeant. - Ne autem supposita pro vera, neu corrupta pro sincera bibatur, providete ut sapientia Thornae ex ipsis eius fontibus hauriatur, aut saltem ex iis rivis, quos ab ipso fonte deductos, adhuc integros et illimes decurrere certa et concors doctorum hominum sententia est: sed ab iis, qui exinde fluxisse dicuntur, re autem alienis et non salubribus aquis creverunt, adolescentium animos arcendos curate.

934 (430) Probe autem novimus conatus Nostros irritos futuros, nisi continunia cepta, Venerabiles Fratres, Ille secundet, qui *Deus scientiarum* in divinis eloquiis appellatur (1 *lig.* 2, 3); quibus etiam monemur *omne datum optimum et orn/ne donum perfectum desursum* esse *descendens a Patre luminum (Ia.* 1, 17). Igitur hac quoque in re exempla sequamur Doctoris angelici, qui numquam se lectioni aut scriptioni dedit, nisi propitiato precibus Deo;[1] quique candide confessus est, quidquid sciret, non tam se studio aut labore suo sibi peperisse quam divinitus accepisse:[2] ideoque humili et concordi obsecratione Deum simul omnes exoremus, ut in Ecclesiae filios spiritum scientiae et intellectus emittat, et aperiat cis sensum ad intelligendam sapientiam. Atque ad uberiores percipiendos divinae bonitatis fructus, etiam B. Virginis Mariae, quae *sedes sapientiae* appellatur, eilicacissimum patrocinium apud Deum interponite; simulque de-

‘ Guilelmus de Tocco, *Vita S. Thomae Aq.* 6, 30-32; apud Bollano. *Acta* SS. dio 7 mart.

’ *Ihid.* G, 31 (al. 30): Bernardos Guidonis, *Vita S. Thomae Aq.* 15: npud D. Prümmer, *Fontes Vitae S. Thomae Ao.* 2 (Saint-Maxim 1921) 104 b.; 3 (Saint-Maxim 1927) 183.

precatores adhibete purissimum Virginis Sponsum B. Iosephum, et Petrum ac Paulum Apostolos maximos, qui orbem terrarum, impura errorum lue corruptum, veritate renovarunt, et caelestis sapientiae lumine compleverunt.

Leonis ***XIII*** *Acta* 1, 255-284; CTC *Fontes* 3, 136-150.

De idoneis Dei ministris rite instituendis

(Ex Epist. *Etsi Nos* ad Episcopos Italiae, 15 febr. 1882).

935 (431) Praecipuae autem curae cogitationesque Vestrae, Venerabiles Fratres, in eo evigilare debent, ut ministros Dei idoneos rite instituatis. Quod si Episcoporum est plurimum operae et studii in fingenda probe omni iuventute ponere, longe plus ipsos elaborare in clericis verum est, qui in Ecclesiae spem adolescunt, et participes adiutoresque munerum sanctissimorum sunt aliquando futuri.

936 (432) Caussae profecto graves et omnium aetatum communes decora virtutum multa et magna in sacerdotibus postulant: verumtamen nostra haec aetas plura quoque et maiora admodum flagitat. Revera fidei catholicae defensio, in qua laborare maxime sacerdotum debet industria, et quae est tantopere his temporibus necessaria, doctrinam desiderat non vulgarem neque mediocrem, sed exquisitam et variam: quae non modo sacras, sed etiam philosophicas disciplinas complectatur, et physicorum sit atque historicorum tractatione locuples. Eripiendus est enim error hominum multiplex, singula Christianae sapientiae fundamenta convellentium: luctandumque persaepe cum adversariis apparatissimis, in disputando pertinacibus, qui subsidia sibi ex omni scientiarum genere astute conquirunt.

937 (433) Similiter cum hodie magna sit et ad plures diffusa corruptela morum, singularem prorsus oportet in sacerdotibus esse virtutis constantiaeque praestantiam. Fugere quippe consuetudinem hominum minime possunt: immo applicaro se propius ad multitudinem ipsis officii sui muneribus iubentur: idque in mediis civitatibus, ubi nulla iam fere libido est, quin permissam habeat et solutam licentiam. Ex quo intelligitur, virtutem in Clero tantum habere virium hoc tempore debere, ut possit se ipsa tueri firmiter, et omnia cum blandimenta cupiditatum vincere, tum exemplorum pericula sospes superare.

938 (434) Praeterea conditas in Ecclesiae perniciem leges consecuta passim clericorum paucitas est: ita plane, ut eos, qui in sacros ordines Dei munere leguntur, duplicare operam suam necesse sit, et excellenti sedulitate, studio, devotione exiguam copiam compensare. Quod quidem utiliter facere non possunt, nisi animum gerant tenacem propositi, abstinentem, incorruptum, caritate flagrantem, in laboribus pro salute hominum sempiterna suscipiendis promptum semper atque alacrem. Atqui ad huius-

modi munera est adhibenda praeparatio diuturna et diligens: non enim tantis rebus facile et celeriter assuescitur. Atque illi sane in sacerdotio integre sancteque versabuntur, qui sese in hoc genere ab adolescentia excoluerint, et tantum disciplina profecerint, ut ad eas virtutes, quae commemoratae sunt, non tam instituti quam nati videantur.

939 (435) His de caussis, Venerabiles Fratres, iure Seminaria clericorum sibi vindicant plurimas et maximas animi, consilii, vigilantiae Vestrae partes. Quod ad virtutes et mores, minime fugit sapientiam Vestram, quibus abundare praeceptis et institutis adolescentem clericorum aetatem oporteat. — In gravioribus autem disciplinis, Litterae Nostrae Encyclicae *Aeterni Patris* viam rationemque studiorum optimam indicaverunt.[1] Sed quoniam in tanto ingeniorum cursu plura sunt sapienter et utiliter inventa, quae minus decet non habere perspecta, praesertim cum homines impii quidquid incrementi affert dies in hoc genere, tamquam nova tela in veritates divinitus traditas intorquere consueverint, date operam, Venerabiles Fratres, quantum potestis, ut alumna sacrorum inventus non modo sit ab investigatione naturae instructior, sed etiam iis artibus apprime crudita, quae cum sacrarum Litterarum vel interpretatione vel auctoritate cognationem habeant.

Leonis ***XIII*** *Acta* 3, 23-25.

De clericis sapienti disciplina optimisque praeceptis mature instituendis

(Ex Epist. *Benevolentiae caritas* ad Hiberniae Episcopos, 1 aug. 1S82).

940 (436) Etenim sacerdotes, si unquam alias, certe in istis procellis populares solertes et operosos conservandi ordinis adiutores esse necease est. Et quia ut optima quisque opinione floret, ita in aliorum animos maxime potest, eniti debent ut approbationem hominum moveant gravitate, constantia, moderatione factorum atque dictorum: nec vero agere quidquam, quod a prudentia aut a studio pacandorum animorum alienum videatur. Facile autem intelligitur, talem fore Clerum, qualem temporum ratio postulat, si sapienti disciplina optimisque praeceptis fuerit mature institutus. Nam, ut Patres Tridentini monuerunt, *adolescentium actas, nisi a teneris annis ad pietatem et religionem informetur, nunquam perfecte ac sine maximo ac singulari propemodum Dei omnipotentis auxilio* in *disciplina ecclesiastica perseverat.*[2]

Leonis ***XIII*** *Acta* 3, 131 s.

[1] [Cfr. nn. 900-934].

[2] Sess. *De lirf.* c. IS (Cfr. n. 290]. Cfr. Epist. Encycl. *Caritatis studium* ad Episcopos Scotino, 25 iul. 1898: *Leonis* ***XIII*** *Acta* 18, 112 «.-, CIC *Fontes* 3, 531.

De Seminariis ab Episcopis libere regendis et administrandis

(Ex Convent, cum Gubernio Russie», 21 dec. 18S2).

941 (437) B. - *a) Convenzione fra la Santa Sede ed il Governo Russo circa i Seminari.*

... les Séminaires diocésains demeureront sous la direct ion des Ordinaires. En particulier, les points suivants seront à observer:

942 (438) 1. L'Ordinaire compose et nomme le personnel du Séminaire. Le recteur, l'inspecteur et les professeurs seront nommés comme par le passé avec l'agrément du gouvernement.

943 (439) 2. L'Ordinaire peut, s'il le juge nécessaire pour de justes motifs, éloigner le recteur, l'inspecteur, les professeurs, et autres personnes adjointes et en désigner d'autres à leur place. S'il ne désigne pas de suite un remplaçant, il en avise le gouvernement.

944 (440) 3. La formation du règlement du séminaire concernant son organisation, sa partie administrative et économique, les droits et les devoirs du personnel, ainsi que la formation du plan et du programme des études, incombe à l'Evêquo; quant à la partie qui concerne l'étude de la langue, de l'histoire et de la littérature russes, il prend des accords préalables avec le gouvernement, et les maîtres enseignants ces branches seront nommés avec l'agrément préalable du gouvernement. L'Evêque demeure d'ailleurs libre dans la direction des cours, de la doctrine dans l'enseignement et de la discipline intérieure.

Concord. 101G s.; ***Leonis XIII*** *Convent.* 27 b.; **PF** *lus Pont.* 7, 303.

De disciplinarum historicarum momento

(Ex Epist. *Saepenumero* ad Eiïios DD. Cardinales Vicccancellnriunì S. R. E., Bibliothecarimn S.R.E., Tabulariis Vaticanis Praefectum, 18 aug, 1883).

915 (441) Igitur si do disciplinis historicis optime omni memoria Ecclesia meruit, mereat et In praesens: praesertim quod ad hanc laudem ipsa ratione impellitur temporum. Etenim eum hostilia tela, uti diximus, potissimum ab historia peti soleant, oportet ut aequis armis congrediatur Ecclesia, et qua parte oppugnatur aerius, in ea sese ad refutandos impetus maiore opere muulat.

Leonis ***XIII*** *Acta* 3, 269 s.

De optimis ex Christianis indigenis ad Invitarum ordinem initiandis

(Ex Instruct. S. C. 1)K Pr o p. Fini'. *Quae a Praesulibus,* ad Vicarios App. Sinarum. 18 oct. 1883).

946 (442) IV. *De Seminariis.* — Quoniam vero inter praecipua argumenta a VV. A A. pertractata magni plano ponderis est quod spectat cleri indigenae institutionem ac doctrinam. Emi PP. do tanto negotio vel imprimis solliciti, ac prae oculis habentes nunquam Christianam religionem in

Sinis firmara stabilitatem ac praepotentem progressum consecuturam, nisi homines illius nationis in clerum adscripti exemplo maxime, no dum verbo, contribulibus suis praeluceant, atque propriae vitae morum speculo ad Christianas virtutes informent, ad haec adeo pretiosa bona assequenda, quae sequuntur omnibus Episcopis indicanda consuerunt.

Primum quidem commemorarunt *Instructionem* ab ipso S. Consessu ad omnes missionum Praesules anno 1845 datam, in qua de missione Episcoporum, et maxime de sedula indigenae cleri institutione accuratissima ratio habetur.[1] In ea siquidem multa do necessitate initiandi optimos ex christianis incolis locorum missionis ad levitarmi! ordinem, de institutione seminariorum iisdem ad scientiam ac pietatem informandis atque in ministerio exercendis mirifice indigitantur; de dignitate vero eorum curanda atque etiam iuxta circumstantias augenda adduntur multa: ac propterea utilissima exinde documenta Praesulibus missionum erui possunt. Verum, quod ipsi etiam Sinenses Vic. Apostolici in conventu Romae habito an. 1870 apud S. Congregationem animadverterunt, nonnulla clero indigenae earum missionum peculiaria adhuc desiderabantur, quaeque ad eiusdem instructionis specialem pro iis locis applicationem pertinerent.

Hoc itaque occasione recensionis synodorum sinensium S. Consilium efficere aggressum est. Quod quidem dum libenter laudibus prosequitur ea quae huc usque Sinarum Praesules ad Seminaria sive initianda, sive augenda perfecerunt, quaeque etiam novissime in synodis decrevere, censet nihilominus, quod et nonnulli ex dictis conventibus innuerunt, decretum Concilii Trident. Sess. 23, c. 18 *de Reform.*[2] in memoriam Patrum revocare, atque illud, inspectis iis quae ex ipsis missionibus, vel tractatione praefatorum synodorum S. Congregationi innotuerunt, cleri sinensis institutioni specialiter, quantum adiuncta earum missionum siuunt, applicare.

947 (443) 1. Iuxta memorati decreti Tridentini ordinationem certus puerorum numerus in seminario alendus ac religiose educandus praescribitur. Quo vero certiores fiant VV. AA. de bona puerorum inclinatione quos ad hunc numerum eligunt, servent in primis ordinationes Synodi Sutchuensis (c. 8, n. 1)? Imo optimum foret consilium ut cum quis admitti peteret, vel fortasse missionari! idoneum putarent, ipsi eum in servitio altaris per unum aut duos annos saltem exerceant, vel etiam si fieri posset apud se retineant. illius propensionem, mores, docilitatem probaturi: cum vero eum idoneum arbitrentur. Vicario Ap. praesentent ut in seminarium, vel scholam praeparatoriam, si adsit, introducatur. Quod quidem indicio ipsius Vicarii Ap. decernendum erit. Sint vero pueri duodecim annorum vel ad minimum decem, et generatim loquendo non ultra quatuordecim: qui ceteris qualitatibus a Concilio requisitis instructi sint. Biennio autem

[1] [Cfr. nn. 751-752].
[2] (Cfr. nn. 290-296].
[3] (Cfr. n. 670].

velati in probatione in ipso seminario maneant; deinde si idonei invenientur in alumnorum numerum recenseantur. Quippe maxime interest, attenta sinensium natura, adolescentulos ipsos quamprimum fleri potest sub cura missionariorum ipsiusque ecclesiae versari, de eorurn indole diligenter inquiri, neque eos admitti nisi vere spes affulgeat eos ecclesiasticis ministeriis perpetuo et sancte inservituros.

948 (444) 2. Optimum quoque consilium S. Congregatio existimat, quod a nonnullis Vie. App. susceptum est, ut singularis schola instituatur in qua pueri huiusmodi ab aliis separati ad seminarium praeparentur: vel satius, ut iam in pluribus missionibus factum est, collegium puerorum praeparatorium *{Petit Séminaire)* a seminario proprie dicto divisum constituatur.

949 (445) 3. Quoniam vero complures adhuc Vicariatila in Sinis vix figuram quamdam ac vehiti initium seminariorum exhibent, nec media ad ea constituenda necessaria adhuc in promptu habentur, nec brevi reperiri poterunt, ne huius institutionis utilitate priventur, imo ut statim illius fructibus perfrui possint, Emi PP. earum missionum Praesulibus commendarunt ut consiliis simul initis seminaria quae appellant *centralia* sive provincialia unum aut plures in singulis regionibus iuxta opportunitatem instituere satagant, in quibus facilius et magistrorum et moderatorum copia, et pecunia collata caetera inedia necessaria comparari poterunt. Quod Tridentini PP. iam in decreto memorato aperte innuunt iis verbis: *si vero in aliqua provincia ecclesiae tanta paupertate laborent ut collegium in aliquibus erigi non possit, Synodus provincialis vel metropolitana cum duobus antiquioribus suffraganeis, in ecclesia metropolitana vel alia provinciae ecclesia commodiori, unum aut plura collegia, prout opportunum indicabit ex fructibus duarum aut plurium ecclesiarum, in quibus singulis collegium commode institui non potest, erigenda curabit ubi pueri illarum ecclesiarum educentur.*[1]

950 (446) 4. Districte vero praecipit S. Consilium ut in maius Seminarium *(Grand Séminaire),* ubi erectum sit, nullimode admittantur laici; qui vero vocatione ecclesiastica carere dignoscantur, statim ab eo excludantur, ita ut de tali collegio verissime dici possit *illud Dei ministrorum perpetuum seminarium esse.*[2] Nec minori severitate servanda est Tridentini praescriptio; ut nimirum *díscolos et incorrigibiles ac malorum morum seminatores acriter* (VV.AA.) *puniant, eos etiam si opus fuerit expellendo, omniaque impedimenta auferentes, quaecumque ad conservandum et augendum tam pium ct sanctum Institutum perlinere videbuntur diligenter curent.*[3]

951 (447) 5. Quod quidem ut efficaciter assequantur necesse omnino est ut commodiori Seminariorum curae et regimini opportune ita provideant, ut quos sacerdotes iis praeficiant ab omnimoda aliorum ministeriorum ad-

[1] [Cfr. n. 291].
[2] [Cfr. n. 290].
[3] (Cfr. n. 291].

ministratione dispensent atque eximant; ne dum diversis sollicitudinibus distinentur huic tanti momenti negotio non diligentissima!!! dent operam. Quod si accideret, teneram iuvenum naturam ad praecellentem sacerdotii vocationem non ita fingere possent uti, ipso praeeunte Concilio, Ecclesiae intentionem firmissimam esse, cuique legenti patet. Quin etiam curent Episcopi ut moderatori seminarii spiritualis director alumnorum assignetur, cuius ministerio quot ad pietatem ac sanctorum doctrinam hauriendam stimuli alumnis addantur vix credibile est.

952 (-118) 6. Laudat S. C. consilium PP. in nonnullis Synodis expressum quoad instaurationem studiorum: de qua re Decretum Concilii Tridentini adeo sollicitum fuit.[1] Verum cum accuratissime consideraverit, quae ad ipsam de statu studiorum in seminariis sinensibus his postremis temporibus relata sunt, non solum sui muneris esse existimavit tenorem memorati decreti Vicariis App. in memoriam revocare, verum etiam nonnulla specialiter indicare quae ad rectam instaurationem studiorum in Sinis censet pertinere. Itaque in primis monendos esse autumat optimum fore consilium si in singulis regionibus quorum Praesules iu Synodum convenerunt ab ipsis communi consensu doctiores quidam et experientia spectati deligantur viri qui simul congregati de ratione studiorum in seminariis inducenda pertractent, ac relatione sententiarum in quas descenderint elucubrata, eam Episcopis in proximis conventibus synodalibus discutiendam tradant. Necesse autem erit ut peculiariter do libris in scholis seminariorum adhibendis sermonem faciant, disentiantque an in classibus linguae latinae auctores aureae aetatis indiscriminatim alumnis tradere expediat, tum etiam an et quomodo classici auctores sinenses adolescentibus addiscendi tradi debeant. Praesertim vero ad examen revocabunt quaestionem de auctoribus in philosophia rationali ac theologia adhibendis. Qua in re laeto animo pervidit S. Congregatio plures ex patribus sollicitos sc ostendisse ut philosophia ad methodum S. Thomae in hisce scholis introduceretur. Hoc itaque propositum laudat, ac optimum autumat si praedicti viri de ratione eam rem ad praxim deducendi tractaverint eos auctores indicando qui idonei ad id, inspectis locorum et iuvenum circumstantiis reperti fuerint. Id sane, ut notum est, gratissimum SSmo D. N. erit qui tantam de philosophia S. Thomae restituenda sollicitudinem ostendit, uti ex eius Literis Encyclicis patet.[3] Item animadvertendum erit qua ratione in philosophicis et praesertim theologicis doctrinis tradendis errores et praeiudicia nationis prae oculis haberi ac refutari debeant. Neque inopportunum esset si aliquod opus expresse contra haec ipsa praeiudicia concinnatum exhibeatur, ut scilicet iuvenes ad sacerdotium designati veri certatores adversus gentis suae errata efformarentur. Denique in id maxime contendendum est ut in doctrina *De Ecclesia* tradenda alumni de vi ac ratione primatus Romani Ponti-

[1] [Cfr. n. 291).
[3] [Cfr. nu. 900-934].

ficis ac de eius praerogativis ac dotibus diligentissime iuxta Concilii Vaticani decreta [1] edoceantur, ac Romanae Ecclesiae amore ac reverentia intima imbui valeant.

953 (449) 8. Quod vero pertinet ad redditus ad Seminaria constituenda iuvenesque alendos, cum ea quae Tridentinonim PP. Decretum statuit[1] in locis missionum locum habere nequeant, id tantum S. C. enixe commendat omnibus Vicariis App. ut in eleemosynis ad opera missionum applicandis primam potioremque partem post necessariam missionariorum sustentationem seminario attribuant, Tridcntinae Synodi sollicitudinem imitantes, quae adeo gravibus verbis in horum collegiorum redditibus statuendis auctoritate sua providere non dubitavit.

954 (450) 9. Cum autem alumni ad eam aetatem pervenerint, quae ad ordines sacros suscipiendos necessaria est, non statina nec nimia facilitate iis manus imponant: at prae oculis habeant ea quae Synodus Sutchuensis (c. vin) eloquitur, nimirum ut nemo ad sacerdotii dignitatem assumatur qui *per longum tempus* non fuerit probatus,' et iterum: nemo ad ordines sacros assumatur nisi quem *post longam in seminario probationem,* caelestis sapientia, probi mores, *diuturna* iustitiae et castitatis observantia, competent isque scientiae acquisitio commendent (i6.).' Et, si necesse sit, sacram ordinationem ultra communem annorum terminum, n. annos 24 absolutos, retardare pro sua prudentia non dubitent.

Haec quidem si sinenses Praesules, quantum prae locorum ac temporum difficultate licuerit ad effectum perduci curabunt, indubie fructus non exiguos ex collegiis ministrorum Dei in ecclesiae utilitatem referre poterunt.

PF *Coiled.* 2, 188-190; CIC *Fontes* 7. 494-497.

De Seminario et clericis in Guatimela

{Ex Convent, cum República Guatimalensi, 2 iul. 1884).

955 (451) 3. - Nella Diocesi di Guatimela si ristabilirà il Seminario diocesano a norma del sacro Concilio di Trento.

L'ammissione ed esclusione degli alunni, la nomina o remozione del personale insegnante e dirigente, o quanto appartiene all'insegnamento, alla disciplina, al regime ed all'amministrazione dell'istituto dipenderà unicamente dal Prelato diocesano.

Le stesse libertà sono garantite agli altri stabilimenti destinati alla educazione ed istruzione del Clero.[4]

[1] CIC *Fontes* 1, 5-15.
• [Cfr. n. 292].
• Cap. 8, proocm.: Mansi 39, 37; CL 6, G18; [cfr. n. 670].
[4] Cap. 8, n. 6: Mansi 39, 38; CL G, 619; [cfr. n. 676].

956 (452) 6. • Al mantenimento del Seminario saranno restituite le quote parrocchiali dette *Cuartas de Colegio.*

957 (453) l l. - Tutti i membri del Clero saranno esenti dall'obbligo del servizio militare.

Concord. 1019.

De sacra iuventute elTormanda ct adiuvanda in Ticino

(Ex Convent, cum Gubernio Ticinensi, in Helvetia, 23 sept. ISSI).[1]

958 (454) Art. 4. - ... il Governo del Cantone Ticino si obbliga a costituire all'Amministrazione apostolica, propria del Cantone Ticino e direttamente dipendente dalla Santa Sede, un patrimonio, il cui annuo reddito non sarà inferiore a franchi diciassettemila (fr. 17.000).

Questa somma, per franchi dodicimila (fr. 12.000), costituirà l'assegno dell'Amministrazione apostolica, e per franchi cinquemila (fr. 5.000), sarà erogata per le spese occorrenti alla istituzione di cattedre di filosofia e teologia, destinate all'istruzione dei chierici di ambedue i riti, romano e ambrosiano, intorno ai quali riti non sarà fatta alcuna innovazione.

959 (455) Art. 5. - Il Governo del Cantone Ticino continuerà a corrispondere annualmente al Seminario di Pollegio la somma di franchi seimila (fr. 6.000).

960 (456) Art. 6. - L'Amministratore apostolico avrà completa libertà su tutto ciò che riguarda l'ordinamento, l'istruzione e l'amministrazione del Seminario o Seminari del Cantone. Sarà per conseguenza in suo potere nominare e rimuovere i direttori, Superiori e professori di tali istituti.

Concord. 1024; ¿confo ***XIII*** *€onveni* 42; PF *lus Pont.* 7, 348.

De Clero congruenter temporibus diligenti praeparatione erudiendo

(Allocut. *Alacritas ista* ad moderatores et alumnos Seminariorum Colleçioruniquo Urbis, 18 ian. 1885).

961 (457) Alacritas ista ot concordia pietatis, quae post saecularia solemnia in honorem Caroli Borromaki huc vos, dilecti filii, hodierna die perduxit, obsequium Nobis vestrum coram significaturos, sicut digna clientibus est magni sanctissimique Episcopi, ita Nobis accidit periucunda; eamque libenti et grata voluntate complectimur. Quin imo cogitatione permotos tanti viri, qui de clericorum disciplina egregie et in exemplum meruit, ipse Nos adspectus vester non parum delectat. — Vos enim cum intuemur, ad ceteros etiam sacrorum alumnos collegas vestros sponte provolat co-

[1] Cfr. Litt. Ap. *Ad universam, l* -cpt. 1888: Leonia ***XIII*** *Acta* 8, 305. 308 8.

gitatio: iuvatque animo cernere nondum sane maturitatem, sed spem et expectationem quam universi sustinetis, quaeque maior est in praesens, quam forte alias. Nam grande et sacrosanctum sacerdotale munus, cui vos, Deo adspirante, proluditis, aliquanto est ad gerendum difficilius in hac asperitate temporum: propterea quod, nimis iam multis Dei recusantibus imperium, Ecclesiamque divinitus conditam in excidium petentibus, quotidianae sunt dimicationes subeundae pro rebus maximis et praestantissimis, quibus non modo privata sed etiam publica hominum continetur salus. Laborante vero ab hostilibus odiis Ecclesia catholica, ipsos eius administros in eadem esse invidiae flamma necease est. — Hinc multa Clerum circumveniunt perpessu aspera: ita ut quicumque nomen sanctae buie militiae dare decreverint, plus fortasse in hoc vitae cursu habituri sint quod angantur, quam quod gaudeant.

962 (458) Nihilominus erigere animum oportet, dilecti filii, conscientia que officii et fide promissorum lesu Christi opportune confirmare. Cessuri quippe aliquando sunt errores veritati: freta Deo, ad immortalitatem nata, omnes inimicorum conatus invicta et sospes eludet Ecclesia. — Verumtamen in tam formidolosa hostium conspiratione, Clerus omnis victoriam nomini catholico deproperaturus, descendat in aciem opus est, duasque res afferat magnopere necessarias, cognitionem scientiarum, eamque minime vulgarem, et animum pro salute communi fortia facere et pati paratum. — Hac Nos de caussa curas non mediocres neque postremas in adolescentibus clericis posuimus, itemque in posterum. Deo iuvante, posituri sumus; nimirum ut in spem sacerdotii diligenti praeparatione erudiantur, virtutibus iis, quas maxime diximus hoc tempore necessarias, mature comparandis.

963 (459) Maiorem rerum scientiam quod spectat, utiliter videmur et convenienter temporibus fecisse, quod ad disciplinam Tiiomae Aquinatis studia clericorum revocavimus? Et hac de re quod per litteras, nec semel, aperte monuimus, idem hodie viva voce renovamus: Angelicum Doctoren! oportere ducem ac magistrum sequi: in quo vos, dilecti filii, quanto plus operae studiique collocaveritis, tanto plus ad excellentiam doctrinae propius accessisse indicatote.

964 (460) De pietate vero, de studio hominum servandorum, intuemini in ipsum istud Ecclesiae catholicae lumen ac decus, Carolum Borromaeum, patronum vestrum caelestem: ab eoque arripite in hoc genere formam oilicii. Is enim, ut probe scitis, politus doctrina et litteris, praeclaras istas ingenii opes in utilitatem Ecclesiae et salutem transtulit proximorum, industria et assiduitate mirabili. In omni autem actione vitae immortalia sacerdotalis fortitudinis exempla reliquit: itemque per infensa, ut tunc quoque erant, Sedi Apostolica^ tempora, nihil habuit sanctius, quam ut in obtemperatione Romano Pontifici confidenter acquiesceret, omnem indo sumens ot cogitandi normam et agendi. — Date igitur ope-

‘ [Cfr. nn. 900-934].

ram, dilecti filii, ut tantam viri praestantiam, si minus consequi licet, liceat saltem, quantum contentione potestis, imitari. Atque in hoc imitandi Caroli Borromaei studio, si quicquam curae est proficere, saepe et multum cogitate, neque illum efficere tantas res potuisse, neque vos posse ullas sine caritate, quae omnium est domina et regina virtutum.

Leonis XIII Acta 5, 185-187.

De humaniorum litterarum studiis apud clericos maxime provehendis

(Epist. *Plane quidem intelligis* ad Card. Urbis Vicarium, 20 mai. 1885).

965 (461) Plane quidem intelligis, quod saepe Nos et non sine caussa diximus, summa esse contentione et assiduitate enitendum, ut Clericorum ordo quotidie magis doctrinarum cognitione floreat. (Juins necessitatem rei maiorem efficit natura temporum: propterea quod in tanto ingeniorum cursu tamque inflammato studio discendi, nequaquam posset Clerus in muneribus ofliciisque suis cum ea, qua par est, dignitate atque utilitate versari, si quae ingenii laudes tanto opere expetuntur a ceteris, eas ipse neglexerit. Hac Nos de caussa ad disciplinam eruditionis, praesertim in alumnis sacri ordinis, animum adiunximus: et a scientia rerum graviorum exorsi, philosophiae theologiaeque studia ad veterum rationem, auctore Thoma Aquinate, revocanda curavimus,[1] cuius quidem opportunitatem consilii is ipse, qui iam consecutus est, exitus declaravit. — Verum quoniam permagna doctrinae pars, et ad cognitionem ineunda et ad usum urbanitatemque longe fructuosa, humanioribus litteris continetur, idcirco nunc ad illarum incrementa nonnihil constituere decrevimus.

966 (462) Quod primo loco illuc pertinet, ut suum Clerus teneat decus: est enim litterarum laus inulto nobilissima: quam qui adepti sint, magnum aliquod existimantur adepti; qui careant, praecipua quadam apud homines commendatione carent. — Ex quo intelligitur, quale esset illud Iuliani imperatoris callidissimum et plenum sceleris consilium, qui ne liberalia studia exercerent christianis interdixerat.[2] Futurum enim sentiebat, ut facile despicerentur expertes litterarum, nec diu florere Christianum posse nomen, si ab humanitatis artibus alienum vulgo putaretur. Deinde vero quoniam ita sumus natura facti, ut ex iis rebus quae sensibus percipiuntur ad eas assurgamus quae sunt supra sensus, nihil est fere ad iuvandam intelligentiam maius, quam scribendi virtus et urbanitas. Nativo quippe

[1] Cfr. mi. 900-931.

[1] per decretum cl. an. 362: G. Haenel, *Corpus legum ab Imper. Rom. ante lusliniaanum latarum* (Lipsiae 1857) 215; J. BlDEZ, *L'Empereur Julien, Œuvres compì.* 1, 2 (Paris 1921) 15 s. — Cfr. Socrates. *Hist. Eccl.* 3, 12. 16: MG 67, 412. 417; Sozomenus, *Hist. Eccl.* 5, 18: MG 67. 1269; S. Gregorius Naz. *C. Iulian.* 1, 5. 101-112: MG 35, 53G. 636-619; 8. Augustinus, *Conf.* 8, 5, 10; *De Civit. Dei,* 18, 52, 2: ML 32, 753; 11, 615; Ammianus Muccellinvs, *Rerum gestarum lib.* 22. 10, 7; 25, 4, 20. — *Codex Thcod.* 13, 3. 5 (= *Cod. lust.* 10, 53, 7) et 6; Baronius, *Annal. Eccl.* an. 362, nn. 285-288; an. 264, n. 20.

et eleganti genere dicendi mire invitantur homines ad audiendum, ad legendum; itaque fit ut animos et facilius pervadat et vehementius teneat verborum sententiarumque luminibus illustrata veritas. Quod habet quamdam cum cultu Dei externo similitudinem: in quo scilicet magna illa inest utilitas, quod ex rerum corporearum splendore ad numen ipsum mens et cogitatio perducitur. Isti quidem eruditionis fructus nominatim sunt a Basilio et Augustino collaudati: sapientissimeque Paulus III decessor Noster scriptores catholicos iubebat stili elegantiam assumere, ut haeretici refellerentur, qui doctrinae laudem cum litterarum prudentia coniunctam sibi solis arrogarent.1

967 (463) Quod autem litteras dicimus excoli a Clero diligenter oportere, non modo nostrates intelligimus sed etiam graecas et latinas. Imtno apud nos plus est priscorum Romanorum litteris tribuendum, tum quod est latinus sermo religionis catholicae Occidente toto comes et administer, tum etiam quia in hoc genere aut minus multi aut non nimis studiose ingenia exercent, ita ut laus illa latine cum dignitate et venustate scribendi passim consenuisse videatur. Est etiam in scriptoribus graecis accurate elaborandum: ita enim excellunt et praestant in omni genere exemplaria graeca, nihil ut possit politius perfectiusque cogitari. Huc accedit quod penes Orientales graecae litterae vivunt et spirant in Ecclesiae monumentis usuque quotidiano: neque minimi illud faciendum, quod eruditi graecis litteris, hoc ipso quod graece sciunt, plus habent ad latinitatem Quiritium facultatis.

968 (464) Quarum rerum utilitate perspecta, Ecclesia catholica, quemadmodum cetera quae honesta sunt, quae pulchra, quae laudabilia, ita etiam humanarum litterarum studia tanti semper facere consuevit, quanti debuit, in eisque provehendis curarum suarum partem non mediocrem perpetuo collocavit. — Revera sancti Ecclesiae Patres, quantum sua cuique tempora siverunt, exculti litteris omnes: nec in eis desunt, qui tantum ingenio et arte valuerunt, ut veterum romanorum graecorumque praestantissimis non multum cedere videantur. — Similiter hoc summum beneficium Ecclesiae debetur, quod libros veteres poetarum, oratorum, historicorum latinos graecosque magnam partem ab interitu vindicavit. Et, quod nemo unus ignorat, quibus temporibus bonae litterae vel per incultum et negligentiam ¡acerent, vel inter armorum strepitus Europa tota conticescerent, in communibus monachorum ac presbyterorum domiciliis unum nactac sunt ex tanta illa turba, barbariaque perfugium.

Neque praetereundum, quod ex Romanis Pontificibus decessoribus Nostris plures numerantur clari scientia harum ingenuarum artium, quas qui tenent eruditi vocantur. Quo nomine permansura profecto memoria est Damasi, Leonis Gregoriiquo magnorum, Zachariae, Silvestri II, Gre-

1 Cfr. O. Tirabosohi, *Storia delta letteratura italiana,* 7, 1 (Modena 1777) IS.

Cfr. Epist. *Pro nostri* ad card. Lumbortum Goossens, archicpisc. Mechliniensem, G febr. 1896 ot Epist. *Obsequii piclatisquc* ad Moderatores ot Alumnos sacrorum Seminariorum Ecolosiao Mediolanensis, 21 apr. 1901: *Leonis XIII Acta* 16, 51; 21, 61 s.

gorii IN. Eugenii IV, Nicolai V, Leonis X. Et in tain longo Pontificum online vix repcriatur, cui non debeant litterae plurimum. Providentia enim munificentiaque illorum, cupidae litterarum iuventuti passim scholae et collegia constituta: bibliothecae alendis ingeniis paratae: iussi Episcopi ludos aperire in Dioecesibus litterarios; eruditi viri beneficiis ornati, maximisque propositis praemiis ad excellentiam incitati. Quae quidem tam vera sunt, tamque illustria, ut ipsi saepe Apostolieae Sedis vituperatores, praeclare romanos Pontifices de studiis optimis meritos, assentiantur.

969 (465) Quamobrem et explorata utilitate et exemplo decessorum Nostrorum adducti, curare diligenterque providere decrevimus, ut huius etiam generis studia apud Clericos vigeant et in spem gloriae veteris revirescant. Sapientia autem operâque tua, dilecte fili Noster, plurimum confisi, hoc, quod exposuimus, consilium in sacro Seminario Nostro Romano exordiemur: nimirum volumus, ut in eo certae destinataeque scholae adolescentibus aperiantur acrioris ingenii diligentiaeque: qui emenso, ut assolet, italicarum, latinorum, graecarumque curriculo litterarum, possint sub idoneis magistris limatius quiddam in illo triplici genere perfectiusque contingere. Quod ut ex sententia succedat, tibi mandamus ut viros idoneos deligas, quorum consilium atque opera, Nobis auctoribus, ad id quod propositum est adhibeatur.

Leonis ***XIII*** *Acta* 5, 61-65.

De Episcoporum iure ac munere instituendi ad canonica praescripta Sacerdotii alumnos

(Ex Epist. *lampridem* ad Episcopos Dorusaiao, 6 ian. 1886).

970 (466) 5. Ut hoc quod votis et spe Nostra prosequimur auspicato contingat, praecipue curandum est, ut a publicis legibus exulent quae contraria sunt rationibus catholicae disciplinae in eo quod sanctius et antiquius pietati fidelium est; itemque quae libertatem impediunt Episcoporum propriam. Ecclesias suas regendi ad normas divinitus constitutas, atque instituendae in sacris Seminariis ad canonicarum sanctionum praescripta iuventutis. Quamquam enim sincero pacis studio teneamur, non tamen fas est Nobis contra ea, quae divinitus constituta et sancita sunt, quidquam audere; pro quibus profecto, si ad ea tuenda opus esset, extrema quaeque perpeti, exemplo Decessorum Nostrorum, non dubitaremus.

971 (467) 6. Vos autem, Venerabiles Fratres, non ignari estis quae sit intima Ecclesiae natura, et qualem ipsam divinus cius conditor constituerit, quaeque iura eximie dimanent, quorum vim convellere aut detrectare nomini licet. Nimirum, uti Nos ipsi litteris Nostris encyclicis *Immortale Dei* nuperrime declaravimus,| Ecclesia societas est superna!uralis atque in

* | nov. 1885: *Leonis* ***XIII*** *Acta* 5, 118-150.

suo ordine perfecta. Quemadmodum enim id sibi propositum habet, ut filios suos ad aeternam beatitudinem adducat, ita divinitus datis praesidiis et instrumentis est praedita, quibus eos aeternorum bonorum compotes faciat, inceptans in terris et in huius vitae militia aedificium, quod supremum fastigium supremumque decus est habiturum in caelis. Ad solam autem Ecclesiam pertinet statuere de iis quae interiorem eius vitam spectant, cuius ratio a Christo Domino restitutore salutis nostrae fuit constituta. Hanc potestatem liberam et nemini obnoxiam unum penes esse Petrum et successores eius Christus iussit, ac sul) am toniate et magisterio Petri penes esse Episcopos in suis cuiusque Ecclesiis: quae Episcoporum potestas natura sua disciplinam Cleri, tum in iis quae ad sacra munera, tum in iis quae ad sacerdotalis vitae rationem pertinent, praecipue complectitur: *presbyterium enim Episcopo cooptatum est sicut chordae citharae.*l

972 (468) 7. Cum porro sacerdotalis ordo, tam sublimis ministerii heres, aliis post alios succedentibus, numquam sui dispar saeculorum cursu renovetur, cumque opus sit, ut qui in hunc ordinem vocati sunt, sinceritate doctrinae et innocentia vitae, quantum fieri potest, eorum vestigiis insistant, quos Christus primos fidei satores elegit, nemini dubium esse potest, non aliis quam Episcopis ius munusque esse docendi et instituendi iuvenes, quos Deus singulari beneficio *ex hominibus assumit (Hb.* 5, 1), ut sint ministri sui ac *dispensatores mysteriorum* suorum. (1 ('. 4. 1: 2 *C.* 6, 4). — Ac sane, si ab iis quibus dictum est, *docete omnes gentes (Mt.* 28, 19), religionis doctrinam homines debent excipere, quanto validiori iure ad Episcopos cura pertinet, ea quam potiorem duxerint ratione, eorumque docentium ope quos maxime probaverint, sanae doctrinae pabula tradendi iis qui pro suo ministerio *sal terrae* futuri sunt *(Mt.* 5, 13), et *pro Christo* apud homines *legatione* functuri? (2 ('. 5, 20) Nec solum hoc gravissimo munere obstringuntur Episcopi, sed eo insuper ut vigilantiam suam bono alumnorum sacri ordinis impertiant, cosque mature imbuant solidae pietatis sensibus, qua dempta, nec ii sacerdotii honore digni sunt, nec muneribus eius rite implendis pares esse possunt.

973 (469) 8. Vos certe, Venerabiles Fratres, ratione atque experientia edocti optime nostis quam arduum sit, quam diuturni laboris opus tales iuvenes fingere et instituere. Cum enim qui primoribus annis Deum elegerunt *in hereditatem* suam,2 ex Apostolorum Principis praecepto teneantur se ipsos vivam virtutis continentiaeque *formam* oculis christiani populi exhibere (1 *P.* 5, 3), ii mature discant oportet, sub magisterio Episcoporum ac delectorum moderatorum disciplina, cupiditatibus suis dominari, terrena despicere, caelestia appetere, quorum et cogitatione muniti ot amore inflammati, facilius possint inter mundi corruptelas caste integreque versari. Oportet insuper ut cito assuescant constanti et impavido esse

* S. Ignatius M. *Epist. ad Ephes.* 1, 1: F. X. Funk, *Patres Apostolici,* l* (Tnbhurae 1901) 217.

* Pont. Rom. *De Clerico faciendo* (cfr. *Ps.* 15, 5).

animo in munere explicandae populis tuendaeque catholicae veritatis, quam mundus spernit ac pertinaci odio prosequitur. Quid sane, Venerabiles Fratres, expectandum esset, si cum tempora incidunt, quae vehementiorem postulant pro tuenda Ecclesiae causa dimicationem, sacri ordinis viri, sanctae disciplinae et caritatis ope, in id iampridem comparati non sint ut Episcopis suis cum fide adhaereant, eorum excipiant voces, et aspera quaeque pro lesu Christi nomine perferre non vereantur? Scilicet iuvenilium annorum disciplina, quae in Seminariis aliisque sacrae institutionis sedibus traditur, ea est qua sacrorum alumni, procul ab humanarum curarum aestu, ad apostolica ministeria rite obeunda informantur, et ad quaeque vitae incommoda atque ad omne laborum genus laeto animo subeundum in salutem animarum. Ea est quae efficit, vigilantibus ac praecedentibus Episcopis delectisqne ab iis presbyteris diuturna sacrae disciplinae peritia spectatis, ut alumni discant aequa lance metiri vires suas ct quid ipsae valeant agnoscant: ac Pastores vicissim, compertis cuiusque ingeniis et moribus, scienter decernere possint, qui sint ex iis sacerdotii honore digni, et cavere ne quis immerito aut praepostere sacris ordinibus initietur. At qui poterunt huiusmodi salutares fructus haberi, nisi plena sacris Pastoribus sit facultas impedimenta removendi et opportunis ad id assequendum utendi praesidiis? — Qua in re, quoniam nationis vostrae homines, praetor alia ornamenta, armorum quoque gloria excellunt, passurine unquam essent qui rei publicae praesunt, ut qui iuvenes rudimenta militiae ad ducendos ordines et bellica munera administranda in militaribus institutis accipiunt, ab aliis potius quam a peritis bellicae artis scientiam armorum ediscerent, atque ab aliis magis quam ab idoneis militiae magistris disciplinam castrorum, usum rerum et martios spiritus haurirent?

974 (470) 9. Ex his facile intelligitur cur a vetustissimis Ecclesiae temporibus Romani Pontifices et catholici Episcopi omnem curam gesserint, ut candidatis sacri ordinis contubernia constituerent, in quibus eos aut per se ipsi, aut probatis adhibitis magistris, quos interdum e sacerdotibus Cathedralis Ecclesiae legebant, ad litteras, ad severiores doctrinas ct praecipue ad mores sua vocatione dignos excolerent. Adhuc hominum memoria celebrantur domus olim ab Episcopis et coenobitis clericis excipiendis apertae, atque inter eas illustris adhuc fama viget Patriarchìi Lateranensis, ex quo, velut ex arce sapientiae et virtutis, Pontifices maximi et Antistites sanctimonia ac doctrina clari prodierunt. Ac tanti momenti hoc studium accuratae diligentisque clericorum disciplinae, et tam necessarium visum est, ut iam inde ab initio saeculi sexti Synodus Toletana, dc *iis quos voluntas parentum a primis infantiae annis clericatus officio manciparat,* statuerit *observandum ut mox cum detonsi vel ministerio lectorum contraditi essent, in domo Ecclesiae sub Episcopali praesentia a Praeposito sibi deberent erudiri.*[1]

1 [Cfr. u. 95).

975 Inde liquet quam gravi iustaque de caussa vehementer contendamus,
471) vestrarum Dioecesium Seminaria ad eas normas constitui, ordinari atque componi, quas Concilii Tridentini Patres, ut notum pervulgatumquo est, tradidere. 1 Nec alia profecto fuit caussa cur Apostolica Sexies, cum inter romanos Pontifices et supremos rerum publicarum Moderatores pactionum foedera pro variis temporum rationibus inita sunt, diligenter in iis cautum consultumque sacris Seminariis voluit, et Episcoporum ius in iis regendis, alia quavis potestate exclusa, sartum tectumque esse curavit. Cuius rei perspicuum inter alia documentum praebent Apostolicae litterae, quarum initium *De salute animarum,* quae a fel. ree. PIO VII Decessore Nostro die decima sexta Iulii anno KDCCCXXi editae fuere,3 conventione ab Eo inita cum Borussiae Rege, in qua de nova Dioecesium descriptione agebatur.3

10. Sit igitur integrum, sit liberum ius ct potestas Episcopis in Seminariorum palaestra mansuetae (’liristi militiae tingendae conferre operam; sit integrum sacerdotes iudicio suo deligere alios aliis ministeriis praeficiendos, ac nulli impedimento obnoxios pastorali suo munere tranquille perfungi.

Léonin ***XIII*** *Acia* 6, 6-11; CIC *Foules* 3, 251-254.

De clericis studiorum causa Romam mittendis

(Ex Convent, cum Principatu Montisnigri, 18 nug. 18S6).

976 Art. 12. - Per la formazione di giovani montenegrini idonei al sacer-
(472) dozio cattolico, il Governo montenegrino, di comune accordo Coll'Arcivescovo di Antivari, ne sceglierà alcuni dei più meritevoli che saranno inviati a Roma per farvi i loro studii, ai quali passerà pel medesimo scopo un conveniente annuo sussidio.

Nei primi cinque anni dalla data della presente convenzione, questi giovani saranno in numero di due per ogni anno, in seguito sarà uno solo per ciascun anno. Gli stessi giovani saranno obbligati di studiare in Roma anche la lingua Serba.

Concord. 1050; *Leonis* ***XIII*** *Conveni.* 74; PF *lus Poni.* 7, 358.

De industria diligentiaque in clericis instituendis necessaria

(Ex EpLst. Encycl. *Quod mullum* ad Episcopos Hungarino, 22 aug. 18S6).‘

977 8. Veruni ad salutem publicam si tantopere pertinet institutio ado-
(473) Icscontium in universum, multo pertinet magis eorum, qui sacris initiari volunt. Ad hoc quidem debetis, Venerabiles Fratres, nominatim atten-

‘ Scss. 23, *De llef.* c. 18. [Cfr. nn. 290-296).
• BR *Coni.* 7, 2135-2118; PF *Ius Pont.* 4, 591-606.
• *Concord.* 648-666.
‘ [Cfr. nn. 978. 1071).

dere, in hoc maximam partem vigiliarum laborumque vestrorum consumere: sunt enim adolescentes clerici spes et velut inchoata forma sacerdotum: in sacerdotibus vero quantopere nitatur decus Ecclesiae, et ipsa populorum aeterna salus, Vos plane cognoscitis. — Omnino in instituendis clericis sunt duae res necessariae, doctrina ad cultum mentis, virtus ad perfectionem animi. Ad eas humanitatis artes, quibus adolescens aetas informari solet, adiungendae disciplinae sacrae et canonicae, cauto ut earum doctrina rerum sana sit, usquequaque incorrupta, cum Ecclesiae documentis penitus consentiens, bisque maxime temporibus, vi et ubertate praestans, *ut potens sit exhortari... et eos, qui contradicunt arguere (Tt.* 1, 9). Vitae sanctitas, qua dempta, inflat scientia, non aedificat, complectitur non solum probos honestosque mores, sed eum quoque virtutum sacerdotalium chorum, unde illa existit, quae eilicit sacerdotes bonos, similitudo Icsu Christi, summi et aeterni Sacerdotis. Huc sano spectant sacra Seminaria: Vosque, Venerabiles Fratres, non pauca habetis tum pueris ad clericatum praeparandis, tum clericis instituendis praedare fundata. In iis maxime evigilent curae et cogitationes vestrae: eflicite, ut litteris disciplinisque tradendis lecti viri praeficiantur, in quibus doctrinae sanitas cum innocentia morum coniuncta sit, ut in re tanti momenti eis confidere iure optimo possitis. Rectores disciplinae, magistros pietatis eligite prudentia, consilio, rerum usu prae ceteris commendatos: communisque vitae ratio, auctoritate vestra, sic temperetur, ut non modo nihil unquam alumni offendant pietati contrarium, sed abundent adiumentis omnibus, quibus alitur pietas; aprisque exercitationibus incitentur ad sacerdotalium virtutum quotidianos progressus. Ex industria diligentiaquc in instituendis sacerdotibus posita fructus percipietis summopere optabiles, munusque vestrum episcopale multo sentietis esse ad gerendum facilius, ad utilitatem uberius.

Leonis XIII Acia C, 157 s.; CIC *Fontes* 3, 261 s.

De imminuto cleri numero per legitimam Seminariorum disciplinam reficiendo

(Ex Eplit. Encycl. *Pergrata .Vobis* ad Episcopos Lusitaniae, 11 sept. 1880).

978 (474) Quaedam alioqui sunt, eaque non parvi momenti, quibus nominatim debet industria vestra. Venerabiles Fratres, mederi. Eiusmodi in primis est paucitas sacerdotum, ex eo maxime profecta, quod pluribus locis, nec brevi annorum intervallo, vel ipsa Seminaria alumnis sacrorum instituendis desiderata sunt. Hac de caussa saepe vel christianae institutioni multitudinis, vel sacramentorum administration! vix aegreque consultum. Nunc vero, quoniam divinae providentiae beneficio in Dioecesibus singulis

sua sunt Clericorum seminaria, et ubi nondum restituta sunt, brevi, uti speramus et cupimus, restituentur, supplendi collegia sacerdotum in promptu est ratio, si modo disciplina alumnorum eâ, qua decet, ratione constituta sit.

Deinde **Summus Pontifex** *eadem commendai, quae Ilungariae Episcopis commendaterat:* cfr. n. 777.

Leonis ***XIII*** *Acia* 6, 187 6.; CIC *Fonte 3,* 267.

De clericis ad virtutis et doctrinae laudem ciYormandis

(Ex Epist. *Officio sanctissimo* ad Episcopos Bavariae, 22 dec. 1887).

9'9 (1'5) 4. Ac primum omnium ad clerum parandum et ornandum, auctores vobis hortatoresque sumus. — Clerus nimirum instar exercitus est, qui, quoniam instituta sua et suorum perfunctio munerum ita ferunt, ut, sub magisterio episcoporum, cum Christiana multitudine assiduo fere usu versetur, decus idcirco praesidiumque tanto amplius est rei publicae allaturus, quanto et numero praestet et disciplina. Quapropter Ecclesiae haec fuit semper antiquissima cura, ut illos deligeret educeretque ad sacerdotium adolescentes, *quorum indoles et voluntas spem afferai eos ecclesiasticis ministeriis perpetuo inservituros;* [1] eademque, *ut adolescentium aetas... a teneris annis ad pietatem et religionem informetur, antequam vitiorum habitus totos homines possideat;*[2] ipsis proprias sedes et ephebea condidit, atque regulas, in sacro praesertim Concilio Tridentino,[3] sapientiae plenas praescripsit, *ut hoc collegium Dei ministrorum perpetuum seminarium sit.* Alicubi quidem quaedam latae sunt valentque leges, quae sin minus impediunt, interturbant quominus uterque clerus sua sponte confletur, suaque disciplina instituatur. Nos hac in re, quae tanti interest quanti interesse maxime potest, sicut alias, ita nunc oportere existimamus, sententiam Nostram aperte eloqui, et omni qua possumus ratione ius Ecclesiae sanctum inviolatumque retinere. Ecclesiae nimirum, quippe quae societas sit genere suo perfecta, ius nativum est cogendi instruendique copias suas, nocentes nemini, plurimis auxiliantes, in pacifico regno quod saluti humani generis Iesus Christus in terris fundavit.

980 (476) 5. Clerus autem concredita sibi officia integre profecto et cumulate explebit, ubi, curam Episcopis adhibentibus, talem e sacris Seminariis disciplinam mentis animique sit naetus, qualem dignitas sacerdotii Christiani et ipse temporum morumquo cursus requirit; eum scilicet oportet doctrinae laude, et, quod caput est, summa laude virtutis excellere, ut animos hominum conciliet sibi atque in observantiam adducat.

[1] *Cone. Trid.* Sosa. 23, *Dc Ref.* c. 18 [cfr. n. 2901.
[2] *Ibid.*
[3] *Ibid.* [cfr. nn. 290-29G].
[4] *Ibid.* [cfr. n. 290],

981 (477) 6. Christiana sapientia, qua luce mirifica abundat, in omnium oculis niteat necesse est, ut tenebris inscientiae, quae est religioni maxime inimica, dispulsis, veritas longe lateque se pandat et feliciter dominetur. — Etiam refellantur oportet et convellantur errores multiplices, qui, vel ignorantia vel improbitate vel praeiudicatis opinionibus exorti, mentes hominum perverse avocant a veritate catholica, et quoddam animis fastidium eius aspergunt. Hoc munus permagnum quod est *exhortari in doctrina sana, ct eos qui contradicunt arguere (Tt.* 1, 9), ad ordinem pertinet sacerdotum, qui legitime habuerunt a Christo Domino impositum, quum divina Ille potestate dimisit ad gentes universas docendas: *Euntes iit mundum universum, praedicate evangelium omni creaturae* (J/c. 16, 15); ita plane ut episcopi, in Apostolorum locum sublecti, praesint magistri in Ecclesia Dei, presbyteri aditi tores accedant. — Sanctioribus hisce partibus plene perfectoque, si alias unquam, satis factum est in primordiis religionis nostrae saeculisque consequentibus, per eam, (piae diu exarsit, maximam dimicationem eum ethnicae superstitionis tyrannide: unde tam amplam cohors sacerdotalis collegit gloriam, ainplissimamque sanctissimus ordo Patrum et Doctorum quorum sapientia et eloquentia in omnem memoriam et admirationem florebunt. Per ipsos nempe doctrina christiana subtilius tractata, uberiUs explicata, pugnacissime defensa, eo magis veritate et praestantia patuit suâ, prorsus divina: contra iacuit doctrina ethnicorum, vel indoctis redarguta et contempta, ut quae nihil sibi consentanea, perabsurda, inepta. Nequidquam vero connisi sunt adversarii, ut cursum eum sapientiae catholicae tardarent et intercluderent; nequidquam graecae scholas philosophiae, platonicam in primis et aristoteleam, magnificentioribus sane verbis obiecerunt. Nostri enim neque istud quidem certaminis genus declinantes, ad philosophos ethnicos applicuerunt ingenia et studia: quae quisque eorum professus esset, incredibili paene diligentia scrutati, consideraverunt singula, expenderunt, contulerunt; multa sunt ipsis reieeta aut emendata, non pauca ex aequo probata et accepta: hoc etiam ah ipsis apertum et prolatum est, ea quidem quae ipsa ratione et intclligentia hominis falsa esse revincantur, ea tantummodo adversari doctrinae Christianae, adeo ut huic doctrinae qui obsistere velit et refragari, idem suae ipsius necessario obsistat et refragetur rationi. Istiusmodi pugnatae sunt pugnae a patribus illis nostris, atque illustres partae victoriae, eaeque non virtute modo armisque fidei partae, sed auxiliis quoque humanae rationis: quae scilicet, lumen praeferente sapientia caelesti, ex rerum ignoratione complurium et (piasi ex errorum silva, veritatis iter pleno gradu erat ingressa.

982 (478) Haec sane admirabilis fidei eum ratione consensio et conspiratio, quamquam operosis multorum studiis ornata est, tamen, in uno velut constricta aedificio unoque in conspectu exposita, elucet vel maxime in opere S. Audustivi quod est *Dc Civitate Dei,* pariterque in *Summa* utrâ- (pie S. Thomae Aquinatis: quibus libris conclusa profecto habentur quaecumque erant a quibusque sapientibus acute cogitata ct disputata, ex iisque licet capita ei fontes arcessere eius eminentis doctrinae quam nominant theologiam Christianam.

•d 479) Exemplorum tam insignium memoria utique per ßio dies replicanda et fovenda est clero, quando ab adversis partibus vetera passim arma exacuuntur, vetera ferine praelia renovantur. Tantum hoc, quod olim repugnabant ethnicichristianae religioni,ne ab inveteratis numinum ritibus institutisque deducerentur; nunc autem perditissimorum hominum opera pessima in eo certat, ut e christiania populis divina omnia documenta et pernecessaria, quae sacra cum fide sunt indita, stirpitus evellant, atque cos deterius ethnicis habeant in miseriamque devolvant maximam, in omnis videlicet iblei religionisque contemptum et eversionem. l nius impurae pestis, qua nulla est detestabilior, illi initia fecere, qui homini tribuerunt natura tantum, ut de doctrina divinitus data posset quisque pro ratione iudicioque suo cognoscere et decernere, minime vero auctoritati subesse deberet Ecclesiae et Pontificis romani, quorum unice est,divino mandato et beneficio, eam doctrinam custodire, eam tradere, de ca verissime indicare. Inde praeceps via patebat, patuit autem illis miserrime, ad omnia inficianda et. amandanda quae sunt supra naturam rerum et captum hominis posita: tum auctoritatem esse ullam, quae a Deo dimanet, ipsumque Deum esse, impudentius pernegaverunt; delapsi postremo in commenta et *Idealismi* insulsa et *Materialismi* abiettissima. Hanc tamen maximarum rerum inclinationem, qui *Rationalistae* vocantur quive -Va*turalistae,* progressionem scientiae, progressionem societatis humanae, mentito nomine, appellare non dubitant, quae revera utriusque pernicies est atque excidium.

9S4 (ISO) 7. Itaque, Venera biles Fratres, cognitum perspect unique habetis quali ratione et via alumnos Ecclesiae erudiri oporteat ad maiores doctrinas, ut convenienter temporibus utiliterque in muneribus suis versentur. Ili nimirum, ut erunt humanitatis artibus informati et politi, praestantissima sacrae theologiae studia no attingant prius quam diligentem adhibuerint praeparationem in studio philosophiae. Philosophiam eam intelligimus, intimam solidamque, altissimarum indagatricem causarum, patronam optimam veritatis; cuius virtute neque ipsi fluctuent neve abripiantur *omni vento doctrinae in nequitia hominum, in astutia ad circumvcidione.ni erroris (E.* 4, 14), et queant etiam doctrinis ceteris adinmenta veritatis subministrare, captionibus praestigiisque opinionum discussis et refutatis. Huius rei gratia, ut opera magni Aquinatis essent in manibus et assidue apteque exponerentur iampridem monuimus, idemque saepius inculcavimus verbisque gravissimis; l et gestit animus optimos inde fructus osse a clero perceptos perquam optimos uberriinosque spe certa exspectamus. Scilicet disciplina Doctoris Angelici mire facta est ad conformandas mentes, mire usum parit commentandi, philosophandi, disserendi presse invicteque: nam res singulas dilucide monstrat aliam ex alia continua serie pendentes, omnes inter se connexas et

l Ctr. n. 933 ot nn. 939. 952. 963. 956. Insuper Litt. *Iampridem,* 15 oct. 1879; Litt. Ap. *Cum hoc sit* (quibus S. Thomas Aq. patronus caelestis studiorum optimorum declaratur), I aug. 1880; Epist. *Quae diliaenter.* 4 imi. 1887; Epist. *Quod in novissimo,* 10 apr. 1887: *Leonis* ***XIII*** *Acta* 1, 298-303; 2, 108-113; 7, 4. 67.

cohaerentes, omnes ad capita pertinentes suprema; tum in contemplationem erigit Dei, qui rerum omnium et caussa effectrix est et vis et summum exemplar, ad quem demum omnis philosophia et homo quantus est, debent referri. Sic vere per Thomam scientia rerum divinarum et humanarum, caussarumque, quibus hae res continentur, quum praeclarissime illustrata, tum firmissime munita est: cuius conflictione disciplinae, veteres sectae errorum penitus corruerunt, itemque novae, nomine potius et specie, quam re illis dispares, simul emisere caput, et eiusdem ictibus deiectae interciderunt; quod iam non unus ostendit de seri])!oribus nostris. Ratio quidem humana ad cognitionem rerum interiorem reconditamque libera vult acie penetrare, nec non velle potest: verum, Aquinate auctore et magistro, hoc ipso facit expeditius et liberius, quia tutissime facit omni procul periculo transiliendi fines veritatis. Neque enim libertatem recte dixeris, quae ad arbitrium libidinemque opiniones consectatur et spargit, immo vero licentiam nequissimam, mendacem et fallacem scientiam, dedecus animi et servitutem. Ille reapse sapientissimus Doctor intra veritatis fines graditur, qui non modo cum Deo, omnis veritatis principio et summa, nunquam decertat, sed ipsi adhaeret semper arctissime semperque obsequitur, arcana sua quoquo modo patefacienti; qui neque sancte minus Pontifici romano est dicto audiens, et auctoritatem in eo reveretur divinam, et *subesse romano Pontifici* tenet omnino *de necessitate salutis.*[l] Eius igitur in schola adolescat et exerceatur clerus ad philosophiam, ad theologiam: existet enim invero doctus et ad sacra praelia valens quam qui maxime.

985 (481) 8. Lux tamen doctrinae a clero in Christiani populi ordines diffunda vix dici potest quam magnam habeat utilitatem, si quasi a candelabro virtutis effulserit. — In praeceptis enim, quae sunt ad corrigendos hominum mores, plus fere possunt, quam dicta, facta magistrorum; nec quisquam negotio tam facili habiturus est ei fidem, cuius a dictis praeceptisque discrepent facta. In Iesum Christum Dominum oculos intendamus et mentes: qui, ut *veritas* est, perdocuit nos quae credere deberemus, ut *vita* est et *via (1.* 14, 6), semetipsum proposuit nobis exemplar absolutissimum, quo modo ageremus honeste vitam et bonum ultimum studiose appeteremus. Ipsemet discipulos suos ita de se voluit instit utos et perfectos: *sic luceat lux vestra,* hoc est doctrina, *coram hominibus, ut videant opera vestra bona,* non secus atque doctrinae argumenta, *et glorificent Patrem vestrum qui in coelis est (Mt.* 5,16), doctrinam in unum et bonitatem Evangelii complexus, quod ipsis ad propagandum committebat. — Sunt haec nempe instituta divina, quibus vita sacerdotum componatur et dirigatur oportet. Omnino oportet et necesse est habere eos sibi persuasum ac prope insculptum in animis, se iam non de saeculi esse consortione, at vero Dei consilio electos esse, qui, in communione saeculi aetatem agentes, vitam tamen Christi Domini vivant. Qui, si de ipso in ipsoque vere vivant, minime *quae sua sunt* quaeritabunt, sed in iis profecto toti *erunt quae*

[l] *Contra errores Graecorum* 32 (§ 37): S. Thohae Aq. *Opera omnia,* 17, 1 (Romao 1570) 9 C.

sunt lesu Christi (Ph. 2, 21), ncque hominum captabunt inanem gratiam, sed gratiam Dei solidam expetent: ab his autem infimis rebus et corruptelis abstinebunt, abhorrebunt, et lucra bonorum caelestium indu-trie facientes, de iis effundent large hilareque, ut sanctae est caritatis: nusquam porro committent, ut indicio et arbitrio Episcoporum aut opponant aut anteferant suum, sed ipsis parendo et obedicndo personam gerentibus Christi, felicissime elaborabunt in vinea Domini, copió fructuum lectissimorum ad vitam sempiternam mansura. Quisquis vero se a pastore suo atque a pastorum maximo, romano Pontifice, sententia et voluntate abiungit, nullo pacto coniungitur Christo: *Qui ros audit, me audit; et qui vos spernit, me spernit (L.* 10. 16): quisquis autem est a (bristo alienus. *dissipat* verius quam *colligit.*[1]

Leonis ***XIII*** *Acta* 7, 221-232; CIC *Fontes* 3, 271-275.

De Seminariorum et clericorum exemptionibus in Dicione Columbiana

(Ex Convent, cum Republica Columbine, 31 dec. 1887).

986 (482) Art. 6. - Ecclesiae proprietà!es poterunt publicis subiici vectigalibus aeque ac aliorum civium bona; exceptis tamen aediliciis divino cultui dicatis, Seminariis conciliatibus, Episcoporum et Parochorum domibus, quae tum a vectigalibus immunia erunt, tum occupari aut aliis usibus addici numquam poterunt.

987 483) Art. 7. - Clerici tum saeculares tum regulares adigi nequibunt publica obire munera, quae ipsorum sacro ministerio, vitaeque institutioni adversentur; insuper a quolibet servitio militari in perpetuum exempti erunt.

988 (484) Art. 25. - In huius beneficii compensationem Columbianum Gubernium. semet obstringit aliquam quot annis in perpetuum addicere expeditam pecuniae vim, quae in praesenti ad centena Columbianorum scutatorum millia constituta, quum aerarii conditio meliori fuerit loco aeque adaugebitur: quo, ea ratione et modo qui inter summas utrasque potestates ex composito conveniat, ope auxilioque iuvabuntur dioeceses. capitula, seminaria, missiones aliaque id genus opera, quibus Ecclesia gentes ad humaniorem vitae cultum adducit.

Concord. 1053. 1058 s.; *Inonis* ***XIII*** *Concent.* 76 s. 82 s.; **PF** *Ius Pont.* 7» 359. 361.

[1] Cfr. *L.* 11, 23.

Dc alumnis Sacri Ordinis pietate doctriiiaque idonea conformandis

(Ex Epkt. Encycl. *Exeunle iam anno,* 25 dec. 1S88).

9S9 8. Locus admonet, ad vos cogitationem orationemque convertere,
(485) quotquot Deus ad sua dispensanda mysteria, collata divinitus potestate, adiatores adseivit. Si caussae indagantur privatae publicaeque salutis, dubitandum non est, vitam moresque clericorum posse plurimum in utramquo partem. - Meminerint, igitur, se *lucem mundi* a lesu Christo appellatos *(Hit.* 5, 14), quod *luminis instar universum orbem illustrantis, sacerdotis animam splendescere oportet.*[1] Lumen doctrinae, neque illud vulgare, in sacerdote requiritur, quia muneris eius est implere sapientia ceteros, evellere errores, ducem esse multitudini per itinera vitae ancipitia et lubrica. In primis autem vitae innocentiam comitem doctrina desiderat, praesertim (piod in emendatione hominum longe plus exemplo, (piam peroratione proficitur. *Luceat lux vestra coram, hominibus, ut videant opera vestra bona (Mt* 5, 16). Cuius divinae sententiae ea profecto vis est, talem esse in sacerdotibus perfectionem oportere absolutionemque virtutis, ut se tamquam speculum praebere intuentibus queant. *Nihil est, quod alios magis ad pietatem et Dei cultum assidue instruat, quam eorum vita et exemplum, qui se divino ministerio dedicarunt: cum enim a rebus saeculi in altiorem sublati locum conspiciuntur, in eos tamquam in speculimi reliqui oculos coniiciunt, ex cisque sumunt, quod imitentur.*[2] Quare si omnes caveant vigilanter oportet, ne ad vitiorum scopulos adhaerescant, seu consedentur res caducas appetitione nimia, apparet (piando id edicere sacerdotes religiosius et constantius debeant.

990 Nisi quod nec satis est non servire cupiditatibus: illud etiam sanciitu-
(486) do dignitatis postulat ut sibimetipsis acriter imperare assuescant, itemque omnes animi vires, praesertim intelligentiam ac voluntatem, quae summum in homine obtinent locum, in obsequium Christi cogere.[3] *Qui relinquere universa disponis, te quoque inter relinquenda connumerare memento imo maxime et principaliter abnega temelipsum* Soluto ac libero ab omni cupidine animo, Ium denique alacre et generosum studium concipient salutis alienae, sine quo nec satis consulerent suae. *Unus erit de subditis quaestus, una pompa, unaque voluptas, si quomodo possent parare plebem perfectam. Id omnibus satagent etiam multa contritione cordis ct corporis, in labore et aerumna, in fame et siti, in frigore et nuditate.*'-' Cuiusmodi virtutem semper experrectam et ad ardua quaelibet, proximorum gratia, impavidam mire fovet et corroborat bonorum caelestium contemplatio fre-

' S. IoIUNNES Chrvs. *De Sacad.* 6, 4: MG 48, 681.
‘ Cone. *Trid.* Sees. 23, *De Ref.* c. I [Cfr. n. 288].
• Cfr. 2 C. 10, 5.
‘ Gavfridvs, *Declamationes* (ex S. Bernardi sermonibus colectar) 3, 3: ML 182, 438.
* S. Bernarda, *De. consid.* 4. 3: ML 182, 77 1.

quena. In qua sane quanto plus posuerint operae, tanto liquidius magnitudinem munerum sacerdotalium et excellentiam et sanctitatem intelligent. Indicabunt illud quam sit miserum, tot homines pcr Icsum Christum redemptos, ruere tamen in interitum sempiternum: divinaeque cogitatione naturae in amorem Dei et intendent sese vehementius et ceteros excitabunt.

Leonis ***XIII*** *Acta* 8, 10G-108: CIC *Fontes* 3, 320 8.

De Sacrae Theologiae praestantia

(Ex Litt. Ap. *In magna,* de Facultate Theologica in Catholico Parisiens! Athenaeo instituenda, 10 dee. ISSO).

991 (488) In magna et multiplici disciplinarum copia quae menti veritatis cupidae obiicitur, neminem latet sacram Theologiam ita principem sibi locum vindicare, ut vetus sapientum effatum sit ceteris scientiis atque artibus officium incumbere, ut ei inserviant ac vehit ancillarum more famulentur.l Haec siquidem caelestia mysteria scrutatur, quae Deus ipse hominibus revelata voluit, eaque omnia, quae aeternam beatitatem spectant eique adipiscendae conducunt, explanat, divinae sapientiae thesauros recludit, atque in eo rerum ordine versatur, qui. quidquid naturae ambitus elatius atque sublimius continet toto caelo supergreditur. Inde contigit ut pro munere atque officio homines docendi a Christo sibi tradito Ecclesia catholica maxime semper sollicita fuerit de sacrae doctrinae cultu. eamque et intactam caute servari, et naviter atque fideliter tradi et diligentissime excoli summa semper sedulitate curaverit.

Leonis ***XIII*** *Acta* 9, 267 s.

De Collegio clericorum Bolicniorum in Urbe condendo

(Ex Litt. Ap. *Vicariam potestatem,* 1 ion. 1890).

W2 Cum ad divina ministeria Del munere so vocatos, ct eruditionis iter in urbe catholici orbis principe sibi apertum intelllgant, nihil eis potius esse debebit, quam omni ope mti, ut gratis animis solldlque profectus fructibus divino beneficio respondeant. Quare ab ipso institutionis initio, ad pietatis ct doctrinae Inudem, ad observandas fideliter et obedienter disciplinae leges, ad omne genus olIleiL quod iuvenes decet in sortem Domini vocatos, animum diligenter adiicient.

Opera praeterea ipsis danda est, ut mutuam inter se caritatem concordiamque retineant., quam nulla ofTensio perturbet; st udioseque animum intendant iis addiscendis quae ad divina ofllcla, ad chori disciplinam ad ministerium sacrorum pertinent, nec non cum vacua a studiorum curis tempora inciderint, scribendis habendisque in utraque lingua germanica ct bohema sacris privatilo concionibus, quo ad sacrum verbi ministerium in patria obeundum, umbratili exercitatione mature informentur.

l [Cfr. n. 1246].

Cum porro alumni, ꝺdoctrinal et pietatis studio probati, aotatisquc maturitatem adepti, moderatorum iudlcio digni habeantur qui sacris ordinibus initientur, statuimus ut Udem in urbe, dimissorialibus litteris suorum Episcoporum relatis, ad sacros ordines provehantur, cosque a legibus solvimus, quibus iure canonum cautum est ut denuntiationes habeantur, stata temporis Intervalla inter ordines serventur, itemquo ne ordines extra tempora a iure constituta suscipiantur.

Zzorife ***XIII*** *Ada* 10, 4 s.

Dc institutione cleri in insula Melita

(Ex Convent, cum Gubernio Britannico per notas revérsales, 22 ian. 1890).

Nota Diplomatica

dell'Emo Card. Rampolla, Scordarlo di Sialo di S. S. a S. E. il Generale Lintorn Arabin Simmons, Invialo Slraord. e Ministro Plenipot. di S. M. Britannica.

®93 (490) II sottoscritto Cardinale Segretario di Stato, in seguito alle conferenze tenute con Vostra Eccellenza, avendo richiamata l'alta attenzione di Sua Santità sui desideri esternatigli da parte del Governo Inglese relativamente al Seminario di Malta, ha ora l'onore di manifestarle in modo più preciso quali slcno le disposizioni di Sua Santità a tal riguardo.

Innanzi tutto ha il piacere di dichiarare a V. E. che il divisamente di rialzare la istruzione del Clero Maltese entra pienamente nelle vedute di Sua Santità.

Il Santo Padre trova inoltre ragionevole che il Clero Maltese riceva una educazione adatta alle condizioni speciali dcll'Isola, tale, cioè, che lo metta in grado di esercitare con prestigio e con frutto il suo ministero non solo presso le classi inferiori del popolo, ma altresì presso le classi più elevate della società e di mantenere convenevoli rapporti collo autorità governativo c coll'elemento avventizio di origine inglese. — I miglioramenti però che a tal uopo si avrebbero ad introdurre dovrebbero essere graduali, a misura, cioè, dei mezzi di cui si potrebbe disporre.

Volendo nondimeno il Santo Padre tin da ora dar prova di deferenza al Governo inglese, è disposto a far si che sia resa comune tra i Chierici la conoscenza della lingua inglese c che per riuscire a questo intento la lingua inglese sia adoperata neirinsegnamcnto della geografìa. della storia, dell'aritmetica e delle matematiche. Si studierà ancora che il Rettore del Seminario di Malta, oltre le qualità di cui è d'uopo sia fornito per l'adempimento del suo compito, sia maltese di origine ed in ogni modo soggetto alia dominazione inglese. Ove poi il Governo locale somministrasse Í mezzi necessari pel mantenimento di alcuni Padri r Maestri inglesi, sarebbe facile ad adottarsi fin da ora questa ulteriore misura.

Per condurre tutto ciò ad cfTctto, Sua Santità fa assegnamento sulle intenzioni manifestatele dal Governo inglese di rinunziare dal canto suo alla collazione di benefìci! ecclesiastici ritenuti di patronato, consentendo che a misura che essi venissero a vacare, la Santa Sede possa sopprimerli ed applicarne le rendite in vantaggio della educazione dei giovani chierici; come anche di destinare allo stesso scopo una conveniente porzione da determinarsi dei beni appartenenti alla Grotta di S. Paolo.

Nota Diplomatica

di S. *E. il Generale Linlorn Arabin Simmons, Inviato Straord. e Ministro Plenipot. di S. M. Britannica all'Emo Card. Rampolla, Segretario di Stato di S. S.*

994 (491) 11 sottoscritto. Inviato Straordinario e Ministro Plenipotenziario della Regina ꝺ Inghilterra. ha Vonore di accusare il ricevimento di una Nota di Vostra Eminenza, in data di oggi, dalla Quale apprende che il Santo Padre trova ragionevole cho la educazione da impartirsi al Clero maltese sia conveniente allo condizioni speciali dell'isola di Malta, vale a

diro clic possa porlo in (erodo di esercitare le sue funzioni con *prestigio* e vantaggio non solo nelle classi basso del popolo, ma símilmente nelle classi più alte della Società, e di conservare le debite relazioni colle autorità governative e con l'cvi ntunle (avventizio) elemento di origine inglese.

Vostra Eminenza inoltre mi fa conoscere che il S. Padre, desiderando tin da questo momento di dare una prova di deferenza al Governo Inglese, c disposto a far si che la cognizione della lingua inglese sin diffusa nel Clero ed in vista di conseguire questo fine, a fare in modo che la lingua inglese venga adottata neH'insegnamento di lla geografia, delift storia, aritmetica c matematica, e che procurerà di far sì, che il Rettore del Seminario, oltre ai possedere le qualifiche che lo rendano atto al disimpegno dei doveri annessi al suo officio, sia di origine maltese e, comunque siasi, suddito britannico.

Volonteroso di dar prova del suo desiderio di aiutare le Intenzioni espresse dal S. Padre. di migliorare la educazione del Clero Maltese, e specialmente di far si che sia questo istruito nella lingua inglese e versato nelle inglesi Istituzioni, il Governo di Sua Maestà sarà pronto a cedere la collazione di certi benefizii ecclesiastici in Malta, ed a consentire a che, a misura che vachino, la Santa Sede possa sopprimerli ed applicarne le rendite a pro della educazione nel Seminario, confidando che il Rettore del Seminario stesso, oltre all'essere abile al disimpegno dei doveri annessi al suo officio, inclusavi la sorveglianza della istruzione in lingua inglese, sia di origine maltese, o, in ogni modo suddito britannico.

11 sottoscritto peraltro deve lasciare la determinazione dei particolari Benefizii da sopprimersi, come particolarità, alla futura considerazione del Governo e delle Autorità Ecclesiastiche in Malta.

Concord. 1071-1074; *Leonis* ***XIII*** *Conveni.* 104-107; PF *Ius Pont.* 7, 368 s.

De Collegiis ecclesiasticis in Urbe

(Ex Litt. Ap. *In supremo,* quibus Seminarium SS. *Ambrosii et Caroli* in Urbe canonice constituitur, 15 dec. 1890).

995 (492) In supremo quo fungimur ministerio nihil rei Christianae opportunius, nihil Nobis expetendum magis censemus, quam ut iuvenes ex omui regione in sortem Domini vocati, non sancta solum vitae disciplina, sed sincera etiam solidaque scientia instituantur, ut pro sui muneris ratione ubique *lux mundi, sal terrae* esse possint? bonumque illud fermentum, cuius virtus inter fideles ad rectam sentiendi vivendique rationem diffundatur. Cum enim Ecclesia sit regnum a Christo Domino fundatum *in salutem omni credenti (R,* 1, IB), sit *columna et firmamentum recitatis,* (1 *T.* 3, 15), oportet ut valida in ministris suis instrumenta habeat, quibus commode possit salutaria sua munera explere, et in fundamento veritatis ac iustitiae in quo ipsa constituta est, vicissim filios suos, omnesque accedentes ad se, per ministerium sacrorum virorum, stabili ratione ubique constituere. — Quamobrem nunquam Nos curas Nostras in hoc opus conferre praetermisimus, ut nempe domicilia ecclesiasticae disciplinae solidaeque doctrinae clericis non urbanis solum, sed etiam extera-

• Cfr. *MI.* 5, 13 s.

rum dioecesium in hac alma l'rbe paterent, in qua Principis Apostolorum Cathedra posita est, purique fontes ad doctrinas hauriendas Nobis vigilantibus cuique parati sunt; Nostrique muneris omni tempore esse duximus, iis domiciliis non modo liberalilate, sed auctoritate etiam praesto esse, ubi maturum tempus visum est, ut eis legitimo esse iure, ad canonicam formam tribueremus.

Leonte ***XIII*** *Acia* 10, 331 s.

SYNODUS LEOPOLITANA KUTHENOIÌUM. (1891)

De sacerdotum qualitatibus ac de disciplina Seminariorum

Caelibatus perfectior, aptior pro sacerdotibus

996 Haec Synodus firmiter quidem profitetur, statum caelibem perfectiorem esso statu coniugali, dicente Apostolo: *qui sine uxore est, sollicitus est quae Domini sunt, quomodo placeat Deo. Qui autem cum uxore est sollicitus est quae sunt mundi, quomodo placeat uxori, ct divisus est* (1 *C.* 8, 32-33). Cum tamen Ecclesia catholica ex gravibus rationibus siverit et sinat ut clerici nostri ritus ante manuum impositionem seu in minoribus constituti libertatem habeant secundum gratiam sibi n Deo datam, vel in coelibatu perpetuo manere, quod optimum esset, vel uxorem virginem ducere. Synodus dum libertatem hanc agnoscit et integram relinquit, respectu tamen habito ad Ecclesiae nostrae utilitatem et necessitatem, Seminariorum moderatores hortatur ut alumnos bene dispositos ad caelibatum amplectendum, benevolo ac prudenti consilio in hoc proposito foveant atque continuent *(Til. VI!. eup.* ***//.*** .V. 13).

Ordinandorum aetas

997 Praeter ea, quae de sacramento Ordinis sancivit Synodus Zamoscensls, Synodus praesens constituenda opportunum duxit sequentia: 1. Quoad aetatem ordinandorum: quamquam canones antiqui Ecclesiae ad susceptionem subdíneonatus praescribant annos 20, ad susceptionem diaconatus annos 21, ad susceptionem presbyteratus annos 30, nihilominus post praescriptionem Concilii Tridentini, quam iam Synodus Znmoscena nobis quoquo sequenda proposuit, requiruntur ad susceptionem subdiaconatus anni 21, ad diaconatus 22, ad presbyteratus 21 completi, quae praescriptio apud nos accurate ex tunc servetur *(TU.* ***II,*** *cap.* 6, AT. 1).

Ordinandorum exercitia spiritualia (et fidei professio)

998 Quoad praeparationem Ordinandorum ad digne suscipiendos Ordines sacros, praeter ea, quae salubriter ad normam Cone. Tridentini decernit Synodus Zamoscensls, declarat Synodus praesens nominatim quoad exercitia spiritualia: requiri octo dies continuos nnte susceptionem ordinum minorum, identique servandum in susceptione diaconatus et presbyteratus, si in rorumdem collatione longa intercedit intermissio; quod si successivis diebus festis non interpolatis hi maiores ordines conferantur, pro hoc ultimo sufficit una dica. Addit tamen Synodus haec, ut ante susceptionem tum subdiaconatus, tum diaconatus, tum presbyteratus expurgent ordinandi conscientias suos per S. Confessionem. Insuper

convertit Synodus Ordinariorum attentionem ad servandum Synodi Zamo-ecn.-H iu--nim praescriptum circa fidei professionem ab initiandis Ordinibus sacris emittendam, ut scilicet eadem perficiatur iuxta formulam Urbani PP. Vili praescriptam Orientalibus et quidem praedae die susceptionia Ordinis presbyteratus *(TU. //, cap.* 6, *N.* 3).

Ordinandorum Juramenta lldelitatis Romano Pontifici et tuendi bona Ecclesiae

Denique, quoniam in Pontificali nostro immediate ante presbyteratus susceptionem ponitur fonna iuramenti fidelitatis atque obedientiae tum Summo Pontifici, tum Ordinario proprio, nec non tuendi bona Ecclesiae, quae ipsi tradita fuerint regenda, atque perpetuo adhaerendi eidem Ecclesiae, Synodus praesens laudans hanc praxim, deinccp- camdem servandam iubet *(TU. 11, cap.* G, *N. 4).*

Sacerdotum sacra doctrina

Sacerdos in adimplemcnto muneris sui duabus veluti alis instructus esse debet: sanctimonia vitae atque scientia sacra. Ad quod quidem declarandum vestes Aaronis sacrae evidenter conducunt, quarum quaedam, ut supra monuimus, praefigurant vitae sanctitatem, quaedam scientiae eruditionem; atque Insuper potestas attributa Aaroni docendi Israelem praecepta Domini et legem Eius. Quapropter et per Malachiam Dominus Angelum appellans sacerdotem, scilicet nuntium voluntatis Dei, subiungit: • Labia enim sacerdotis custodient scientiam ct legem requirent ex ore eius » *(Ma.* 2, 7). Et in Novo Testamento vas electionis Paulus monet Timotheum, dicens: « Attende tibi ct doctrinae; insta in illis, hoc enim faciens et teipsum salvum facies et eos, qui te audiunt» (1 *T.* 1, 13-16).

Quoniam autem inter homines inveniuntur etiam mundani, qui veram religionem falsis argumentationibus inter fideles oppugnant, ideo idem Apostolus exigit in sacerdote doctrinam talem, ut: « potens sit exhortari in doctrina sana et eos, qui contradicunt, arguere • *(Tt.* 1, 9).

Quapropter Deus cos, qui doctrinam hanc sibi comparare negligane. repellit a sacerdotio dicens: «Quia tu scientiam repulisti, repellam te, ne sacerdotio fungaris mihi ' *(Os.* I, 6).

Cum vero inter libros, ex quibus scientia secura hauritur, primum locum occupet S. Scriptura, utpotc a Deo inspirata, atque, ut loquuntur SS. PP. Augustinus et Gregorius M. est quasi epistola missa n Deo ad homines, et quam S. Ambrosius appellat librum sacerdotalem », ct Origines « mannam, continentem in se omnem saporem •? ideo oportet sacerdotem Dei principale suum studium ponere in sacro codice, ne caelestis ille macrorum librorum thesaurus, quem Spiritus S. summa liberalitatc hominibus tradidit, neglectus Jaceat ».[1] Praecipue vero versatus sit sacerdos in Tvtraex angelio, quoniam exinde praecipue desumere debet materiam pro concionibus sacris ad populum.

C'unì vero Scriptura S. ex textu graeco versa fuerit in linguam palaeoslavicam seu sacram, ideo in hoc idiomate oportet sacerdotem eam legere; atque ad hunc finem scientiam sibi comparare sufficientem debet grammaticae linguae ecclesiasticae, cuius studio iam in Seminario eos Incumbere necesse est. Ad eumdem finem comparent sibi etiam aliquos Commentarios saltem breviores, veluti Mansi, XUioli. Brentano. Servatovski. Belzel, etc. Cum lectione S. Scripturae alternent frequenter lectionem vitarum Sanctorum, quae pabulum spirituale sapidissimum et ipsis et ex Ipsorum ore etiam populo suae curae commisso praebebunt. Secundum locum habeat Theologia dogmatica et moralis, cuius studium animarum curatoribus est imprimis necessarium cuiusque ultimae probabilissimus fons

l ORIGENES, *Ilomil,* 7 in *Exod.:* MG 12, 346.
l *Condì. Triti.,* Sess. V, De /Ce/., c. 1.

existunt opera S. Alphonsi (le Llgorio, et voluti compendia quaedam logico ordinata sunt Theologia moralis Gury atque Müller. Tertium locum occupet catechismus ex auctoritate Cone, Tridentini oditus, qui praeter scientiam dogmaticam plenissime continet evolutionem universae Christianae cathechcseos. Quartum locum scientia canonica in compendium redacta, quia noster Clerus tere totus incumbit curae animarum, ita ut sino tali scientia maxime in causis matrimonialibus parochus officio suo rite fungi non posset.

Non tamen ultimum locum tenere debet scientia liturgica coniungenda cum incessabili praxi, quae cum stricte sit cum dogmatibus connexa, oportet sacerdotem ct litteram et spiritum caeremoniarum diligenter scrutari, ut de thesauris istis spiritualia epula populo in suis instructionibus proferat. Qua in re non modo oportet eum ritus atque caeremonias nosse, pronti in libris liturgici# ponuntur, sed etiam pronti ox legitima praescriptione firmata usurpantur, ad quorum ambiguitatem tollendam observabunt sacerdotes, atque imprimis ediscent accurate ea quae Synodus praesens iam elucubrata atque a se probata clero universae provinciae observanda proponit.

Generaliter vero aliae quoque scientiae sive sacrae sive etiam profanae, quao adminiculo esse possunt ad sacerdotalem scientiam perficiendam, negligi non debent. *(Tit. IX. cap. III, N.* 1, 2, 3, 4, 5, 6. 7).

1001 Sacerdotum vita privata, oratio, habitus, munia

Domi ne recitationem horarum canonicarum negligant, ncque ad mensam absque oratione accedant, reccdantquo ab ea absque gratiarum actione; neque omittant sacerdotes Invigilare, ut universa membra familiae atque famuli absque quotidianis pietatis excitiis vitam transigant, ne diebus festis Sacris interesse omittant, statisque temporibus Sacramenta suscipere satagant, pacem et concordiam in domo sua inter membra servare studeant, memores verborum Apostoli, dicentis: « Si quis autem domui suae praeesse nescit, quomodo Ecclesiae Dei diligentiam habebit *l* » (1 *T.* 3, 5). Insuper quam severissime prohibet Synodus praesens, no diebus ieiunii, praecipue vero diebus festis et titularibus, quibus ieiunium praecipitur, uti die exaltationis S. Crucis, Decollationis S. loannis Baptistae ct ullis carnes sive publice sive occulte ct ipsi sacerdotes edant et alios edere patiantur. *(Tit. IX. cap. II,* A. 3).

1002 Seminarium: Exercitia pietatis

Quoad observantiam disciplinae, satis provisum est regulis (piae proinde tamquam medium potens dirigendae erunt ad plenam et perfectam alumnorum institutionem. Spedatili! tamen invigilabunt Seminariorum moderatores, ut alumni frequenter, et, si possibile fuerit, qualibet hebdomada, pronti in Seminariis communiter fit, aut saltem duabus vicibus in mense, accedant ad Poenitentiae et SS. Eucharistiae Sacramentum suscipiendum; ut adhibeant quotidie meditationem saltem per mediam horam, lectionem spiritualem atque conscientiae examen: suoquo tempore exercitiis spiritualibus vacent, et tandem quotidie devoti Missae sacrificio intersint, nec non Sanctissimum visitare non omittant, quae omnia in communi sunt facienda. Quoniam autem totius boni plenitudinem Dominus in Maria posuit et quoniam tantum Ei contulit gratiae, quantum ad omnium salutem sufficit, vehementer exoptat Synodus praesens, ut alumni in vera devotione erga Eamdem gloriosissimam Matrem Domini nostri inflammentur: atque moderatori spirituali maximoperv commendat, ut eosdem subinde ad hanc informet, curet que perpetuare atque in suo vigore conservare sodalitium in Seminario Lcopollensi nuper erectum sub titulo: ▮ Praesentationis B. V. » quod a SSmo D. N. Leone PP XIII ditatum fuit pluribus indulgentiis et altari privilegiato, eo flue, ut sub protectione B. Virginis olim in templo educatae, alumni simili pietatis spiritu m Seminario imbuantur, egressique dvin eodem valeant exemplo, verbo et opere parere in cordibus hominum Christum Dominum. (TíL *Vili. cap. II. N.* 15).

Seminarium: Studia

1003 Quoad opera vero scientìfica, praeter illa, quae in scholis publice a ꝑrofe oribus tra duntur, curabunt moderatores iidem, ut alumni ex ordine elaborandi- et proferendi- concionibus exerceantur atque insuper in frequenti lectione SS, Scripturarum in lingua slavo-liturgica, atque in grammatica eiusdem linguae, nec non in studio ac praxi cjien-rnonianini et cantus Ecclesiae nostrae complete instructi evadant *(Til. VIII, cap. II. N.* 16).

Seminarium: Vocatio ad statum clericalem

1004 Quum vero nemo assumere sibi debeat honorem, nisi qui vocatus fuerit a Deo tamquam Aaron *(¡ib.* 5, t, qui imo tamquam ipse Christus Dominus, ideo in admittendis iuv< nihund Seminaria ecclesiastica imprimis oportet habere exploratam vocationem eorumdem ad statum ecclesiasticum; ad quod obtinendum Episcopi exigunt a catechisti> gymnasiorum relationem accuratissimam super moralitate, ingenio atque universa eorum conversatione, nec non signis contestantibus eorumdem propensionem atque tendentiazn ad statum clericalem. Praeterea parochi locorum diligenter scrutentur atque dirigant vitam, ingenium moresque illorum adolescentium, qui tempore feriarum in sua paroecia commorantur, atque in casu, quo ipsi in statum clericalem assumendi sunt, et quos tantae vocationi impares esse comperorint, Ordinariatui per litteras testimoniales significare teneantur.

Ceterum ut de tali vocatione evidentius constet, invigilabunt moderatores Seminariorum super singulis iuvcnihus atque etiam super vita eorumdem, ut haec sit vocationi proportionata et consona, quare etiam moderatores oneratos se sciant in conscientia de exacta notitia vitae alumnorum, atque in hunc finem statis temporibus relationem super singulis eorum in communibus consiliis Rectoratus redderc atque de conversatione singulorum in scriptis tabellas elucubrare proponendas quotannis Ordinario: quod si compertum fuerit aliquem alumnorum non ostendere signa vocationis sacerdotalis aut macularo eamdem operibus ab hac vocatione abhorrentibus, tales, siquidem incorrigibilcreperiantur. tempestive e Seminario eliminentur *(TU. VIII, cap. II. N.* 11. 12).

Seminarii administrator bonorum temporalium

1005 Curet insuper limus Metropolita una cum Episcopis, ut adsit in utroque Seminario solera rei familiaris administrator, qui consulat opportune alumnorum aliorumque in Seminarlo existentium rectae sustentationi aliisque eiusdem instituti necessitatibus temporalibus. Officium suum sic temperet ut, dum personis congrue providet. Seminarii redditus in olus profectum impendat *(TU. VIII, cap. II,* .V. 4).

Seminarii alii officiales, oorumque munera

1006 Qüócl attinet autem ad inferiores Seminarii moderatores seu pro-Rectores et disciplinae praefectos, hos Rmi Episcopi, Imbito consilio cum Rectore, seligant et proponant. Pro-Rcctorum officium crit Rectorem in omnibus coadiuvare, coque absento illius personam gerere. Praefectorum vero est in eodem contubernio una cum alumnis diu noctuque versari. Quorum vigilantia ut efficax sit. singula contubernia non debent continere plus (piam 15 circiter alumnos. Illorum munus est regularum observant lac invigilare. horarium singulis occupationibus praestitum curare, ut strictissime observetur, nemini permittere, ut e contubernio exeat absque gravi necessitate, invigilent Praefecti, ut tempore studio nc quieti constituto silentium ab alumnis servetur, atque recreationis hora non inutiles, vel inhonesti vel politici sermones inter alumnos conferantur, sed «¡nales decent clericorum pietatem et vitam, ct ne ludis ipsi indulgeant, qui peponis Deo dicatis minime conveniant. Si qui nutem in contubernio abusus irrepserint, eos eliminare quam citius studeant.

quod si impossibile illis evadat, ad Rectorem deferant, qui pro munere suo providere tenetur. Quae omnia, Praefecto absente, venia Rectoris obtenta, supplet sic dictus censor.

Quoties alumni debent c Seminario in publicum exire sive ob assistentium in choro cathedralis Ecclesiae praestandam» sive ob deambulationem in horario assignatam. sive ad lectiones in Universitate frequentandas, pro quolibet contubernio bini et bini procedunt, comitante Brachilo. *(Tit,* ***Vili,*** *cap.* ***If.*** *N.* 7, 8).

Seminarii director spiritualis

1007 Pariter Episcopi sedulo curent, ut director spiritualis seu pietatis magister quam aptissimus sit ad conscientias moresque clericorum moderandas. Ipsius muneris erit clericos edocere de muneribus ad statum ecclesiasticum spectant ibus, de vitae sanctitate, de animarum zelo, de propriae voluntatis abnegat ione, de vera obedient ia superioribus debita, de chnritate erga proximum ct maxime erga condiscipulos, de amore Dei, B. Virginis Mariae et Sanctorum, deque ofllciis pietatis erga eos. Insuper pietatis magister doceat alumnos de non ambiendis dignitatibus et honoribus deque vanitate rerum saccularium. Praesertim oportet eum alumnorum animos ita sibi devincire, ut ipsi confidenter eidem suos intimos sensus aperiant, utque quoties angustiis spiritus angantur, sciant se patrem amantIsdnium habere, qui verum solatium potest praebere. (7'i7. ***VIII,*** *cap.* ***II.*** *N.* 4).

Seminarii disciplina

1008 (iun ab accurata disciplinae Seminarii observantia pendent ferine totus fructus atipie prosperitas fidelium univoreacque nationis, ideo omnem operam atque studium tum Episcopi, tum reliqui Seminariorum moderatores in id conferunt, ut disciplina haec rite observetur, atque ipsi et verbo et exemplo alumnos ad eamdern incitent, hoc universi animo reputantes, nihil Deo gratius Ecclesiae et societati utilius, quam recta Seminarii cura et clericorum ad omnem virtutem, scientiam et Christianam civilitatem tempestiva et solere informatio. *(TU.* ***Vili,*** *cap.* ***II,*** *N.* 16).

Seminarii professores

1009 \d oIlicium docendi seligant Episcopi studiorum magistros (professores Theologiae) qui ingenio, doctrina, pietate ct morum gravitate spectatissimi sint, qui, studiis constanter addicti, regulae iugum ct vitae operosae pondus hilari animo perferant, atque servando ordinem alumnis praeeant; qui iuvenes clericos humilitatem, mundi fugam, laboris ct solitudinis amorem, orationis assiduam praxim exemplo non minus quam verbo edoceant; qui maximo idonei deprehendantur non solum ad tradendam scientiam ab omni errore alienam, verum etiam ad discipulorum animos gloriae Dei ct salutis animarum zelo inflammandos. *(Til.* ***Vili.*** *cap.* ***Il,*** *N.* G).

Seminarii rector

1010 Quapropter Episcopi solerte? invigilent, ut utriusquo Seminarii regimen committatur viris, qui morum integritate, gravitate, experientia et consilio sint eximii, ac pietate, zelo oinnibusque virtutibus sacerdotalibus praestantes; qui animi fortitudinem in disciplina tuenda cum mansuetudine ct suavitate copulent; qui curam omnem et vigilantiam adhibeant, ut omnes Seminarii officiales ac ministri suo munere rite fungantur.

Vt autem haec omnia rite persolvere possit praesertim Rector Seminarii, nulla alia munera sive ecclesiastica, sive civilia suscipiat, sed totus deditus sit Seminarii regimini, nulla aha occupatione distentus. *(Til.* ***Vili,*** *cap.* ***II.*** *N.* 3, I).

Seminarii rector, spiritualis director, administrator residere debent in Seminario

Ratione olitoli sui Rector Seminarii. Magister pietatis, allique moderatores ad residendum in Seminario iidstringuntur, a quo sustentatione aliisque ad vitam neo -dariis provisi, nullis aliis occupationibus operam navare possunt, nisi ob gravissima causas aliter consuerit limus Metropolita. *(Til. Vili, cap. //, N. 5).*

Seminarii regulae

1011 Quae omnia, ut diligenter ct rite custodiantur. Episcopi in hac Synodo congregati, ab Ordinariatu Metropolitano concinnata^ et in vadem Synodo propositas communi consilio excussas et Synodi huius auctoritate munitas regulas ab omnibus et singulis, qui Seminarii curam gerunt, servari praecipiunt. Pro fideli regularum omnium adimplómente, pro abusibus praesertim, si irrepserint, removendis, pro firma et religiosa Seminariorum disciplinae observantia. Rihus Metropolita curet frequenter intra annum Seminarium visitare. *(Tit.* **F///.** *cap.* ***//,*** A'. io).

Seminaria Minora instituenda

1012 Tandem vero censet Synodus Episcopis inculcare, ut quoniam praebens aetas deteriorem progeniem tulit, corruptioque morum perversaque opinionum dogmata serpunt, clerum Juniorem sibi iam a pueritia ad pietatem scientiarumque doctrinam informare satagant, ne educatio alumnorum iam disciplinis theologicis addictorum nimis ardua evadat, ac proinde iam summa ope Seminaria sic dicta puerorum instituant, caque instituta recto regimine provideant. *(Tit. VII, cap.* ***III,*** N. 3).

Quandoquidem sacerdos talem plerumque habet exitum in vita, quale habuit initium a pueritia; et: « Adolescens iuxta viam suam, etiam cum senuerit, non recedit ab ca ;* *(Pr.* 22, 6), magni profecto interest, ut futuri Ecclesiae ministri a teneris unguiculis singulari studio ad pietatem et doctrinam informentur. Quapropter haec Synodus decernit, ut in hac provincia nostra ecclesiastica unum saltem instituatur puerorum seminarium, ad quod convenire possint adolescentuli ex metropolitana aliisque dioecesibus sutlraganeis. *(Til. VHP cap. P N.* I).

Seminariorum minorum regimen, disciplina, studia

1013 1 t vero, prout usus ac temporum ratio postulat, puerorum seminarium ad accuratiorem normam redigatur, maiorvmquc proinde Ecclesiae utilitatem parere valeat. haec Synodus adiicienda censet, quae huiusmodi instituti moderamen ne regimen attingunt, nec non studiorum rationem rcligiosamquo vitae institutionem.

Cum puerorum seminarium fovendae pietatis ac formandi characteris sacerdotalis velati tyroclnium. eo tine institutum sit, ut pueruli ad vitae innocentiam, religionem, modestiam, et ecclesiasticum spiritum conformentur, simulque litteras matorvsque disciplinas addiscant. Episcopi imprimis omnem curam et diligentiam adhibeant, ut seminario praeparatorio praeficiantur moderatores ct magistri, virtute et moribus, zelo et prudentia non minus quam ingenio et scientia commendati.

Moderatorem autem et professons omni ope atque opera connitantur. ut alumni de dic in diem crescant in doctrina solida et accurata, in fide et pietate: studeant discendi amorem in discipulis excitare, simulque disciplinin' et laboris vigorem promovere. Insuper Minima ope contendant, ut adolescentes n primn pueritia, spiritu saeculi magis magisque seso exuentes, ad ecclesiasticum spiritum fingantur, animis eorum instillent status ecclesiastici rectam aestimationem, amorem ac venerationem; sedulo laborem conferant, exemplo non minus quam praeceptis, in veros flrmosque orationis et charitatis, humilitatis et obedientiae, candoris ct sinceritatis habitus inserondos stahilicndosque: ab ipso curriculi clericalis limine duces sint eis it) cunctis suis actionibus ex timore Dei perficiendis.

adeo ut cura disciplinae dilectio sit. et dilectio custodia legum; ('doceant eos Sacramenta pie frequentare, SSffnnn Sacramentum adoraro. Beatissimam Virginem devote colero, Missae Sacrificio attento ae pie interesso» cum fructu meditari ct sjdrltuales libros legere. Sedulo provideant, ut regulae pro Seminariis moderandis, ab hac Synodo constituendae, ab omnibus accurate observentur; quo fiet, ut in alumnis ordinis etiam sensus excolatur, ipsique mature ordini In cunctis robus diligentissime servando nssuetlant. \ssidue invigilent discipulis sibi concreditis sive studio vacantibus, sive ludis indulgentibus; ex indefessa enim vigilantia maxime pendet morum custodia, indolis correctio, stndiormnquo profectus.

In eo etiam Seminarii moderatores industriam ponant, ut pueri urbanitatis leges addiscant otad quamdam comitatem informentur. Quidquid igitur in eorum moribus asperum et durum, inurbanum et dissonum notaverint, id melius corrigere et eliminare studeant. Sane Christiana urbanitas ct morum suavitas, quae ex chnritate et humilitate prodeunt, clericis ornamento sunt ct dignitati, splendorisque non parum doctrinae ac pietati aderunt, idque demum etbeient. ut ministri Dei hominibus seso acceptos reddant cosque facilius Christo lucrifacere valeant.

Si qui deprehendantur facultatibus seu animo statui clericali consentaneis destituti, religioni aut virtuti minime dediti, disciplinae impatientes, arrogantem vel pertinacem indolem pruesrfcrentea. aut alii sive dictis, sive factis offendiculo esse comperiantur, et saepius admoniti ad meliorem frugem sc non recipiant, e Seminario dimittantur.

1't iam ab adolescentia clericalibus initientur moribus ct in caeremoniis graviter et accurate observandis exerceantur alumni, sacris otlieiis in sacelli choro inservient, insuper in cantu liturgico exerceantur per integrum curriculum.

‹ 'cterum Episcopi, cupientes Seminarium puerorum quantocius instituere, omni studio curabunt, ut media idonea comparentur pro saluberrimi operis exeeutione. Quia vero admodum ditllcnlter expensis in id necessariis proprio marte valent occurrere, spem firmam enutriunt S. Congregationem Propagandae Fidei, cui valde cordi est opus praedictum. ei in auxilium venturam. (Ti/. *VJII, cap. I*9 *N.* 2-8).

ICO *Fontes,* Series I. fuse. XI. pp. 147-149; 607. 611. 851-855; 891-893; 895. 901-919.

Do Seminariorum erectione ot disciplina

(Ex Litt, Ap. *Ad universas,* quibus ite Dioeceses in Brasilina regionibus eriguntur, 27 apr. 1892)?

1014 (493) Et quoniam maximopere interest, ut tamquam olivae fructiferae in Christi Domini agris constanter pro unaquaque dioecesi probi doetique parentur Presbyteri operam accurate navaturi tum divinis officiis et ecclesiasticis, tum animarum aedificationi, aetemaeque illarum saluti, hibernus idcirco quod in unaquaque dioecesi, cum primum fieri poterit, episcopale erigatur Seminarium, atque in alumnorum sacrorum disciplinam et profectum omnis cura et vigilantia ab Episcopis conferatur; in quo excipiantur et instituantur iuxta Tridentinae Synodi praescripta ii adolescentes, quod Episcopi ex propriae dioecesis utilitate vel necessitate consuerint esse admittendos. Ipsius seminarii Rectores et Professores ab eodem Episcopo libere nominabuntur, et quotiescumque necessarium vel utile ab ipso indicabitur, removebuntur. Summopere, autem Xos urget,

1 [Cfr. n. 1065).

ut Sacri Antistites sedulam navent operam, quo inventus in spem et in incrementum Ecclesiae instituenda, sacra doctrina ex Angelici Doctoris fontibus hausta imbuatur; l ex voluminibus enim S. Thomae eruet unde fundament a fidei Christianae valide demonstret, veritates supernaturale.-. persuadeat, nefarios hostium impetus a religione sanctissima propulset. Demum ea omnia, quae ad Seminarii regimen, ordinationem, gubernationem, et administrationem pertinent, a Dioecesano Antistite unice pendere debere, praecipimus: qui quidem Antistes suam liberam plenamque auctoritatem et ius in eo exercebit. Liberum insuper sit Episcopis ad statum clericalem et ad sacros ordines secundum ecclesiasticos canones promovere, quos necessarios aut utiles suae Dioecesi in Domino indicaverint, et e converso quos indignos vel ineptos putaverint a susceptione ordinum arcere.

Leonis ***XIII*** *Acta* 12, 95 8.

De scientiis physicis et mathematicis

(Ex Epist. *Qnae praescripta* nd Praesident Academiae Scientiarum Parisiensis, 2 nov. 1892).

1015 (494) Nobis enim non modo probantur summopere ecclesiastici viri, qui huic tam nobili disciplinarum generi vacant [i. *e.* physicis et mathematicis scientiis], sed necessaria eorum opera videtur hoc tempore ad catholicam veritatem tuendam, (piae imperfectae cuiusdam et fucatae scientiae nomine solet oppugnari.

Leonis ***XIII*** *Acta* 12, 271.

De vera Sòlitiaque doctrina ex fontibus purissimis quaerenda

(Ex Epist. *Pastoralis prudentiae* ad Augustinum Card. Bausa, Archiep. Florentinum, 15 nov. 1892).

101G (495) ... singulas variasque disciplinas, clericis ad colendum propositas, apte ostendisti uno (piasi conceptu inter se conspirare, ut illis adiumenta omnia suppeditent ad sacra officia utiliter et cum dignitate aliquando fungenda. Eisdem autem de robus quoniam indicium tu Nostrum et auctoritatem rogasti, sic habe, tuam plane Nobiscum convenire sententiam: caque potissimum Nobis cordi esse duo capita, quae persaepe ediximus, in studiis adolescentis cleri curandum et enitendum ut doctrinam ipse hauriat optimam, haustam ut optime in alios derivet. Qua enim versamur inani aetato et superba, quibus et fallaciis et corruptelis tides passim moresque lentantur, sacerdotalis ordo non solum integerrimo praestet exemplo neceóse est, sed polleat etiam vera solidaque doctrina, solidissime

* [Cfr. n. 933].

ex eis fontibus quaesita, quos inde al» exordio pontificatus Nostri commonstravimus, ¡ussimus adeundos.l Ita instructus, ad concionandi munus, grande et divinum, aggredi rite poterit, ut edoceat, refellat, confirmet, moveat, triumphet, unice in sempiternam animorum salutem: id quod ei profecto succedet, modo fecerit, ut recte est a te praescriptum, cur rerum delectu quae conveniant audientibus, divinis magis argumentis quam humanis adhibitis, eo demum ardore quem caritas Christi succendat et regat.

leonis ***XIII*** *Acia* 12, 280 s.

De clero cx indigenis omni ope deligendo

(Ex Epist. Encycl. *Ad extremas Orientis oras,* 21 iun. 1893).

1017 (496) 3. Sed tamen res est una reliqua, unde Indiarmi! salus magnopere pendet; ad quam rem vos, Venerabiles Fratres, et quotquot humanitatem diligunt nomenque christianum, volumus maiorem in modum attendere. Scilicet fidei catholicae apud Indos intuta incolumitas est et incerta propagatio tamdiu futura, quoad Clerum desiderabitur lectus ex *indigenis* ad munera sacerdotalia probe institutis, qui non solum adiumento esse sacerdotibus peregrinis, sed ipsimet in civitatibus suis rem Christianam administrare recte queant. Proditum est memoriae, hanc ipsam insedisse sententiam Francisco Xaverio, quem negare aiunt solitum, rem Christianam constare in ludia posse firmiter, nisi assidue incumbentibus piis strenuisque sacerdotibus India natis? EAque ille in re (piam acute viderit, facile apparet. Nam apostolieorum virorum operam, qui ex Europa advehuntur, multa praepediunt, maxime vero vernaculi inscientia sermonis, cuius perditlicile est arripere cognitionem; itemque insolentia institutorum atipie morum, quibus nc longo quidem tenuiore assuescitur: ita ut necease sit, europaeos Clericos illic ut in alieno loco versari. Quapropter cum aegre se multitudo credat peregrinis, perspicuum est, sacerdotum indigenarum longe futuram fructuosiorem operam. Explorata enim habent studia, ingenium, mores gentis suae: norunt loquendi, norunt tacendi tempora: denique Indi inter Indos sine ulla suspicione versantur: quod, vix attinet dicere (pianti sit, maxime in rebus trepidis.

1018 (497) 4. Deinde oportet animadvertere, Missionaries peregre advectos multo pauciores esse, quam ut excolendis iis, (piae nunc sunt, Christianorum communitatibus sufficiant. Id plane eminet ex tabulis Missionum: ex eoque confirmatur quod Missiones Indicae a sacro Consilio christiano nomini propagando alios atipie alios Evangeli! praecones implorare et flagitare non desinunt. lamvero si culturae animorum ne in praesens quidem sunt pares sacerdotes externi, quid in posterum, aucto Christianorum numero'

‘ [Cfr. n. 933).

• Proptcrea ColleiriiH In quibus Indi in spem Sacerdotii succrescebunt, quam maximo favebat. Cfr. *Monumenta Historiae S. Xarr.riana,* I (Mattiti 1903) 261. 304. 361.

ncque enim spes est fore ut eorum, (pios Europa mil tit, crescat pro portione copia. Igitur si placet ludorum saluti consulere nomenque Christianum in spem diuturnitatis fundare in illa inimitate regionum, legere ex indigenis opus est, qui muneribus otficiisque sacerdotalibus, diligenti praeparatione adhibita, perfungantur.

1019 (498) 5. Tertio loco illud non est praetereundum, quod abest quidem a veri similitudine plurimum, sed tamen fieri aliquando posse nemo negaverit: nimirum talia posse in Europa Asiave incidero tempora, ut vi ac necessitate cogantur ludias destituere sacerdotes advenae. Quo facto, si ('lenis indigena desit, quî posset religio salva consistere, nullo nec administro sacrorum nec. magistro disciplinae.' Satis aperte hac de re historia loquitur Sinensium, laponiorum, Aethiopnm. Scilicet plus semel apud laponios, apud Sinenses, incumbentibus nomini Christiano odiis cladibusque, inimica vis, necatis vel in exilium actis sacerdotibus externis, pepercit nativis: qui linguam moresque patrios apprime docti, et propinquitatibus amicitiisque subnixi, non modo impune manere in patria, sed rem sacram administrare, et otlicia quae ad regendos animos pertinent, libere exequi in omnibus provinciis potuerunt. Contra in Aethiopia, ubi iam Christiani ad biscentum millia numerabantur, cum Clerus indigena nullus esset, caesis vel pulsis Missionariis europaeis, diuturni laboris fructum subitaria insectationis procella funditus sustulit.

1020 (499) 6. Denique respicienda antiquitas est. quodque olim salubriter institutum videmus, id religiose servandum. lamvero in apostolici perfunctione muneris, primum quidem imbuere christianis praeceptionibus multitudinem; mox lectos ex popularibus nonnullos initiare sacris, et ad ipsum episcopatum evehere, fuit in more positum institutoque Apostolorum. Quorum postea secuti exemplum romani Pontifices, in mandatis dare apostolieis viris perpetuo consueverunt, ut ubi Christianorum communitas satis ampla coaluisset, ibi Clerum ex indigenis deligere omni ope contenderent. Ut igitur incolumitati et propagationi catholici nominis apud Indos consultum sit, Indos instituere ad sacerdotium oportet, qui videlicet procurare sacra et popularibus suis christianis praeesse, qualiacumqnc tempora incubuerint, commode possint.

1021 (500) 7. Hac quidem de caussa Praefecti Missionum Indicarum, consilio hortatuque Sedis Apostolicae, collegia Clericorum, ubicumque facultas init. condidere. Imtno vero in Synodis Columbensi, Bangalorensi, Allahabadensi, ineunte anno m necci xxxvn habitis, decretum est, ut Dioeceses singulae suum habeant Clericis indigenis instituendis Seminarium: si qui ex Episcopis suffraganeis suum habere inopia prohibeatur, in metropolitano Clericos dioeeesanos alat suis sumptibus. Ista quidem salubriter decreta efficere Episcopi pro viribus nituntur: sed in eorum egregiam voluntatem transversa incurrit angustia rei familiaris, et penuria sacerdotum idoneorum, qui studiis praesint sapienterque regant disciplinam. Quare vix aut ne vix quidem Seminarium est ullum, in quo institutio alumnorum expleta cumulataquo habeatur: idque hoc tempore, eum rerum civilium

Gubernatores et Protestantes non exiguo numero nullis parcunt nec impendiis nec laboribus, ut omnis erudiatur subtiliter ac polite inventus.

1022 (<501) 8. Illud igitur perspicitur, quam sit opportunum, quam saluti publieae consentaneum, constituere in ludiis Orientalibus Collegia quaedam, ubi iuvenes incolae in spem Ecclesiae adolescentes erudiantur ad omnem elegantiam doctrinae ad easque virtutes, sine quibus nec sancte nec utiliter exerceri sacra munera queunt. Amotis dissensionum caussis per pacta conventa,[1] ordinataque administratione Dioeeeseon per Hierarehiam ecclesiasticam,[2] si licuerit Nobis, quod propositum est, institutioni Clericorum apte consulere, quasi fastigium operi videbimur imposuisse. Nam conditis semel, uti diximus, Clericorum Seminariis, certa spes esset, sacerdotes idoneos magna copia inde extituros, qui pietatis doctrinaeque lumen late funderent, quique in disseminanda Evangeli! veritate praecipuas industriae suae partes scienter insumerent. In opUS tam nobile, idemque infinitae mortalium multitudini saluti futurum, dignum est, aliquam Europaeos conferre operam; praesertim quoti pares esse magnitudini sumptuum soli non possumus. Christianorum est homines universos, ubicumque degant, in fratrum habere loco, et alienum a caritate sua putare neminem: idque in iis rebus maxime, in quibus proximorum vertitur sempiterna salus. Quamobrem petimus a vobis magnopere, Venerabiles Fratres, ut consilium et conata Nostra re adiuvare, quantum in vobis est. velitis. Date operam ut in comperto sit rei catholicae in tam remotis regionibus conditio: efficite ut vulgo intelligant, conari aliquid pro ludiis oportere: idque maxime sentiant ii, qui posse beneficentia uti, optimum putant pecuniae fructum.

Leonis ***XIII*** *Acia* 13, 192-196: CIO *Fontes* 3, 399-401.

l)c sacrorum alumnis mature optimeque excolendis

(Ex Epist. Encycl. *Constanti Hunoarorum* ad Episcopos Hungarino, 2 sept. 1893).

1023 (502) 8. ... Prolecto si vestrum est, Venerabiles Fratres, plurimum consilii atque operae in recte instituenda omni inventate ponere, multo vos magis in iis elaborare necesse est, qui in Ecclesiae spem adolescunt, ut nempe et sacerdotii honore digni sint et muneribus eius rite obeundis aptam pro temporibus virtutem praescierant. In quo quum praecipuas vigilantiae vestrae partes iure sibi vindicent sacra Seminaria, alacriore in dies studio contendite ut optimis ea institutis floreant, abundentque adiumentis iis omnibus quae necessaria sunt; ita sane ut, delectorum moderatorum disciplina. ad mores, ad virtutes sui ordinis proprias, atque ad decus omne doctrinae, vel divinae vel humanae, sacrorum alumni mature optimeque excolantur.

Leonis ***XIII*** *Acta* 13, 2'6 s.; CIC *Fontes* 3, 408.

[1] Cfr. *Concord.* 1029-11)48; *Leonis* ***XIII*** *Convent.* 16-70; PE *Ius Pont.* 7, 319-357.
[2] Litt. Ap. *Humanae salutis,* 1 sept. 1886: *Leonis* ***XIII*** *Acta* 6, 161-179.

Do studiis .Scripturae Sacrae

(Ex Litt. Encycl. *Provídcnltasimus Deus,* 18 nov. ‡893).

¡024 (Ô03) I. ... Tanta quum sii praestantia et dignitas Scripturarum, ut Deo ipso auctore confectae, altissima eiusdem mysteria, consilia, opera complectantur, illud consequitur, eam quoque parten, sacrae Theologiae, quae in eisdem divinis Libris tuendis interpretandisque versatur, excellentiae et utilitatis esse quam maximae.

1025 (504) 7. Itaque ea prima sit cura, ut in sacris Seminariis vel Academiis sic omnino tradantur divinae Litterae, quemadmodum et ipsius ğravita disciplinae et temporum necessitas admonent. Cuius rei causa, nihil profecto debet esse antiquius magistrorum delect ione prudenti: ad hoc enim munus non homines quidem de multis, sed tales assumi oportet, quos magnus amor et diuturna consuetudo Bibliorum, atque opportunus doctrinae ornatus commendabiles faciat, pares officio. Neque minus prospiciendum mature est, horum postea locum qui sint excepturi. luverit idcirco, ubi commodum sit, ex alumnis optimae spei, theologiae spatium laudate emensis, nonnullos divinis Libris totos addici, facta eisdem plenioris cuiusdam studii aliquandiu facultate. Ita delecti institutique doctores, commissum munus adeant fidenter: in quo ut versentur optime et consentaneos fructus educant, aliqua ipsis documenta paulo explicatius impertire placet.

1026 (505) Ergo ingeniis tironum in ipso studii limine sic prospiciam. ut indicium in eis, aptum pariter Libris divinis tuendis atque arripiendae ex ipsis sententiae, conforment sedulo et excolant. Huc pertinet tractatus d< *introductione,* ut loquuntur, *biblica,* ex quo alumnus commodam habet opem ad integritatem auctoritatemque Bibliorum convincendam, ad legitimum in illis sensum investigandum et assequendum, ad occupanda captiosa et radicitus evellenda. Quae quanti momenti sit disposite scienterque, comite et adiutrice theologia, esse initio disputata, vix attinet dicere, quum tota continenter tractatio Scripturae reliqua hisce vel fundamentis nitatur vel luminibus clarescat.

1027 (506) Exinde in fructuosiorem huius doctrinae partem, quae de *interpretatiene* est, persi odiose incumbent praeceptoris opera; unde sit audit oribus, quo dein modo divini verbi divitias in profectum religionis et pietatis convertant. Intelligimus equidem, enarrari in scholis Scripturas omnes, nec per amplitudinem rei, nec per tempus licere. Verumtamen. quoniam certa opus est via interpretationis utiliter expediendae, utrumque magister prudens devitet incommodum, vel eorum qui e singulis libris cursim delibandum praebent, vel eorum qui in certa unius parte immoderatius consistunt. Si enim in plerisque scholis adeo non poterii obtineri, quod in Academiis maioribus, ut unus aut alter liber continuatione quadam

' [Cfr. nn. 1001. 1121. 12221.

ct ubertate exponatur, at magnopere efficiendum est, ut librorum partes ad interpretandam selectae tractationem habeant convenienter plenam: quo velati specimine allecti discipuli et edocti, cetera ipsi perlegant adamentque in omni vita.

1028 (507) Is porro, retinens instituta maiorum, exemplar in hoc sumet versionem vulgatam; quam Concilii m Tridentini m *in publicis lectionibus, disputationibus, praedicationibus et expositionibus pro authentica* habendam decrevit,l atque etiam commendat quotidiana Ecclesiae consuetudo. Neque tamen non sua habenda erit ratio reliquarum versionuni, quas christiana laudavit usurpavitqae antiquitas, maxime codicum primigeniorum. Quamvis enim, ad summam rei quod spectat, ex dictionibus Vulgatae Imbraca et graeca bene eluceat sententia, attamen si quid ambigue, si quid minus accurate inibi elatum sit, «inspectio praecedentis linguae», suasore Augustino,* proficiet, Iamvero per se liquet, quam multum navitatis ad haec adhiberi oporteat, quum demum sit o commentatoris officium, non quid ipse velit, sed quid sentiat ille quem interpretetur, exponere ⁑.

1029 (508) Post expensam, ubi opus sit, omni industria lectionem, tum locus erit scrutandae et proponendae sententiae. Primum autem consilium est, ut probata communiter interpretandi praescripta tanto experrectiore observentur cura, (pianto morosior ab adversariis urget contentio. Propterea cum studio perpendendi quid ipsa verba valeant, quid consecutio rerum velit, quid locorum similitudo aut talia cetera, externa quoque appositae eruditionis illustratio societur: cauto tamen, ne istiusmodi quaestionibus plus temporis tribuatur et operae quam pernoscendis divinis Libris, neve corrogata multiplex rerum cognitio mentibus iuvenum plus incommodi afferat quam adiumenti.

1039 (509) Ex hoc, tutus erit gradus ad usum divinae Scripturae in re theologica. Quo in genere animadvertisse oportet, ad ceteras difficultatis causas, quae in quibusvis antiquorum libris intelligendis fere occurrunt, proprias aliquas in Libris sacris accedere. Eorum enim verbis, auctore Spiritu Sancto, res multae subiiciuntur quae humanae vim aciemque rationis longissime vincunt, divina scilicet mysteria et quae cum illis continentur alia multa; idque nonnunquam ampliore quadam et reconditiore sententia, «piam exprimere littera et hermeneuticae leges indicare videantur: alios praeterea sensus, vel ad dogmata illustranda vel ad commendanda praecepta vitae, ipse litteralis sensus profecto adsciscit. Quamobrem diffitendum non est religiosa quadam obscuritate sacros Libros involvi, ut ad eos. nisi aliquo viae duce, nemo ingredi possit:' Deo quidem sic providente (quae vulgata est opinio Ss. Patrum), ut homines maiore cum desiderio

l i, deer. *De edit. et timi Sacr. Libr.t* CT 5, 92.
l *Dc docir. ehr.* 3, 3, 7: ML 31. 08.
1 S. Hieronymus, Epist. 18 (ad *Pammach.)* 17: ML 22, 507.
• 8. Hier. Epist. 53 *{ad Paulinuni)* 1-6: ML 22, 513 h.

et studio illos perscrutarentur, resque inde operose perceptas mentibus animisque altius infigerent; intelligerent que praecipue, Scripturas Deum tradidisse Ecclesiae, qua scilicet duce et magistra in legendis tractandisque eloquiis suis certissima uterentur. Ubi enim charismata Domini posita sint, ibi discendam esse veritatem, atque ab illis, apud quos -it successio apostolica, Scripturas nullo cum periculo exponi, iam sanctus docuit Irenaeus:1 cuius quidem celerorumque Patrum doctrinam Synodus Vaticana amplexa est, quando Tridentinum decretum de divini verbi scripti interpretatione renovans, *hanc illius mentem esse declaravit, ut in rebus fidei ct morum, ad aedificationem doctrinae christianae pertinentium, is pro vero sensu sacrae Scripturae habendus sil, quem tenuit ac tenet sancta Mater Ecclesia, cuius est indicare de vero sensu et interpretatione Scripturarum sanetarum; atque ideo nemini licere contra hunc sensum aut etiam contra unanimem consensum Patrum ipsam Scripturam sacram interpretari.*2

1031 (510) Qua plena sapientiae lege nequaquam Ecclesia pervestigationem scientiae biblicae retardat aut coercet; sed eam potius ab errore integram praestat, plurimumque ad veram adiuvat progressionem. Nam privato cuique doetori magnus patet campus, in quo, tutis vestigiis, sua interpretandi industria praeclare certet Ecclesiaeque utiliter. In locis quidem divinae Scripturae qui expositionem certam ct definitam adhuc desiderant, effici ita potest, ex suavi Dei providentis consilio, ut, (piasi praeparato studio, indicium Ecclesiae maturetur; in locis vero iam definitis potest privatus doctor aeque prodesse, si eos vel enucleatius apud fidelium plebem et ingeniosius apud doctos edisserat, vel insignius evincat ab adversariis. Quapropter praecipuum sanetumque sit catholico interpreti, ut illa Scripturae testimonia, quorum sensus authentice declaratus est. aut per sacros auctores, Spiritu Sancto afilante, uti multis in locis novi Testamenti, aut per Ecclesiam, eodem Sancto adsistente Spiritu, *sive solemni indicio, sive ordinario et universali magisterio,*3 eadem ipse ratione interpretetur; atque ex adiumentis disciplinae suae convincat, eam solam interpretationem, ad sanae hermeneuticae leges, posse recte probari. In ceteris analogia fidei sequenda est, et doctrina catholica, qualis ex auctoritate Ecclesiae accepta, tamipiam summa norma est adhibenda: nam, (pium et sacrorum Librorum et doctrinae apud Ecclesiam depositae idem sit auctor Deus, profecto fieri nequit, ut sensus e.\ illis, qui ab hac quoquo modo discrepet, legitima interpretatione eruatur. Ex quo apparet, eam interpretationem ut ineptam et falsam reiiciendain. quae, vel inspiratos auctores inter se quodammodo pugnantes faciat, vel doctrinae Ecclesiae adversetur.

1032 (511) Huius igitur disciplinae magister hac etiam laude floreat oportet, ut omnem theologiam egregie teneat, atque in commentariis versatus sit Ss. Patrum Doctorumque et interpretum optimorum. Id sane inculcat

1 *.hir. hacr.* 4, 26. 5: MG 7. 1056.

2 Ses». 3, cap. 2 *Dc Deed.* (Mansi 51, 431) ex Conci/. *Triti.* Sess. 4, deer. *De edil, tl usu Sacr. Libr.:* CT 5, 92.

3 *Condì. Cutie. /* Sess. 3, cap. 3 *Dc Fide:* Maxsi 51, 132.

Hieronymus,l multumque Augustinus, qui insta cum querela, « Si unaquaeque disciplina, inquit, quamquam vilis et facilis, ut percipi possit, doctorem aut magistrum requirit, quid temerariae superbiae plenius, quam divinorum sacramentorum libros ab interpretibus suis nolle cognoscere! ■›? Id ipsum sensere et exemplo confirmavere ceteri Patres, qui « divinarum Scripturarum intelligentiam non ex propria praesumptione, sed ex maiorum scriptis et auctoritate sequebantur, quos et ipsos ex apostolica successione intelligeudi regulam suscepisse constabat »?

1033 (512) lamvero Ss. Patrum, quibus « post Apostolos, sancta Ecclesia plantatoribus, rigatoribus, aedificatoribus, pastoribus, nutritoribus crevit ⅋, summa auctoritas est, quotiescumque testimonium aliquod biblicum, ut ad fidei pertinens morumve doctrinam, uno eodemque modo explicant omnes: nam ex ipsa eorum consensione, ita ab Apostolis secundum catholicam fidem traditum esse nitide eminet. Eorumdem vero Patrum sententia tunc etiam magni aestimanda est, quum hisce do rebus munere doctorum quasi privatim funguntur; quippe quos, non modo scientia revelatae doctrinae et multarum notitia rerum, ad apostolices libros cognoscendos utilium, valde commendet, verum Deus ipse, viros sanctimonia vitae et veritatis studio insignes, amplioribus luminis sui praesidiis adiuverit. Quare interpres suum esse noverit, eorum et vestigia reverenter persequi et laboribus fruì intelligenti delectu.

1031 (513) Neque ideo tamen viam sibi putet obstructam, quo minus, ubi insta causa adfuerit, inquirendo et exponendo vel ultra procedat, modo praeceptioni illi, ab Augustino sapienter propositae, religiose obsequatur, videlicet a litterali et veluti obvio sensu minime discedendum, nisi qua cum vel ratio tenere prohibeat vel necessitas cogat dimittere,§ quae praeceptio eo tenenda est firmius, quo magis, in tanta novitatum cupidine ct opinionum licentia, periculum imminet, aberrandi, (’aveat idem ne illa negligat quae ab eisdem Patribus ad allegoricam similemve sententiam translata sunt, maxime quum ex litterali descendant et multorum auctoritate fulciantur. Talem enim interpretandi rationem ab Apostolis Ecclesia accepit, suoque ipsa exemplo, ut e re patet liturgica, comprobavit; non quod Patres ex ea contenderent dogmata (idei per se demonstrare, sed quia bene frugiferam virtuti et pietati alendae missent experti.

1035 (511) Ceterorum interpretum catholicorum est minor quidem auctoritas, attamen, quoniam Biblioruin studia continuum quemdam progressum in Ecclesia habuerunt, istorum pariter commentariis suus tribuendus est honor, ex quibus multa opportune peti liceat ad refellenda contraria,

l Epht. 53 *(ad Paulinum}* 6-8: ML 22, 544-548.
• *Dc ulilil. crcd.* 17, 35: ML 12. »1.
’ Rvfixub, *Hisl. eccl.* 2, 9: ML 21, 518.
• S. A.CGU3TINÜS, *Julian. 2,* 10, 37: ML II, 700.
• *De Gen. ad UU.* 8. 7. 13: ML 34, 378.

ad difficiliora enodanda. At vero id nimium dedecet, ut quis, egregii» operibus, quae nostri abunde reliquerunt, ignoratis aut despectis, hcterodoxormn libros praeoptet, ab cisque eum praesenti sanae doctrinae periculo et non raro cum detrimento fidei, explicationem locorum quaerat, in quibus catholici ingenia et labores suos iamdudum optimeque collocarint. Licet enim heterodoxorum studiis, prudenter adhibitis, iuvari interdum possit interpres catholicus, meminerit, tamen, ex crebris quoque veterum documentis,l incorruptum sacrarum Litterarum sensum extra Ecclesiam neutiquam reperiti, neque ab eis tradi posse, qui, verae fidei expertes, Scripturae, non medullam attingunt, seti corticem rodunt?

1036 (515) 8. Illud autem maxime optabile est et necessarium, ut eiusdem diviliae Scripturae usus in universam Theologiae influat disciplinam eiusque prope sit anima: ita nimirum omni aetate Patres atque praeclarissimi quique theologi professi sunt et re praestiterunt. Nam quae obiectum sunt fidei vel ab ea consequuntur, ex divinis potissime Litteris studuerunt asserere et stabilire; atque ex ipsis, sicut pariter ex divina traditione, nova haereticorum commenta refutare, catholicorum dogmatum rationem, intelligentiam, vincula exquirere. Neque id cuiquam fuerit mirum qui reputet, tam insignem locum inter revelationis fontes divinis Libris deberi, ut, nisi (‘orum studio usuque assiduo, nequeat theologia rite et pro dignitate tractari. Tametsi enim rectum est iuvenes in Aeademiis et scholis ita praecipue exerceri ut intellectum et scientiam dogmatum assequantur, ab articulis fidei argumentatione instituta ad alia ex illis, secundum normas probatae solidaeque philosophiae, concludenda; gravi tamen eruditoqne theologo minime negligenda est ipsa demonstratio dogmatum ex Biblioruin auetoritat ibus ducta: ‘ Non enim accipit (theologia) sua principia ab aliis scientiis, sed immediate a Deo per revelationem. Et ideo non accipit ab aliis scientiis, tamquam a superioribus, sed utitur eis tamquam inferioribus et ancillis». Quae sacrae doctrinae tradendae ratio praeceptorem commendatoremque habet theologorum principem, Aquinatem:3 qui praeterea, ex hac bene perspecta christianae theologiae indole, docuit quemadmodum possit theologus sua ipsa principia, si qui ea forte impugnent, tueri: ‘ Argumentando quidem, si adversarius aliquid concedat eorum, (piae per divinam revelationem habentur; sicut per auctoritates sacrae Scripturao disputamus contra haereticos, et per unum articulum contra negantes alium. Si vero adversarius nihil credat eorum quae divinitus revelantur, non remanet amplius via ad probandum articulos fidei per rationes, sed ad solvendum rationes, si quas inducit contra fidem »?

‡ Cfr. Clemens A. *Strom. 1.* 16: MG 9, 529-515; Orígenes. *De prine,* t, 8; *Í» Ecrit.* hom. t. 8: MG 11, 356-360; 12, 113 s.; Tertullianus, *De praeeer.* 15-20: ML 2, 28-32; S. Hilarius Piot. *Im Malth.* 13, 1: ML », »93.

• S. Gregorius M. *Morat.* 20, », 20: ML 76, 149.

’ *Summa Thcoì.* I. q. 1, a. 5 ad 2.

' *Ibid.* a. 8.

1037 (516) Providendum igitur, ut ad studia biblica convenienter instructi munitique aggrediantur iuvenes; ne instara frustrentur spem, neu, quod deterius est, erroris discrimen incaute subeant, Rationalistarum capti fallaciis apparataeque specie erudionis. Erunt autem optime comparati, si, quâ Nosmctipsi monstravimus et praescripsimus via,' philosophiae et theologiae institutionem, eodem S.Thoma duce, religiose coluerint penitusque perceperint. Ita recte incedent, quum in re biblica, tum in ea theologiae parte quam *positivam* nominant, in utraque laetissime progressuri.

1038 (517) 9. Doctrinam catholicam legitima et sollerti sacrorum Bibliorum interpretatione probasse. exposuisse, illustrasse, multum id quidem est: altera lamen, eaque tam gravis momenti quam operis laboriosi, pars remanet, ut ipsorum auctoritas integra quam validissime asseratur. Quod quidem nullo alio pacto plene licebit universeque assequi, nisi ex vivo et proprio magisterio Ecclesiae: quae *per se ipsa, ob suam nem pe admirabilem propagatio nem, eximiam sanctitatem et inexhaustam in omnibus bonis fecunditatem, oh catholicam unitatem, invictanique stabilitatem, magn/um quoddam et perpetuum est motivimi eredibilitatis et divinae suae legationis testimonium irrefragabile.*2 Quoniam vero divinum et infallibile magisterium Ecclesiae, in auctoritate etiam sacrae Scripturae consistit, huius propterea fides saltem humana adserenda in primis vindicandaque est; quibus ex libris, tamquam ex antiquitatis probatissimis testibus, Christi Domini divinitas et legatio, Ecclesiae hierarchicae institutio, primatus Petro ct successoribus eius collatus, in tuto apertoque collocentur.

1039 (518) \d hoc plurimum sane conducet, si plures sint e sacro ordine paratiores, (pii hae etiam in parte pro fide dimicent et impetus hostiles propulsent. induti praecipue *armatura Dei,* quam suadet Apostolus *(Eph.* (», 13-17), neque vero ad nova hostium arma ct praelia insueti. Quod pulcre in sacerdotum officiis sic recenset Chrysostomus: ‹ Ingens adhibendum est studium ut *Christi verbum habitet in nobis abundanter:* 3 neque enim ad unum pugnae genus parati esse debemus, sed multiplex est bellum et varii sunt hostes: neque iisdem omnes utuntur armis neque uno tantum modo nobiscum congredi moliuntur. Quare opus est, ut is qui cum omnibus congressurus est, omnium machinas artesque cognitas habeat, ut idem sit sagit tarins et funditor, tribunus et manipuli ductor, dux et miles, pedes et eques, navalis ac muralis pugnae peritus ... nisi enim omnes dimicandi artes noverit, novit diabolus per unam partem, si sola negliga! ur, praedonibus suis immissis, oves diripere Fallacias hostium artesque in hac re ad impugnandum multiplices supra adumbravimus: iam, quibus praesidiis ad defensionem nitendum, commoneamus.

’ [Cfr. nn. 900-931].
l Concit. Calie. 1 Ses». 3, cap. 3 *De Fide:* Mansi 51, 132.
’ Cfr. *C.* 3, 16.
‘ S. Iohanxes Chkvs. *De Saccrd.* I, 1: MG 18, 660.

[040 (519) Est primum in studio linguarum veterum orientalium simnique in arte quam vocant criticam. (.'triusque rei scientia quum hodie in magno sit pretio et lamie, eâ clerus, plus minusve pro locis et hominibus exquisita, ornatus, melius poterit decus et munus sustinere suum; nam ipse *omnia omnibus* fieri debet (1 *C.* 9, 22), paratus semper *ad satiafactionem omni poscenti rationem de ea (piae in ipso est spe* (1 *P.* 3, 15). Ergo sacrae Scripturae magistris necesse est atque theologos addecet, eas lingua^ cognitas habere quibus libri canonici sunt primitus ab hagiographis exarati, easdernque optimum factu erit si colant alumni Ecclesiae, qui praesertim ad académicos theologiae gradus aspirant. Atque etiam curandum ut omnibus in Academiis quod iam in inultis receptum laudabiliter est, de ceteris item antiquis linguis, maxime semiticis, deque congruente cum illis eruditione, sint magisteria, eorum in primis usui qui ad sacras Litteras profitendas designantur.

1041 (520) Hos autem ipfios, eiusdem rei gratia, doctiores esse oportet atque exercitatiores in vera artis criticae disciplina: perperam enim et cum religionis damno inductum est artificium, nomine honestatum criticae sublimioris, quo, ex solis internis, uti loquuntur, rationibus, cuiuspiam libri origo, integritas, auctoritas diiudicata emergant. Contra perspicuum est. in quaestionibus rei historicae, cuiusmodi origo ct conservatio librorum, historiae testimonia valere prae ceteris, eaque esse quam studiosissime et conquirenda et excutienda: illas vero rationes internas plerumque non esse tanti, ut in causam, nisi ad quamdam confirmationem, possint advocari. Secus si liat, magna profecto consequentnr incommoda. Nam hostibus religionis plus confidentiae luturum est ut sacrorum authenticitatein Librorum impetant et discerpant: illud ipsum quod extollunt genus criticae sublimioris, eo demum recidet, ut suum quisque studium praeiudicatamque opinionem interpretando sectentur: inde neque Scripturis quaesitum lumen accedet, neque ulla doctrinae oritura utilitas est, sed certa illa patebit erroris nota, quae est varietas et dissimilitudo sentiendi. ut iam ipsi sunt documento huiusce novae principes disciplinae: inde etiam, quia plerique infecti sunt vanae philosophiae et rationalism! placitis, ideo prophetias, miracula, cetera quaecumque naturae ordinem superent, ex sacris Libris dimovere non verebuntur.

1042 (521) Congrediendum secundo loco cum iis, qui sua physicorum scientia abusi, sacros Libros omnibus vestigiis indagant, unde auctoribus inscitiam rerum talium opponant, scripta ipsa vituperent. Quae quidem insimulationes quum res attingant sensibus obiectas, eo periculosiores accidunt, manantes in vulgus, maxime in deditam litteris inventutem; quae, semel reverentiam divinae revelationis in uno aliquo capite exuerit, facile in omnibus omnem eius fidem est dimissura. Nimium sane constat, de natura doctrinam, quantum ad percipiendam summi Artificis gloriam in procreatis rebus impressam aptissima est, modo sit convenienter proposita, tantum posse ad elementa sanae philosophiae evellenda corrumpendosque mores, teneris animis perverse infusam. Quapropter Scripturae sacrae

doctori cognitio naturalium rerum bono erit subsidio, quo huius quoque modi captiones in divinos Libros instructas facilius detegat et refellat.

1043 (522) Nulla quidem theologum inter et physicum vera dissensio intercesserit, dum suis uterque finibus se contineant, id caventes, secundum S. Ai g u s t isi monitum, «ne aliquid temere et incognitum pro cognito asserant *. Sin tamen dissenserint, quemadmodum se gerat theologus, summatim est regula ab eodem oblata: « Quidquid, inquit, ipsi de natura rerum veracibus documentis demonstrare potuerint, ostendamus nostris Litteris non esse contrarium: quidquid autem de quibuslibet suis voluminibus his nostris Litteris, idest catholicae fidei, contrarium protulerint, aut aliqua etiam facultate ostendamus, aut nulla dubitatione credamus esse falsissimum De cuius aequitate regulae in consideratione sit primum, scriptores sacros, seu verius ‹ Spiritum Dei, qui per ipsos, loquebatur, noluisse ista (videlicet intimam adspcctabilium rerum constitutionem) docere homines, nulli saluti profutura quare eos, potius quam explorationem naturae recta persequantur, res ipsas aliquando describere et tractare aut quodam translationis modo, aut sicut communis sermo per ea ferebat tempora, hodieque de multis fert rebus in quotidiana vita, ipsos inter homines scientissimo». Vulgari autem sermone quum ea primo proprieque efferantur quae cadant sub sensus, non dissimiliter scriptor sacer (monuitque et Doctor Angelicus) « ea secutus est, quae sensibiliter apparent ▮›,' seu quae Deus ipse, homines alloquens, ad eorum captum significavit humano more.

1044 (523) Quod vero defensio Scripturae sanctae agenda strenue est, non ex eo omnes aeque sententiae tuendae sunt quas singuli Patres aut qui deinceps interpretes in eadem declaranda ediderint: qui, prout erant opiniones aetatis, in locis edisserendis ubi physica aguntur, fortasse non ita semper indicaverunt ex veritate, ut quaedam posuerint, quae nunc minus probentur. Quocirca studiose dignoscendum in illorum interpretationibus, quaenam reapse tradant tamquam spectantia ad fidem aut eum ea maxime copulata, quaenam unanimi tradant, consensu: namque « in his quae de necessitate fidei non sunt, licuit Sanctis diversimode opinari, sicut ct nobis», ut est S. T h o m a e sententia.4 Qui et alio loco prudentissime habet: . Mihi videtur tutius esse, huiusmodi, quae philosophi communiter senserunt, et nostrae fidei non repugnant, nec sic esso asserenda ut dogmata fidei, etsi aliquando sub nomine philosophorum introducantur, nec sic esse neganda tamquam fidei contraria, ne sapientibus huius mundi occasio contemnendi doctrinam fidei praebeatur •›.• Sane, quamquam ea. quae speculatores naturae certis argumentis certa iam esse atlirmarint. interpres ostendere debet nihil Scripturis recte explicatis ŏbsis

l *In Gen. op. imperi.* 9. 30: ML 34, 233.
• *De Gen. ad liti.* 1, 21, 41: ML 34, 262.
• S. Avo. *ibid.* 2, 9, 20: ML 34, 270.
4 *Summu ThtuL* I. q. 70, a. 1, ud 3»
• /11 *Sent.* 2, (list. 2, q. 1. a. 3: S. T h o m a e AQ. *Opera Omnia* 6, 1 (Romao 1570) 9 b.
• *Opiate.* 10, proocm.: *Ibid,* 17, 1: 80 a.

tere, ipsum tamen ne fugiat, factum quandoque, esse ut certa quaedam ab illis tradita, postea in dubitationem adducta sint et repudiata. Quod sí physicorum scriptores terminos disciplinae suae transgressi, in provinciam philosophorum perversitate opinionum invadant, eas interpres theologus philosophis mittat refutandas.

1045 (524) Haec ipsa deinde ad cognatas disciplinas, ad historiam praesertim, iuvabit transferri. Dolendum enim, multos esse qui antiquitatis monumenta, gentium mores et instituta, similiumque rerum testimonia magnis ii quidem laboribus perscrutentur et proferant, sed eo saepius consilio, ut erroris labes in sacris Libris deprehendant, ex quo illorum auctoritas usquequaque infirmetur et nutet. Idque nonnulli et nimis infesto animo laciunt nec satis aequo indicio; qui sic fidunt profanis libris et documentis memoriae priscae, perinde ut nulla eis ne suspicio quidem erroris possit subesse, libris vero Scripturae sacrae, ex opinata tantum erroris specie, neque eâ probe discussa, vel parem abnuunt fidem.

1046 (525) Fieri quidem potest, ut quaedam librariis in codicibus describendis minus recte exciderint; quod considerate indicandum est, nec facile admittendum, nisi quibus locis rite sit demonstratum: fieri etiam potest, ut germana alicuius loci sententia permaneat anceps; cui enodandae multum afferent optimae interpretandi regulae; at nefas omnino fuerit, aut inspirationem ad aliquas tantum sacrae Scripturae partes coangustare, aut concedere sacrum ipsum errasse auctorem. Nec enim toleranda est eorum ratio, qui ex istis difficultatibus sese expediunt, id nimirum dare non dubitantes, inspirationem divinam ad res fidei morumque, nihil praeterea, perlinere, eo quod falso arbitrentur, de veritate sententiarum quum agitur, non adeo exquirendum quaenam dixerit Deus, ut non magis perpendatur quam ob causam ea dixerit. Etenim libri omnes atque integri, quos Ecclesia tamquam sacros et canonicos recipit, cum omnibus suis partibus, Spiritu Sancto dictante, conscripti sunt; tantum vero abest ut divinae inspirationi error ullus subesse possit, ut ea per se ipsa, non modo errorem excludat omnem, sed tam necessario excludat et respuat, quam necessarium est, Deum, summam Veritatem, nullius omnino erroris auctorem esso.

1047 (526) Haec est antiqua et constans fides Ecclesiae, solemni etiam sententia in Conciliis definita Florentino et Tridentino; confirmata denique atque expressius declarata in Concilio VVTICAXO, a quo absolute edictum: *Veteris ct novi Testamenti libri integri cum omnibus suis partibus, prout in eiusdem Concilii* (Tridentini) *decreto recensentur, et in reteri vulgata latina editione habentur, pro sacris ct canonicis suscipiendi sunt. Kos vero Ecclesia pro sacris ct canonicis habet, non ideo quod sola humana industria concinnati, sua deinde auctoritate sint approbati; nec ideo dumtaxat, quod revelationem sine errore contineant: sed propterva quod Spiritu Sancto inspirante conscripti. Deum habent auctorem.*[1] Quare nihil admodum refert.

[1] Seas. 3, cap. 2 *Dc Herd.:* Mvnsi 51, 131.

Spiritum Sanctum assumpsisse homines tamquam instrumenta ad scribendum. quasi, non quidem primario auctori, sed scriptoribus inspiratis quidpiam falsi elabi potuerit. Nam supernaturali ipso virtute ita eos ad scribendum excitavit et movit, ita scribentibus adstitit, ut ea omnia caque sola quae ipse iuberet, et recte ruente conciperent, et fideliter conscribere vellent, et apte infallibili veritate exprimerent: secus, non ipse esset auctor sacrae Scripturae universae.

1048 (527) Hoc ratum semper habuere Ss. Patres: « Itaque, ait Augustinus, quum illi scripserunt quae ille ostendit et dixit, nequaquam dicendum est, quod ipse non scripserit: quandoquidem membra eius id operata sunt, quod dictante capite cognoverunt d pronuncia! que S. Gregorius AI.: « Quia haec scripserit, valde supervacanee quaeritur, quum tamen auctor libri Spiritus Sanctus fideliter credatur. Ipse igitur haec scripsit, qui scribenda dictavit: ipse scripsit qui et in illius opere inspirator exstitit »? Consequitur, ut qui in locis authenticis Librorum sacrorum quidpiam falsi contineri posse existiment, ii profecto aut catholicam divinae inspirationis notionem pervertant, aut Deum ipsum erroris faciant auctorem.

1049 (528) Atque adeo Patribus omnibus et Ductoribus persuasissimum fuit, divinas Litteras, quales ab hagiographis editae sunt, ab omni omnino errore esse immunes, ut propterea non pauca illa, quae contrarii aliquid vel dissimile viderentur afferre (eademque fere sunt (piae nomine novae scientiae nunc obiiciunt), non subtiliter minus quam religiose componere inter se et conciliare studuerint; professi unanimes, Libros eos et integros et per partes a divino aeque esse afflatu, Deumque ipsum per sacros auctores elocutum nihil admodum a veritate alienum ponere potuisse. Ea valeant universe quae idem AUGUSTINUS *ad Hieronymum* scripsit: « Ego enim fateor caritati tuae, solis eis Scripturarum libris qui iam canonici appellantur, didici hunc timorem honoremque deferre, ut nullum eorum auctorem scribendo aliquid errasse firmissime credam. Ac si aliquid in cis offendero litteris quoti videatur contrarium veritati, nihil aliud quam vel mendosum esse codicem, vel interpretem non assecutum esse quod dictum est, vel me minime intellexisse non ambigam ».3

1050 (529) 10. At vero omni graviorum artium instrumento pro sanctitate Bibliorum plene perfecteque contendere, multo id maius est, quam ut a sola interpretum et theologorum sollertia aequum sit expectari. Eodem optandum est conspirent et connitantur illi etiam ex catholicis viris, qui ab externis doctrinis aliquam sint nominis auctoritatem adepti. Horum sano ingeniorum ornatus, si nunquam antea, ne nunc quidem, Dei beneficio. Ecclesiae deest: atque utinatn eo amplius in fidei subsidium augescat. Nihil enim magis oportere ducimus, quam ut plures validioresque nanciscatur veritas propugnatores, quam sentiat adversarios; neque res ulla

l *Dc. coMensu Erantjd.* 1, 35, 51: ML 31, 1070.
• *Moral.* Pravi. 2: ML 75, 517.
' Epist. 82 («<l *Hieronymum)* 1, 3: ML 33, 277; ct crebrius alibi.

est quae magis persuadere vulgo possit obsequium veritatis, quam si earn liberrime profiteantur qui in lamíala aliqua praestent facultate. Quin facile etiam cessura est obtrectatorum invidia, aut certe non ita petulanter iam traducere illi audebunt inimicam scientiae, fidem, quum viderint a viris scientiae laude nobilibus summum fidei honorem reverentiamque adhiberi.

1051 530) Quoniam igitur tantum ii possunt religioni importare commodi, quibus cum catholicae professionis gratia felicem indolem ingenii benignum Numen impertiit, ideo in hae acerrima agitatione studiorum quae Scripturas quoquo modo attingunt, aptum sibi quisque eligant studii geniis, in quo aliquando excellentes, obiecta in illas improbae scientiae tela, non sine gloria, repellant.

1052 |531) Quo loco gratum est illud pro merito comprobare nonnullorum catholicorum consilium, qui ut viris doctioribus suppetere possit unde huiusmodi studia omni adiumentorum copia pertraclent et provehant, coactis societatibus, largiter pecunias solent conferre. Optima sane et peropportuna temporibus pecuniae collocandae ratio. Quo enim catholicis minus praesidii in sua studia sperare licet publice, eo promptiorem effusioremque patere ducet privatorum liberalitatcm; ut quibus a Deo aucti sunt divitiis, eas ad tutandum revelatae ipsius doctrinae thesaurum velint convertere.

1053 1532) Tales autem labores ut ad rem biblicam vere proficiant, insistant eruditi in iis tamquam principiis, quae supra a Nobis praefinita sunt; lideliterque teneant, Deum, conditorem rectoremque rerum omnium, eunidem esse Scripturarum auctorem: nihil propterea ex rerum natura, nihil ex historiae monumentis colligi posse quod cum Scripturis revera pugnet. Si quid ergo tale videatur, id sedulo submovendum, tum adhibito prudenti theologorum et interpretum indicio, quidnam verius ♆erisimilius ve habeat Scripturae locus, de quo disceptetur, tum diligentius expensa argumentorum vi, quae contra adducantur. Neque ideo cessandum, si qua in contrarium species etiam tum resideat; nam. quoniam verum vero adversari haudquaquam potest, certum sit aut in sacrorum interpretationem verborum, aut in alteram disputationis partem errorem incurrisse: neutrum vero si needum satis appareat, cunctantium interea de sententia. Permulta enim ex omni doctrinarum genere sunt diu multumque contra Scripturam iaetata, quae nunc, utpote inania, penitus obsolevere: item non pauca de quibusdam Scripturae locis (non proprie ad fidei inorumque pertinentibus regulam) sunt quondam interpretando proposita, in quibus rectius postea vidit acrior quaedam investigatio. Nempe opinionum commenta delet dies; sed | veritas manet et invalescit in aeternnni » (3 Æsd. I, 38). Quare, sicut nemo sibi arrogaverit ut omnem recte intelligat Scripturam, in qua se ipse plura nescire quam scire fassus est Augustisis,| ita, si quid inciderit difficilius quam explicari possit, quis-

| Eplst< 55 *(ad /anuarium)* 21. 38: ML 33, 222.

que eam sumet cautionem temperationemque eiusdem Doctoris: « Melius est vel premi incognitis sed utilibus signis, quam, inutiliter ea interpretando, a iugo servitutis eductam cervicem laqueis erroris inserere o.l

1054 (533) Consilia et iussa Nostra si probe verecundeque erunt secuti qui subsidiaria haec studia profitentur, si et scribendo et docendo studiorum fructus dirigant ad hostes veritatis redarguendos, ad fidei damna in inventate praecavenda, tum domum laetari poterunt, digna se opera sacris Litteris inservire, eamque rei catholicae opem atierre, qualem de filiorum pietate et doctrinis iure sibi Ecclesia pollicetur.

1055 (534) 11. Haec sunt. Venerabiles Fratres, quae de studiis Scripturae sacrae pro opportunitate monenda et praecipienda, aspirante Deo, consuimus. larn sit vestrum curare, ut qua par est religione custodiantur et observentur: sic ut debita Deo gratia, dc communicatis humano generi eloquiis sapientiae suae, testatius eniteat, optataeque utilitates redundent, maxime ad sacrae invent ut is institutionem, quae tanta est cura Nostra et spes Ecclesiae. Auctoritate nimirum et hortatione date alacres operam, ut in Seminariis, atque in Academiis quae parent ditioni vestrae, haec studia insto in honore consistant vigeant que. Integre felici! erque vigeant, mollera, rice Ecclesia, secundum saluberrima documenta et exempla Ss. Patrum laudatamque maiorum consuetudinem: atque talia ex temporum cursu incrementa accipiant quae vere sint in praesidium et gloriam catholicae veritatis, natae divinitus ad perennem populorum salutem.

1056 (535) Omnes denique alumnos et administros Ecclesiae paterna caritate admonemus, ut ad sacras Litteras adeant summo semper affectu reverentiae et pietatis: nequaquam enim ipsarum intelligentia salutariter ut opus est patere potest, nisi remota scientiae *terrenae* arrogantia, studioque sancte excitato eius *quae desursum est* sapientiae.2 Cuius in disciplinam semel admissa mens, atque inde illustrata ct roborata, mire valebit ut etiam humanae scientiae quae sunt fraudes dignoscat et vitet, qui sunt solidi fructus percipiat et ad aeterna referat: inde potissime exardescens animus, ad emolumenta virtutis et divini amoris spiritu vehementiore contendet: *Beati qui scrutantur testimonia eius, in toto corde exquirunt eum (l's.* 118, 2).

Leonis ***XIII*** *Acia* 13, 327. 340-304; CIO *Fontes* 3, 410 *s.* 417-427.

l *De doctr. dir.* 3, 9, 13: ML 34, 71.

* Cfr. *Ia.* 3, 15. 17.

De clericali ordine ad bonum certamen (idei et virtutis dignitatem comparando

(Ex Epist. Encycl. *Caritatis providentiaeque* ad Episcopos Polonos, 19 mart. 1891).

1057 (536) 4. Haec satis per se ipsa monent, singulari opus esse diligentia et opera ad informandum ordinem clericalem; qui, divino oraculo, talis succrescere debet atque sacrum ita tenere propositum, ut *sal terrae* et *lux mundi* habeatur et sit *(Ml.* 5, 13 s). Utraque laus, quae doctrina sana vitaeque sanctimonia praecipue continetur, in adolescente quidem clero potissime accuranda est, neque tamen minus est custodienda et proveherida in clero adulto, qui proxime incumbit *ad contum-motionem sancio*rum *in opus ministerii, in aedificationem corporis Christi (E.* 4, 12).

1058 (537) De sacris Seminariis clericorum bene est Nobis cognitum. Venerabiles Fratres, minime partes deesse vestras; ut, potius quam admoveamus incitamenta, comprobationem testari deceat vobis eisque omnibus quorum ipsa laetantur procurandi et docendi labore assiduo. Sane, temporibus quae inciderunt tam Ecclesiae iniquis, quum hostes veritatis invalescunt, quum corruptelarum pestis iam non seqrit occulta, sed impudens in omnia grassatur, si plura quam antea levamenta et remedia expectanda sunt a sacerdotali ordine, is nimirum maiore quam antea cura et exercitatione comparandus est ad *bonum certamen fidei* (1 *T.* 6, 12) et ad parem virtutis omnis dignitatem.

1059 (538) Quae de ratione dirigenda studiorum sunt a Nobis identidem normae praestitutae, in re praesertim philosophica, theologica, biblica, probe nostis:[1] ad eas instate ut sese magistri perdiligenter componant, neve ullam praetermittant ex doctrinis ceteris, quae gravioribus illis ornamento sunt, et sacerdotalibus muniis addunt commendationem. Instantibus similiter vobis, moderatores, disciplinae et pietatis (homines qui esse debent integritate et prudentia spectatissimi), sic rationem temperent vitae communis, sic alumnorum animos conforment, exereeantque, ut virtutum congruentium quotidiani in ipsis progressus eluceant: atque huc illud etiam spectet, omnem ut addiscant mat ureque induant prudentiam in iis attingendis quae civilis sint potestatis. Hoc sane modo ex sacris illis veluti palaestris et castris nova continenter militia, eaque optime instructa, prodibit, quae suppetias veniat laborantibus in pulvere et sole, atque defessos emeritosque integra suppleat. Verum, in ipsa sacrorum munerum perfunctione, facile videtis quantum periculi virtus vel solida offendat, et quam sit humanum languescere in propositis ab eisque delìcere. Itaque eo simul pertineant curae vestrae ut sacerdotibus apposite praebeatis quo studia doctrinae recolere possint et augere, in primis quo contentius possint, redintegratis interdum animorum viribus, ei perfectioni vacare suae et aliorum sempiternae saluti prodesse.

[1] [Cfr. nn. 900-931: 1021-1050. 984].

Talem vos, Venerabiles Fratres, rite in oculis vestris eductum atque probatum si habueritis clerum, sentietis profecto vobis pastorale munus, non allevari solum, sed etiam abundare optatis in grege fructibus: quorum licet sperare copiam a cleri maxime exemplo et actuosa caritate,

*Leoni» **XIII** Acta* 14, 72 8.: CIC *Fonie»* 3, 433 s.

De studiis clericorum in .splendorem adducendis

(Ex Epist. *Inter grave»* nd Episcopos Péruviennes, 1 niai, 1894).

1060 (539) 4. Quod primum igitur est, eo studiorum vestrorum spectabunt praecipua, ut opportuna adiumenta excogitetis, quibus in alumnis sacri ordinis, non modo disciplina morum servetur sancte, verum etiam doctrinarum acquirendarum stet vivax ardor; quo fiat, ut quae inter ephebos in spem Ecclesiae succrescentes inclinari forte ac languescere videntur studia, in eum adducantur splendorem, quem Nos iure optamus, quemque religionis expetunt tempora. Nostis enim. Venerabiles Fratres, id fuisse Dei providentis consilium, ut, quo primum pacto fortissimis martyribus usus est ad apertam tyrannorum vim saevitiamque frangendam, ita ut martyrum sanguinem semen Christianorum faceret; [1] eodem paeto viros insigni sapientia nullo non tempore destinant, qui veritatis thesauros, quos [1] nigenitus Filius e sinu Patris in terras detulit et Ecclesiae concreditos voluit," non sacra solum auctoritate, sed vel humanae rationis praesidiis tuerentur. Nunc autem, quum perversarum opinionum contagione infecta ct corrupta sint omnia ac, specie progredientis doctrinae, sapientiae a Deo traditae obsistatur maxime et repugnetur; pronum est intelligere, iis defensoribus opus esse, qui, omnigeno armorum genere e scientiis deprompto, *parati semper* sint, uti monet Apostolus, *ad satisfactionem omni poscenti rationem de ea, quae, in nobis est, spe* (1 *I'/.* 3, 15), et *exhortari in doctrina sana, et eos qui contradicunt arguere (Tt.* 1, 9).

1061 (540) In moderanda vero pro Seminariis vestris studiorum ratione, vobis, Venerabiles Fratres, ob oculos esse volumus quae Nosmet encyclicis litteris ea de re praescripsimus. [2] t nempe in philosophicis disciplinis tradendis maximus Angelico Doetori Thomae Aquinati habeatur honos,[3] et quae ex eius voluminibus iugi et praedivite vena dimanat sapientia, ab romanis Pontificibus perpetuis honestata laudibus, studiosae inventati large effuseque impertiatur? Tum physicarum doctrinarum studia ne negligantur; nam, praeterquam quod tanto nunc sunt in pretio, inde potissimum catholicorum dogmatum osores argumenta petunt ad illo-

[1] Cfr. Teiit v ij.ia n c s *.¡¡xihuj.* 50: ML 1, 535.
[2] Cfr. *I.* 1, 18.
[3] [Cfr. nn. 900-9341.
[4] [Cfr. n. 928).

rum veritatem debilitandam; quapropter cavendum ne in sacro ordine desiderentur qui, ad huiusmodi bellum prudentes, eisdem ipsorum arrni> adversarios homines evertant, errores refellant. Demum quae nuper de biblicis studiis excolendis ediximus,l religiose custodiantur.

Haec si praestabitis, et clerus florebit honore suo et Ecclesiae laus manebit, quae semper optimorum studiorum fautrix et altrix est hal ita vereque habenda est: vobis praeterea idonei homines praesto erunt, qui, vocati in partem ministerii vestri, magno vobis erudiendis populis pietà! ique fovendae, usui futuri sint et adi umento.

Leonis ***XIII*** *Acta* II. 134-136; CIC *Fontes* 3. 438 s.

De Exercitiis spiritualibus peragendis

(Ex Epist. *Quanta te* ad Georgiutn Positos ir, Archiepisc. *Zagrabienscm,* 16 iun. 181)4 1.

1062 Ad seminarium quidem quod attinet, illud meminisse te volumus. Venerabilis Frater, perperam in adolescentibus germanum Ecclesiae spiritum requiri, nisi pietas in eorum animis apprime foveatur; in ceteris autem sacerdotio iam auctis conceptus semel pietatis fervor vix servabitur, nisi apta in id media adhibeantur, inter quae illa primo velati loco connumeranda, quae vulgo exercitia spiritualia nominantur.

Leonis ***XHI*** *Acia* I I, 218.

Dp sacrorum administris consentanea doctrina moruinque sanctimonia informandis

(Ex Epist. *Litteras a robis* ad Episcopos Brusiliue, 2 iul. 1S94).

1063 li!) 2. Elaborandum in primis ut homines sacri ordinis disciplinis optiinis instituantur, iis praesertim quibus maxime est opus, ut catholicam veritatem et apte pro officio proponere et strenue ab oppugnationibus possint tutari. Nimis quotidie experiendo patet fidei ac religionis ignoratione ibi fere populos promi, ubi administri sacrorum consentanea vacent doctrina. Os etenim sacerdotis est unde legem requirere fideles oporteat; *Am/tlus enim Domini est;* ob eamque causam edictum legimus; *Labia sacerdotis custodient scientiam (Ma.* 2.7): Apostolus vero ceteris cum rationibus quibus se exhibuit *sicut Dei ministrum,* scientiam quoque commemorat (2 *t'* fi, 1-0). Quae quidem scientia quum abest, id etiam consequitur ipsis sacerdotibus perniciosum, ut nimirum. Deo neglecti otlicii poenam repetente, contemnantur a plebe: *Propterea dedi ros contentptibiles ct humiles omnibus populis (Ma.* 2, 9).

• (Cfr. nn. 1021-1056).

1064 (542) Hoc tamen doctrinae ornamentum idem et praesidium nequaquam ad propositum vere conducet, si a vitae sit morumque sanctimonia seíunctum. Praeterquam etenim quod scientia sine caritate *non aedificat, sed inflat,* (I *C.* 8, 1) illud fere est hominum ingenium ut, quamvis Christus edixerit, doctrinam quidem ab sacrorum ministris accipiendam, opera vero eorum non attendenda si a doctrina dissenserint; l proclivius tamen in ea ferantur quae usurpent oculis, quam quae per aures demittantur. Proptereaque de ipso Servatore Deo, qui pastorum sui gregis non magister solum sed forma etiam est factus, praedare testatum legimus eum *coepisse facere et docere* (det 1, 1), ut scilicet quam sacerdos tradit commendat que doctrinam, eam re ipse confirmet. Prae ceteris, qui paroeciis regundis praefectus est, laboris ne sit impatiens, vocatusque in vineam Domini, hanc impigre et constanter exerceat et colat, religiose memor, de animabus sibi creditis rationem se aliquando Domino gravissimam redditurum? Operam vero ne perdat, in omni studeat et tempore et re disciplinae esse retinentissimus. Strenue quidem Christo militandum; non tamen nisi eorum nutu et auctoritate, quos ipse Christus duces elegit.

1065 (543) 3. Tales vobis. Venerabiles Fratres, adiutores educere, vester est labor: siquidem exploratum, eos demum sacerdotes futuros, quales vos formandos curaveritis. Habetis nempe ubi, ad vestrum et Ecclesiae votum, ministros effingatis *probabiles Deo, operarios inconfusibiles* (2 *T* 2. 15): in sacris videlicet Seminariis, quae cui bono magno sint instituta, vel ipso nomine 3 apertum est. Huc igitur intendite animos et sedulitatem, sic ut ecclesiastica Seminaria, (piae iam sunt, omnino vigeant floreantque, tum ad studia sacrarum disciplinarum quod attinet, tum quod spectat ad animos adolescentium sancte lingendos. Studia quidem ut recte procedant, optimis ductoribus opus est, non modo sana doctrina imbutis, verum (pii illam accommodate tradant et ad Nostra praescripta fideliter. Ut autem adolescens clerus germanum Ecclesiae spiritum hauriat et excolatur virtutibus, magistri pietatis diligentissime deligendi sunt; (piorum tamen operam vestra etiam plena industriae sollicitudo adiuvet et perficiat. At vero in dioecesibus ubi nulla adhuc Seminaria exist unt, curent omni ope Antistites ut ea quamprimum quamque optime constituantur; omnia pro potestate exequendo, quae in hanc partem tum a Tridentina Synodo sancita sunt? tum Nosmetipsi praecipimus Apostolicis litteris v cal. maii anno mdcccxcii datis? Ipsa docendi libertas, quae apud gentem vestram nunc valet, facultatem affert vobis maiorem, ut ea praestetis quae de apta ratione studiorum commendavimus.

1066 (544) Ad haec praeclarum quoque adiumentum paratum est in clericorum Collegio, quod Romae, commode Americae meridionalis, Pius IX Decessor

* Cfr. *Ut.* 23. 3.
* Cfr. *Hb.* 13. 17.
' [Cfr. n. 290).
' [Cfr. nn. 290-296).
* [Cfr. n. 1011).

Noster fol. ree. condendum curavit,[1] quodque Nosmetipsi provehere studuimus valdeque fovemus.[2] Expectationem vero exitus felicius in dies complet: satisque est commemorare, ex ipso vestro numero. Venerabiles Eratres, nonnullos censeri quos habuisse alumnos iure idem Ephebeum laetatur. Juverit ergo, et auctores praecipue sumus ut, quos egregiae spei adolescentes habueritis, Romam formandos mittatis, iisdem post modum qua ad docendum qua cetera ad munia commode usuri?

Leonis ***XIII*** *Acia* 14, 231-234: CIC *Fontes* 3, 451 s.

De cantu Gregoriano a clericis addiscendo

(Ex Ordinat. C. SS. RITUUM, *de Musica Sacra,* 7 iul. 1894).

1067 (545) Pars II. - 2. Curent Rmi Ordinarii ut Clerici obligationi Cantus liturgiri discendi sedulo satisfaciant, prout hic praesertim in libris extat a S. Sede approbatis. Quoad ceterum musicae genus atque organi sonitum addiscendum, Clericis haud onus imponant, ne gravioribus disciplinis, quibus vacandum est. iidem distrahantur. Qui vero eiusmodi artem callent, vel aptam ad id genus indolem praeseferunt, iis adhuc progrediendi studium permitti poterit.

SRC *Dccr.* 3, 272. Cfr. ASS 27, 46: *Leonis* ***XIII*** *Acta* 14, 246.

De disciplina Orientalium conservanda et tuenda in clericorum Seminariis in Oriente

(Ex Litt. Apost. *Orientalium dignitas,* 30 nov. 1894).

1068 (546) Iam Nos clericorum ephebeis earum gentium proxime conditis hanc etiam dedimus praescriptionem,[4] dabimus eamdem condendis, ut maxima religione ritus colant et observent suos, in cisque cognitionem usumque alumni capiant. Siquidem in rituum orientalium conservatione plus inest quam credi possit momenti.

... Maxime Nos tenet cura, quod supra attigimus, ut condantur opportunioribus in Oriente locis seminaria, collegia, instituta omne genus, eaque prorsus ad iuvenes incolas ipso ritu patrio formandos in suorum auxilia. Hoc propositum, in quo dici vix potest quanta religioni inhaereat spes, studiose Nos aggredi, prolixisque subsidiis provehere, affluente, ut

[*] Cfr. Epist. *Meridionali Americae* ad Episcopos Americae Meridionalis, 30 sept. 1865: *Pii* ***IX*** *.tela* i. 29 s.

[1] Cfr. Litt. circuì. Seoketariae STATUS ad Episcopos Americae Latinae, 20 iul. 1893 (/trial. *Feci.* 12, 485); Allocutio ad Episcopos Americae Latinae, qui Concilio Plenario in Urbe interfuerunt, 10 iul. 1899, in: *Acta et Decreta Concilii Plenarii Americae Latinae* (Romae 1900) CIV.

[2] (Cfr. n. 1150].

[4] Cfr. *Leonis* ***XIII*** *Acta* 14, 359 s.; 21. 175.

confidimus, catholicorum ope, deliberai uni habemus. Sacerdotum indi, genarum operam, quippe et convenientius impensam ct cupidius acceptam. mullo futuram, quam advenarum fructuosiorem, paulo fusius est a Nobis monstratum in Encyclicis Litteris quas dedimus superiore anno *de collegiis clericorum* in ludiis Orientalibus constituendis.[1] Ita porro sacrae ¡uvent ut is institutioni semel consulto, profecto studiis rei theologicae et biblicae apud Orientales accrescet honos; vigebit linguarum veterum eruditio aeque ac in recentibus sollertia; doctrinae et litterarum census, quo Patres eorum scriptoresque abundant, in commune bonum, largius proficiet: eo demum peroptato exitu,ut sacerdotii catholici emergente doctrina integrique exempli lamie praelucente, propensius eiusdem matris complexum fratres dissidentes requirant.

Lamis ***XIII*** *Acta* II, 360 8. 367; CIC *Fonte»* 3. 455. 458.

De litteris testimonialibus pro ordinandis clericis iam militiae addictis

(Ex S. C. CONCU.II *in Uryellen.* 26 hin. 1895).

10G9 (547) Episcopus Urgellensis animo perpendens, tum quae praescribuntur in Bulla *Apostolictu Salis* 5. art. 3),' nempe Ordinarios incurrere suspensionem per annum ab Ordinum administratione si ordinent subditum proprium, qui alibi tanto tempore moratus sit. ut canonicum impedimentum ibi contrahere potuerit, absque Ordinarii eius loci litteris testimonialibus: tum resolutionem huius Sacrae Congregationis Concilii 9 Septembris 1893? in qua decernitur necessarias esse has litteras testimoniales, quando subditus proprium moratus sit alibi spatio trium mensium: huic S. C. C. exponit:

Frequenter accidero, iuvenes scholares percurrere varias dioeceses tum ratione servitii militaris, tum aliis de causis: ita ut non raro eveniat, quod morati fuerint in pluribus dioecesibus spatio trium mensium, quin aliquis sit, qui testimonium reddere possit de ipsorum natalibus, aetate, moribus, vita, fama, conditione, scientia, neque utrum aliqua censura, irregularitate aut alio canonico impedimento irretiti sint; cum, ut plurimum, omnibus sint ignoti, praecipue cum populosae sint civitates in quibus parum temporis morati fuerint.

Hisco praenotatis, huic S. C. (’. sequentia proponit dubia:

L Utrum in omnibus prorsus casibus, ad ordinandum subditum proprium necessariae sint litterae testimoniales omnium Episcoporum locorum in quibus moratus fuerit, vel relinqui possit prudenti arbitrio Episcopi proprii, attentis circumstantiis subditi ordinandi.

2. Utrum Episcopus ordinans subditum proprium absque hisce litteris testimonialibus alieni Episcopi, in omnibus prorsus casibus incurrat ipso iure suspensionem per annum ab Ordinum administratione.

3. Utrum sutheientes censendae sint litterae testimoniales alieni Episcopi, quando testatur nihil constare de ordinando; eo quia nemo sit qui de ordinando testimonium redden posait, cum sit, ut Indicatur, omnibus ignotus.

[1] [Cfr. nn. 1017-1022).

• d. d. 12 oct» 1869: cfr. *Pii* ***IX*** *Acta* 5, 67; CIC *Fontes* 3, 29.

* i. o. in *Firmana,* dc litteris testimonialibus ordinandorum: ASS 26, 428-431; CIC *Fontes* 6, 720 s.

I. Utrum in cusu sutllciat. apponere ad valvas paroeciae in quii moratus fuerit ordinandus vel ad valvas palatii episcopalis litteras Episcopi (Uocccsani praecipientia omnibus et singulis eas inspecturis, ut ostendant, utrum ipsis constet de aliquo impedimento canonico ordinandi.

Sacra Conoreoatio respondit:

Pro clericis ordinandis iam militiae addictis, sub poena a Const. *ApotMicae Sedis* comminata, requiri litteras testimoniales Ordinarii, in cuius dioecesi per trimestre commoniti fuerint, ct quatenus Ordinarii litterae plenum testimonium non reddant. Episcopus, obtenta ad hoc facultate ab Apostolica Sede, provideat per iuramenturn supplctorium.

PF *Collect.* 2, 317. Cfr. CIC *Fontes* G, 737-71».

De alumnis in sortem Domini vocatis optime instruendis sancteque educandis

(Ex Instruet. S. C. Epp. et Reo. *Quibus Jluni/uriu,* ad Episcopos Hungarino, 28 mai. 1890).

1070 (548) 1. Singularem Episcopi curam eo intendant ut Clerum efficaciter revocent opportunisque remediis inducant ad plenam earum rerum observantiam, quas sacri canones et ecclesiasticae leges praescribunt quoad vitam et mores clericorum.

II. Quoniam vero huius vitae morumque fundamenta in dioecesanis Seminariis iaciuntur, Ordinarii nullum sedulitatis modum omittant, quo alumni in sortem Domini vocati optime instruantur sancteque educentur. Persuasum habeant, nihil in administratione episcopali esse, quod curam suam sollicitam, et operosam aeque postulet, quam Seminarium. in quo totam spem salutis et profectus animarum, de quibus summo pastori Christo rationem reddituri sunt, positam esse constat. Itaque ad officium rectoris in primis virum eligant doctum, prudentem. Christi spiritu plenum, qui tum sermone tum opere adolescentes clericos probe recteque, sicut oportet, instituat et dirigat. Praefectum etiam pietatis constituant sacerdotem aetate maturum, gravem, experientia et usu vitae spiritualis eximium, gloriaeque divinae studiosum, qui non solum confessiones alumnorum audiat, sed eos etiam in exercitiis vitae clericalis, oratione, meditatione aliisque quasi manuducere, et ad virtutes sacerdotales comparandas vehementer incitare valeat. Neque alios magistros disciplinarum in Seminariis adhibeant, nisi qui alumnos, quum solida doctrina imbuere, tum vitae simul integritate et probitate exemplo suo informare possint.

1071 (549) Cordi etiam sit Episcopis, ut ipsi aliquoties per annum · Seminarium visitent, in eoque visitationis munere... tum de magistrorum diligentia, tum de progressu, quem in disciplina et studiis clerici fecerint, accurate

inquirant »,| paternaque cum caritate alumnos alloquantur et cohortentur. Seminarii moderatores operam dent, ut alumni, sin minus octavo quoque die. qui mos in plerisque Seminariis laudabiliter observatur, certe frequenter ad sacramentum Poenitentiae frequentiusque ad divinam Eucharistiam rite accedant. 1'niversim, eo adnitantur ut adolescentes sibi commissi non externa tantum disciplina contineantur, vel quasdam tantummodo habilitates clericali statui proprias acquirant, sed id totis viribus agant ut ad pietatem veram studiumque gloriae divinae et salutis animarum accendantur, ut spiritum abnegationis vocationi ecclesiasticae suapto natura congruentem pectore concipiant et in solidis virtutibus quotidie magis adolescant. Quibus de rebus ea quoque valeant quae habentur in pontificiis litteris *Quod mullum- diuque,* ad episcopos Hungariae datis die XXII augusti anno mdcccl xxxvl*

1072 (550) Episcopi autem, memores gravissimae Apostoli admonitionis: *manus cito nemini imposueris, neque connu u n ica veris peccatis alienis* (I *Tim* 5, 22), summa cum diligentia explorent num forte sint qui, non vocati a Deo, seipsos sive ob quaestum sive ob ambitionem terrenamque quamcumque cupiditatem ad sacerdotium ecclesiasticumque ministerium intrudant, *quo quidem hominum genere mercenariorum nihil infelicius ac miserius, nihil Ecclesiae Dei calamitosius esse potest.*3

Leonis ***XIII*** *Acia* 16, 133-135: CIC *Fontes* 4, 1074 8.

De clericis Universitates civiles frequentantibus

(Instruct. S. C. Epp. et Reo. *Perspectum est,* ad Italiae Episcopos et Familiarum Religiosarum Moderatores, 21 iul. 1866)?

1073 (551) Perspectum est Romanos Pontifices, quavis aetate et ubique locorum, cogitationes curasque suas contulisse in rectam institutionem eorum, qui in sortem Domini vocati sunt. Scholas erdmvcro, Seminaria, Universitates ipsas studiorum vel erexerunt vel favore prosequuti sunt, in quibus utriusque cleri alumni tum Immanioribus litteris, quum scientiis omnibus sacris ct profanis imbui et acndeinieis etiam quibuscumque gradibus honestari possent. Ita tamen ut ad veram germanamque scientiam cum fide et pietate coniunctam informarentur; quandoquidem doctrinae ac disciplinae, fidei ac morum moderatio et vigilantia a Sede Apostolica et ab Episcopis exercebantur.

Contingit nutem hisce diebus, ob mutatas rerum vlcce in Italia, nonnullos a clero sive sacculari sive regulari adstrictos censeri ad certos studiorum cursus perficiendos apud civilis Gubernii Universitates; a quibus sapiens ac. salutifera Ecclesiae vis sacrorumque postorum vigilantia omnino excluduntur. Cum res ita sc habeant, quae quantaquo discrimina ct damna ecclesiasticae inventati obvenire possint nemo est qui non videat. Caute

‘ *Concit. Prov. Mediolanense* 11 (an. 1569, S. Ca HOLO Boitlt. Archlepisc.) tit. 2, decr. 25: Ma n si 34, 119: *Acta Eccl. Med.* 2, 186.

• [Cfr. n. 977].

» *Catech. Rom.* 2, 7, 3 [cfr. n. 316).

• [Cfr. nu. 1145. 1251. 1255-1257. 1503].

Itaque providendum est ut et assertae necessitatis limites non excedantur ct instantia pericula diligenter vitentur. Quamobrem sacra Congregatio Episcoporum ct Regularium negotiis praeposita praesentem instructionem, ad mentem sancti—imi Domini Notri Leonis pp. XI II, Episcopis ac Superioribus Ordinum ct Congregationum in Italia impertire constituit.

1074 (552) 1. Quatenus in Universitates admittantur etiam alumni, qui sibi idoneitatem comparaverint extra lycca Gubernii, Episcopi ac Superiores Ordinum et Congregationum religiosarum subditos suos praeparandos non mittant ad dicta Lyeea. -ed potius ad Instituta ecclesiastica, ad scholas, ad collegia, quorum omnino explorata sit optima ac vere catholica instruendi ratio. Si vero ob talium institutorum, scholarum, collegiorum defectum, vel ob alias graves causas, aliquos mittere ad lyeea (tabernil omnino necesse sit, accurate serventur hoc in casu quao infra de accessu ad Universitates constituuntur.

1075 (553) II. Nemo e sacculari clero Universitates Gubernii frequentet absque expressa Uo ntin Episcopi sui; qui in ea concedenda prae oculis tantum habeat quid dioecesis nec» —itas exigat, ut in institutis ad instructionem erectis» slvo erigendis, idonei et diplomate inuniti professores comparentur.

III. Ordines et Congregat iones quae munus docendi non profitentur, non mittant alumnos suos ad Universitates Gubernii. Ordinum nutem et Congregationum ex Instituto docentium novitii nunquam ad dictas Universitates mittuntur: professi vero eas non frequentent, nisi praehabita expressa licentia Superioris Generalis, qui eam conce det iis tantum qui requiruntur et sulhciunt pro suis collegiis ct scholis.

1076 (555) IV. UtriuflQUe cleri alumni ea tantum emetiantur in dicti Universitatibus^ studiorum curricula, quae referuntur ad lauream vel ad gradus académicos, quibus indigent, obtinendos.

1077 (556) V. Maximi ponderis est mittendorum ad Universitates accuratus delectus. Venia non detur alumnis antequam laudabiliter absolverint integrum cursum tum philosophiae tum theologiae, a statutis dioecesanl pro clero sacculari, a Constitutionibus Ordinis seu Congregationis pro religiosis, praescriptum.

1078 (557) VI. Attendendae equidem sunt in mittendis intellectus vis et perspicacia, assiduitas in studiis, ingenii indoles, quam bene educatam esse decet, fortem etiam et boni propositi tenacem. Sed summopere inspiciendum est quaemim sit in deligendis animi honestas ac inorum integritas. Sint oportet iuvenes qui donum fidei et vocationem (¡na in sortem Domini vocati sunt maximi faciant, catholicam Ecclesiam ardenter diligant, venerationem et obcdientkun erga Sanctam Sedem Apostolicam mente, verbo et opere profiteantur; iuvenes qui sanctissimae religionis nostrae documentis imbuti et piis exercitationibus addicti, morum integritate et vitae vere ecclesiasticae laude praefulgeant. Tales denique deligantur qui fundatam ingerant spem fore ut sua quisque agendi ratione ecclesiastico coetui honorem addant per supereminentiam in scientiis, ac venerationem vindicent per suarum laudem virtutum.

1079 (558) VII. Ad pericula tutius praecavenda eurent Episcopi ut sui ecclesiastici alumni, quamdlu Universitatem celebrant, morentur in Seminario: hoc non extante, m aliqua domo religiosa, vel saltem apud aliquem probatum sacerdotem saecularem; nisi forte habeant ibi parentes in quorum domo habitare possint. Laude etiam ac favore digni viderentur sollertes sacerdotes, vel saeculares viri spectatae pietatis qui instituerent, ubi fieri potest, aliquam hospitalem domum pro studentibus ecclesiasticis, in qua isti invenirent, modico impendio, habitationem tutam, studiorum quieti et piae vitae exercitationibu accommodatam.

1080 (550) Vili. Si Università© aita est extra dioecesim, Ordinarii alumnorum hos commonlent Episcopo loci; cui alumni se sistere cum advenerint, et identidem obsequium pruestar© teneantur dum ibi permanserint. Ordinarius et Episcopus loci mutuo conveniant ut alumni committantur curae et vigilantiae alicuius sacerdotis virtute, scientia ac iuventntis experientia praestantis, qui eos dirigat et de eorum agendi ratione identidem Ordinarium instructum reddat. Exigat praeterea Episcopus a suis alumnis fréquentes epistolas; et ipso hoc epistolari commercio libenter utatur ut consiliis et monitis cos instruat, excitet et in sancto proposito confirmet.

1081 (56Ü) IX. Superiores Ordinum et Congregationum praeferant semper Universitates locorum in quibus habent sui Ordinis vel Congregat ionis domum, et in hac studentes habitare praecipiant. Si domum propriam non habent in ulla Universitatis sede, curent omnino ut alumni recipiantur in aliam domum religiosam, vel in Seminarium episcopale, vel in aliud institutum ecclesiasticum.[1] Deficiente conventu aut domo propria, numquam mittant nd Universitatem frequentandam unum tantum c suis subditis, sed duos simul aut plures, ut se invicem custodiant, adiuvent et ad officiorum suae vocationis implementum excitent. lubcant Superiorem domus vicinioris, vel alium religiosum v irum virtute scientia ac sollertia praeditum, alumnos ipsos identidem visitare; qui eorum vitae genus, studiorum assiduitatem exploret, ac referat: ut opportunis consiliis Superior Generalis, prout opus fuerit, providere possit. Curet praeterea Superior Generalis ut alumni sibi litteras dent; et frequenter ipsis rescribat, ut eorum unionem cum Ordinis seu Congregat ionis capite foveat, oosque paternis instructionibus ac monitis in obedientiac atque observantiae spiritu conservet.

1082 (561) X. Zelo ac prudentiae Episcoporum et Superiorum committitur cura eam Universitutem Inter plures eligendi, in qua minora praevideantur pericula, faciliorque cx adiunctis appareat usus consiliorum, quibus quieti, moribus et progressibus alumnorum prospectum sit. Si forte contingat aliquem professorem haber© aliquando lectiones cx professo contra religionem vel contra mores, curent Episcopus ct Superior Generalis ut alumni vel transeant ad aliam Universitatem, vel huiuseemodi lectionibus non adsint; freti nimirum dispositioni legis quae inscriptionem quidem ad cursum Universitatis requirit, sed ad omnes et singulas lectiones assistentium non exigit. Ceterum, hoc semoto casu, alumni ecclesiastici lectionibus diligenter adsint, ut proprio in scientiis progressui consulant, condiscipulis exemplum assiduitatis, professoribus vero obsequii testimonium exhibeant.

1083 (562) XI. Quod ad libros attinet et ad lectionum compendia, In quibus nonnulla fortasse occurrant ronfia religionem aut mores, aut veritatem ecclesiasticae historiae, aut iura catholicae Ecclesiae vel romani Pontificis, quatenus talium librorum vel compendiorum usus vitari nequeat, Episcopi et Superiori» prout oportet provideant in casu; ac praeterea curent veneno antidotum praebere per optimos libros suis alumnis comparandos, porque auxilium sacerdotum doctrina, pietate ac exportantia praestantium, qui alumnis opem ferant ad dignoscendas sophismatum insidias, et ad refutandos errores, quibus forte libri scholares vel lectionum summaria inficerentur.

Enixe autem alumnos suos deterreant a lectione ephemeridum vel periodicorum libellorum. qui falsis vel periculosis doctrinis, narrationibus atque illiciis decipiunt, et recte sentiendi agvndique rationem sensim sine sensu turbant atque pervertunt.

1081 (563) XII. Episcopi et Superiores religiosi hortentur subditos suos ut moderatoribus ct professoribus Universitatis observantes se ostendant cum dignitate; condiscipulos voro urbane quidem omnes, at neminem valde familiariter tractent. Prohibeant omnino ne nomen dent circulis aut aliis quomodocumque vocatis consortiis politicae vel contentiosae

[1] Cfr. CIC can. 587, § I.

indolis; nec uinquam adsint convocatis tortas»? ℔u dentium cortibus, quorum fini- ant propositum sit ad versus moderatores vel ℘rofessor s conqueri sive quomodocumque protestari.

1085 1561) XIII. Episcopi sedem habentes in civitatibus Universitatum curent circolo» alve societates studentium ecclesiasticorum peramanter fovere ubi existunt, sollicite fundare ubi desiderantur. Adhibeant ad hoc operam sacerdotum sive saccularium sive n gularium, quos magis idoneos indicaverint; quorum unus saltem Assistentis ecclesiastici munere fungatur. Huius Assistentis erit studentium conventus indicere, cisque ℘raesidere In his conventibus, studentes ecclesiastici, semotis politicis contentionibus ct partium studiis, de humanioribus litteris, de historicis disciplinis, de philosophicis vel theologicis thesibus» disserant, decertent vel legant. Nec omittant pias quasdam preces simul omnes funden ; allosque opportunos religionis ac pietatis actus, statis diebus implendos, constituere: ita ut in his consociationibus laudabilis aemulatio, fraterna caritas, ei ebristinna pictas regnent. In hos ecclesiasticorum circulos admitti etiam poterunt, caute tamen ct approbante Assistente ecclesiastico, studentes saeculares: at ii tantum qui ntiendi aeque ac agendi ratione bene audiant; religione, pietate et optimis moribus commendentur.

1086 1565) XIV. Episcopi et Superiores religiosi suos quisque studentes enixo hortentur ut in sanctae vocationis spiritu firmiter perseverent. Ad quem finem mediis omnibus etticaciorlbus alacriter utantur: oratione scilicet, Sacramentorum frequentia, piorum actuum exercitio, vanitatum despectu, malorum et etiam desidiosorum hominum fuga. Religiosis praesertim studentibus commendanda est fidelitas in actibus ℴbservantiae qui eorum statui consentanei sunt, videlicet: singulis diebus mentalis oratio, examen conscientiae» lectio spiritualis, silentium et recessus.

Annualium vacationum tempore studentes religiosi redeant omnino ad suum conventum vel ad domum religiosam sui instituti; ibique regularis observantiae actus cum communitate resumant. Omnes studentes, e clero sive sacculari sivo regulari, dictarum vacationum tempore vacent sanctis spiritualibus exercitiis.

1087 (566) XV. Si vero, non obstantibus cautelis et diligentiis huc usque indicatis, aliisque (pias pastoralis ac paterna sollicitudo suggesserit. Episcopi aut Superiores religiosi noverint aliquem ex suis subditis a recto tramite veritatis aut virtutis declinare, aberrantem» absque mora, ab Universitate revocent ; praestat enim vius cursum studiorum abrumpere, potiusquam ita permittere ut animae ille suae detrimentum patiatur.

Leonis XIII .Ida 1G, 220-227; ASS 29, 359-3GI. Cfr. PF *Collect.* 2, 337-339; CIC Fontes 4, 1078-1082.

De usu editionum acatii olirà rum textus originalis et version» in S. Scripturae

(Ex Const. Ap. *Officiorum ac munerum,* 25 ian. 1897)«

Ih: editionibus (cj-Ius originalis
el version um non vulgarium Sarrae Scripturae

1088 (567) 5. Editiones textus originalis ct antiquarum versionuin catholicarum Sacrae Scripturac, etiam Ecclesiae Orientalis, ab acatholieis qulbuscumque publicatae, etsi fideliter et integro editae appareant, iis dumtaxat, qui studiis theologicis vel blbUcis dant operam, dummodo tamen non impugnentur in prolegomeni# aut ndnotatIonibus catholicae fidei dogmata, permittuntur.

1089 (568) ‹i. Eadem ratione, et «uh iisdem conditionibus, permittunt tir aliae versiones Sacro rum Biblionini rive latina, rive alia lingua non vulgari ali ncatholicis editae.

De versionibus vernaculis Sacrae Scripturae

1090 (569) 7. Cum experimento manifestum sit, si Sacra Biblia vulgari lingua passim sine dis crimine permittantur, plus indo, ob hominum temeritatem, detrimenti, quum utilitatis oriri: versiones omnes in lingua vernacula, etiam a viris catholicis confectae, omnino prohibentur, nisi fuerint ab Apostolica Sede approbatae, aut editae sub vigilantia Episcoporum cum adnotationibus desumptis ex sanctis Ecclesiae Patribus, atque ex doctis eatholiclsquc scriptoribus.

1091 (570) 8. Interdicuntur versiones omnes .Sacrorum Bibitorum, quavis vulgari lingua ab ncatholicis quibuscumque confectae, atque illae praesertim, quae per Societates Bíblicas, n Romanis Pontificibus non semel damnatas, divulgantur, cum in iis saluberrimae Ecclesiae leges de divinis liliris edendis funditus posthabeantur.

Hae nihilominus versiones iis, qui studiis theologicis vel biblici» dant operam, permittuntur: iis servatis, quae supra (n. 5) statuta sunt.

Leonis XIII Acia 17, 24 s.; CIC *Fontes* 3, 50G s.

De Seminariorum deputatis

(Litt. circuì. S. ('. Concimi *De Clericorum Seminariis,* ad Ordinarios Amcricae Meridionalis, 15 mart. 1897).

1092 (571) De Clericorum Seminariis agens S. Tridentina Synodus in Sess. XXIII, cap. 18, *De Reform.,* praescriptis pluribus quae ad alumnorum admissionem et ad religiosam et litterariam eorum educationem spectant, haec addit: « Quae omnia atque alia ad hanc rem opportuna et necessaria Episcopi singuli, eum consilio duorum canonicorum seniorum et graviorum quos ipsi elegerint, prout Spiritus Sanctus suggesserit, constituent, eaque ut semper observentur saepius visitando operam dabunt».[1]

Pergens deinde ad ea quae oeconomicam administrationem respiciunt, statuit, ut «iidein Episcopi eum consilio duorum de Capitulo, quorum alter ab Episcopo, alter ab ipso Capitulo eligatur; itemque duorum de Clero Civitatis, quorum quidem alterius electio similiter ad Episcopum, alterius vero ad Clerum pertineat », omnibus provideant, quaè ad Collegii fabricam instituendam, ad mercedem praeceptoribus et ministris solvendam. ad alendam iuventutem et ad alios sumptus referuntur.[2]

Duplex itaque S. Synodus iubet allesse consilium in Seminariis constituendis et regendis, alterum *pro re disciplinari,* alterum *pro temporali administratione,* distincta personarum numero, electionis forma ac officio; etsi nihil vetat quominus duo canonici, qui in coetu sunt consultorum pro re oeconomica, ipsi ab Episcopo eligantur et deputentur etiam pro disciplina, dummodo muneris distinctio servetur.

' [Cfr. n. 291].
• [Cfr. n. 292].

Quae omnia quam sapienter ordinata fuerint, quisque facile intelligct qui seenni reputet, quantum a prospero Seminarii statu et a sana Clericorum institutione profectus religionis pencleat; unde duplicem hunc consultorum ordinem adesse, qui in Seminariorum regimine et administratione Episcopis adsit suppetias ferens, et in tanto pondere sustinendo eisdem opituletur, nonnisi prudentissima cautio ac saluberrima provisio est. Eo vel magis quod Episcopi aut visitatione dioecesis aut aliis negotiis, quibus necessario debent intendere, ita saepe occupentur, ut sui Seminarii curae, indesinenter vacare, et omnibus per se et directe consulere, plerumque omnino impediantur.

1093 (572) Nec opponi potest, exinde Ordinarios in expedit a pii instituti gubernatione impediri; si quidem recepta regula est, a S. hac C. inde ab anno 1585 tradita ac saepius deinde confirmata, ut Episcopi adhibere quidem deputatorum consilium teneantur, non item sequi. Sane in *Oscen,* mensis Octobris 1585 S. C. censuit « sufficere quod Episcopus huiusmodi consilium requirat, eorumque consilio adhibito posse Episcopum statuere et deliberare quae pro prudentia sua magis expedire indicaverit ».[1] Quod autem solummodo pro consilio stat, impedimento esse non potest; sed lumini potius, directioni et auxilio inservit.

Noverint ergo Episcopi quanti intersit, quantoque studio satagendum sit, ut haec tam salubriter instituta lex execution! ubique demandetur, et fideliter servetur.

1094 (573) Quod si ex Cleri defectu, aut ex gravibus aliis conditionum adiunctis. in quibus Americae Meridionalis dioeceses plerumque versantur, haec omnia impleri non possint, universam legem corruere, aut eius observantiam in iis quoque quae possibilia sunt praetermitti pati non debent Ordinarii; sed S. Sedem adire opportune tunc poterunt, quae pro variis locorum circumstantiis et casuum diversitate consilio suo Episcopis aderit, et salva legis substantia, in iis quae ad formam pertinent opportuna temperamenta adhibere non omittet.

Pro viribus tamen nitendum, ut, si fieri potest, in omnibus lex vigeat, nihilquo ex ea detrahatur; adeo ut uterque consultorum coetus ad praescriptam formam constitutus munere suo iuxta legem defungatur.

1095 (574) Quae vero sit electionis torma in deputatis constituendis servanda. ex adducto Concilii textu perspicue patet.

Nec minori claritate innotescit, in quibusnam negotiis consultorum votum sit exquirendum; in omnibus scilicet, quae tum ad disciplinam et educationem Clericorum, tum ad sumptuariam piae domus rationem spectant. I nde S. haec C. in *Oscen,* anni 15S5 superius adducta declaravit, « Episcopum cum consilio deputatorum teneri tam circa institutionem, disciplinam et mores Clericorum, quam circa temporalium rerum administrat ionem providere ... exactionem vero quae fit pro Seminario ad solum Episcopum spectare ».[1]

[1] CIC *Fontes* 5, 119.

Et in *Salernitana* mensis lulii 1589 propositis dubiis:[1]

« n. An eorum (duorum scilicet deputatorum super disciplina) consilium adhibendum sit tam in constituendis regulis universalibus Seminarii, quam in electione puerorum singulorum introducendorum, in electione magistrorum, librorum legendorum, confessoris, punitione discolorum, expulsione, visitatione et similibus?

' in. An alii quatuor sint deputandi, et deputati adhibendi sint in consilio tantummodo in taxatione, contributione fructuum ex unione beneficiorum et in aliis difficultatibus ob quas Seminarii instructio vel conservatio impediretur vel perturbaretur; an etiam in exactione et temporalium administratione tam dicti Seminarii, ut puta, deputation^ vel expulsione ministrorum et famulorum temporalium, expensis quotidianis, provisione bladorum; quam etiam bonorum quorumcumque et reddituum ipsius Seminarii, etiam ex beneficiis unitis, ut puta, locationibus, concessionibus, aliisque contractibus et litibus f»: responsum fuit:

Ad n.: *In omnibus his esse adhibendum.*

Ad m.: *Teneri Episcopum adhibere deputatorum consilium tam circa institutionem, disciplinam et mores, quam temporalium rerum administralionem.*

Cum autem unus ex consultoribus, super temporalibus negotiis deputatila, a Clero sit eligendus, Clerus ius suum exercere potest in Synodo, si haec tunc habeatur, prout Doctores tradunt: aliter electio in peculiari totius Cleri Civitatis conventu est peragenda.

Omniumque denique electorum munus perpetuum esse debere et neminem nisi ex legitima causa amoveri posse, S. haec C. in cit. *Salernitana* anni 1589 resolvit, idque saepius deinde confirmavit.

Quod si ex morte, ex discessu aut ex alia insta ratione alter eorum a suo munere cesset, eius subrogatio per eos facienda est per quod prior electio est acta.

1194 (749) 9. ... In sacerdote ad vitae sanctimoniam debere scientiam adiici, quis neget.' *Labia ... sacerdotis custodient scientiam.. (Ma.* 2, 7). Atipie illam reapse severissime Ecclesia requirit in iis qui sint sacerdotio initiandi. Quorsum id vero! Quia scilicet ab eis divinae legis notitiam Christiana plebs expectat, illosque ad eam impertiendam destinat Deus: *Et legem re-*

1 Cfr. *Cone. Trid.* Seas. 22, *De Ref.* c. 1 [cfr. n. 288].
» Cfr. Mi. 5, 13 as.
• [Cfr. n. 1653].

quirent ex ore eius: quia angelus Domini exercituum est (Lbidj. Quantobrem Episcopus, in sacra initiatione, Sacerdotii candidatos alloquens: *Sit,* inquit, *doctrina vestra spiritualis medicina populo Dei: ... sint providi cooperatores ordinis nostri; ... ut in lege tua die ac nocte meditantes, quod legerint credant, quod crediderint doceant.*l

Pii X Acta 2, 75; CIC *Fontes* 3, 650.

De sacrae iuventutis institutione studiosissime accuranda

(Ex Epist. *Sollicito vehementer animo* ad Episcopos Lusitaniae, 5 mai. 1905).

1195 (750) Sollicito vehemeïïter animo hisce vos litteris alloquimur, adducti. ut intelligitis, earum indignitate rerum, quae, non uno quidem nomine improbandae, claram Lusitaniae urbem recens commoverunt. Hae nimirum cum pro ea cura, quam de alumnis sacrorum gerimus, incredibilem quamdam Nobis aegritudinem afferunt, tum causam nimis idoneam dant, quam memores Nostrarum partium, capimus, cohortandi vos. ut ipsam sacrae iuventutis institutionem studiosissime accuretis. Equidem non diffitemur, huic vos officio haudquaquam deesse solitos, ac praesertim his vigiliti annis studuisse vestrorum disciplinam temperationemque Seminariorum melius constituere. At in hoc genere, etsi bonos cepistis adhuc laborum fructus, videtis tamen ipsi, multa esse reliqua. in quibus elaborare Decesse sit. lamvero desiderari aliquid vestrae, in hac causa, diligentiae pastoralis, quaesumus, ne patiamini. Nimium quantum Ecclesiae populique christiani interest, talia esse clericorum Seminaria qualia Tridentina Synodus providentissime voluit:2 pietatis nempe artiumque bonarum domicilia, ubi rite atque ordine lecta in spem divini ministerii iuventus virtutibus doctrinisque debitis instruatur. l't enim ex illis, si quidem instituti sui rationem inviolate retineant, praeclarae sunt utilitates in commune expectandae, ita si vel paulum ab ea ratione deficiant, maxima sunt ex iisdem metuenda incommoda: id quod tristis rerum experientia confirmat.

1196 (751) Quare si vobis est, quod summopere debet esse, cordi, suppleri Clerum vestrum sacerdotibus iis, qui non inscientia aut desidia aut probrosis moribus sanctissimum munus dedecorent, verum scientiae ornatu, studio animarum, integritate vitae eo se nomine dignos praestent, similiter vestrum cuiusque Seminarium vobis esse cordi patet oportere. Hoc igitur omni ope excolito, hunc, inquimus, praecipuum industriae vestrae campum, in quo quum sancte studioseque versati eritis, tum putato cetera officii vestri munia magnam partem vos exsecutos.

1197 (752) Quamquam ad parandam sacerdotum copiam, qui dignitatem decusque Cleri retineant, non satis fuerit eam tantam curam in Seminario collocasse: magnum profecto istud, sed nequaquam in isto omnia. Kelin-

1 Pont. Rom. *Dc Ordinatione Presbyteri.*
« [Ctr. 290-296].

quitur enim, nt in adsciscendis ministris sacrorum nihil temere, nihil nisi ex conscientia officii fiat. Religiosissime servandum est Episcopo quod Paulus Apostolus graviter admonuit: *Manus cito nemini imposueris* (1 *T.* 5, 22); quippe periculorum plena est omnis, in negotio huius momenti ac ponderis, festinatio: at inulto magis cavendum, ne quo st udio et favore hominum adducatur, ut manus cuipiam, minus digno, imponat. Enimvero hoc adeo tetrum est facinus, ut minime suspicio eius cadere in quemquam vestrum possit: illud potius, ut in consecrandis clericis nullum cautionis genus supervacaneum vobis videatur, etiam atque etiam rogamus.[1]

1198 (753) Verum in tota hac re, quae ita unumquemque vestrum attingit, ut attingat universos, propterea quod ad ipsius Lusitaniae Ecclesiae salutem pertinet, ne satis habetote, pro viribus contendere et eniti singulos, sed consilia inter vos conferendo, deliberetis identidem, cupimus, quid maxime ad commune propositum conducat. Itaque, quoniam intermissum istic accepimus esse morem solemnes Episcoporum coetus habendi, dabitis operam, ut eum quamprimum atque ob hanc potissimum causam, de qua loquimur, revocetis.[2]

Pii X Acta 2, 92-94; CIC *Fontes* 3, 655 s.

De doctrinae periculo subeundo ab iis omnibus qui ad sacrum ministerium accedere velint

(Ex Motu Proprio *Sacrosancta Tridentina Synodus,* 16 iul. 1905).

1199 (754) Sacrosancta Tridentina Synodus de iis agens, qui ad sacra initiandi forent, sic perscribebat: *Sancta Synodus, antiquorum canonum vestigiis inhaerendo, decernit ut quando Episcopus ordinationem facere disposuit,* omnes *qui ad sacrum ministerium accedere voluerint, feria quarta ante ipsam ordinationem vel quando Episcopo videbitur, ad civitatem evocentur. Episcopus autem, sacerdotibus et aliis prudentibus viris, peritis divinae legis ac in ecclesiasticis sanctionibus exercitatis, sibi adseitis, ordinandorum genus, personam, aetatem, institutionem, mores* doctrinam *et fidem diligenter investiget et examinet.'*

Ex quibus profecto patet neminem omnino excipi a doctrinae periculo subeundo, qui velit ad sacros ordines promoveri; itemque doctrinae periculum eiusmodi, non quasi pro forma atque obiter, sed diligenti investigatione faciendum. Ac merito quidem: non enim promiscuum est, doctus sit an indoctus qui sacris initietur; sed ea prorsus ratione qua castis rectisque moribus commendari illum oportet, eadem et doctrina exornari necesse est.

Pii X Acta 2, 149 8.: ASS 38. 8 6.

• [Cfr. n. 109].
• *Ibid.*
• Seea. 23. *De Ref.* c. 7: CT 9, 625.

De quotidiana Ss. Eucharistiae sumptione in Seminariis promovenda

(Ex Deer. S. C. Concimi *Sacra Tridentina Synodus,* 20 dee. 1905).

1200 (755) 7. Communio frequens et. quotidiana praesertim in religiosis Institutis cuiusvis generis promoveatur; pro quibus tamen firmum sit decretum *Quemadmodum* diei 17 mensis Decembris 1890 a S. (ongr. Episcoporum et Regularium latum.[1] Quam maxime quoque promoveatur in clericorum Seminariis, quorum alumni altaris inhiant servitio; item in aliis christianis omne genus ephebeis.

Pii X Acta 2, 255; PF *Collect.* 2, 466; CIC *Fontes* 6, 830.

De alumnis ex aliquo Seminario dimissis in alia non excipiendis

(Decretum S. C. Concilii *Vetuit,* 22 dee. ‡905).

1201 (75G) Vetuit S. Tridentina Synodus ad sacros ordines ascendere, vel ordines iam susceptos exercere eos omnes qui a suo Episcopo luerint etiam extraiudicialiter prohibiti. Ita namque in cap. i, Sess. 14, *De Hei.* statuitur:

Cum honestius ac tutius sit subiecto, debitam Praepositis obedientiam impendendo, in inferiori ministerio deservire, quam cum Praepositorum scandalo graduum alliorum appetere dignitatem; ei, cui ascensus ad sacros ordines a suo Praelato, ex quacumque causa, etiam ob occultum crimen, quomodolibct, etiam extraiudicialiter, fuerit interdictus, aut qui a suis ordinibus, seu gradibus vel dignitatibus ecclesiasticis fuerit suspensus. nulla contra ipsius Praelati voluntatem concessa licentia de se promoveri faciendo, aut ad priores ordines, gradus et dignitatei sive honores, restitutio suffragetur.[3]

1202 (757) Cum vero generalis haec lex Seminariorum quoque alumnos cornprebendai, si quis eorum, sive clericus, sive clericatui adhuc non initiatus, epio loco dimittatur eo quod certa vocationis signa non praebeat, aut qualitatibus ad ecclesiasticum statum requisitis non videatur instructus, hic certe deberet, iuxta grave S. Concii.ii monitum, sui Pastoris indicio subesse et acquiescere.

At contra saepe contingit ut e Seminario dimissi, eorum qui praesunt indicium parvipendentes et in sua potius opinione confisi, ad sacerdotium nihilominus ascendere studeant. Quaeritant itaque aliud Seminarium, in quod recipiantur, ubi studiorum cursum expleant, ac denique aliquo exhibito plus minusve sincero ac legitimo domicilii aut incardinationis titulo, ordinationem assequuntur. Sanctuarium autem ingressi haud recta via, quam saepissime fit ut Ecclesiae utilitati minime sint. Passim vero utrumque Ordinarium, et originis et ordinationis, diu fastidioseque ve-

[1] CIC *Pontes* 4, 1050-1052.
[*] [Cfr. n. 1240].
[3] Mansi 33. 103.

xant ut sibi liceat ad natale solum regredi, ibique consistere, dioecesi in qua et pro qua ordinati sunt derelicta, et alia optata, pro cuius necessitate aut utilitate minime assumpti sunt, ubi imo eorum praesentia otiosa est et quandoque etiam damnosa: unde Episcopi in graves angustias coniiciuntur.

1203 (758) His itaque de causis nonnullarum provinciarum Episcopi inter se convenerunt statuentes in sua Seminaria neminem admittere qui ante fuerit a proprio dimissus.

Sed cum particularis haec conventio non plene neque undique sufficeret, complures Ordinarii S. Sedem rogaverunt ut generalem legem ferret, qua malum radicitus tolleretur.

Ilis itaque attentis et omnibus ad rem mature perpensis, SSmus D. X. Pii s Pp. X, cui cordi quam maxime est ecclesiasticam disciplinam integram conservare, et a sacris avertere quemlibet qui probatissimus non sit, accedente etiam voto *Em. S. C. Concilii Patrum* in Congregatione diei 16 mensis Decembris 1905 emisso, praesentibus litteris statuit atque decernit :

1204 (759) 1° I t in posterum nullus loci Ordinarius alterius dioecesis subditum sive clericum sive laicum in suum Seminarium admittat, nisi prius secretis litteris ab Episcopo Oratoris proprio expetierit et cognoverit, utrum hic fuerit olirn e suo Seminario dimissus. Quod si constiterit, omittens indicare de causis, aut determinare utrum inste an iniuste alius Episcopus egerit, aditum in suum Seminarium postulanti praecludat.

1205 (760) 2° Qui vero bona tide admissi sunt, eo quod reticuerint se antea in alio Seminario versatos esse et ab eo deinde dimissos, statini ut haec eorum conditio cognoscatur, admonendi sunt ut discedant. Quodsi permanere velint, et ab Ordinario id eis permittatur, eo ipso huic dioecesi adscripti maneant, servatis tamen canonicis regulis pro eorum incardinai ione et ordinatione; sed aucti sacerdotio in dioecesim, e cuius Seminario dimissi fuerint, regredi ibique stabile domicilium habere prohibentur.

1206 (761) 3° Pariter eum similis ferme ratio vigeat, qui dimissi ex Seminariis aliquod religiosum Institutum ingrediuntur, si inde exeant postquam sacris initiati sunt, vetantur in dioecesim redire, e cuius Seminario dimissi fuerint.

1207 (762) 4° Dimissi vero ex aliquo religioso Instituto in Seminarium no admittantur, nisi prius Episcopus secretis litteris a moderatoribus eiusdem Instituti notitias requisierit de moribus, indole et ingenio dimissorum, et constiterit nil in eis esse quod sacerdotali statui minus conveniat.

' [Cfr. n. 12C8).

1208 (763) Denique meminerint Episcopi fas sibi non esse, nomino proprio manus cuiquam imponere qui subditus sibi non sit eo modo et uno ex iis titulis, qui in Constitutione *Speculatores* Innocentii XII [1] et in Decreto S. C. Concilii quod incipit **J** *primis* die xx mensis iulii 1898 [1] statuuntur. Ac pariter neminem ordinari posse qui non sit utilis aut necessarius pro ecclesia aut pio loco pro quo assumitur, iuxta praescripta a S. Tridentino Concilio in cap. 16, Sess. 23 *De Deform.*[2]

Vult autem Sanctitas Sua ut statuta haec et cautelae omnes a sacris canonibus in re tam gravi adiectae, ab omnibus Ordinariis ad unguem serventur; idque ipsorum conscientiae et sollicitudini quam maxime commendat.

Pii X Acia 2. 257-260; **PF** *Collect.* 2, 166 s.; CIC *Fontes* 6, 831-833. Cfr. AAS 2. 106-108.

De ratione studiorum Sacrae Scripturae in Seminariis servanda

(Litt. Ap. *Quoniam in re biblica,* 27 mart. 1906).

1209 (764) Quoniam in re biblica tantum est hodie momenti, quantum fortasse nunquam antea, omnino necease est. adolescentes clericos scientia Scripturarum imbui diligenter: ita nempe, ut non modo vim rationemque et doctrinam Bibliorum habeant ipsi perceptam et cognitam, sed etiam scite probeque possint et in divini verbi ministerio versari, et conscriptos Deo afflante libros ab oppugnationibus horum hominum defendere, qui quidquam divinitus traditum esse negant. Propterea in Litt. Encycl. *Proci-(lentissimus,* recte Decessor Noster illustris edixit: *Prima cura sit, ut in sacris Seminariis vel Academiis sic omnino tradantur divinae Litterae, quemadmodum et ipsius gravitas disciplinae et temporum necessitas ädmonent.* In eamdein autem rem haec Nos, quae magnopere videntur profutura, praescribimus:

1210 (765) I. - Sacrae Scripturae praeceptio, in quoque Seminario impertienda, ista complectatur oportet: primum, notiones de inspiratione praecipuas, canonem Bibliorum, textum primigenium potissimasquv versiones, leges hermenéuticas; deinde historiam utriusque Testamenti; tum singulorum, pro cuiusque gravitate, Librorum analysim et exegesim.

1211 (766) 11. - Disciplinae Biblicae curriculum in totidem annos partiendum est, quot annos debent alumni Ecclesiae intra Seminarii septa commorari ob sacrarum disciplinarum studia: ita ut, horum studiorum emenso spatio, quisque alumnus id curriculum integrum confecerit.

[1] d. d. 1 nov. 1691; **BR** 20. 662; **CIC** *Fontes* 1. 501; **PF** *Collect.* 1. 79.
[2] [Cfr. nn. 1097-1104],
• CT 9, 627.
• [Cfr. n. 1025].

1212 (767) III. • Afagisteria Scripturae tradendae ita constituentur, quemadmodum cuiusque Seminarii conditio et facultates ferent: ubique tamen cavebitur, ut alumnis copia suppetat eas res percipiendi, quas ignorare sacerdoti non licet.

1213 (768) IV. - Quum ex una parte fieri non possit, ut omnium Scripturarum accurata explicatio in schola detur, ex altera necease sit omnes divinas Litteras sacerdoti esse aliquo pacto cognitas, praeceptoris erit, peculiares et proprios habere tractatus seu *introductiones* in singulos Libros, eorumque historicam auctoritatem si res postulaverit, asserere, ac analysim tradere: qui tamen aliquanto plus, quam in ceteris, in eis Libris immorabitur ac Librorum partibus, quae graviores sunt.

1214 (769) V. - Atque is ad Testamentum vetus quod attinet, fructum rapiens ex iis rebus, quas rccentiorum investigatio protulerit, seriem actarum rerum, quasque Hebraeus populus cum aliis Orientalibus rationes habuit, edisseret; legem -Moysi summatim exponet; potiora vaticinia explanabit.

1215 (770) VI. - Praesertim curabit, ut in alumnis intelligentiam et studium *Psalmorum,* quos divino oíücio quotidie recitaturi sunt, excitet: nonnullosque Psalmos exempli causa interpretando, monstrabit, quemadmodum ipsi alumni suapte industria reliquos interpretentur.

1216 (771) VII. - Quod vero ad novum Testamentum, presse dilucideque docebit. quatuor Evangelia quas habeant singula proprias tamquam notas, et quomodo authentica esse ostendantur; item totius evangelicae historiae complexionem, ac doctrinam in Epistolis ceterisque Libris comprehensam exponet.

1217 (772) VIII. - Singularem (piandam curam adhibebit in iis illustrandis utñusque Testamenti locis, qui ad fidem moresque ehristianos pertinent.

1218 (773) IX. - Illud semper, maxime vero in novi Testamenti expositione meminerit, suis se praeceptis conformare eos, qui postea voce et exemplo vitae erudire ad sempiternam salutem populum debeant. Igitur inter docendum commonefacere discipulos studebit, quae sit optima via Evangelii praedicandi: cosque ex occasione ad exequenda diligenter Christi Domini et Apostolorum praescripta alliciet.

1219 (774) X. - Alumni, qui meliorem de se spem facient, Hebraeo sermone et Graeco biblico, atque etiam, quoad eius fieri possit, aliqua alia lingua semitica, ut Syriaca aut Araba, erunt excolendi. *Sacrae Scripturae magistris necesse est atque theologis addecet, eas linguas cognitas habere, quibus libri canonici sunt primitus ab hagiographis exarati, casdcmque optimum factu erit si colant alumni Ecclesiae, qui praesertim ad académicos theologiae gradus aspirant. Atque etiam, curandum, ut omnibus in Academiis de ceteris item antiquis linguis, maxime semiticis, sint magisteria.*[1]

[1] Litt. Encycl. *Providcntissimus,* 18 nov. 1893 [cfr. n. 1010].

1220 (775) XI. - In Seminariis, quae iure gaudent académicos theologiae gradus conferendi, augeri praelectionum dc Sacra Scriptura numerum; altiusque propterea generales specialesque pertractari quaestiones, ac biblicae vel archaeologiae, vel geographiae, vel chronologiae, vel theologiae, itemque historiae exegesis plus temporis studiique tribui oportebit.

1221 (776) XII. - Peculiaris diligentia in id insumenda erit, ut secundum leges a Commissione Biblica editas,[1] delecti alumni ad académicos Sacrae Scripturae gradus comparentur: quod quidem ad idoneos divinarum Litterarum magistros Seminariis quaerendos non parum valebit.

1222 (777) XIII. - Doctor Sacrae Scripturae tradendae sanctum habebit, nunquam a communi doctrina ac Traditione Ecclesiae vel minimum discedere: utique vera scientiae huius incrementa, quaecumque recentiorum sollertia peperit, in rem suam convertet, sed temeraria novatorum commenta negliget: idem eas duntaxat quaestiones tractandas suscipiet, quarum tractatio ad intelligentiam et defensionem Scripturarum conducat: denique rationem magisterii sui ad eas normas diriget, prudentiae plenas, quae Litteris Encyclicis *Providentissimus* continentur?

1223 (778) XIV. - Alumni autem quod scholae praelectionibus ad hanc assequondam disciplinam deerit, privato labore suppleant oportet. Quum enim particulatim omnem enarrare Scripturam magister prae angustiis temporis non possit, privatim ipsi, certo ad hanc rem constituto spatio in dies singulos, veteris novique Testamenti attentam lectionem continuabunt: in quo optimum factu erit, breve aliquod adhiberi commentarium, quod opportune obscuriores locos illustret, difficiliores explicet.

1224 (779) XV. - Alumni in disciplina biblica, ut in ceteris theologiae, quantum nimirum e scholae praelectionibus profecerint, periculum subeant, antequam ex una in aliam classem promoveri et sacris ordinibus initiari possint.

1225 (780) XVI. - Omnibus in Academiis quisque candidatus ad académicos theologiae gradus, quibusdam de Scriptura quaestionibus, ad *introductionem* historicam et criticam, itemque ad *exegesim* pertinentibus, respondebit; atque experimento probabit, satis se interpretationis gnarum ac hebraei sermonis graccique biblici scientem.

1226 (781) XVII. - Hortandi erunt divinarum Litterarum studiosi, ut. praeter interpretes, bonos lectitent auctores, qui de rebus cum hac disciplina coniunctis tractant; ut de historia utriusque Testamenti, de vita Christi Domini, de Apostolorum, do itineribus et peregrinationibus Palestinensibus: ex quibus facile locorum morumque biblicorum notitiam imbibent.

1 Cfr. Litt. Ap. *Scripturae sanctae,* 23 febr. 1904: Pii A' *Acta* 1, 176-179; ASS 36, ¿30-532.

• (Cfr. nn. 1024-1056].

1227 (782) XVIII. - Huius rei gratia, dabitur pro facultatibus opera, ut modica conficiatur in quovis Seminario bibliotheca, ubi volumina id genus alumnis in promptu sint.

Pii X Acta 3, 72-76; PF *Colled.* 2, 469-471; CIC *Fontes* 3, 672-674.

De disciplinae et oboedientiae studio in clericis omni cura fovendo

(Ex Litt. Encycl. *Pieni Vanima* ad Episcopos Italiae, 28 iul. 1906)?

1228 (783) 2. Il motivo, che Ci spinge a levare di nuovo la voce, è del più grave momento. Trattasi di richiamare tutta l'attenzione del vostro spirito e tutta l'energia del vostro pastoral ministero contro un disordine, di cui già si provano i funesti effetti: e, se con mano forte non si svella dalle più ime radici, conseguenze ancor più fatali si proveranno coll'andare degli anni. - Abbiamo infatti sott'occhi le lettere di non pochi fra voi, o Venerabili Fratelli; lettere piene di tristezza e di lagrime, le quali deplorano lo spirito *d'insubordinazione* e *d.'indipendenza,* che si manifesta qua e là in mezzo al cloro. - Purtroppo un'atmosfera di veleno corrompe largamente gli animi ai nostri giorni; e gli effetti mortiferi sono quelli che già descrisse l'apostolo S. Giuda: *Hi carnem quidem maculant, dominationem autem spernunt, maiestatem autem blasphemant (lud.* 8); oltre cioè alla più degradante corruzione dei costumi, il disprezzo aperto di ogni autorità e di coloro che la esercitano. Ma che tale spirito penetri comecchessia lino nel santuario ed infetti coloro, ai quali più propriamente convenir dovrebbe la parola dell'Ecclesiastico: *Natio illorum, oboedientia et dilectio (Ecc.l.* 3, 1); è cosa questa che Ci ricolma l'animo d'immenso dolore. – Ed è soprattutto fra i giovani sacerdoti che sì funesto spirito va menando guasto, spargendosi in mezzo ad essi nuove e riprovevoli teorie intorno alla natura stessa dell'obbedienza. E, ciò ch'è più grave, quasi ad acquistar per tempo nuovo recluto al nascente stuolo dei ribelli, di tali massime si va facendo propaganda più o meno occulta fra i giovani, che nei recinti dei Seminari si preparano al sacerdozio.

1229 (784) 3. Pertanto, o Venerabili Fratelli, sentiamo il dovere di fare appello alla vostra coscienza, perchè, deposta ogni esitazione, con animo vigoroso e con pari costanza diate opera a distruggere questo mal seme, fecondo di esizialissime conseguenze. Rammentate ognora che lo Spirito Santo vi ha posti a reggere? Rammentate il precetto di S. Paolo a Tito: *Argue cum omni imperio. Nemo te contemnat (Tt.* 2, 15). Esigete severamente dai sacerdoti e dai chierici quella obbedienza, che, se per tutti i fedeli è assolutamente obbligatoria, pei sacerdoti costituisce parte precipua del loro sacro dovere.

l Quae Litt. Encycl. in latlnum sermonem conversae sunt ab A. M. Michei.etti (ihs *Pianura* (Augustae Taur. 1914) 37S-383).

• Cfr. .4. 20, 28.

1230 (785) 4. A prevenire peri) di lunga mano il moltiplicarsi di questi animi riottosi, gioverà assaissimo, Venerabili Fratelli, l'aver sempre presente l'alto ammonimento dell'Apostolo a Timoteo: *Manu» cito nemini imposueris* (1 *T.* 5, 22). È la facilità infatti neH'ammettere alle .sacre ordinazioni quella, che apre naturalmente la via ad un *moltiplicarsi di gente* nel santuario, che poi *non accresce letizia.*l Sappiamo esservi città e diocesi, ove, lungi dal potersi lamentare scarsità nel clero, il numero dei sacerdoti è di gran lunga superiore alla necessità dei fedeli. Deh! qual motivo, o Venerabili Fratelli, di rendere così frequente la imposizione delle mani? Se la scarsità del clero non può essere ragione bastevole a precipitare in negozio di tanta gravità, là dove il clero sovrabbonda al bisogno, nulla è che scusi dalle più sottili cautele e da somma severità nella scelta di coloro, che debbano assumersi all'onore sacerdotale.l Nè l'insistenza degli aspiranti può menomare la colpa di siffatta facilità. 1l sacerdozio, istituito da Gesù Cristo per la salvezza eterna delle anime, non è per fermo un mestiere od un ufficio umano qualsiasi, al quale ognun che il voglia e per qualunque ragione abbia diritto ili liberamente dedicarsi. Promuovano adunque i Vescovi, non secondo le brame o le pretese di chi aspira, ma, come prescrive il Tr id e n t in o ,3 secondo la necessità delle diocesi: e nel promuovere di tal guisa, potranno scegliere solamente coloro che sono veramente idonei, rimandando quelli che mostrassero inclinazioni contrarie alla vocazione sacerdotale, precipua fra esse la indisciplinatezza e ciò che la genera, l'orgoglio della mente.

1231 (786) 5. Perchè poi non manchino i giovani che porgano in sè attitudine per essere assunti al sacro ministero, torniamo, Venerabili Fratelli, ad insistere con più premura su ciò che già più volte raccomandammo: sull'obbligo cioè che vi corre, gravissimo dinanzi a Dio. di vigilare e promuovere con ogni sollecitudine il retto andamento dei vostri Seminari. Tali avrete i Sacerdoti, quali voi li avrete ❦ducati. Gravissima è su ciò la *Lettera* che vi diresse, in data 8 dicembre 1902, il Nostro sapientissimo Predecessore, (piasi testamento del suo diuturno pontificato? Nulla noi vogliamo aggiungervi di nuovo: richiamiamo solo alla vostra memoria le prescrizioni in essa contenute; e raccomandiamo vivamente, che al più presto sieno messi in esecuzione i Nostri ordini, emanati per organo della Sacra Congregazione dei Vescovi e Regolari,6 sulla concentrazione dei Seminari, specialmente per gli studi della Filosofia e della Teologia, a fine di ottenere così il grande vantaggio derivante dalla separazione dei Seminari piccoli dai Seminari maggiori, e l'altro non meno rilevante della necessaria istruzione del clero.

' Cfr. *Is.* », 3.
• Cfr. *Hb.* 5, 4. 1208.
' Sesa. 21, *De Itcf.* c. 2; Sess. 23, *De lìcf.* c. 10: Ma n s i 33. 125. 146. [Cfr. n. 763).
• (Cfr. n. 027].
‘ [Cfr. nn. 1138-1154].
• [Cfr. 736-743. 1182-1 189].

1232 (787) 6. I Seminari siano gelosamente mantenuti nello spirito proprio, e rimangano *esclusivamente* destinati a preparare i giovani, non a civili carriere, ma all'alta missione di *ministri di Cristo.*[l]

1233 (788) Gli studi di Filosofia, di Teologia e delle scienze allini, specialmente della Sacra Scrittura, si compiano, tenendosi alle pontificie prescrizioni, e allo studio di S. Tommaso, tante volte raccomandato dal venerato Nostro Predecessore e da Noi nelle Lettere Apostoliche del 23 Gennaio 1904.' I Vescovi poi esercitino la più scrupolosa vigilanza sui maestri e sulle loro dottrine, richiamando al dovere coloro, che corressero dietro a certe novità pericolose,[l] ed allontanando senza riguardo dall'insegnamento quanti non approfittassero delle ricevute ammonizioni.

1234 (789) 11 frequentare le pubbliche l niversità non sia permesso ai giovani chierici se non per molto gravi ragioni e con le maggiori cautele per parte dei Vescovi.[4]

1235 (790) Sia onninamente impedito che dagli alunni dei Seminari si prenda parte comecchesia ad agitazioni esterne; e perciò interdiciamo loro la lettura di giornali e di periodici, salvo per questi ultimi, e per eccezione, qualcuno di sodi principi, stimato dal Vescovo opportuno allo studio degli alunni?

1236 (791) Si mantenga con sempre maggior vigore e vigilanza l'ordinamento disciplinare.

1237 (792) Non manchi da ultimo in vermi Seminario il Direttore di spirito, uomo di prudenza non ordinaria ed esperto nelle vie della perfezione cristiana, il quale, con cure indefesse, coltivi i giovani in quella soda pietà, ch'è il primo fondamento della vita sacerdotale.

Queste norme, o Venerabili Fratelli, ove siano da voi coscienziosamente e costantemente seguite, vi porgono sicuro affidamento di vedervi crescere intorno un clero, il quale sia vostro gaudio e corona vostra.[7]

1238 (793) 13. Del resto, Venerabili Fratelli, a porre un argine efficace a questo fuorviare d'idee ed a questo dilatarsi di spirito d'indipendenza, colla Nostra autorità proibiamo d'oggi innanzi assolutamente a tutti i chierici e sacerdoti di dare il nome a qualsiasi società che non dipenda dai Vescovi.

Pii X Ada 3, 163-168. 172; CIC *Fontes* 3, 676-678. 681.

‘ Cfr. *lì.* 15, 16; 1 C. 4, 1; *C.* 1, 7; *E.* 3, 7. [Cfr. nn. 1113, 1519].

• [Cfr. n. 984, not. 1[.

’ i. e. *In praecipuis;* quibus Litteris suam Pontifex erga *Romanam a S. Thoma Aquinate Academiam* gratiam testatur, et cultum doctrinae thomisticac catholicis Orbis scholis commendat. — ASS 36. 467-470; *Pii X Ada* 1, 135-138; CIC *Fontes* 3, 621 s.

• Cfr. 1 *T.* 6, 20.

‘ [Cfr. nn. 1073-1077. 1252; 1256-1258].

• [Cfr. nn. 1253],

’ *Cfr. Ph.* 4, 1.

De clericorum excardinatione et incardinatione

(Decretum S. C. Co x c il ii *Decreto»* 24 nov. 1906).

Praemissis Normis quas Leo XIII per Decr. A primis, d. d. 20 *iul.* 1898, *mandaverat (cfr. supra nn.* 899-904) *haec sequuntur.*

1239 (791) Sed pluribus in locis rnos iam pridem invaluerat ut quaedam litterae quasi *excardi notoriae,* seti *exeorporationis* aut *exeat* nuncupatae, lalcifl quoque traderentur, eodem ferme modo ac pro clericis fleri consueverat: quibus litteris Episcopus originis laicum suae dioecesis subditum dimittebat, et ius nativum, quo pollebat eum in clericalem statum ad^cribendi, in alium Ordinarium transferre eique cedere videbatur; et vicissim hic illum suscipiens eum proprium subditum sibi facere, et qua talem ad primam tonsuram et ss. Ordines promovere libere posse arbitrabatur, quin aut rationc domicilii aut ratione familiaritatis subditus sibi esset iuxta Constitutionis *Speculatores* [1] praescripta.

1210 (795) Porro evulgato decreto *A primis,* de huius praxis legitimitate disputari coepit, ct plura dubia hac de re ad S. Sedem delata sunt.

Quapropter de mandato Ssnii quaestione semel et iterum in bac S. Congregatione examinata, tandem dic 15 Septembris 1906 End Patres consuerant, permitti posse, si Sanctitas Sua id probaverit, ut praefatae litterae, quibus laici a propria dioecesi dimittuntur, ab Ordinariis concedantur, earurn vi extradioecesanus fieri proprius valeat Episcopi benevoli receptoris, et hoc titulo ad clericalem tonsuram et ad 68. Ordines ab eo promoveri; dummodo tamen:

I0 Dimissio ab Episcopo proprio ex insta causa, in scriptis et pro determinata dioecesi concedatur.

2° Acceptatio ne fiat nisi servatis regulis quae pro clericis *incardinandis* statutae sunt, et superius sub num. II, III, IV ct V recensentur; [2] ct servato quoque Decreto Pe*tuit* diei 22 Decembris 1905 quoad alumnos a Seminariis dimissos?

3° Sed iuramentum ad tramitem Constitutionis *Speculatores* requisitum, praestandum esse ante clericalem tonsuram. Verum cum obligatio permanendi in dioecesi non propria, eique in perpetuum serviendi, ante maiorem aetatem non sine difilcultotibus et periculis suscipi possit, cavendum esse ab Episcopis ne ad clericalem tonsuram admittant qui aetate maior non sit.

1241 (796) Facta autem do his omnibus relatione Ssiùo D. N. Pio Papae X ab infrascripto Seoratorio in *audientia* dici 16 Septembris 1906, Sanctitas Sua deliberationem Eihoram Patrum probavit et confirmavit, mandavitque ut evulgaretur per litteras S. C. Concilii, ut omnibus ad quos spectat lex et regula esset, contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Pii X *Acta* 3, 220-222; PF *Collect.* 2, 175 s.; CIC *Fontes* 6, 842 s. Cfr. AAS 2, 105 s.

[1] d. d. 4 nov. 1694; [cfr. n. 1097].
[1] [Cfr. supra nn. 1100-1103].
[2] [Cfr. nn. 1201 1208].

Dp sanctitate qua sacerdotes niteant oportet nipote Dei amici, legati, ministri

(Ex Seno *Gratulor vobis* ad Pont. Seminarii Gallici in Urbe alumnos, 9 dec. 1906).

1242 (797) Si Christus dicitur *innocens, sanctus, impollutus segregatus, a peccatoribus (Hb.* 7, 26), quomodo nos dici poterimus amici Dei et imitatores lesu Christi Summi Sacerdotis,[1] absque sanctitate? Eritis utique sapientes huius saeculi, sed sapientia mundi huius ad finem aeternum non perducit? Ad finem hunc consequendum debetis esse sancti, pii, perfecti.

Revera sacerdotes sunt Dei amici, legati, ministri. Sed *amicitia aut pares invenit aut facit.*[3] *Eadem velle, eadem nolle, ea demum firma amicitia est.* Si volumus esse lesu Christi amici? debemus esse sancti.

Sumus Dei legati.[4] Sed ad legationem feliciter implendam, non sufficit vestire tantum verba, sed et sensus et amorem illius qui nos mittit. Si sumus Dei legati, debemus vestire sensum et amorem Dei.

Sumus Dei ministri.[7] Sed quomodo poterimus ascendere ad altare, si non sumus sancti, immaculati; si, personam Christi portantes, non sumus participes sanctitatis eius?

Le Saint-Siège cl le Séminaire Français de Home (Rome 1935) 83 8.

De Sacrorum alumnis sub assidua vigilantia et cura Episcopi educandis

(Ex Epist. *Nihil magis* ad Dominicum ex Ord. Clster., Episc. Limburgcnscm, 8 mai. 1907).

1243 (798) Nam etsi videri potest, satis consultum esse usque adhuc alumnis istius Ecclesiae, quum in aliena Seminaria distribuerentur, tamen multo praestat eos sub oculis et assidua vigilantia et cura Episcopi sui ad sacerdotales virtutes disciplinasque rite institui; idque quum aliis causis, tum praesertim ut ab ipso queant cognosci penitus, a quo ad sacrum munus promovendi sunt.

Pii X Acta 5, 11 8.

[1] Cfr. 1 C. 4, 16; 11, 1.
[•] Cfr. 1 C. 1, 20; 2, 6.
[•] Cfr. S. Hieronymus, *In Mi.* 7, 5-7: ML 25, 1219.
[‘] Sallustius, *Catii.* 20, 4: cfr. n. 1157.
[»] Cfr. *I.* 15, 15.
[•] Cfr. 2 C. 5, 20.
[’] Cfr. 2 *C.* 6, 4; 1 *Th.* 3, 2.

De institutione Seminariorum in Statibus Foederatis Americae Septemtrionalis ad clericos ruthenos formandos et de eorum incardinatione

(Ex Litt. Ap. *Ea semper,* 18 kalendas tullas 1907).

1244 Art. X. - Cum nondum habeantur sacerdotes rutheni, qui vel nati vel saltem educati sint in Civitatibus Foederatis Americae, Episcopus rutlieni ritus, praevia intelligentia cum Delegato Apostolico et Ordinario loci, omni studio curet, ut seminarium pro clericis ruthenis in iisdem Civitatibus Foederatis educandis quantocius instituatur. Interim vero clerici rutheni in seminaria latina locorum, in quibus nati sunt, vel domicilium acquisiverunt, admittantur. Sed nonnisi caelibes, sive nunc sive in posterum, ad sacros Ordines promoveri poterunt.

Art. XVI. - Laici rutheni candidati ad Ordines, cuiuscumque originis et domicilii fuerint, illi dioecesi incardinati censeantur, a cuius Ordinario acceptati fuerint, et pro qua emiserint iuramentum missionis seu stabilitatis ad inserviendum in dicta dioecesi. Ab ea autem dioecesi, in qua incardinati sunt, in aliam transire nequeant, nisi praehabito consensu Ordinarii *a quo* et *ad quem,* ac opportune reddito certiore Episcopo rutheni ritus.

ASS 41, 6-7.

De sacra juventute a .Modernismo vigilanter ac fortiter arcenda

(Ex Litt. Encycl. *Pascendi dominici gregis,* 8 sept. 1907)[1]

1245 (805) 44. ... 1. Primo igitur ad studia quod attinet, volumus probeque mandamus ut Philosophia Scholastica studiorum sacrorum fundamentum ponatur. - Utique, *si quid a doctoribus scholasticis vel nimia subtilitate quaesitum, vel parum considerate traditum; si quid cum exploratis posterioris aevi doctrinis minus cohaerens, vel denique quoquo modo non probabile; id nullo pacto in animo est aetati nostrae ad imitandum proponi.*[1] Quod rei caput est, philosophiam scholasticam quam sequendam praescribimus, eam praecipue intelligimus quae a sancto Thoma Aquinate est tradita? de qua quidquid a Decessore Nostro sancitum est, id omne vigere volumus, et qua sit opus instauramus et confirmamus, stricteque ab universis servari iubemus. Episcoporum erit, sicubi in Seminariis neglecta haec fuerint, ea ut in posterum custodiantur urgere atque exigere. Eadem religio-

* (Cfr. nn. 1270, 1278].
' Leo XIII, Litt. Encycl. *Aeterni Patris,* 4 nug. 1S79 [cfr. n. 933).
' [Cfr. nn. 1320 b.; 1332-1356).

sorum Ordinum moderatoribus praecipimus. Magistros autem monemus ut rite hoc teneam. Aquinatem deserere, praesertim in re metaphysica? non sine magno detrimento esse.[1]

1246 (806) Hoc ita posito Philosophiae fundamento, theologicum aedificium exstruatur diligentissime. - Theologiae studium. Venerabiles Fratres, quanta potestis ope provehite, ut clerici e Seminariis egredientes praeclara illius existimatione magnoquo amore imbuantur, illudque semper pro deliciis habeant. Nam *in magna et multiplici disciplinarum copia quae menti veritatis cupidae obiicitur, neminem latet sacram Theologiam ita principem sibi locum vindicare, ut vetus sapientium effatum sit, celeris scientiis et artibus officium incumbere, ut ei inserviant ac velut ancillarum more famulentur.*[34] Addimus heic, eos etiam Nobis laude dignos videri, qui, incolumi reverentia erga Traditionem et Patres et ecclesiasticum magisterium, sapienti indicio catholicisque usi normis (quod non aeque omnibus accidit) Theologiam *positivam,* mutuato a veri nominis historia lumine, collustrare studeant. Maior profecto quam antehac positivae theologiae ratio est habenda: id tamen sic fiat, ut nihil *scholastica* detrimenti capiat, iique reprehendantur, nipote qui modernistarum rem gerunt, quicumque positivam sic extollunt ut scholasticam theologiam despicere videantur.

1247 (807) Ite profanis vero disciplinis satis sit revocare quae Decessor Noster sapientissime dixit: *In rerum naturalium consideratione strenue adlaboretis: quo in genere nostrorum temporum ingeniosa inventa et utiliter ausa, sicut iure admirantur aequales sic posteri perpetua commendatione et laude celebrabunt.* Id tamen nullo sacrorum studiorum damno; quod idem Decessor Noster gravissimis hisce verbis prosequutus monuit: *Quorum causam errorum, si quis diligentius investigaverit, in eo potissimum sitam esse intelliget, quod nostris hisce temporibus, quanto rerum naturalium studia vehementius fervent, tanto magis severiores allioresque disciplinae defloruerint: quaedam enim fere in oblivione hominum conticescunt; quaedam remisse leviterque tractantur, et quod indignum est, splendore pristinae dignitatis deleto, pravitate sententiarum et immanibus opinionum portentis inficiuntur.*[3] Ad hanc igitur legem naturalium disciplinarum studia in sacris Seminariis temperari praecipimus.

1248 (808) II. • His omnibus praeceptionibus tum Nostris tum Decessoris Nostri oculos adiici oportet, quum de Seminariorum vel Universitatum catholicarum moderatoribus et magistris eligendis agendum erit. — Qui-

[1] [Cfr. n. 1329].

• In Motu Proprio Sacrorum *Antistitum,* 1 sept. 1910 (oír. infra, ante n. 1270) post hanc gravem monitionem, subicltur: « Parvus error in principio, sic verbis ipsius Aquinatis licet uti, est magnus in fine *(De Ente et Essentia,* prooem.: S. Thomae Aq, *Opera omnia* 4. 2 [Romae 1570j 1.

• Leo XIII, Litt. Ap. *In magna»* 10 dec. 1889 [cfr. n. 991].

[4] Allocut. *Pergratus Nobis* ad catholicos scientiarum cultores, 7 mart. 1880: A8S 12f 188.

[4] Allocut. laud.: ASS 12, 486.

• [Cfr. n. 1276: nec non nn. 1255-1258].

cumquc modo quopiam *modernismo* imbuti fuerint, ii, nullo habito rei cuiusvis respectu, tum a regundi tum a docendi munere arceantur: eo si iam funguntur, removeantur: item qui modernismo clam aperteve favent, aut modernistas laudando eorumque culpam excusando, aut Scholasticam et Patres et magisterium ecclesiasticum carpendo, aut ecclesiasticae potestati, in quocumque ea demum sit, oboedientiam detrectando: item qui in historica re, vel archaeologica, vel biblica nova student: item qui sacras negligimi disciplinas, aut profanas anteponere videntur. - Hoc in negotio. Venerabiles Fratres, praesertim in magistrorum delectu, nimia nunquam erit animadversio et constantia; ad doctorum enim exemplum plerumque componuntur discipuli. Quare, olticii conscientia freti, prudenter hac in re at fortiter agitote.

1249 (809) Fari vigilantia et severitate ii sunt cognoscendi ac deligendi, qui saeris initiari postulent. Procul, procul esto a sacro ordine novitatum amor: superbos et contumaces animos odit Deus! l

1250 (810) Theologiae ac luris Canonici laurea nullus in posterum donetur, qui statutum curriculum in scholastica philosophia antea non elaboraverit. Quod si donetur, inaniter donatus esto.

1251 (811) Quae de celebrandis Università!ibus sacrum t onsilium Episcoporum et Religiosorum negotiis praepositum clericis Italiae tum saecularibus tum regularibus praecepit anno mdcccxcvi? ea ad Nationes omnes posthac pertinere decernimus.

1252 (812) Clerici et sacerdotes qui catholicae cuipiam Universitati vel Instituto item catholico nomen dederint, disciplinas, de quibus magisteria in his fuerint, in civili Universitate ne ediscant. Sicubi id permissum, in posterum ut ne fiat edicimus. – Episcopi, qui huiusmodi Universitatibus vel Institutis moderandis praesunt, curent diligentissime ut quae hactenus imperavimus, ea constantor serventur?

1253 (813) III. - Episcoporum pariter officium est modernistarum scripta quaeve modernismum olent provehuntque, si in lucem edita, ne legantur cavere, si nondum edita, prohibere ne edantur. — Item libri omnes, ephemerides, commentaria quaevis huius generis neve adolescentibus in Seminariis neve auditoribus in Universitatibus permittantur: non enim minus haec nocitura, quam quae contra mores conscripta; immo etiam magis, quod christianae vitae initia vitiant? Nec secus indicandum de quorumdam catholicorum scriptionibus, hominum ceteroqui non malae mentis, sed qui theologicae disciplinae expertes ac recentiori philosophia imbuti, hanc cum fulo componere nituntur sed ad fidei, uti inquiunt, utilitates

l Cfr. *Pr.* 8, 13.
’ i. e. Instruet. *Perspectum est,* 21 lut. 1S9G: [cfr. un. 1073-1087].
• [Cfr. n. 1503].
• [Cfr. nn. 1235. 1275].

transferre, line, quia nullo metu versantur ob auctorum nomen bonamque existimationem, plus periculi afferunt ut sensim ad modernismum quis vergat.

1254 (814) VII. - Haec quae praecepimus ne forte oblivioni dentur, volumus et mandamus ut singularum dioecesium Episcopi, anno exacto ab editione praesentium litterarum, postea vero tertio quoque anno? diligenti ac iurata enarratione referant ad Sedem Apostolicam de his quae hac Nostra Epistola decernuntur, itemque de doctrinis quae in clero vigent, praesertim autem in Seminariis eeterisque catholicis institutis, iis non exceptis quae Ordinarii auctoritati non subsunt. Idipsum Moderatoribus generalibus ordinum religiosorum pro suis iniungimus.

Pii X Acia I, 102-106. 113; ASS 10, 640-613. 619 8.; CIO Fontes 3, 718-720. 724. Cfr. AAS 2, 656-659. 665 8.

De clericis Universitates Studiorum frequentantibus

(Ex Epist. Card. R. Merry Del Val a Secretis Status *J'ai reçu.* ad Alfridum Baudrillart, Instituti Catholici Parlsiensis Rectorem, 2 oct. 1907).

1255 (815) Relativement à la défense faite par PEncyclique *Pascendi*l aux clercs ct aux prêtres qui ont pris quoique inscription dans une Université ou Institut catholique de suivre, pour les matières qui y sont enseignées, les coars des Universités civiles. Je pute vous confirmer que les dispenses et exceptions, accordées par le décret de 1896 visé par l'Encyelique? s'étendent aux Universités de Franco; toutefois, le Saint-Père excepte de cette autorisation les COUTS les plus sujets à devenir dangereux, comme ceux d'histoire, do philosophie et des matières similaires.

Pour suivre ces cours, il faut que chaque étudiant ecclésiastique ait une permission expresse de son évêque.

ASS 41. 137.

(Litt. circuì. Secreta iiiae Status Zz *Saint-Sü'tje.* ad Galliae Metropolitas, 10 oct. 1907)?

1256 (816) Le Saint-Siège a reçu des réclamations contre le procédé de certains ecclésiastiques français, qui» pour être plus rapidement et plus facilement munis de grades universitaires, s'inscrivent aux Facultés de l'Etat, renonçant à suivre les cours des Facultés ❡atholiques

Votre Grandeur comprend aisément que. si on en venait à généraliser cet usage, la saine doctrine, chez, les ecclésiastiques, ainsi que l'avenir des Universités catholiques, pourraient être sérieusement compromis. En oîTet, il ne peut pas échapper à la pénétration dc Votre Grandeur que l'intégrité de la foi «les jeunes étudiants, mémo s'ils sont clercs, ou prêtres, est exposée dans les Facultés civiles à de bien graves dangers.

l Cfr. n. 1623, Instruct. S. S. C. OFFICII *Recentissimo Decreto.* 28 aug. 1907 *(Pii X Ada* 5. 97 8.; ASS 10, 727 s.) et Motum Proprium *Praestantia Scripturae Sacrae.* 18 nov. 1907, de periculo Modernismi in Seminario *(Pii X Acta* 4. 236; CIC *Fontes* 3, 726).

• [Cfr. nn. 1251 s.J.

▮ [Cfr. n. 1251].

‹ [Cfr. 1258].

1257 (SH) Pourtant, d'ordre de Sa Sainteté, je m'empresse de vous rappeler que, sauf de très rares exceptions, la préférence doit être *toujours* donnée aux Universités catholiques. Los évêques sont autorisés, conformément au décret de 1896, visé par l'Encyelique. [1] à permettre A leurs ecclésiastiques de suivre les cours des Facultés de l'Etat, seulement *en cas de nécessité* ct, en tant que cette nécessité l'exige, en prenant d'autre part tontes les précautions requises. Les évêques so montreront *particulièrement difficiles à* donner cette autorisation pour les cours les plus sujets à devenir dangereux [*] comme ceux d'histoire, de philosophie et des matières similaires, ct les recteurs des Universités catholiques ne permettront pus. de leur côté, que les ecclésiastiques, inscrits dans l'institut dirigé par eux, qui ne sont pas munis, à cet effet, d'une autorisation expresse et spéciale de leurs évêques, suivent ces cours dans les Universités civiles.

Je prie Votre Grandeur de vouloir bien porter ces instructions du Saint-Père a la connaissance do ses suffragante.

ASS 41, 41 s.

(Epist. Secretarial Status *Vous* arre, ad Rcvmurn D. Pasquicr, Instituti Catholici Andegavensis Rectorem, 5 nov. 1907).

1258 *Monseigneur,* Vous avez récemment proposé au Saint-Siège les questions suivantes:

1 (818) 1. Est-il contraire ù l'Encyelique *Pascendi* que les clercs, les prêtres et les religieux préfèrent aux Facultés catholiques dee lettres et des sciences les facultés civiles, s'inscrivent à ces dernières ct en suivent lea cours, lorsqu'il n'y a en réalité aucune nécessité vraie, comme le témoignent les succès des Facultés catholiques *t*

2. Les clercs ct les prêtres, professeurs ou surveillants dans un collège d'une ville où se trouvent seulement des Facultés civiles, sont-ils dans le *cas de nécessité* visé par la lettre aux évêques (n° 26061) *l* Peuvent-ils s'inscrire à ces Facultés ct en suivre les cours'

3. Peut-on regarder comme *une très rare exception* (lettre aux évêques, n° 26051) les cas où un collège comptera parmi ses professeurs et ses surveillants six ou sept prêtres ou clercs s'inscrivant à ces Facultés civiles ct en suivant les cours!

Or, d'ordre de Sa Sainteté, je m'empresse de vous communiquer les réponses aux questions susdites:

Ad 1. *Affirmative}*

Ad 2. *Negative.* à moins que, dans des cas exceptionnels, des raisons très graves et spéciales s'y ajoutent, dont l'appréciation est réservée ù l'évêque;

Ad 3. *Negative.*

ASS 41, 137 s.

Studili Seminariorum ad S. C. Consistorialom pertinent

(Ex Const. Ap. do Curia Romana *Sapienti Consilio.* 3 kalendas iulias 1908).

1259 « (Congregatio Consistorialis)... ad liane proinde in posterum spectent ... denique ea omnia quae ad regimen, disciplinam, temporalem administrationem, studia Seminariorum pertinent ».

Pii X Acia 4, 119 s.

[1] [Cfr. nn. 1251 8.J.

[*] i. o. Epist. ad Galliae Metropolitas d. d. 10 oct. 190": (cfr. nn. 1256 8.].

[’] Cfr. item Litt. circuì. SECRETABIAK Status *Au milieu,* ad Galliae Metropolitas, 30 sept. 1908 (ASS il. 772 8.).

De lingua Latina in Seminariis sedulo excolenda et adhibenda

(Ex Epist. S. C. Studiorum *Vehementer sane,* nd Episcopos universos, 1 iul. 1908).1

1260 In primis, quod maximi momenti et ponderis est, notari atque ani-
(820) madverti volumus, linguam latinam hire meritoque dici et esse linguam Ecclesiae propriam. Et profecto hac lingua, si quando necessitas exigat, Sacerdotes disiunctarum diversarurnque civitatum colloqui et scribere inter se solent ad sensa mentis pandenda, quae aliter inter se pandere non possent. Hac lingua, in quam sacri libri veteris novique Testamenti versi sunt, Clerus canonicas recitat precationes, Sacrum facit omnesque sacros ritus et caeremonias, quas Liturgia praescribit, exequitur. Quin etiam hac lingua Summus Pontifex et sacra Consilia Ecclesiae negotiis curandis in litteris actisque omnibus edendis utuntur. Accedit quod quos doctissimos libros sancti Patres Ecclesiaeque Doctores latini scripsere, eos et huic linguae commendarunt.

1261 Sed praeterea lingua latina cum Philosophiae, tum sacrarum discipli-
(821) narum lingua facile dicenda est. Cum enim ipsius vis et natura ea sit, ut aptissima existimetur ad difficillimas subtilissimasque rerum formas et notiones valde commode et perspicue explicandas, hac perpetuo usi sunt a media quae vocatur aetate usque ad totum saeculum XVM eademque usque adhuc uti solent et scriptores in libris scribendis sive de Theologia, sive de lure Canonico, sive de ipsa Philosophia, et magistri in iisdem docendis disciplinis.

1262 Quapropter, (pium ex his quae diximus satis appareat summa sacro-
(822) rum alumnis huius linguae cognitione opus esse, hoc S. Consilium Studiis regundis etiam atque etiam hortatur cum magistros, ut ad normam Constitutionis Leonis Pp. XII *Quod divina Sapientia,*2 tit. VI, cap. 82-84,s hac lingua disciplinas tradant, tum discipulos, quo alacrius pleniusque, secundum Litteras Encyclicas *Depuis le jour,* die vin mens. Sept. a. MDCCCXCIX a Summo Pontifice Leone Pp. XIII datas,4 in huius linguae studium incumbant, prout sacra studia potissimum apud Archigymnasia requirunt.

Anal. Ecd. 16, 404.

‘ (Cfr. nn. 128S. 1540],

* Qui Pontifex Rloriosissimus hac Constitutione, d. d. 28 aug. 1821, rectam praescripsit .*studiorum rationem* pro Sacri Principatus Universitatibus: BR *Coni.* 8, 95-117.

’ BR *Coni.* 8, 100.

‘ [Cfr. nn. 1106-1124].

De vitae sanctimonia a Seminariorum alumnis assequenda

(Ex Exhortatione ad Clerum catholicum *Haerent animo,* 4 aug. 1908)?

1203 (823) Ad hanc ipsam vitae sanctimoniam, de qua iuvat paulo fusius dicere, magnis Ecclesia spectat perpetuisque curis. Sacra idcirco Seminaria instituta: ubi, si litteris ae doctrinis imbuendi sunt qui in spem cleri adolescunt, at simul tamen praecipueque *ad pietatem* omnem *a teneri anni* sunt conformandi.[2] Subinde vero, dum candidatos diuturnis intervallis gradatim promovet, nusquam, ut mater sedula, hortationibus de sanctitate assequenda parcit. Ineunda quidem ea sunt ad recolendum. Quum enim primo in sacram militiam cooptavit, voluit nos ea rite profiteri: *Dominus pars haereditatis meae, et calici mei: tu es, (ui restitues haereditatem meam mihi (Ps.* 15, 5)? Quibus, inquit Hieronymus, monetur *clericus* ut *qui. vel ipse pars Domini est, vel Dominum partem habet, talem se* exhibeat, *ut et ipse possideat Dominum, ct possideatur a Domino:'* Subdiaconis aCCensendo- ipsa quam graviter est allocuta! *Iterum atque iterum- considerare debetis attente quod onus hodie ultro appetitis; ... quoti si hunc ordinem susceperitis, amplius non licebit a proposito resilire, seti Deo ...perpetuo famulari, et castitatem, illo adiuvante, servare oportebit.* Tum denique: Ni *usque nunc fuistis tardi ad ecclesiam, amodo debetis esse assidui: si usque nunc somnolenti, amodo vigiles: ... si usque nunc inhonesti, amodo casti ... Videte cuius ministerium vobis tradituri* [5] Diaconatu porro augendis sic per Antistitem a Deo precata est: *Abundet in eis lotius forma virtutis. auctoritas modesta, pudor constans, innocentiae puritas et spiritualis observantia disciplinae. In moribus eorum praecepta tua fulgeant, ut suae castitatis ejemplo imitationem sanctam plebs acquirat.*[6] - Sed eo acrius movet commonitio initiandis Sacerdotio lacta: *Cum magno timore ad tantum gradum ascendendum est, ac providendum ut caelestis sapientia, probi mores ct diuturna iustitiae observatio ad id electos commendet ... Sit odor vitae vestrae delectamentum Ecclesiae Christi, vt praedicatione atque exemplo aedificetis domum, idest familiam Dei.*[7] Maximeque omnium urget illud gravissime additum: *Imitamini quod tractatis;* quod profecto cum Pauli praecepto congruit: *ut exhibeamus omnem hominem perfectum in Christo lesu. (C.* 1. 28).

12fi4 (824) 'Palis igitur quum sit mens Ecclesiae de sacerdotum vita, mirum nemini esse possit, quod sancti Patres ac Doctores omnes ita de ea re consentiant, ut illos fere nimios quis arbitretur; quos tamen si prudenter aestimemus, nihil eos nisi apprime verum rectumque docuisse indicabimus. Eorum porro sententia haec summatim est. 'Panium scilicet inter sacerdotem et quemlibet probum virum intercedere debet discriminis, quantum

[1] [Cfr. n. 1357J.
[2] *Concit. Trid.* Sess. 23, *De lief.* c. 18: [cfr. n. 290).
[3] Pont. Rom. *De Clerico faciendo.*
[4] Epist. 52 *(ad Nepotianum)* 5: ML 22, 531.
[5] Pont. Rom. *De Ordinat. Subdiaconi.*
[6] Ibid. *De Ordinat. Diaconi.*
[7] Ibid. *De Ordinat. Presbyteri.*

inter caelum et terram: ob eamque causam, virtuti sacerdotali cavendum non solum ne gravioribus criminibus sit allinis, sed ne minimis quidem. In quo virorum tam venerabilium indicio Tridentina Synodus stetit, quum monuit clericos ut fugerent *levia etiam delicta, quae in ipsis maxima essent:* l maxima scilicet, non re ipsa, sed respectu peccantis, in quem potiore iure quam in templorum aedificia, illud convenit *Domum tuam decet sanctitudo (Ps.* 92, 5).

Pii X Acta 4, 242-244; CIC *Fontes* 3, 739.

De memorandis clericorum olHciis

(Ex Serm. *Pi ringrazio* ad Andream Card. Ferrari et ad Institutores aluinnosquc Seminarii Maioris Mediolanensis, 14 oct. 1908).

1265 *Bonitatem, et disciplinam, et scientiam doce me (Ps.* 118, 66).

(826) Ricordatevi ([ueste tre parole: se vi conserverete buoni, amanti della disciplina e della regola, studiosi della vera scienza del sacerdote, avrete raggiunto il fine, sarete sempre di consolazione al vostro Arcivescovo e procurerete sempre il bene delle anime vostre e di ([nelle alle vostre cure affidate.

La bontà è la base ed il fondamento della vocazione ecclesiastica; se un giovane non è buono, è certo che non ha alcun titolo per accostarsi al Santuario.

E la vostra bontà non sia soltanto esteriore, ma risieda propriamente nel fondo del cuore; non basta la virtù esterna, ma occorre anzitutto l'interna che ha di mira la gloria di Dio e la perfezione dell'anima.

Non importa che grandi opere esterne manifestino la virtù del cuore, perchè questa ha tale influenza che si rileva nello sguardo, nella parola, negli atteggiamenti di un giovane buono, tanto che incontrando un giovane buono si sente quasi il bisogno di chinare il capo per riverenza.

1266 La disciplina è la regola della vita ed il sentiero delle virtù; se per lutti

(827) è necessaria la regola della vita, tanto più per i chierici che sono chiamati al Sacerdozio. Quindi la disciplina del Seminario, l'osservanza della regola, anche nei piccoli precetti deve essere a cuore ai chierici.

l superiori son necessari; è necessario che il loro occhio vigile stia sopra di voi, ma i chierici debbono diportarsi in guisa da non aver bisogno di un occhio che li vigili per compiere il loro dovere.

Ricordatevi che dovete essere fedeli alla vostra regola, anche nello cose piccole, perchè lo spirito del male è astuto; egli non vi tenterà sul principio ad infrangerla nello cose grandi, ma nello più piccole per abituarvi a poco a poco a disprezzarla.

* Sess. 22, *De Itef.* c. 1 [cfr. u. 288).

1267 (828) Buono deve essere il chierico; egli deve, osservare la disciplina fin dai primi anni della sua educazione sacerdotale, ina egli deve pure apprendere quella scienza che gli sarà necessaria per tutta la vita.

Se nell'Antico Testamento il Signore non voleva sacerdoti ignoranti,[1] molto meno lo vuole nella legge novella; se allora erano ripudiati coloro che avevano ripudiata la scienza,[2] molto più sono indegni del sacerdozio cristiano, quelli che, o per difetto d'ingegno, notate bene questo, o per poca volontà di studiare, non si sentono ai caso di applicarsi con ogni impegno ad acquistare la scienza necessaria.

Ma per acquistare questa scienza non bisogna attendere di essere adulti, ma applicarsi fin dai primi anni del Seminario. Se in questi anni non si studia, si corre grave pericolo che, all'uscita dal Seminario, siano del tutto messi in disparte i libri tanto necessari alla formazione della vita intellettuale e spirituale del sacerdote.

Ricordatevi queste tre parole e siate certi che nessuno più grato ricordo potrete riportare con voi di questo bel giorno in cui avete offerto i vostri omaggi al Vicario di Gesù Cristo.

Pii A' *Ada* 4, 293 e.

De non excipiendis in religiosas familias qui e Seminariis dimissi sint

(Ex Decreto S. C. De Religiosis *Ecclesia ('liristi,* ex audientia SSiìn diet 7 sept. ‡909).

1268 (930) NuUimode, absque speciali venia Sedis Vpostolicae, ct sub poena nullitatis professioni», excipiantur, sive ad novitiatuin sive ad emissionem votorum postulante-: I')...

2°) qui a Seminariis et collegiis ecclesiasticis vel religiosis quacunque ratione dimissi fuerint.

AAS 1, 700 8.

De muneribus in clericorum Seminario viro religioso ad saeculum revertenti vetitis

(Ex Decreto S. C. De Religiosis *Quum minoris,* 15 iun. 1909).

1269 (829) Quum minoris esse soleat aedificationis, salvis extraordinariis nonnullis casibus. quod in ofliclis dioecesanis eminere conspiciuntur. qui. vel in aliquo Ordine regulari vota poleinnia professi, indultum saccularizationis sive perpetuae sive ad tempus obtinuerint, vel in Instituto aliquo religioso, emissis votis perpetuis, ab istis dispensati fuerint; ne alii inde Religiosi induci possint ut varios egrediendi claustra praetextus exquirant, quod nimis frequens accidere experientia docet, sanctissimus Dominus noster 1'u s Papa decimus decernere dignatus est. ut omnibus deinceps rescriptis, quibus saecularizatio per-

[1] Cfr. *Ma.* 2. 7.
[2] Cfr. *Os.* I. 0.
[•] (Cfr. n. 1206].

petua vel ad tempus, nut votorum perpetuorum relaxatio, prout supra, sacerdotibus et clericis in Sacris ordinibus constitutis conceditur, adnexae intendantur, licet non expressae, sequentes clausulae, quarum dispensatio Sanctae Sedi reservatur:

Vetitis, absque novo et speciali Sanctae Sedis induito: Io)...

2°) quolibet magisterio ut officio in Seminariis clericalibus Maioribus et Minoribus aliisqúe Institutis, in quibus clerici educantur, nec non in Universitatibus et Institutis, quae privilegio apostolico gaudent conferendi gradus académicos in re philosophica, theologica et canonica.l

AAS 1, 523.

De clericis scientia et pietate ita instituendis ut a Modernismo immunes serventur

(Ex Motu Proprio *Sacrorum Antistitum,* 1 sept. 1910).' *Pluribus praeceptionibus ex Encycl.* Pascendi (S sept. 1907) *ad verbum ₱epetitis, haec adiciunlur:*

1270 (831) Ilis, quae plane confirmamus omnia l sub poena temeratae conscientiae adversus eos, qui dicto audientes esse renuerint, peculiaria quaedam adiicimus, quae ad sacrorum alumnos in Seminariis degentes et ad instituti religiosi tirones referuntur.

1271 (832) In Seminariis quidem oportet partes omnes institutionis eo tandem aliquando conspirent ut dignus tali nomine formetur sacerdos. Xec enim existimare licet, eiusmodi contubernia studiis dumtaxat aut pietati patere. Etraque re institutio tota coalescit, suntque ipsa tamquam palaestrae ad sacram Christi militiam diuturna praeparatione fingendam. Ex iis igitur ut acies optime instructa prodeat, omnino sunt duae res necessariae, doctrina ad cultum mentis, virtus ad perfectionem animi. Altera postulat ut alumna sacrorum inventus iis artibus apprime erudiatur quae cum studiis rerum divinarum arctiorem habent cognationem; altera singularem exigit virtutis conBtantiaequo praestantiam.

1272 (833) Videant ergo moderatores disciplinae ac pietatis, quam de se quisque spem inficiant alumni, introspiciantque singulorum quae sit indoles; utrum suo ingenio plus aequo indulgeant, aut spiritus profanos videantur sumere; sintne ad parendum dociles, in pietatem proni, de se non alte sentientes, disciplinae retinentes: rectone sibi fine proposito an humanis ducti rationibus ad sacerdotii dignitatem contendant; utrum denique convenienti vitae sanctimonia doctrinaque polleant; aut certe, si quid horum desit, sincero promptoque animo conentur acquirere. Xec nimium difficultatis habet investigatio: siquidem virtutum, quas diximus, defectum cito produnt et religionis officia ficto animo persoluta, et servata metus

l [Cfr. nn. 1380 s.].
' [Cfr. nn. 1279-1284. 1320).
' Quuo nd Seminariorum alumnos spectant, referuntur sub [nn. 1245-1253].
• [Cfr. n. 1503).

causa, non conscientiae voce, disciplina. Quam qui servili timore retineat, aut animi levitate contemptuve frangat, is a spe sacerdotii sancte fungendi abest quam longissime. Haud enim facile creditur, domesticae disciplinae contemptorem a publicis Ecclesiae legibus minime discessurum. Hoc animo comparatum si quem deprehenderit sacri ephebei moderator, et si semel iterumque praemonitum, experimento facto per annum, intellexerit a consuetudine sua non recedere, eum sic expellat, ut neque a se neque ab ullo episcopo sit in posterum recipiendus?

1273 (834) Duo igitur haec ad promovendos clericos omnino requirantur; innocentia vitae cum doctrinae sanitate coniuncta. Neve illud praetereat, praecepta ac monita, quibus episcopi sacris ordinibus initiandos compellant. non minus ad hos quam ad candidatos esse conversa, prout ubi dicitur: *Providendum, ut caelestis sapientia, probi mores et diuturna iustitiae observatio ad id electos commendet ...Sint probi et maturi in scientia sim-ul et opere ... eluceat in eis totius jornia iustitiae.*[2]

1274 (835) Ac de vitae quidem probitate satis dictum esset, si haec a doctrina et opinionibus, quas quisque sibi tuendas assumpserit, posset facili negotio seiungi. Sed, ut est in Proverbiorum libro: *Doctrina sua noscetur vir, (Pr.* 12, 8) utque docet Apostolus: *Qui ... non permanet in doctrina Christi, Deum non habet* (2 ***I.*** 9). Quantum operae vero dandum sit addiscendis rebus multis equidem et variis, vel ipsa huius aetatis conditio docet, nihil gloriosius efferentis quam lucem progredientis humanitatis. Quotquot igitur sunt ex ordiue cleri si convenienter temporibus velint in suis versari muneribus; si eum fructu *exhortari in doctrina sana, et eos, qui contradicunt, arguere (Tt.* 1, 9); si opes ingenii in Ecclesiae utilitatem transferre, oportet cognitionem rerum assequantur, eamque minime vulgarem, et ad excellentiam doctrinae propius accedant. Luctandum est enim cum hostibus non imperitis, qui ad elegantiam studiorum scientiam saepe dolis consutam adiungunt, quorum speciosae vibrantesque sententiae magno verborum cursu sonituque feruntur, ut in iis videatur quasi quid peregrinum instrepere. Quapropter expedienda mature sunt arma, hoc est, opima doctrinae seges comparanda omnibus, quicumque sanctissimis perarduisque muneribus in umbratili vita se accingunt?

1275 (836) Verum, quia vita hominis iis est circumscripta limitibus ut ex uberrimo cognoscendarum rerum fonte vix detur aliquid summis labiis attingere, discendi quoque temperandus est ardor et retinenda Pauli sententia: *non plus sapere quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem (lì.* 12, 3). Quare, quum clericis multa iam satis eaque gravia sint imposita studia, sive quae pertinent ad sacras litteras, ad Fidei capita, ad mores, ad scientiam pietatis et officiorum, quam *ascetica m* vocant, sive quae ad historiam Ecclesiae, ad ius canonicum, ad sacram eloquentiam referuntur;

‘ [Cfr. nn. 1201-1208).
* Pont. Rovi. *Dc Ordinatione Presbyteri.*
’ [Cfr. n. 030).

no iuvenes aliis quaestionibus consectandis tempus terant et a studio praecipuo distrahantur, omnino vetamus diaria quaevis aut commentaria, quantumvis optima, ab iisdem legi, onerata moderatorum conscientia, qui ne id accidat religiose non caverint.

1276 (837) Ut autem suspicio segregetur omnis clanculum se inferentis *modernitori,* non solum omnino servari volumus quae sub numero secundo superius praescripta sunt, sed praeterea praecipimus ut singuli doctores, ante auspicandas ineunte anno praelectiones, Antistiti suo textum exhibeant, quem sibi quisque in docendo proposuerit, vel tractandas quaestiones, sive *theses;* deinde ut per annum ipsum exploretur sua cuiusque magisterii ratio; quae si videatur a sana doctrina discedere, causa erit quamobrem doctor illico amoveatur. Denique, ut, praeter Fidei professionem, iusiurandum det Antistiti suo, secundum adiectam infra formulam, et subscripto nomine.

1277 (838) *Iusiurandnm* hoc, praemissa *Fidei professione* per formulam a sa. me. Decessore Nostro Pio IV praescriptam,[2] cum adiectis definitionibus Concilii Vaticani,[3] — suo Antistiti item dabunt:

[1] Scilicet Encycl. *Pascendi* [cfr. im. 1218-1252].

[2] Const. Ap. *Iniunctum nobis* (13 nov. 1561) § 2: BR 7, 327; CIC *Pontes* 1, 193 s.

[3] Cfr. S. C. Coxcn.n Decr. *Quod a priscis,* 20 ian. 1877: *Pii IX Acta* 7, 27 1-279; CIC *Fontes* 6, »97 8. — Cfr. PF *tus Pont.* 264-286.

Quae formula his verbis continetur; Ego AT. lirina lido credo et profiteor omnia ot singula quae continentur in Symbolo Fidei, quo sancta Romana Ecclesia utitur, videlicet: Credo in unum Deum. Patrem omnipotentem, factorem caeli et terrae, visibilium omnium et invisibilium. Et in unum Dominum iesuni Christum, Filium Dei (Unigenitum. Et ex Patre natum, ante omnia saecula. Deum do Deo, lumen de lumine, Deum verum do Deo vero. Genitum non factum, consubstantialem Patri: per quem omnia facta sunt. Qui propter nos homines, ot propter nostram salutem descendit do caelis. Et incarnatus est do Spiritu Sancto ex Maria Virgine et Homo factus est. Crucifixus etiam pro nobis sub Pontio Pilato; passus, et sepultas est. Et resurrexit tertia die, secundum Scripturas. Et ascendit in caelum: sedet ad dexteram Patris. Et iterum venturus est eum gloria indicaro vivos, et mortuos; cuius regni non erit tinis. Et in Spiritum Sanctum Dominum, ct vivificantem: qui cx Patre Filioque procedit. Qui cum Patro et Filio simul adoratur, et conglorificatur: qui locutus est per Prophetas. Et Unam, Sanctam, Catholicam et Apostolicam Ecclesiam. Confiteor unum baptisma in remissionem peccatorum. Et expeoto resurrectionem mortuorum. Et vitam venturi sacculi. Arnen.

Apostólicas et Ecclesiasticas traditiones, roliquasquo eiusdem Ecclesiae observationes et constitutiones firmissimo admitto ct amplector. Item sacram Scripturam, iuxta eum sensum, quém tenuit et tenet sancta mater Ecclesia, cuius est ludicare de vero sensu et interpretatione sacrarum Scripturarum, admitto; nec eam unquam, nisi iuxta unanimem consensum Patrum accipiam, et interpretabor.

Profiteor quoque septem esse vero ct proprie Sacramenta novae legis a lesu Christo Domino instituta, atque ad salutem humani generis, licet non omnia singulis necessaria, scilicet, Baptismum, Confirmationem, Eucharist inni. Poenitentiam, Extremam Unctionem, Ordinem et Matrimonium: iliaque gratiam conferre, ct ex his Baptismum, Confirmationem. et Ordinem sine sacrilegio reiterari non posse. — Receptos quoque et approbatos Ecclesiae Catholicae ritus in supradiotomm omnium Sacramentorum solemn! administratione recipio et admitto. — Omnia et singula, quae de peccato originali et de justificatIone in Sacrosancta Tridentina Synodo definita et declarata fuerunt, amplector et recipio. — Profiteor pariter in Missa offerri Deo verum, proprium, et propitiatorium Sa-

I. - Clerici maioribus orclinibos initiandi; [1] quorum singulis antea tradatur exemplar tum professionis fidei, turn formulae edendi iurisiurandi ut eas accurate praenoscant, adiecta violati iurisiurandi. ut infra, sanctione.

... Si quis autem, quod Deus avertat, iusiurandum violare ausos fuerit, ad Sancti Officii tribunal illico deferatur.

Iurisiurandi Formala

1278 (839) « Ego ... firmiter amplector ac recipio omnia et singula, quae ab inerranti Ecclesiae magisterio definita, adserta ac declarata sunt, praesertim ea doctrinae capita, quae huius temporis erroribus directo adverrantur. Ac primum quidem Deum, rerum omnium principium et finem, naturali rationis lumine per ea quae facta sunt, hoc est per *risibilia* creationis opera, tamquam causam per effectus, certo cognosci, advoque demonstrari etiam posse,[2] profiteor. Secundo: Externa revelationis argumenta, hoc est facta divina, in primisque miracula et prophetias admitto et agnosco tamquam signa certissima divinitus ortae Christianae Religionis, eademque teneo aetatum omnium atque hominum, etiam huius temporis, intelligentiae esse maxime accommodata, fertio: Firma pariter fide credo. Ecclesiam, verbi revelati custodem et magistram, per ipsum verum atque historicum Christum, quum apud nos degeret, proxime ac directo institutam, eidemque primo Petro ejusque successoribus in perpetuum collatam fuisse, atque ita per vicissitudines temporum semper esse perstitutam, ut nulli alii coetui praeter unam illam Catholicam et Romanam Ecclesiam quidquam horum competat, nemo non ullo pacto possit. Ipsi Ecclesiae, societatis perfectae more, visibili ac monarchico capite divinitus constituto, supremae magisterii et iurisdictionis plenitudinem, cum universum orbem tum quaevis loca quaevis regna complectentem, inesse firmiter credo. Tertio: Fidei dogmata ab Ecclesia quoad sensum aliquando declarata, ea eadem sensu numquam esse abiturum, ut proinde omnis opinio dogmatibus huic sensui contraria penitus sit reicienda, firmiter admitto. Quae cum ita sint, omnem novationem, quae dicitur, sensum scilicet dogmatum in alium a primum ab Ecclesia intellecti sensum, eo cum evolutionis commento ut sensus ille mutetur, aut mutari possit pro diversitate hominum aut temporum, plane reicio. Sic igitur omnino credo et profiteor, quidquid aliter sentire, docere, praedicare, sive scripto sive voce, contigerit, id omnia, quae fide contraria sunt, damnare, reicere, proscribere, quemadmodum damnat, reicit, proscribit Ecclesia. Ego ... firmiter amplector ac recipio omnia et singula, quae ab inerranti Ecclesiae magisterio definita, adserta ac declarata sunt, praesertim ea doctrinae capita, quae huius temporis erroribus directo adverrantur. Ac primum quidem Deum, rerum omnium principium et finem, naturali rationis lumine per ea quae facta sunt, hoc est per *risibilia* creationis opera, tamquam causam per effectus, certo cognosci, advoque demonstrari etiam posse,[2] profiteor. Secundo: Externa revelationis argumenta, hoc est facta divina, in primisque miracula et prophetias admitto et agnosco tamquam signa certissima divinitus ortae Christianae Religionis, eademque teneo aetatum omnium atque hominum, etiam huius temporis, intelligentiae esse maxime accommodata, fertio: Firma pariter fide credo. Ecclesiam, verbi revelati custodem et magistram, per ipsum verum atque historicum Christum, quum apud nos degeret, proxime ac directo institutam, eidemque primo Petro ejusque successoribus in perpetuum collatam fuisse, atque ita per vicissitudines temporum semper esse perstitutam, ut nulli alii coetui praeter unam illam Catholicam et Romanam Ecclesiam quidquam horum competat, nemo non ullo pacto possit. Ipsi Ecclesiae, societatis perfectae more, visibili ac monarchico capite divinitus constituto, supremae magisterii et iurisdictionis plenitudinem, cum universum orbem tum quaevis loca quaevis regna complectentem, inesse firmiter credo. Tertio: Fidei dogmata ab Ecclesia quoad sensum aliquando declarata, ea eadem sensu numquam esse abiturum, ut proinde omnis opinio dogmatibus huic sensui contraria penitus sit reicienda, firmiter admitto. Quae cum ita sint, omnem novationem, quae dicitur, sensum scilicet dogmatum in alium a primum ab Ecclesia intellecti sensum, eo cum evolutionis commento ut sensus ille mutetur, aut mutari possit pro diversitate hominum aut temporum, plane reicio. Sic igitur omnino credo et profiteor, quidquid aliter sentire, docere, praedicare, sive scripto sive voce, contigerit, id omnia, quae fide contraria sunt, damnare, reicere, proscribere, quemadmodum damnat, reicit, proscribit Ecclesia.

criflcium pro vivis et defunctis; atque in sanctissimo Eucharistiae Sacramento esse vere, realitor et substantialiter Corpus et Sanguinem una cum anima et dh initate Domini nostri lesu Christi, dorique conversionem totius substantiae panis in Corpus, et totius substantiae vini in Sanguinem, quam conversionem catholica Ecclesia Transubatantlationem appellat: Fateor etiam sub altera tantum specie totum atque integrum Christum, verumque Sacramentum sumi. — Constanter teneo Purgatorium esse, animasque ibi detentas fidelium suffragiis inveri. Similiter ct Sanctos una cum Christo regnantes venerandos atque invocandos esse, cosque orationes Deo pro nobis offerre, atquo eorum Reliquias esse venerandas. Firmiter assero imagines Christi ac Deiparae semper Virginis, nec non aliorum Sanctorum habendas et retinendas esso, atquo eis debitum honorem ac venerationem impertiendam. — Indulgentiarum etiam potestatem a Christo in Ecclesia relictam fuisse, illarumque usum Christiano populo maxime salutarem esse affirmo. — Sanctam. Catholicam et Apostolicam Romanam Ecclesiam, omnium Ecclesiarum matrem et magistram agnosco Itornanoque Pentitici, beati Petri Apostolorum Principis successori ac lesu Christi Vicario, veram obedientiam spondeo ac iuro.

Caetera item omnia a sacris Canonibus et Oecumenicis Conciliis, ac praecipue a Sacrosancta Tridentina Synodo *ct ab occumenico Concilio Valicano* tradita, definita *ac* declarata, *praesertim de Hornani Pontificis Primatu et infallibili magisterio.* indubitanter recipio atque profiteor; simulque contraria omnia atque Intereses quascumque ab Ecclesia damnabis et relectas ot anathematizatas, ego pariter damno, reficio et anathematizo.

Hanc veram Catholicam fidem, extra quam nemo >ah us esse potest, quam in praesenti sponte profiteor et veraciter teneo, eamdem integram ct inviolatam usque ad extremum vitae spiritum, constantissime, Deo adiuvante, retineri' et confiteri, atque a meis subditis. seu illis, quorum cura ad me in munere tuco spectabit, teneri et doceri et praedicari, quantum in me erit curaturum, ego idem A. spondeo, voveo ac turo. Sic me Deus adluvet, et haec sancta Dei Evangelia.

[1] [Cfr. nn. 1292. 1291. 1502J.

[2] Cfr. /?. 1, 20.

tutam, eamdemque super Petrum. Apostolicae hiorarchiae principem eiusque in aevum Successores aedificatam. Quarto: Fidei doctrinam ab Apostolis per orthodoxos Patres eodem sensu eademque semper sententia ad nos usque transmissam, sincere recipio; ideoque prorsus reiieio haereticum commentum evolutionis dogmatum, ah uno in alium sensum transeuntium, diversum ah eo, quem prius habuit Ecclesia; pariterque damno errorem omnem, quo, divino deposito, Christi Sponsae tradito ah Eaque fideliter custodiendo, sufficitur philosophicum inventum, vel creatio humanae conscientiae, hominum conatu sensim elTormatae et in posterum indefinito progressu perficiendae. Quinto: Certissime teneo ac sincere profiteor, Fidem non esse caecum sensum religionis e latebris *subconsciencias* erumpentem, sub pressione cordis et inflexionis voluntatis moraliter informatae, sed verum assensum intellectus veritati extrinsecus acceptae ex auditu, quo nempe, quae a Deo personali, creatore ac domino nostro dicta, testata et revelata sunt, vera esse credimus, propter Dei auctoritatem summe veracis.

Me etiam, qua par est reverentia, subiicio totoque animo adhaereo damnationibus, declarationibus, praescriptis omnibus, quae in Encyclicis litteris *Pascendi*[1] et in Decreto *Lamentabili* continentur, praesertim circa eam quam historiam dogmatum vocant. Idem reprobo errorem affirmantium, propositam ab Ecclesia fidem posse historiae repugnaro, et catholica dogmata, quo sensu nunc intelliguntur, cum verioribus christianae religionis originibus componi non posse. — Damno quoque ac reiieio eorum sententiam, qui dicunt Christianum hominem eruditiorem induere personam duplicem, aliam credentis, aliam historici, quasi liceret historico ea retinere quae credentis fidei contradicant, aut praemissas adstruere, ex quibus consequatur dogmata esse aut falsa aut dubia, modo haec directo non denegentur. — Reprobo pariter eam Scripturae Sanctae dijudicandae atque interpretandae rationem, quae, Ecclesiae traditione, analogia Fidei, et Apostolicae Sedis normis posthabitis, *rationalislarum* commentis inhaeret, et criticen textus velut unicam supremamque regulam, haud minus licenter quam temere amplectitur. Sententiam praeterea illorum reiieio qui tenent, doctori disciplinae historicae theologicae tradendae, aut iis de rebus scribenti, seponendam prius esse opinionem ante conceptam sive de supernaturali origine catholicae traditionis, sive de promissa divinitus ope ad perennem conservationem uniuscuiusque revelati veri; deinde scripta Patrum singulorum interpretanda solis scientiae principiis, sacra qualibet auctoritate seclusa, eaque indicii libertate, qua profana quaevis monumenta solent investigari. In universum denique me alienissimum ab errore profiteor, quo *modernistac* tenent in sacra traditione nihil inesse divini; aut. quod longe deterius, pantheistic© sensu illud admittunt; ita, ut nihil iam restet nisi nudum factum et simplex, communibus historiae factis aequandum; hominum nempe sua industria, solertia, ingenio scholam a Christo (ñusque Apostolis inchoatam per sub-

[1] *Pii X Acta* 4, 47-111. [Cfr. nn. 1245-1254].

sequentes aetates continuantium. Proinde fidem Patrum firmissime retineo et ad extremum vitae spiritum retinebo, de *charismate veritatis certo,* quod est, fuit eritque semper in *episcopatus ait Apostolis successione-,*l non ut id teneatur quod melius et aptius videri possit secundum suam cuiusque aetatis culturam, sed ut *nunquam aliter credatur,* 7l *unquam aliter intclligatur* absoluta et immutabilis veritas ab initio per Apostolos praedicata.1*

« Haec omnia spondeo me fideliter, integre smeereque servaturum et inviolabiliter custoditurum, nusquam ab iis sive in docendo sive quomodolibet. verbis scriptisque deflectendo. Sic spondeo, sic iuro, sic me Deus etc. ».

AAS 2, 666-672; CIC *Fontes* 3, 781-784.

De quibusdam dubiis circa praescripta contra Modernismi pericula

(Ex Declarationibus, quas circa Motum Proprium *Sacrorum Antistitum* edidit S. C. Consistoriali8, 25 sept. 1910).

1279 (840) Propositis ad hanc Sacram Congregationem quae sequuntur dubiis circa Motum proprium *Sacrorum Antistitum,*l datum dic prima mensis huius:

I. An praeceptum quod nemo Theologiae laurea sit donandus, nisi in philosophicis disciplinis lauream obtinuerit, vel saltem de curriculo in Philosophia scholastica absoluto certum praebuerit testimonium, stricte sit observandum ?

1280 (841) IV.4 An prohibitio alumnis in seminariis et ecclesiasticis collegiis facta legendi diaria quaevis et commentaria quantums is optima etiam ad iuvenes regulares in monasteriis et in congregationibus studiis operam dantes extendatur?

1281 (842) V. An *quotannis* doctores in seminariis teneantur textum, quem sibi quisque in docondo, proposuerit, vel tractandas quaestiones, sive theses. Episcopo exhibere, et ineunte anno lusiurandum dare?

1282 (843) Vili. An in casibus particularibus, data insta causa. Episcopi et Moderatores ordinum et congregationum religiosarum delegare possint ad recipiendum iuramentum sacerdotem aliquem sive saecularem sive regularem in aliqua dignitate vel officio constitutum?

1283 (844) IX. An ad Sanctum Offidum sint deferendi non solum qui iusiurandum violaverint, sed etiam qui iurisiurandl formulam subscribere renuerint?

1284 (845) SS.MUB Dominus Noster in *audientia* die 24 huius mensis Elbo Cardinali Secretano Congregationis Constetorialis concessa respondendum mandavit:

Ad I, IV, V, VIII et IX, *affirmative.*

lusslt porro omnes vocatos iurisiurando obligari infra diem 31 decembris huius anni.

AAS 2, 740 s.; CIC *Fontes* 5, 45 s.

1 Cfr. S. IRENAKUS, *Adv. Haeres.* 4, 26, 2. 5: MG 7, 1053. 1056.
1 Cfr. Tertiiiwi 8, Di *Praescr.* 28: ML 2, 40.
1 [Cfr. nn. 1270*1278].
4 [Ofr. n. 1285].

Do diariis el commentariis quae Seminarii alumnis permitti possint

(Ex Epist. S. C. CONSISTORIALIS *Eminentiae Vestrae,* ad Claudium Card. Vaszury, Archiop. Strigonicnscm et Primatem Hungariae, 20 oct. 1910).

1285 (846) Sfinii Domini Nostri mens est ut firma sit lex qua prohibetur ut diaria et commentaria, ctiain optima,[1] quae tamen de politicis rebus agunt quae in dies eveniunt, aut de socialibus ct scientificis quaestionibus quae pariter in dies exagitantur quin adhuc de iis certa sententia habeatur, haec. inquam, in manibus alumnorum Seminarii libere non relinquantur. Nil tamen vetat quominus superiores Seminarii aut magistri, si agatur de quaestionibus scientificis, legant alumnis aut legendos articulos in sua praesentia tradant eorumdem diariorum et commentariorum, quos ad alumnorum instructionem utiles vel opportunos censent.

Commentaria vero in quibus nil contentionis continetur, sed notitias religiosas, S. Sedis dispositiones et decreta. Episcoporum acta et ordinationes referunt, vel alia quae quamvis periodica non aliud sunt quam lectiones ad fidem ct pietatem fovendum utiles, haec, inquam, possunt, probantibus Seminarii moderatoribus, prae manibus alumnorum relinqui tempore a studio et ah aliis praescriptis officiis libero.

AAS 2. 855 s.

Do disciplina ecclesiastica in Seminariis plene instauranda

(Ex Epist. *Sollicitis Nobis* ad Ioh. Bapt. Castro, arcbiep. Caraccnsem, 8 dec. 1910).

1286 (847) Dum ('Ieri rationibus consultis in praesens tempus, neresse est etiam, in futurum prospieiatis. Si vultis enim, uti debetis velle, ut istic Religioni meliora aliquando tempora illucescant, praecipua quaedam pars industriae vestrae insumenda scilicet est in sacram iuventutem, quae quidem spem ecclesiastici ordinis omnem continet. Quare dabitis operam, ut vestra Seminaria talia exsistant, qualia Synodus Tridentina iussit,[1] id est religionis doctrinaeque domicilia, in quibus adolescentes clerici rite ad sacerdotii officia et munia instituantur.

1287 (848) In primis igitur, quod ad disciplinam morum attinet, gravis ea et austera, vobis instantibus, ibi dominetur; alumnique sacrorum iis virtutibus conformentur penitus, quae sacerdotis maxime sunt, pietate, castimonia, animarum sollicitudine christianaque humilitate, quae ceterarum est fundamentum virtutum.

1288 (849) De studiorum autem ratione, qualem in Seminariis vestris vigere oporteat, documentum ex iis potestis capere, quae Nos in universum praescripsimus.[3] Tantum admonemus, ut in Philosophiae ac Theologiae doctrinis

* [Cfr. nn. 1280. 1281].

' [Cfr. nn. 290-296).

' C?fr. S. C. Epp. et Reo. Litt. elicui. *La Sarra Congregazione* (10 unii. 1907) quibus eadem S. Congregatio cum omnibus Italiae Ordinariis communicavit Nonnas, a Summo Pontilice dic 5 mai. 1907 approbatas, de ration studiorum (*Programma generale di sludi)* in Seminariis adhibenda: *Pii X Acta* 5, 43-51; ASS 10, 336-313; *Anal. E'ccl.* 15, 213-215; *Programma e Xormr per l'ordinamento scolastico. educativo e disciplinare dei Seminari d'Italia* (Homa 1908) 13-24. Varalo latina legi potest apud A. M. Micheletti, *Ius Pianum* (Augustae Taur. 1914) 76G s.

duceni et magistrum Tjiomam Aquinatem et habendum edicati» et sequendum curetis: huius enim institutis exculti discipuli errores et fallacias recentiorum facilius cavebunt. Ac de litteris, plerumque negligi linguae Latinae studium, minime gentium probamus. Nostis, quid hac super re sacrum Consilium studiis regundis nuper Episcopis universis mandant, Nostro nomine.l Vestrum erit igitur huic Nostrae praescriptioni diligenter curare, ut satisfiat.

1289 (850) Denique memineritis, sapienter Tridentinos Patres constituisse, ut Seminariorum et disciplinae et rei oeconomicae tuendae duplex adesset *deputatorum commissio,* quarum altera ex binis canonicis aedis cathedralis, altera ex binis item canonicis atque binis de clero urbis episcopalis constaret? Quoniam hanc sancte inviolateque servari legem, permagni ad rectam Seminariorum administrationem regimenque interest, vos *commissiones* eiusmodi, sicubi non adsunt, quamprimum, uti vestrum officium requirit, instituetis.

1290 (851) Postremo, sinite inculcemus auribus animisque vestris illam Apostoli gravissimam vocem: *nemini cito manus imposueris* (I *T.* 5, 22). Nam, -i. procuratis comparatisque rebus omnibus, quae ad educandos rite alumnos Cleri pertinent, tamen non cavebitis, ut ne aditum detis ad Sacerdotium nisi dignis, omnem operam vestram frustra fuisse putatote. Indignum est autem rudem esse aut non satis a doctrina instructum sacerdotem, qui erudire alios ad salutem debeat; longe vero indignius, qui apud populum magisterium exerceat Christianarum virtutum, ipsum haerere in caeno vitiorum. Itaque admittere quemquam in sacros ordines, nisi intra Seminarii septa legitimum studiorum cursum cum laude diligentiae confecerit, scitote vobis non liciturum. Si quis vero, quamvis bene versatus in studiis, tamen non admodum integris esse moribus videatur, hunc initiari sacris, ipsi intelligitis grande nefas fore. Omnino enim praestat nullum alicubi adesse sacerdotem qui curam animarum gerat, quam adesse eiusmodi, qui vitae perversitate offendens, pestem ac perniciem Christianae plebi, pro salute, paret.

AAS I, 25 8.

De studiorum cursu perficiendo et {tiramento praestando ante sacram Ordinationem

(Resp. S. C. CONSISTORIAL18 *Propositis dubiis,* 24 mart. 1911).

1291 (852) Propositis dubiis quae sequuntur, scilicet:

i» utrum ad effectum sacrae Ordinationis studiorum anni expleti dici possint ad festum Pentecostes seu Ssriiac Trinitatis; *

' [Cfr. nn. 12(10-1202).

• [Cfr. nn. 291 s).

' *Huic dubio oriffinem dederant* Normao « per {'ordinamento educativo e disciplinare dei Seminari (Vitalia » n S. C. Epr. ET Reg. *concinnatae.* a Pio X *die* 1 imi. 1908 *approbatae.*

1292 (853) 2° utrum luramentum praestandum ante susceptionem sa. Ordinum, a Motu Proprio *Sacrorum Antistitum* l septembris 1910 praescriptum,l emittendum sit ante singulos ss. Ordine», vel solummodo ante s. Subdiaconatum:

S. C. Consistoiualis, dio 21 martii 1911, respondit:

1293 (854) Ad 1. *Negative:* sed requiri ut expleatur cursus scholasticus noveni mensium cum examine finali feliciter emenso?

1291 (855) Ad 2. Sufficere ut praestetur ante ineundum sacrum Subdiaeonatus ordinem, salvo Ordinarii iure illud denuo exigendi ante collationem singulorum ss. Ordinum si ex qualibet causa necessarium vel utile ducat.

AAS 3, 181 s.

De illicita Reipublicae actione in Seminariis

(Ex Lilt. Encycl. *lamdudum in Lusitania,* 24 mai. 1911).

1295 (856) 5. ... Denique Respublica [Lusitana] – id quod maxime est acerbum et grave – non dubitat regnum invadere auctoritatis Ecclesiae, ac plura de ea re praescribere, quae cum ad ipsam sacri ordinis constitutionem spectet, praecipuas curas Ecclesiae sibi vindicat: de disciplina dicimus ot institutione sacrae iuventutis. Neque enim solum cogit alumnos (Ieri, ut doctrinae et litterarum studiis, quae theologiam antecedunt, in lyceis publicis dent operam, ubi ipsorum integritas fidei, ob alienum a Deo Ecolesiaque institutionis genus, praesentissimis sane periculis est obiecta; verum in domesticam etiam Seminariorum vitam temperationemque sese infert Respublica, sibique ius arrogat designandi doctores, probandi libros, sacra Clericorum studia moderandi. Ita vetera in usum revocantur scita *Hegalistarum;* quae quidem molestissimam arrogantiam habuerunt, dum Civitatis Ecclesiaeque concordia stetit, nunc vero, quum Civitas sibi cum Ecclesia nihil iam vult esse, nonne pugnantia et plena insaniae videantur!

AAS 3, 221; CIO *Fontes* 3, 79G.

et ab eadem S. Congr. lilt, circularibus Con l'intento *dic* 18 *ian. eiusdem anni ad Ordinarios Italiae missae:*

Art. 13: « Nessuno, che pure abbia l'età prescritta dal S. Concilio di Trento, sarà ordinato Suddiacono prima di aver compiuto il terzo unno di Teologia; Diacono prima della Pasqua del quarto anno; Sacerdote prima della fine del quarto anno medesimo ».

Art. 113: «So alcuno non si presenterà agli esami di riparazione, oppure ripresentosi non verrà approvato, so alunno del Ginnasio o del Liceo, potrà ripeterò la classe con la facoltà della doppia prova di esami; se poi sarà alunno di Teologia, non essendo possibile di fargli ripetere la stessa classe (per il fatto elio gli alunni di duo o tre corsi si trovano insieme per alcuno materie) dovrà fare un anno di più, e di ciò si terrà conto nell'anunotterlo agli Ordini Sacri ».

ASS 11. 215 s. 229 s.; *Anal. Eccl.* 16, 133, 138. Cfr. *Programma e Norme per l'ordinamento scolastico, educativo e disciplinare dei Seminari d'Italia* (Roma 1908) 34. 56 s.

l (Ctt. un. 1277 8.J.

• [Cfr. nn. 1179. 2018).

Do consociatione ad sacerdotum sanctitatem fovendam et cleri delectum iuvandum

(Ex Litt. Ap. *1'lane compertum est,* 21 mai. 1912).

1296 Plane compertum est Nobis piam consociationem in aede parochial)
(857) S. Nicolai vulgo *du Chardonnet* civitatis Parisiensis iam inde ab anno MCMVin canonice institutam esse, quae sub titulo *Deiparae Virginis linmaculatae. Cleri Reginae,* presbyteros ac fideles allicere studet ut, vel preces effundentes, vel aliqiiid sibi pro amore Dei negantes, non modo sacerdotum sanctitatem, sed cleri quoque saecularis regularisque delectum foveant ac invent. Quae quidem consociatio Nobis tam grata acceptaque fuit, ut eodem anno, solemnitate Christi Domini in caelum redeuntis, ipsam, Litteris Nostris autographis comprobatam, peculiaribus privilegiis atque indulgentiis ditaremus. Cum vero nunc frugifera huiusmodi sodalitas in alias dioeceses et usque in longinquas regiones, Deo opitulante, progressa sit, atque a compluribus Episcopis exoptetur. Nos. benigne vota excipientes Curionis ad S. Nicolaum, eam tum Archisodalitatis titulo, tum facultate sibi alias consociationes adiungendi libentissime cohonestare properamus. Quare, apostolica auctoritate Nostra, praesentium tenore, memoratam sodalitatem Alariae Immaculatae, sub titulo *Reginae Cleri,* in parochiali templo S. Nicolai vulgo *da Chardonnet* civitatis Parisiensis existentem, in Archisodalitatem eum solitis privilegiis perpetuum in modum erigimus atque instituimus. Archisodalitatis sic erectae officialibus et sodalibus praesentibus et futuris eadem apostolica auctoritate Nostra hisce Litteris perpetuo item concedimus ac largimur, ut ipsi alias quasdam eiusdem nominis atque instituti sodalitates, ubique terrarum erectas vel erigendas, servatis tamen forma Constitutionis r. m. Clementis Pp. Vili decessoris Nostri *Quaecumque a Sede Apostolica* aliisque apostolicis Ordinationibus desuper editis, aggregare, et cum illis omnes ac singulas indulgentias, peccatorum remissiones ac poenitentiarum relaxationes ipsi sodalitati, ita in archisodalitatem a Nobis erectae, a Sedo Apostolica concessas, et quae aliis impertiri queant, licite communicare possint ac valeant.

AAS 4, 439.

De quibusdam rei biblicae commentariis in Seminaria non admittendis

(Decret. S. C. Consistoiualis *Cum semper,* 29 iun. 1912).

129" Cum semper ct ubique cavendum sit ne quis Scripturas Sanctas *contra eum sensum*
(858) Interpretetur, *Quem tenuit ac tenet sancta Mater Ecclesia:'* id maxime necessarium est in Seminariis inter alumnos qui in spem Ecclesiae adolescunt. Hos enim prae ceteris oportet sanis doctrinis imbui, quae venerandae Patrum traditioni sint conformes et a legitima Ec-

' d. d. 7 dee. 1604: BR 11. 138-143; CIO *Fontes* 1. 366-370.
1 Cono. Tini). Sess. I, *Decret, de edit, et usu Sacr. Libr.:* Mansi 33. 23; CT 5, 92.

desino auctoritate probatae; arceri autein a novitatibus, quas in dius audax quisque molitur. quaeque *quaestiones praestant magis quam aedificationem Dei. quae est in fide* (1 *T.* 1,1); ai vero insolitae legitimeque damnatae, *in destructionem* sunt et non *in aedificationem.*[1]

1298 (859) Iam vero evulgatum nuper est Paderbornae opus quod inscribitur *Kurzqcfasstes Lehrbuch der spesnellen Kinb itung in das Alte Testament* auctore I). Carolo *dock* Holzhev,[1] in quo iuxta neotericas rationalism! et hypercriticae theorias de libris Veteris Testamenti fere omnibus, ac potissimum de Pentateucho, de libris Paralipomenon, Tobiau, ludith, Esther, lonae. Isaiae et Danielis, sententiae audactesimae propugnantur, quae antiquissimae traditioni Ecclesiae, venerabili Ss. Patrum doctrinae et recentibus pontificiae Commissionis Biblicae responsis adversantur, et authentiam atque historicum valorem sacronini Librorum nedum in dubium revocant, sed pene subvertunt.

Hunc itaque librum S. haec C. de mandato Ssihi D. N. Papae prohibet omnino, quominus in Seminaria introducatur, ne ad consultationem quidem.

Cum vero alia habeantur similis spiritus commentaria in Scripturas Sanctas tum Veteris tum Novi Testamenti, seu scripta plura P. Lagrange et reccntissimum opus, cui titulus *Die Heiligc Schriftdcs Neuen Testaments,* editum Berolini an. 1912, auctore *Dr.* Fritz Tillmann, haec quoque expungenda omnino esso ab institutione clericorum Ssihus I). mandat et praescribit, salvo ampliore de iis indicio ab illa auctoritate ferendo ad quam de iure pertinet.

AAS 4, 530 s.

De vocatione sacerdotali

(Epist. Secretaria» Status *En raison,* ad Carolum De Cormont, episc. Aturensem, 2 iul. 1912).

1299 (860) En raison des dissensions qui se sont produites à l'occasion du double ouvrage du chanoine Joseph Lahitton sur *La vocation sacerdotale,* et de l'importance do la question doctrinale y soulevée, Notre Très Saint-Père le Pape Pie X a daigné nommer une Commission spéciale d'Etùes Cardinaux.

Cette Commission, après avoir mûrement examiné les arguments en faveur de l'une et do l'autre thèse, a prononce, dans sa réunion plénière du 20 juin dernier, le jugement suivant:

• Opus praestantis viri Joseph! canonici Laiihton, cui titulus *La vocation sacerdotale,* nullo modo reprobandum esso; imo, qua parte adstruit: I0 Neminem habere unquam lus ullum ad ordinationem antecedenter ad liberam electionem episcopi; — 2° Conditionem, quao ex parte ordinandi debot attendi, (¡nacque *vocatio sacerdotalis* appellatur, nequaquam ¢onsisten saltem necessario et do lege ordinaria, in interna quadam adspiratione sublecti. seu invitamentis Spiritus Sancti, ad sacerdotium ineundum; — 3° Sed c contra, nihil plus in ordinando, ut rite vocetur ab episcopo, requiri quam rectam intentionem simul cum idoneitate in Lis gratiae et naturae dotibus reposita, ct per eam vitae probitatem ac doctrinae sufficientiam comprobata, quae spem fundat am faciant foro ut sacerdotii munera recte obire elusdemquo obligationes sancte servaro queat: e®o egregio laudandum ».

Sa Sainteté Pie X a pleinement approuvé, dans l'audience du 26 Juin, lu décision des Eminentissime» Pères.

AAS 4, 485.

1 Cfr. 2 *C.* 10, 8; 13, 10.

1 In *indicem librorum prohibitorum* relatum a Suprema Sacra Congr. S. OFFICIT, Decr. 13 ian 1913/, AAS 5, 9.

De latino sermone ad roinanum usum pronuntiando

(Epist. *Votre lettre* nd Ludovicuin Ernestuin Dubois, Archicp. Biturícensem, 10 iul. 1912).

1300 (861) Votre lettre du 21 juin dernier, comme aussi celle» que Nous avons reçues d'un grand nombre de pieux et distingués catholiques français, Noils ont appris, à Notre grande satisfaction, que, depuis la promulgation de Notre *Motu jtroprio* du 22 novembre 1903 sur la musique sacrée,| on s'applique avec un très grand zèle, dans divers diocèses de France, à faire en sorte que la prononciation de la langue latine sc rapproche de plus en plus de colle qui est usitée à Rome; et que Ton cherche en conséquence à rendre plus parfaite, selon les meilleures règles de l'art, l'exécution des mélodies grégoriennes, ramenées par Nous à leur ancienne forme traditionnelle.

Vous même, quand vous occupiez le siège épiscopal de Verdun, vous étiez entré dans cette voie et vous aviez pris, pour y réussir, des dispositions utiles et importantes. Nous apprenons d'autre part, avec un vif plaisir, que cette réforme s'est déjà répandue en beaucoup d'endroits, et qu'elle a été introduite avec succès dans un grand nombre d'églises cathédrales, de séminaires, do collèges, et jusque dans des simples églises de campagne.

C'est qu'en effet la question de la prononciation du latin est intimement liée à celle de la réstanration du chant grégorien, objet constant de Nos pensées ct de Nos recommandations. depuis le commencement de Notre Pontificat.

L'accent et la prononciation du latin eurent une grande influence dans la formation mélodique et rythmique de la phrase grégorienne: et par suite il est important que ces mélodies soient réproduites, dans l'exécution, de la manière dont elles furent artistiquement conçues à leur origine. Enfin la diffusion de la prononciation romaine aura encore cet autre avantage, comme vous avez fort bien remarqué, de consolider de plus en plus l'œuvre de l'unité liturgique en France, unité accomplie par l'heureux retour à la liturgie romaine et au chant grégorien.

C'est pourquoi Nous souhaitons que le mouvement de retour à la prononciation romaine du latin se continue avec le même zèle ct les memes succès consolants qui ont marqué jusqu'à présent sa marche progressive; et pour les motifs énoncés plus haut. Nous espérons que, sous votre direction et celle des autres membres de l'épiscopat, cette réforme puisse heureusement se propager dans tous les diocèses de France.

AAS 4, 577 s.

De disciplina et studiis in clericorum Seminariis

(Ex Litt. circuì. S. C. Consistorialis *Le Visite Apostoliche,* nd Ordinarios Italiae, 16 iul. ‡912).

1301 (802) Poiché per le divine promesse è certo che mai si inaridirà in Israele la stirpe ¡evitica, c che l'assistenza divina e le vocazioni allo stato ecclesiastico non mancheranno nella Chiesa *usque ad consummationem saeculi.*3 nè faranno giammai difetto anime generose che rispondano alla voce del Signore, anche quando le chiama alle privazioni od al sacrifizio: non vi è da cadere di animo pel disagio presento di cui soffrono molte diocesi.

l *Pii X Acta,* I. 75-87. [Cfr. nn. 1162 8.].

* Cfr. voraio latina apud A. M. Micheletti, *ins Pianum* (Augustae Taurin. 1914) 779-782.

' Cfr. *Mt.* 28, 20.

Ben piuttosto conviene pensare al riparo. Ed a tale effetto è necessario che gli Ordinari eccitino lo zelo dei parrochi e di zelanti sacerdoti, affinchè cerchino nelle loro parrocchie giovinetti di buona indole, di sufficiente ingegno, inclinati alle cose di chiesa; e trovatili, ne abbiano una cura speciale e li coltivino nella pietà e negli studi con pazienza, con amore, con ogni industria ed anche con qualche aiuto temporale, affinchè, se la voce di Dio li chiamasse, possano esser atti e preparati a rispondervi e ad entrare a suo tempo nei Seminari. In questa guisa in più diocesi si è procurato alla Chiesa del Signore un drappello di eletti chierici e sacerdoti.[1]

1302 (863) .Ma ciò che interessa più ancora del numero è la santa e perfetta formazione dei futuri ministri di Dio. Ed è a questa che conviene soprattutto e con ogni studio mirare, non contentandosi dei miglioramenti sin ora ottenuti, ma cercando e di mantenerli e di accrescerli ognor più.

A tale effetto il S. Padre, mentre in generale ed a tutti raccomanda l'osservanza delle norme pontificie e dei principi su cui si basa il *Programma di studi* pubblicato dalla S. C. dei Vescovi e Regolari,[3] nonché delle disposizioni sia generali sia speciali susseguentemente emanato dalla S. Sede, compatibilmente con ciò che appresso si dirà; richiama l'attenzione dei Rmi Ordinari sui seguenti punti speciali, che, in seguito ai risultati delle visite apostoliche, secondo il desiderio espresso da molti Vescovi, e col voto degli Emi Padri di questa S. C., ha creduto necessario segnalare e stabilire:

Ad eandem Sacrum Congregationem do Semin. ct Stud. Univ, pertinere quoque competentiam circa Scholas et Instituta educationis catholicae, declaratum est pro Italia litteris Secretaria E Status datis ad Eiiium Cardinalem Birlkti, eiusdem Sacrae Congregationis Praefectum, tum dic 14 apr. 1932 *II Santo Padre,* tum dic 23 aug. 1931 *In sequito.* Cfr. S. C. de Religiosis Notificatici *Per ottemperare,* 24 apr. 1932: AAS 24, 149.

I Cfr. OR 26 agosto 1934 (1, 2).

•jCCfr. n.[269],

l Propositis dubiis:

I. Utrum in § 1 n. 1 Canonis 421: *qui dc licentia Ordinarii loci publice docent in scholis ah Ecclesia recognitis sacram Theologiam aut Ius Canonicum,* ctiam comprehendi debeant canonici, qui de Ordinarii licentia docent, retributione peculiari pro lectione percepta; an tantum qui absque tali retributione Theologiam vel Ius susceperint edocendum!

II. Utrum illud: *Sacra Theologia vel Ius,* in praefata paragrapho *stricte* sit interpretandum (ut theologiam fundamentalem, theologiam dogmaticam ct moralem; et in iure, institutiones canonicas, necnon textum Codicis tantum significet); vel *ampliore ratione* Illa verba sint sumenda, pro *Facultate* videlicet Sacrae Theologiae vel Iuris Canonici, ita ut ibi etiam comprehendantur disciplinae, quae ad normam statutorum uniuscuiusque Seminarii in praclaudatis Facultatibus edocentur (historia nimirum ecclesiastica, nrchaeologia sacra, linguae biblicae, otc.)t

Pontificia Commissio ad Codicis Canones authentice interpretandos, die 24 nov. 1920 respondit:

Ad I. *Affirmative ad primam pariem; Negative ad secundum.*

Ad II. *Negative ad primam partem; Affirmative ad secundum.*

AAS 12, 573; CIC *Intcrpr.* 39 s.

1378 (940) § 2. Quod si omnes praebendae fructus consistant in distributionibus, vel adeo sint tenues, ut tertiam distributionum partem non attingant, tunc memorati omnes duas tantum tertias partes distributionum lucrantur, cumulatas ex fructibus praebendae et distributionibus.

De ecclesiae cum Seminario conili netae rectore

1379 (941) Can. 480. - § 3. Si ecclesia coniuncta sit cum Seminario above collegio quod a clericis regitur. Superior Seminarii vel collegii est simul ecclesiae rector, nisi aliter loci Ordinarius constituerit.

De prohibitione quominus cx-religiosi magisterio ct oilicio in Seminariis fungantur

1380 (942) Can. 642. - § 1. Quilibet professus, ad saeculum regressus, licet valeat, ad normam can. 641. sacros ordines exercere, prohibetur tamen, sine novo et speciali Sanctae Sedis indultor 1.° ...

2. Quolibet magisterio et oilicio in Seminariis maioribus et minoribus seu collegiis, in quibus clerici educantur, itcinque in Universitatibus et Institutis, quae privilegio apostolico gaudent conferendi gradus académicos; 1...

1381 (943) § 2. Haec valent quoque de iis qui vota temporaria, vel iuramentum perseverantiae, vel peculiares quasdam promissiones ad normam suarum constitutionum ediderunt et ab eisdem dispensati fuerunt, si per sex integros annos eisdem ligati fuerint.2

De confessarli munere a Superioris officiis secernendo

1382 (944) Can. 891.3 - .Magister novitiorum eiusque socius. Superior Seniinarii collegiivc, sacramentales confessiones suorum alumnorum secum in eadem domo commorantium ne audiant, nisi alumni, ex gravi ot urgenti causa in casibus particularibus, sponte id petant.

‘ [Cfr. n. 1269].

* Proposito dubio:

Utrum prohibitiones, de quibus in can. 642, obstent quominus Religiosi olitela vel beneficia adipiscantur, tantum sl ad sacculum post promulgationem *Codicis* sint regressi, an etiam cos complectantur qui iam ante promulgationem *Codicis* extra religionem, venia pontificia, versabantur, non obstante can. 101

Pontificia Commissio ad Codicis canones authentico interpretandos, dio 20 nov. 1920 respondit: *Negative ad. primam partem; Afirmativo ad secundam.*

AAS 12, 575; CIC *Inlerpr.* 69.

’ [Cfr. n. IIO53.

De proprio Sacrae Ordinationis ministro

1383 (945) Can. 955. - § i. Unusquisque a proprio Episcopo ordinetur aut cum legitimis eiusdem litteris dimissoriis.[1]

> §2. Episcopus proprius, insta causa non impeditus, per se ipse suos subditos ordinet; sed subditum orientalis ritus, sino apostolico indulto, licite ordinare non potest.

1384 (946) Can. 950. - Episcopus proprius, quod attinet ad ordinationem saeciliarium, est tantum Episcopus dioecesis in qua promovendus habeat domicilium una cum origine aut simplex domicilium sine origine: sed in hoc altero casu promovendus debet animum in dioecesi perpetuo rnanendi iureiurando firmare, nisi agatur de promovendo ad ordines clerico qui dioecesi per primam tonsuram iam incardinai us est. vel de promovendo alumno, qui servitio alius dioecesis destinatur ad normam can. 969, § 2, vel de promovendo religioso professo, de quo in can. 964, n. 4.

De canonica ordinandorum idoneitate

1385 (947) Can. 968. - § 1. Sacram ordinationem valide recipit solus vir baptizatus; licite autem, qui ad normam sacrorum canonum debitis qualitatibus, indicio proprii Ordinarii, praeditus sit, neque ulla detineatur irregularitate alio ve impedimento.

1386 (948) § 2. Qui irregularitate aliove impedimento detinentur, licet post ordinationem etiam sine propria culpa exorto, prohibentur receptos ordines exercere.

[1] Proposito dubio:

An vi canonis 111 § 2, conlati cum canone 955 § 1, Episcopus alienum subditum sine legitimis proprii Episcopi litteris dimissoriis ad Primam Tonsuram promovere licere possit!

PONTIFICIA Commissio ad Codicis canones authentice interpretandos, die 17 febr. 1930 respondit: *Negative.*

AAS 22, 195: CIC *Inlerpr.* 7.

— Proposito dubio:

Utrum in praesenti, mutatis temporum et locorum adiunctis ot Codice luris Canonici promulgato, privilegia nonnullis Seminariis seu Collegiis Ecclesiasticis iampridem concessa *promovendi ad Ordines alumnos sine lillcris ditnissorialibus suorum Ordinariorum, (lumiarat de consensu Superiorum Collegii vel de licentia Cardinalis Protectoris Collegii et de consensu Rectoris, vel etiam cum lillcris testimonialibus Rectoris,* adhuc perseverent[1]

S. Conor. Consistorialis, in plenario consessu dici 8 ian. 1920, respondit:

Memoratum privilegium, cessatis causis ob quas concessum est, cessaro debere, et iUfl commune esso restituendum, incolumi tamen iure Collegii S. Congregat ionis de Propaganda Fido ab URBANO **vili** Brevi *Ad uberes.* dio 18 mali 1638 concesso, alioruinquc Seminariorum seu Collegiorum pro Missionibus, a S. C. de Propaganda Fide dependentium. Cfr. PF JUS *Pont.* 1, 173 s.

S. P. Benedictus XV, die 5 nov. 1920, hanc resolutionem ratam habuit et confirmavit. oamque publici luris fleri mandavit.

AAS 13. 259; CIC *Inlerpr.* 98 s.

[1] Cfr. S. C. Concilii in *Dioecesium N. et X.* circa clerici incardinai ionem, 10 mart. 1923: AAS 1G. 51-55.

1387 (949) Can. 969. - § 1. Nemo ex saecularibus ordinetur, qui indicio proprii Episcopi non sit necessarius vel utilis ecclesiis dioecesis.

1388 (950) § 2. Non prohibetur tamen Episcopus proprium promovere subditum, qui in futurum, praevia legitima excardinatione et incanì i natione, servitio alius dioecesis destinetur.

1389 (951) Can. 970. - Proprius Episcopus vel Superior religiosus maior potest suis clericis ex quavis canonica causa, occulta quoque, etiam extraiudicialiter, ascensum ad ordines interdicere, salvo iure recursus ad Sanctam Sedem, vel etiam ad .Moderatorem generalem, si agatur de religiosis quibus ascensum interdixerit Superior provincialis.

1390 (952) Can. 971. - Nefas est quemquam, quovis modo, ob quamlibet rationem, ad statum clericalem cogere, vel canonice idoneum ab eodem avertere.

1391 (953) Can. 972. - § 1. Curandum ut ad sacros ordines adspirantes inde *a teneris annis* in Seminario recipiantur; l sed omnes ibidem commorari tenentur saltem per integrum sacrae Theologiae curriculum, nisi Ordinarius in casibus peculiaribus, gravi de causa, onerata eius conscientia, dispensaverit.

§ 2.' Qui ad ordines adspirant ct extra Seminarium legitime morantur, commendentur pio et idoneo sacerdoti, qui eis invigilet cosque ad pietatem informet.

1392 (954) Can. 973. - § 1. Prima tonsura et ordines illis tantum conferendi sunt, qui propositum habeant ascendendi ad presbyteratum et quos merito coniicere liceat aliquando dignos futuros esse presbyteros.

1393 (955) § 2. Ordinatus tamen qui superiores ordines recipere recuset, nec potest ab Episcopo ad eos recipiendos cogi, nec prohiberi a receptorum ordinum exercitio, nisi impedimento canonico detineatur abave gravis, indicio Episcopi, obsit causa.

1394 (956) § 3. Episcopus sacros ordines nemini conferat quin ex positivis argumentis moraliter certus sit de eius canonica idoneitate; secus non solum gravissime peccat, sed etiam periculo sese committit alienis communicandi peccatis.3

1395 (957) Can. 974. - § 1. Ut quis licite ordinari possit, requiruntur:

1.® Recepta sacra confirmatio;

2.° Mores ordini recipiendo congruentes;

3.° Aetas canonica;

4.° Debita scientia;

‘ [Cfr. n. 290J.

* [Cfr. n. 14891.

* Cfr. *l T.* 5,22.

5.° Ordinurn inferiorum susceptio;
6.° Interstitiorum observatio;
7.° Titulus canonicus, si agatur de ordinibus maioribus.

1396 (958) Can. 975. - Subdiaconat us ne conferatur ante annum vicesimum primum completum; diaconatus ante vicesimum secundum completum; presbyteratus ante vicesimum quartum completum.

1397 (959) Can. 976. - § 1. Nemo sive saecularis sive religiosus ad primam tonsuram promoveatur ante incept um cursum theologicum.

1398 (960) § 2. Firmo praescripto can. 975, subdiaconat us ne conferatur, nisi exeunto tertio cursus theologici anno; diaconatus, nisi incepto quarto anno; presbyteratus, nisi post medietatem eiusdem quarti anni.[1]

1399 (961) § 3. Cursus theologicus peractus esse debet non privatim, sed in scholis ad id institutis secundum studiorum rationem can. 1365 determinatam.

1400 (962) Can. 977. - Ordines gradatim conferendi sunt ita ut ordinationes per saltum omnino prohibeantur.

1401 (963) Can. 978. - § 1. In ordinationibus serventur temporum interstitia quibus promoti in receptis ordinibus, secundum Episcopi praescriptum, sese exerceant.

1402 (964) § 2. Interstitia primam tonsuram inter et ostiariatum vel inter singulos ordines minores prudenti Episcopi indicio committuntur; acolythus vero ad subdiaconatum, subdiaconus ad diaconatum, diaconus ad presbyteratum ne antea promoveantur, quam acolythus unum saltem annum, subdiaconus et diaconus tres saltem menses in suo quisque ordine fuerint versati, nisi necessitas aut, utilitas Ecclesiae, indicio Episcopi, aliud exposcat.

1403 (965) § 3. Numquam tamen, nisi de peculiari licentia Romani Pontificis, miñores ordines cum subdiaeonatu duove sacri ordines uno eodemque die, reprobata quavis contraria consuetudine, conferantur: imo nec primam tonsuram conferre licet una cum aliquo ex ordinibus minoribus, neque omnes ordines minores una simul.

1404 (906) Can. 979. - § 1. Pro clericis saecularibus titulus canonicus est titulns beneficii, eoque deficiente, patrimonii aut pensionis.

1405 (967) § 2. Hic titulus debet esse et vere securus pro tota ordinati vita et vere sufficiens ad congruam eiusdem sustentationem, secundum normas ab Ordinariis pro diversis locorum et temporum necessitatibus et adiunctis dandas.

1 [Cfr. infra n. 1402].

1406 (968) Can. 981. - § 1. Si ne unus quidem ex titulis de quibus in can. 979, § 1, praesto sit, suppleri potest titulo servitii dioecesis, et, in locis Sacrae Congregationi de Prop. Fide subiectis, titulo missionis, ita tamen ut ordinandus, iureiurando interposito, se devoveat perpetuo dioecesis aut missionis servitio, sub Ordinarii loci pro tempore auctoritate.

§ 2. Ordinarius presbytero, (piem promoverit titulo servitii ecclesiae vel missionis, debet beneficium vel officium vel subsidium, ad congruam eiusdem sustentationem sufficiens, conferre.

De irregularibus ct simpliciter impeditis ad Sacros Ordines

1407 Can. 984. - Sunt irregulares ex defectu:

(969) 1° Illegitimi, sive illegitimitas sit publica sive occulta, nisi fuerint legitimati vel vota sollemnia professi;

1408 (970) 2° Corpore vitiati qui secure propter debilitatem, vel decenter propter deformitatem, altaris ministerio defungi non valeant. Ad impediendum tamen exercitium ordinis legitime recepti, gravior requiritur defectus, neque ob hunc defectum prohibentur actus qui rite poni possunt;

1409 (971) 3° Qui epileptici vel amentes vel a daemone possessi sunt vel fuerunt; quod si post receptos ordines tales evaserint et iam liberos esse certo constet, Ordinarius potest suis subditis receptorum ordinum exercitium rursus permittere;

1410 (972) 4° Bigami, qui nempe duo vel plura matrimonia valida successive contraxerunt;

1411 (973) 5° Qui infamia iuris notantur;

1412 (974) 6° ludex qui mortis sententiam tulit;

1413 (975) 7° Qui munus carnificis susceperint eorumque voluntarii ac immediati ministri in exsecutione capitalis sententiae.

1414 Can. 985. - Sunt irregulares ex delicto:

(976) I0 Apostatae a fide, haeretici, schismatici;

1415 (977) 2° Qui, praeterquam in casu extremae necessitatis, baptismum ab acatholicis quovis modo sibi conferri siverunt;

1416 (978) 3° Qui matrimonium attentare aut civilem tantum actum ponere ausi sunt, vel ipsimet vinculo matrimoniali aut ordine sacro aut votis religiosis etiam simplicibus ac temporariis ligati, vel cum muliere iisdem votis adstricta aut matrimonio valido coniuncta;

* [Cfr. n. 1469].

• Cfr. Authentica interpretatio Canonis 542, d. d. 10 oct. 1919 et 30 iul. 1934: AAS 11, 477; 26. 494; CIC *Interp.* 5G b.

1417 (979) 4° Qui voluntarium homicidium perpetrarunt aut fetus humani abortum procuraverunt, effectu secuto, ornnesque cooperantes;

141$ (980) 5° Qui seipeos vel alios mutilaverunt vel sibi vitam adimere tentaverunt;

1419 (981) 6° Clerici medicam vel chirurgicam artem sibi vetitam exercentes, si exinde mors sequatur;

1420 (982) 7° Qui actum ordinis, clericis in ordine sacro constitutis reservatum, ponunt, vel eo ordine carentes, vel ab eius exercitio poena canonica sive personali, medicinali aut vindicativa, sive locali prohibiti.

1421 (983) Can. 98G. - Haec delicta irregularitatem non pariunt, nisi fuerint gravia peccata, post baptismum perpetrata, salvo praescripto can. 985, n. 2, itemque externa, sive publica sive occulta.

1422 (984) Can. 987. - Sunt simpliciter impediti:

I0 Filii acatholicorum, quamdiu parentes in suo errore permanent;[1]

1423 (985) 2° Viri uxorem habentes;

1424 (986) 3° Qui officium vel administrationem gerunt clericis vetitam cuius rationes reddere debeant, donec, deposito officio et administratione atque rationibus redditis, liberi facti sint;

1425 (987) 4° Servi servitute proprie dicta ante acceptam libertatem;

1426 (988) 5° Qui ad ordinarium militare servitium civili lege adstringuntur, antequam illud expleverint;[2]

[1] Proposito dubio:

Utrum, ad normam can. 987, impeditis adnumerandus sit jis, cuius pater vel mater tantum est acatholicus, alter parens catholicus! — Et, quatenus affirmative:

An etiam eo in casu, quo matrimonium mixtum datis cautionibus, cum dispensatione ab hoc votito, contractum fuit!

Pontificia Commissio ad Codicis canones authentice interpretandos, dio 16 oct. 1919, respondit: *Affirmative in omnibus.*

AAS 11. 478; CIC *Interpr.* 100 s.

— Proposito dubio:

Utrum nomine *filiorum,* de quibus in can. 987, n. 1. intelligendi sint tantum descendentes in linea paterna usquo ad primum gradum!

Pontificia Commissio ad Codicis canones authentice interpretandos, die 14 iul. 1922, respondit; *Affirmative.*

VAS 14, 528; CIC *Interpr.* 101.

[2] Propositis dubiis:

I. Utrum ad sensum canonis 987, u. 5, impediti sint qui ad militiam forsan vocabuntur, sed do facto nondum sunt vocati, vel quia aetate impares sunt, vel quia, examine recte peracto, ad tempus inhabiles sunt declarati! — Et, quatenus negativo:

II. Utrum praedicti non solum ad primam tonsuram et minores Ordines. sed etiam ad maiores licito promoveri possint, servato timum, quoadusque hoc bellum perduraverit. Decreto *Ut* fits *certami*

Pontificia Commissio ad Codicis canones authentice interpretandos, diebus 2-3 iun. 1918, respondit;

Ad I. *Affirmative-,* ad II. *Provisum in primo.*

AAS 10, 341 s.; CIC *Interpr.* 101.

1427 (989) 6° Neophyti, donec, indicio Ordinarii, sufficienter probati fuerint;

1428 (990) 7° Qui infamia facti laborant, dum ipsa, indicio Ordinarii, perdurat.

1429 (991) Can. 988. - Ignorantia irregularitatum sive ex delicto sive ex defectu atque impedimentorum ab eisdem non excusat.

De rebus sacrae Ordinationi canonice praemittendis

1430 (992) Can. 992. - Omnes tum saeculares tum religiosi ad ordines promovendi per se ipsi vel per alios Episcopo alii ve qui Episcopi hac in re vices gerat, suum propositum ante ordinationem opportuno tempore aperiant.

1431 (993) Can. 993. - Promovendi saeculares aut religiosi qui, quod pertinet ad ordinationem, saecularium iure reguntur, afferant:

I0 Testimonium ultimae ordinationis aut, si de prima tonsura agatur, recepti baptismatis et confirmationis;

2° Testimonium de peractis studiis, pro singulis ordinibus, ad normam can. 976, requisitis;

3° Testimonium rectoris Seminarii, aut sacerdotis cui candidatus extra Seminarium commendatus fuerit, de bonis eiusdem candidati moribus;

4° Testimoniales litteras Ordinarii loci in quo promovendus tantum temporis moratus est ut canonicum impedimentum contrahere ibi potuerit;

5° Testimoniales Superioris maioris religiosi, si cui religioni promovendus adseriptus sit.

1432 (994) Can. 994. - § 1. Tempus quo promovendus potuit canonicum impedimentum contrahere est, regulariter, pro militibus trimestre, pro aliis semestre post pubertatem: sed Episcopus ordinans pro sua prudentia exigere potest litteras testimoniales etiam ob brevius commorationis tempus, et ob tempus quoque quod pubertatem antecessit.

l 133 (995) § 2. Si loci Ordinarius neque per se neque per alios promovendum satis noverit, ut testari possit eum, tempore quo in suo territorio moratus est, nullum canonicum impedimentum contraxisse, aut si promovendus per tot dioeceses vagatus sit ut impossibile vel nimis difficile evadat omnes litteras testimoniales exquirere, prpyideat Ordinarius saltem per iuramentum suppletorium a promovendo praestandum.

1434 (996) § 3. Si post obtentas litteras testimoniales et ante peractam ordinatio» nem, promovendus praedicto temporis spatio in eodem territorio rursus moratus sit, novae litterae testimoniales Ordinarii loci necessariae sunt.

1435 (997) Can. 996. - § 1. Quilibet promovendus sive saecularis sive religiosus debet praevium ac diligens examen subire circa ipsum ordinem suscipiendum.

1436 (998) § 2. Promovendi vero ad sacros ordines in aliis quoque de sacra theologia tractationibus periculum faciant.

1437 (999) § 3. Episcoporum est statuere qua methodo, coram quibus examinatoribus et quibus in tractationibus sacrae theologiae promovendi periculum facere debeant.

143S (1000) Can. 997. - § 1. Hoc examen sive pro clericis saecularibus sive pro religiosis recipit loci Ordinarius qui iure proprio ordinat, aut dat dimissorias litteras; qui tamen potest quoque, ex insta causa, illud Episcopo ordinaturo committere, qui id oneris suscipere velit.

1439 (1001) § 2. Episcopus alienum subditum sive saecularem sive religiosum ordinans cum legitimis litteris dimissoriis, quibus asseritur candidatum examinatum fuisse ad normam § 1, et idoneum repertum, potent huic attestationi acquiescere, sed non tenetur; et si pro sua conscientia censeat candidatum non esse idoneum, eum ne promoveat.

1440 (1002) Can. 998. - § 1. Nomina promovendorum ad singulos sacros ordines, exceptis religiosis a votis perpetuis sive sollemnibus, sive simplicibus, publice denuntientur in paroeciali cuiusque candidati ecclesia; sed Ordinarius pro sua prudentia potest tum ab hac publicatione dispensare ex insta causa, tum praecipere ut in aliis ecclesiis peragatur, tum publicationi substituere publicam ad valvas ecclesiae atlixionem per aliquot dies, in quibus unus saltem dies festus comprehendatur.

1441 (1003) § 2. Publicatio liat die festo de praecepto in ecclesia inter Missarum sollemnia aut alia die et hora quibus maior populi frequentia in ecclesia **habeatur.**

1442 (1004) § 3. Si sex intra menses candidatus promotus non fuerit, repetatur publicatio, nisi aliud Ordinario videatur.

1443 (1005) Can. 999. - Omnes fideles obligatione tenentur impedimenta ad sacros ordines, si qua norint, Ordinario vel parocho ante sacram ordinationem revelandi.

1444 (1006) Can. 1000. - § 1. Parocho qui publicationem peragit, et etiam alii. si id expedire videatur. Ordinarius committat ut de ordinandorum moribus et vita a fide dignis diligenter exquirat, et litteras testimoniales, ipsam investigationem et publicationem referentes, ad Curiam trans**mittat.**

1445 (1007) § 2. Idem Ordinarius alias percontationes etiam privatas, si id necessarium aut opportunum indicaverit, facere ne omittat.

1446 (1008) Can. 1001. - § 1. Qui ad primam tonsuram et ordines minores promovendi sunt, spiritualibus exercitiis per 1res saltem integros dies; qui vero ad ordines sacros, saltem per sex integros dies vacent; sed si qui, intra semestre, ad plures ordines maiores promovendi sint. Ordinarius

potent excrcitiorum tempus pro ordinatione ad diaconatum reducere, non tamen infra tres integros dies.

1447 (1009) § 2. Si, expletis exercitiis, sacra ordinatio qualibet de causa ultra semestre differatur, exercitia iterentur; secus indicet Ordinarius utrum iteranda sint, necne.

1448 (1010) § 3. Haec spiritualia exercitia religiosi peragant in propria domo vel in alia de prudenti Superioris arbitrio; saeculares vero in Seminario, aut in alia pia vel religiosa domo ab Episcopo designata.

1449 (1011) § 4. De peractis spiritualibus exercitiis Episcopus certior liat testimonio Superioris domus, in qua peracta fuerint; vel si de religiosis agatur, attestatione proprii Superioris maioris.

De matrimoniis in Seminariorum oratoriis non celebrandis

1450 (1012) Can. 1109. - § 2. Matrimonium in aedibus privatis celebrari Ordinarii locorum in extraordinario tantum aliquo casu et accedente semper insta ac rationabili causa permittere possunt; sed in ecclesiis vel oratoriis sive Seminarii sive religiosarum, Ordinarii id ne permittant, nisi urgente necessitate, ac opportunis adhibitis cautelis.

De Seminariorum institutione, administratione, regimine

1451 (1013) Can. 1352. - Ecclesiae est ius proprium et exclusivum eos instituendi qui ecclesiasticis ministeriis sese devovere cupiunt.

1452 (1014) Can. 1353. - Dent operam sacerdotes, praesertim parochi, ut pueros, qui indicia praebeant ecclesiasticae vocationis, peculiaribus curis a saeculi contagiis arceant, ad pietatem informent, primis litterarum studiis imbuant divinaeque in eis vocationis germen foveant.

1453 (1015) Can. 1354. - § 1. Unaquaeque dioecesis in loco convenienti ab Episcopo electo Seminarium seu collegium habeat in quo, pro modo facultatum et dioecesis amplitudine, certus adolescentium numerus ad statum clericalem instituatur.[1]

1454 (1016) § 2. Curandum ut in maioribus praesertim dioecesibus bina eonstituantur Seminaria: minus, scilicet, pro pueris litterarum scientia imbuendis, maius pro alumnis philosophiae ac theologiae vacantibus.

1455 (1017) § 3. Si constitui Seminarium dioecesanum nequeat, aut in constituto Seminario conveniens institutio, praesertim in philosophicis ac theologicis disciplinis, desideretur, Episcopus alumnos in alienum Seminarium mittat, nisi Seminarium interdioecesanum vel regionale, auctoritate apostolica, constitutum fuerit.

1 [Cfr. n. 290].

1456 (1018) Can. 1355? - Pro constitutione Seminarii et alumnorum sustentatione, si proprii reditus deficiant, Episcopus potest:

1.° Parochos aliosve ecclesiarum etiam exemptarum rectores inhere ut statis temporibus in ecclesia ad hunc finem stipem exquirant;

2.° Tributum seu *taxam* in sua dioecesi imperare;

3° Si haec non sufficiant, attribuere Seminario aliqua beneficia simplicia.

1457 (1019) Can. ‡356. - § 1. Tributo pro Seminario obnoxia sunt, quavis appellatione remota, reprobata qualibet contraria consuetudine et abrogato quolibet contrario privilegio, mensa episcopalis, omnia beneficia etiam regularia aut iurispatronatus. paroeciae aut quasi-paroeciae, quamvis alios reditus, praeter fidelium oblationes, non habeant, domus hospitalis auctoritate ecclesiastica erecta, sodalitates canonice erectae et fabricae ecclesiarum, si suos reditus habeant, quaelibet religiosa domus, etsi exempta, nisi solis eleemosynis vivat aut in ea collegium discentium vel docentium ad commune Ecclesiae bonum promovendum actu habeatur.

§ 2. Hoc tributum debet esse generale eiusdemque proportionis pro omnibus, maius vel minus secundum Seminarii necessitatem, sed quinas quotannis centesimas partes (5%) reditus vectigalis non excedens, minuendum prout reditus Seminarii augentur.

§ 3. Reditus tributo obnoxius is est qui. deductis oneribus et necessariis expensis, supersit in anno; nec in eo reditu computari debent distributiones quotidianae, vel, si omnes beneficii fructus distributionibus constent, tertia earundem pars; nec fidelium oblationes, nec, si omnes paroeciae reditus coalescant fidelium oblationibus, tertia earundem pars.

1458 (1020) Can. 1357. - § 1. Episcopi est omnia et singula quae ad rectam Seminarii dioecesani administrationem. regimen, profectum necessaria et opportuna videantur, decernere, eaque ut fideliter observentur, curare, salvis praescriptionibus a Sancta Sede pro casibus peculiaribus latis.

1459 (1021) § 2. Potissimum studeat Episcopus frequenter Seminarium ipse per se visitare, in institutionem quae alumnis traditur sive litterariam et sciontificam sive ecclesiasticam sedulo vigilare, et de alumnorum indole, pietate, vocatione ac profectu pleniorem sibi comparare notitiam, maxime occasione sacrarum ordinationum.

l Cfr. Authentica interpretatio Canonis 1355: AAS 11, 479; CIO *Intrrpr.* 131 s.
l Cfr. Authentica interpretatio Canonis 1356: AAS 11. 479; CIC *Interpr.* 134 s.

lìtio § 3. Unumquodque Seminarium suas leges habeat ab Episcopo ap-
(1022) probatas, in quibus quid agere, quid observare debeant, doceantur tum qui in eodem Seminario in spem Ecclesiae instituuntur, tum qui in horum institutionem operam suam impendunt.

1401 § 4. Seminarii interdioecesani vel regionalis regimen universum et
(1023) administratio regitur normis a Sancta Sede statutis.

1402 Can. 1358. - Curandum ut in quolibet Seminario adsint rector pro
(1024) disciplina, magistri pro instructione, oeconomus pro curanda re familiari, a rectore distinctus, duo saltem confessarli ordinarii et director spiritus.

1403 Can. 1359. - § 1. Dioecesanis Seminariis bini constituantur coetus
(1025) deputatorum, alter pro disciplina, alter pro administrat ione bonorum temporalium.

§ 2. Utrumque deputatorum coetum constituunt bini sacerdotes, ab Episcopo, audito Capitulo, electi; sed excluduntur Vicarius Generalis, familiares Episcopi, rector Seminarii, oeconomus, et confessarli ordinarii.

§ 3. .Munus deputatorum per sexennium durat, nec electi sine gravi causa amoveantur; sed rursus eligi poterunt.

§ 4. Episcopus debet consilium deputatorum in negotiis maioris momenti petere.

1464 Can. 1360. - § 1. Firmo praescripto can. 891, ad munus rectoris,
(1026) directoris spiritus, confessariorum et magistrorum Seminarii eligantur sacerdotes non doctrina tantum, sed etiam virtutibus ac prudentia praestantes, qui verbo et exemplo alumnis prodesse possint.

1465 § 2. Rectori Seminarii in propriis muneribus implendis obtemperare
(1027) omnes debent.

1466 Can. 1361. - § 1. Praeter confessano» ordinarios, alii confessarii
(1028) designentur ad quos libere alumni accedere possint.

§ 2. Si ii confessarii extra Seminarium degant, et alumnus aliquem eorum acciri postulet, illum rector arcessat, nullo modo petitionis rationem inquirens neque se aegre id ferre demonstrans; si in Seminario habitent, ipsos alumnus libere adire potest, salva Seminarii disciplina.

1467 § 3. Quando agitur de alumno ad ordines admittendo vel e Semi-
(1029) nario expellendo, nunquam confessariorum votum exquiratur.

1468 Can. 1362. - Reditus legati pro clericis instituendis tribui possunt
(1030) alumnis in Seminarium sive maius sive minus rite receptis, licet nondum clericali tonsura initiatis, nisi aliud in tabulis fundationis expresse caveatur.

1469 Can. 1363. - § 1. In Seminarium ab Ordinario ne admittantur nisi
(1031) filii legitimi,l quorum indoles et. voluntas spem afferant eos cum fructu ecclesiasticis ministeriis perpetuo inservituros.l

1470 § 2. Antequam recipiantur, documenta exhibere debent de legiti-
(1032) initato natalium, de susceptis baptismate et confirmatione ac de vita et moribus.

1471 § 3. Dimissi ex aliis Seminariis vel ex aliqua religione ne admittantur,
(1033) nisi prius Episcopus etiam secreto a Superioribus aliisve notitias requisierit de causa dimissionis, ac de moribus, indole et ingenio dimissorum, et certo competent nihil in eis esse quod sacerdotali statui minus conveniat; quas notitias, veritati conformes, eorum conscientia graviter onerata, suppeditare Superiores debent?

1472 Can. 1364. - In inferioribus Seminarii scholis:

(1034) I.° Praecipuum locum obtineat religionis disciplina, quae, modo singulorum ingenio et aetati accommodato, diligentissime explicetur:

1473 2.° Linguas praesertim latinam et patriam alumni accurate addiscant;
(1035)

1474 3.° Ea in ceteris disciplinis institutio tradatur quae conveniat com-
(1036) muni omnium culturae et statui clericorum in regione ubi alumni sacrum ministerium exercere debent.

1175 Can. 1365. - § 1. In philosophiam rationalem cum affinibus discipli-
(1037) nis alumni per integrum saltem biennium incumbant.

1476 § 2. Cursus theologicus saltem integro quadriennio contineatur, et,
(1038) praeter theologiam dogmaticam et moralem, complecti praesertim debet studium sacrae Scripturae, historiae ecclesiasticae, inris canonici, liturgia©, sacrae eloquentiae et cantus ecclesiastici.

§ 3. Habeantur etiam lectiones de theologia pastorali, additis practicis exercitationibus praesertim de ratione tradendi pueris aliisve cateclusmum, audiendi confessiones, visitandi infirmos, assistendi moribundis.

l Proposito dubio:

An filii legittimiti per subsequens parentum matrimonium habendi sint uti *lenitimi* ad ctTcclum, de quo in canone 1363 $ 1*t*

Pontificia Commissio iul Codicis canones authentico interpretandos, die 13 iul. 1930, respondit: *Affirmative.*

AAS 22, 365; CIC *ínterpr.* 135.

Cfr. *Authentica interpret. Can.* 1116. Proposito dubio:

An vi canonis 1116 per subsequens parentum matrimonium legit ima elllciatur proles, ab eisdem genita detent is impedimento aetatis vel disparitati* cultus, quod cessaverit tempore initl matrimonii ‹

Pontificia Commissio ad Codicis canones authentice interpretandos, die 6 dee. 1930, respondit: *Negative.*

AAS 23. 25; CIC *Inlerpr.* 113 s.

l [Cfr. nn. 290. 1407].

* [Cfr. nn. 1201, 1207].

1477 (1039) Can. 1366. - § 1. Ad magisterii munus in disciplinis philosophicis, theologicis et iuridicis, ii, ceteris paribus, indicio Episcopi et deputatorum Seminarii, praeferantur, qui laurea doctorali potiti sint in Universitate studiorum vel Encuítate a Sancta Sede recognitis, aut, si agatur de religiosis, qui simile testimonium a suis Superioribus maioribus habeant.

1478 (1040) § 2. Philosophiae rationalis ac theologiae studia et alumnorum in his disciplinis institutionem professores omnino pertractent ad Angelici Doctoris rationem, doctrinam et principia, caque sancte teneant.

1479 (1041) § 3. ('nrandum ut saltem sacrae Scripturae, theologiae dogmaticae, theologiae moralis, ct historiae ecclesiasticae, totidem habeantur distincti magistri.

1480 Can. 1367. - Curent Episcopi ut alumni Seminarii:

(1042) 1.Ǫ Singulis diebus communiter matutinas et serotinas preces recitent, per aliquod tempus mentali orationi vacent, sacrificio Missae intersint;

1481 (1043) 2.° Semel saltem in hebdomada ad sacramentum poenitentiae accedant et frequenter, qua par est pietate, Eucharistico pane se reficiant;

1482 (1044) 3.° Dominicis et festis diebus, sacris Missarum et Vesperarum sollemnibus adsint, altari inserviant sacrasque caeremonias exerceant, praesertim m ecclesia cathedrali, si id, indicio Episcopi, sine disciplinae et studiorum detrimento fieri possit;

1483 (1045) 4.° Singulis annis per aliquot dies continuos exercitiis spiritualibus vacent;

1484 li046) 5.° Semel saltem in hebdomada adsint instructioni de rebus spiritualibus quae pia exhortatione claudatur.

1485 (1047) Can. 1368? - Exemptum a iurisdictione paroeciali Seminarium esto; et pro omnibus qui in Seminario sunt, parochi officium, excepta materia matrimoniali et firmo praescripto can. 891, obeat Seminarii rector eiusve delegatus, nisi in quibusdam Seminariis fuerit aliter a Sede Apostolica constitutum.

1486 (1048) Can. 1369. - § 1. Seminarii rector et alii omnes moderatores sub eius auctoritate curent ut alumni statuta ab Episcopo probata studiorumque rationem adamussim servent ac spiritu vere ecclesiastico imbuantur.

1487 (1049) § 2. Saepius eis verae et Christianae urbanitatis leges tradant, eosque exemplo suo ad illas colendas excitent; hortentur praeterea ut praecepta hygienica, vestium et corporis munditiam et quandam in conversando comitatem eum modestia et gravitate coniunctam, iugiter servent.

» (Cfr. n. 650].

1488 (1050) § 3. Sedulo vigilent ut magistri suo munere, rite fungantur.

1489 (1051) Can. 1370. - Quoties alumni ob quamlibet causam extra Seminarium morentur, servetur praescriptum can. 972, § 2.

1490 (1052) Can. 1371. - E Seminario dimittantur dyscoli, incorrigibiles, seditiosi, ii qui ob mores atque indolem ad statum ecclesiasticum idonei non videantur; itemque, qui in studiis adeo parum proficiant ut spes non affulgeat eos sufficientem doctrinam fore assecuturos; praesertim vero statim dimittantur qui forte contra bonos mores aut fidem deliquerint.

De selectis clericis ad Universitates vel Facultates ab Ecclesia conditas vel approbatas mittendis

1491 (1053) Can. 1380. - Optandum ut locorum Ordinarii, pro sua prudentia, clericos, pietate et ingenio praestantes, ad scholas mittant alicuius Universitatis aut Facultatis ab Ecclesia conditae vel approbatae, ut inibi studia praesertim philosophiae, theologiae ac iuris canonici perficiant et académicos gradus consequantur.

De usu editionum textus originalis et versionum Sacrae Scripturae

1492 (1054) Can. 1400. - Usus librorum de quibus in can. 1399, n. I,[1] ac librorum editorum contra praescriptum can. 1391.[2] iis dumtaxat permittitur qui studiis theologicis vel biblicis quovis modo operam dant, dummodo iidem libri fideliter et integre editi sint neque impugnentur in eorum prolegomenis aut adnotationibus catholicae fidei dogmata.[4]

De emittendi professionem fidei obligatione

1493 (1055) Can. 140G. - § 1. Obligatione emittendi professionem fidei secundum formulam a Sede Apostolica probatam? tenentur:

7° Coram loci Ordinario eiusvo delegato, ... rector, professores sacrae theologiae, iuris canonici et philosophiae in Seminariis, initio cuiuslibet anni scholastici vel saltem initio suscepti muneris; omnes promovendi ad ordinem subdiaconatus; ...

[1] [Cfr. n. 1316).

[2] Cari. 1399; Ipso iurc prohibentur:

I0 Editiones textus originalis et antiquarum versionum catholicarum sacrae Scripturae, etiam Ecclesiae Orientalis, ab acatholicis quibuslibet publicatae: itemque eiusdem versiones in quamvis linguam, ab eisdem confectae vel editae.

[3] Cari. 1391; Versiones sacrarum Scriptturarum in linguam vernaculam typis imprimi nequeunt, nisi sint a Sedo Apostolica probatae, aut nisi edantur sub vigilantia Episcoporum ot cum adnotationibus praecipue excerptis ex sanctis Ecclesiae Patribus atque ex doctis catholicisquo scriptoribus. — *[Cfr. supra* n. 1090).

[4] [Cfr. nn. 567. 1088. 1089. 1091].

[5] [Cfr. n. 1277].

Dc poena in cogentes virimi ad statum clericalem amplectendum

1494 (1056) Can. 2352. - Excommunicatione nemini reservata ipso facto plectuntur omnes, qualibet etiam dignitate fulgentes, qui quoquo modo cogant sive virum ad statum clericalem amplectendum, sive virum aut mulierem ad religionem ingrediendam vel ad emittendam religiosam professionem tam sollemnem quam simplicem, tam perpetuam quam temporariam.

De quibusdam delictis et poenis in Ordinum administratione et susceptione

1495 (1057) Can. 2373. - In suspensionem per annum ab ordinum collatione Sedi Apostolicae reservatam ipso facto incurrunt:

I0 Qui contra praescriptum can. 955, alienum subditum sine Ordinarii proprii litteris dimissoriis ordinaverint;

2° Qui subditum proprium, qui alibi tanto tempore moratus sit ut canonicum impedimentum contrahere ibi potuerit, ordinaverint contra praescriptum can. 993 n. 4, 994;

3° Qui aliquem ad ordines maiores sine titulo canonico promoverint contra praescriptum can. 974, § 1, n. 7; ...

1496 (1058) Can. 2374. - Qui sine litteris vel eum falsis dimissoriis litteris, vel ante canonicam aetatem, vel per saltum ad ordines malitiose accesserit, est ipso facto a recepto ordine suspensus; qui autem sine litteris testimonialibus vel detentus aliqua censura, irregularitate alio ve impedimento, gravibus poenis secundum rerum adiuncta puniatur.

De institutione ad praedicationis ministerium

(Ex Normis S. C. Consistoiualis *Ut quae. Heatisuimus Pater,* pro Sacra Praedicatione, 28 iun. 1917).'

1497 (1059) 34. Ordinarii et Superiores religiosorum stricte obligantur proprios clericos ad sanctam salutareinque praedicationem ab ipsa iuvenili aetate formare studiorum tempore, tum ante tum post susceptum sacerdotium.

1498 (1060) 35. Curabunt igitur ut dicti clerici, dum sacrae theologiae dant operam, de variis praedicationum generibus doceantur; praeque manibus habeant et gustent exemplaria insignia quae in omni concionum genere Sancti Patres reliquerunt, praeter illa quae in sacris Evangeliis, in Actibus et Epistolis Apostolorum ubique accesserunt.

1499 (1061) 36. Studebunt item Ordinarii ut iuvenes instituantur de actione et pronunciai ione in concionibus servandis, ut eam deinde gravitatem, simplicitatem et concinnitatem praescierant, quae nihil histrionem sa-

' [Ctr. n. 1ÛI9J.

piat, sed verbi» Dei conveniat, probet que concionantem pro animi persuasione et ex corde loqui sublirnemque spectare finem, qui ministerio suo est praestitutus.

1500 (1062) 37. Haec dum in Seminariis vel studiorum locis peragentur, Superiores scrutabuntur quod genus praedicationis singulorum alumnorum dispositioni magis respondeat, ut deinde ea super re ad Ordinarium referant.

1501 (1063) 38. Initialem autem institutionem, quam clerici in Seminariis vel in studiorum domibus habuerunt, Ordinarii, etiam post sacros Ordines susceptos, perficiendam curabunt.

AAS 9, 331.

De consiliis n vigilantia deque ¡tiramento antiinodernistico

(Decretum Supremae S. C. Sancti Officii *Cum in Codice,* 22 mart. 1918).

¡502 (1064) Cum in Codice luris Canonici, a proximo die festo Pentecosti^ obligandi vim habituri, nulla flat mentio *Consiliorum a vigilantia* et *Juramenti aidimodernistici,* de quibus respective agitur in Constitutione *Irascendi Dominici gregis*l et Motu Proprio *Sacrorum Antistitum* l s. m. Pii Pp. X, Inspecto Codicis ipsius can. 6. n. 6, propositum est dubium:

An praescriptiones ad dito supra memorata capita spectantes, post dictum diem festum Pentecostes, in vigore manere pergant an noni

Re, lussu Saiiii 1). N. Benedicti Pp. XV\ feliciter regnantis, ad Supremam hanc Sacram Congregationem Sanet i Oillcii delata. Emi ae Rrvmi DI). Cardinales in rebus tide! et morum Inquisitores Generales, in plenario conventu habito feria iv, die 20 martii 1918, expresse declarandum decreverunt:

Praescriptiones praedictas, ob serpentes in praesenti modernisticos errores latas, natura quidem sua, temporarias esse ac transitorias, idcoqtu in Codicem Juris Canonici referri non potuisse; aliunde tamen, cum virus Modernismi *diffundi minime cessarent, eas in pleno suo robore manere debere usquedum hac super re Apostolica Sedes aliter statuerit.*

Et sequenti feria v eiusdem mensis et unni idem Ss.Mrs D. N., in solita *audientia* R. P. D. Adsessori impertita, relatam Sibi Emorum Patrum resolutionem plano adprobare ac suprema Sun auctoritate confirmare dignatus est.

AAS 10, 136.

De clericis laicas Universitates celebrantibus

(Decret. S. C. Consistoiualis *Xcmo dc sacro clero,* 30 apr. 1918).

1503 (1065) Nomo de sacro clero laicas Universitatum facultates frequentare potest ibique profana quaevis studia peragere, nisi de Episcopi sui voluntate vel beneplacito. Id ex praescriptis *Codicis Canonici* aperte deducitur. Neve haec dispositio nova est aut primum inducta. Etenim tum Leo Nili, tum Pius N, f. ambo r., id aperte sanxerunt; alter per *Instrue-*

l Í 44, n. 6: Pii X *Acta* I, 111; CIC *Fontes* 3, 723. [Ctr. nn. 1245-1254].
l (Cfr. nn. 1276-1278; 1292. 1294].

tionem sub die 21 iulii 1896 a Sacra Congregatione EE. et RR. ad Ipsius mentem impertitam, quaeque incipit *Perspectum est Romanos Pontifices,*[1] alter vero in Encyclica *Pascendi* sul) die 8 septembris 1907,[2] necnon Motu Proprio diei 1 septembris 1910, qui incipit *Sacrorum Antistitum.*[3]

Hinc patet totam hanc de frequentandis Universitatibus laicis materiam in Episcoporum iure ac potestate esse positam, nec deesse regulas quibus ipsi in re dirigantur.

Quoniam tamen nonnulli locorum Ordinarii pressiores exquisierint normas, quibus ipsi ex iure procedant, ac maxima caveantur discrimina quae ex diuturna tristique experientia tam vitae sanctitati quam catholicae doctrinae puritati sacerdotibus laicas Universitates celebrantibus impendunt; Ssmus D. N. Benedictus Pp. XV, causa prius rite discussa penes S. C. UonsistoriaJem, de consulto Emorum eiusdem S. Congregationis Patrum, Decessorum Suorum Leonis XIII et Pii X supra memoratas ordinationes confirmans casque in suo pleno robore permanere declarans, haec insuper edicenda ac statuenda suoque nomine promulganda constituit:

1504 (1066) 1. Nullus ad laicas Universitatum facultates destinetur nisi sacerdotio auctus, quique spem bonam ingerat fore ut sua agendi ratione ecclesiastico ordini honorem tam ingenii vi ac perspicacia, quam sanctitate morum adiiciat.

1505 (1067) 2. Episcopus in destinando sacerdotes suos ad laicas studiorum Universitates frequentandas nihil aliud prae oculis habeat, nisi quod dioecesis suae necessitas vel utilitas exigat, ut nempe in Institutis ad invent utem erudiendam destinatis idonei comparentur magistri.

1506 (1068) 3. Qui. pro hac norma, ad Universitates laicas frequent amias destinabuntur sacerdotes, si novensiles sunt, ali examinibus, quae in can. 130 et 590 praescripta sunt, minime eximantur, quin potius eadem subire vel strictius iubeantur. ne, profanarum scientiarum studio abrepti, ecclesiastica studia praetereant, contra praescriptum can. 129.

1507 (1069) 4. Expletis demum in laica quavis Universitate praescriptis studiorum cursibus, sciant sacerdotes ac meminerint se Ordinario suo pari omnino ratione ac antea subiectos ac dioecesis servitio manere emancipatos. Quamobrem nemini fas erit magisteria saecularia aliavo officia pro suo lubitu, maximeve contra Ordinarii sui voluntatem, suscipere; quod si quis fecerit, congruis poenis, non exclusa suspensione a divinis, plectatur.

1508 (1070) 5. Haec omnia quae de clero saeculari sunt dicta, religiosos etiam regulares, congrua congruis referendo, sunt applicanda.

AAS 10. 237 s.

• [Cfr. nn. 1073-1087].
• [Cfr. nn. 1251 e.].
‘ [Cfr. n. 1270].

De clericis qui militia perfuncti sint

(Ex Decret. S. C. Consistorialis *Redeuntibus c militari servilio,* 25 oct. 1918).

1509 (1071) Redeuntibus o militari servitio clericis, oportet ut Ordinarii omnes maximo cum studio nitantur eos omnes a *mundano pulvere* detergere, quo inter armorum strepitus ct quotidiana pericula pronum est *elioni relioiosa corda sordescere,*[1] eosque ab irregularitatibus et ab impedimentis quae dimicando contraxerint liberare. Hoc sane exigit ipsorum clericorum bonum, fidelium animarum salus et Ecclesiae utilitas.

1510 (1072) Itaque Beatissimus Pater Benedictus Pp. XV, dum cum Episcopis universis impense dolet grave vulnus ecclesiasticae disciplinae illatum clericos adigendo ad militare stipendium faciendum, quod, pi actor reliqua, tot paroecias spiritualibus subsidiis et Seminaria suis alumnis magno cum christianae plebis detrimento privavit; in praesenti cum pax diu desiderata in eo iam sit ut lucescere videatur, ad sanctum finem assequendum renovandi in sacerdotibus n militia révérais ecclesiasticum spiritum[1] et diluendi noxas quas forte contraxerint, auditis haud paucis Archiepiscopi» nationum omnium quae inter se praesenti bello dimicarunt, de consulto peculiaris coetus Emorum Cardinalium, haec quae sequuntur, statuit ac decrevit:

Cap. IV. - *De alumnis Seminariorum*

10. Omnes Seminariorum alumni, qui post militare servitium ad pium locum redire volent:

a) Ordinario suo se sistent, eodem prorsus modo ac dc sacerdotibus superius est dictum?

b) Ordinarius circa examen ct notitias assumendas eadem ratione so geret ac cum sacerdotibus.

r) Si ex hoc examino aliisque argumentis et documentis constiterit aliquem haud bene se gessisse in militia, Episcopus, habito cum deputatis super disciplina et cum rectore Seminarii consilio, eum a regressu in Seminarium repellat.

d) Si aliter constiterit. Episcopus, habito cum iisdem deputatis et rectore Seminarii consilio, petitionem admittat; sed sub modo et conditionibus quae in sequentibus indicantur.

c) In primis alumnum iubeat spiritualia exercitia peragere et quoad locum, tempus ct modum spiritualis recessus Episcopus statuat ac decernat quod magis in Domino expedire in singulis casibus censeat, servatis, quantum fieri poterit, iisdem regulis ac cum sacerdotibus,

D Post spiritualia exercitia, videat pariter, pro sua prudentia et eum consilio ut supra, utrum expediat alumnum a militia reversum cum ceteris statina admittere, an per aliquod tempus scorsili) sub speciali vigilantia eum eum aliis a militia reversis detinere.

1 Cfr. S. Leo M. *Serm.* 42 *(De Quadrapes.* i) 1: ML 54, 275.

1 [ſ'fr. n. 754],

1 Cfr. *eiusdem Decreti cap. III, n. 4:* Sacerdotes, sive saeculares sive religiosi, redeuntes o militia, intra decem dies a reditu tenentur so sistere coram Ordinarlo suo eique exhibere litteras Ordinarii Castrensis vol saltem militaris cappellani sui, aliaque documenta quae omnia proludo secum afferro curabunt. Ordinario autem eos percontanti do iis quae pertinent ad externam seu publicam vitae rationem quam in militia duxerunt, do operibus ibi actis, do loots ubi commorati sint, respondere ex conscientia secundum veritatem iubentur.

AAS 10, 482 s.

1511 (1073) H. Alumni in Seminarium reversi studia prosequuntur inde adarnussim incipiendo ubi ea abniperunt, et Integrum cursum perficiant.

1512 (1071) 12. Quoad ordinationem. Episcopi, memores plus quam tdias apostolici illius praecepti: *Manus cito nemini imposueris, neque communicaveris peccatis alienis* (1 7'. 5. 22), caveant a promovendis suis alumnis, praesertim ad maiores Ordines, antequam per aliquot menses eos rite comprobaverint, onerata super hoc gravissime eorum conscientia.

AAS 10, 481. 484 8.

De delectis Sacrorum alumnis in Urbe educandis

(Ex Epist. *Pietatem et fidem* ad Arthurum Hinsley, urbani Anglorum Collegii Moderatorem, 6 Ian. 1919).

1513 (1075) Verum praecipue commendatam rem volumus operae et navitati Episcoporum: quibus profecto, utpote ante alios Apostolieae huic Sedi maxime devinctis ac deditis, convenit prae ceteris esse curae, ut urbanum Ecclesiae Anglicae Seminarium non modo ne, opportuna destitutum ope, languendo deficiat, sed magis magisque confirmatum vigeat et floreat. Nam, ut omittantur quae ad eruditionem et disciplinam pertinent, etsi enim sancte docteque domi possunt alumni sacrorum instituti, inulto maiora tamen adiumenta pietatis et doctrinae in hac Urbe catholici nominis capite eis suppetere planum est, — illud dumtaxat memoramus quod apud homines Ecclesiae matris perstudiosos maximum pondus habere debet: ad astringendos vel arctius Christianas gentes cum beati Petri Cathedra, tamquam eum centro catholicae unitatis, praedarum inesse vinculum in iis quae Romae pro unaquaque natione patent domus sacrae inventati educandae, ubi optimae spei adolescentes, sub oculis Pontificis maximi, apud sacratos principimi Apostolorum cineres, inter augustissima Christianae vetustatis monumenta, sacris initientur, et quaesitum de ipso fonte spiritum Romanae Fidei, quo se in disciplinae cursu penitus imbiberint, eundem in suos cives deinceps effundant,

AAS 11, 36 8.

b) clero indigena bene instituendo

(Ex Epist. Ap. *Maximum illud,* de Fide Catholica per orbem terrarum propaganda, 30 nov, 1919).

1514 (1076) Illud est quo quicumque Missionem regunt, ii suas praecipue curas oportet habeant conversas, ut sacrorum ministros de gente ipsa, in qua versantur, educent atque instituant: id quod novarum ecclesiarum spem maxime continet. Nam sacerdos indigena, utpote qui ortu, ingenio, sensibus studiisque cohaereat cum suis popularibus, mirum quantum valet ad Fidem eorum mentibus insinuandam: multo enim melius, quam quisquam alius, novit quibus modis quidpiam eis persuaderi queat. Ita saepe fit ut illuc faciles aditus habeat, quo advenae sacerdoti pedem inferre non licet.

La Letteratura greca, latina e italiana deve avere anche una parte in questo corso, ma molto secondaria, essendo il corso prevalentemente scientifico. — Perciò allo studio di perfezionamento nella letteratura, come pure allo studio della storia civile, si dia qualche giorno della settimana o qualche ora del giorno; e questo studio sia sempre informato a criteri filosofici. Siano quindi ragionati i precetti del bello scrivere; nella lettura dei classici, più che alla critica filologica, si badi alla precisione e profondità dei pensieri, alla naturalezza delle espressioni e dei sentimenti propri non di un'epoca o di un popolo, ma di tutti i tempi e di tutti i popoli, alla proporzione delle parti ed al nesso di una con l'altra e di ciascuna con il tutto. S'insista sempre negli esercizi di memoria e nelle composizioni, le quali conviene che abbiano di preferenza per tema una questione o un problema filosofico. Nelle versioni, si attenda a ciò che il pensiero rivesta la forma e l'espressione propria dell'indole di ciascuna lingua. — Anche nel corso filosofico, non si trascuri la lettura dei migliori fra i Padri e scrittori cristiani, latini e greci, secondo la raccomandazione del S. F. Leone XIII.[1]

La Storia civile abbia essa pure un'interpretazione filosofica, fermandosi, più che alla minuziosa narrazione dei fatti, al complesso di essi, al loro concatenamento, e subordinandoli tutti a quella sovrana Provvidenza, che tutto muove e governa secondo i suoi eterni consigli e decreti.

IX. - Programma per il corso teologico. — Il canone 13G5 (§§ 2 e 3) dice così: « Il corso teologico deve durare almeno quattro anni interi, e, oltre la *Teologia Donimalica* e *Morale* comprenderà io studio della S. *Scrittura,* della *Storia Ecclesiastica,* del *Diritto Canonico,* della *Liturgia.* della *Sacra Eloquenza* e del *Canto Ecclesiastico.* Si diano inoltre lezioni di *Teologia Pastorale,* integrate da esercizi pratici sul modo d'insegnare il Catechismo, di amministrare il Sacramento della Penitenza, di visitare gli ammalati, di assistere i moribondi »? A queste materie si sogliono aggiungere, come discipline sussidiarie, il *greco biblico,* l'*ebraico,* la *patristica,* l'*archeologia. Varie sacra.* La Teologia Dominâtica e Morale, la S. Scrittura, il Diritto Canonico e la Storia Ecclesiastica sono considerate materie *principali,* le altre sono *secondarie* o *complementari.* Non si può pretendere che in tutti i Seminari s'insegnino tutte le materie enumerate? Le *principali* si debbono insegnare in tutti i Seminari, dove si fa il corso completo di Teologia: e il tempo destinato all'insegnamento di ciascuna deve essere corrispondente alla importanza di essa. In ordine alle se-

[1] Epist. *Plane quidem* nd Curd, in Urbe Vicarium, 20 mai. 1885; Encycl. *Depuis le jour,* 8 sept. 1S1I9 (cfr. nn. PC.S >. 1111],

[*] (Cfr. n. 147GJ.

[']((june hoc loco de disciplinis *secundariis* statuuntur abrogata habenda sunt, cum cadom S. C. do Seminariis et Studiorum Universitatibus, iam inde a pluribus annis, omnibus Seminariis theologicas disciplinas non solum *principales* sed *secundarias* quoquo praecipere soleat. Insuper potestas est Ordinariis locorum disciplinis principalibus ot secundariis alias adiungerc quas utiles et opportunas iu Domino indicaverint).

coìtdarie, il criterio, che ne regola l'uso e la proporzione, deve variare secondo la importanza del Seminario: poiché non si può esigere da un Seminario diocesano ciò che conviene a un Seminario regionale o interdiocesano, specialmente se gode del privilegio di conferire i gradi accademici. — Parimenti si deve avvertire che quelle stesse materie, le quali sono necessarie e indispensabili al ministero sacerdotale, non possono avere, in un corso di quattro anni, se non uno svolgimento *elementare.* Il S. P. Leone XIII, dopo di aver detto, nell'Enc. *Depuis le jour,* che le scienze sacre, nel senso rigoroso della parola, sono la Teologia Dominatica e la Teologia .Morale, la Santa Scrittura, la Storia Ecclesiastica e il Diritto Canonico, soggiunge: « Sono queste le scienze proprie del Clero. Esso ne riceve una *prima iniziazione* durante la sua dimora nel grande Seminario e dovrà continuarne lo studio per tutto il resto della sua vita #.l Laonde il dovere di ciascun professore non è quello di trattare in modo completo ed esauriente alcune questioni, per (pianto importanti; ma di svolgere nel tempo assegnato tutta la materia del programma col criterio anzidetto, e di eccitare nell'animo degli scolari il desiderio di completare, con un lavoro personale, le immancabili deficienze della scuola. Ciascuno si limiti alla sua materia, e si eviti che gli stessi punti di dot trina siano trattati in più di una scuola. Ciò che molto importa è che l'insegnamento delle singole discipline sia pratico, cioè s'impartisca in ordine all'esercizio del ministero pastorale e si accomodi alla capacità e coltura *media* degli studenti, senza lasciar d'indicare in pari tempo agli ingégni più eletti la via a più profonde ricerche. — I trattati *fondamentali* della Dommatica e della .Morale, come pure i Prolegomeni alla S. Scrittura, alla Storia Ecclesiastica, al Diritto Canonico, debbono essere invariabilmente assegnati al primo anno del corso.

1545 (1107) *a)* " La *Teologia {Donimalica)* è la *scienza delle cose della fede.* Essa si alimenta dice il Papa Sisto V · a quelle fonti sempre zampillanti, che sono le Sacre Scritture, le decisioni dei Pontefici, i decreti dei Concilii.l Chiamata *positiva,* o *speculativa,* o *scolastica,* secondo il metodo che si adotta per studiarla, la Teologia non si limita a proporre lo verità da credere; essa ne scruta l'intimo fondo, ne mostra i nessi con Fumana ragione, con l'appoggio degli aiut i che le fornisce la vera Filosofia, le esplica, le sviluppa e le adatta esattamente a tutti i bisogni della difesa e della propagazione della Fede. Ben a ragione dunque il medesimo Sisto V chiama questa Teologia (e parla qui specialmente della Teologia *Scolastica)* un *dono del cielo,*3 e vuole che sia mantenuta nelle scuole e coltivata con sommo ardore, come quella che è la *piu fruttifera* per la Chiesa ».4 — Il testo per gli Istituti, che hanno il privilegio di conferire i gradi accademici. deve essere la *Somma Teologica* di S. Tommaso, integrata da un altro

1 [Cfr. o. 1118],
* Const. *Triumphantis Jerusalem,* 14 mart. 1588 [cír. n. 1119].
• *Jbid.*
1 Leo XIII, Epist. Encycl. *Depuis U. jour,* 8 sept. 1899 (cfr. n. 1119).

libro, che contenga la parte *positiva* e l'ordine logico delle questioni,[1] e por gli altri Seminari dove essere nn corso redatto secondo il metodo, i principii e la dottrina dello stesso s. Dottore? Tuttavia i due metodi — *positivo* e *scolastico* - si adoperino e armonizzino in modo che l'uso dell'uno non sia a scapito dell'altro? Il Professore abitui gli scolari ai termini e alle forinole scolastiche, interpretandole e traducendole nel linguaggio moderno; esponga, con la possibile chiarezza e precisione, le grandi verità della Fede, ne faccia vedere il nesso, le applichi alla vita cristiana ed all'esercizio del ministero, e dimostri la fatuità delle obiezioni degli increduli. — L'insegnamento segua il metodo scolastico e sia impartito in latino.

1546 (1108) *b)* Lo studio della »S. *Scrittura* è diretto all'intelligenza della parola di Dio scritta ed è anche il più necessario, perchè la S. Scrittura è una delle principali fonti della Rivelazione soprannaturale e perciò è, come disse il S. P. Leone XII1, *l'anima* della stessa Teologia? — Il S. P. Pio X non solo confermò tutte le disposizioni date a questo riguardo, ma prescrisse ancora altre sapientissime norme nella Lettera *Quoniam in re biblica,* 27 marzo 1906? delle quali si accennano le principali. - — L'insegnamento sia impartito con grande spirito di pietà e con l'intento principale ¿'istillare nell'animo degli alunni i veri principii della Teologia, della Morale e dell'Ascetica; e gli alunni, alla loro volta, si accingano a questo studio con grande affetto, riverenza ed umiltà.

1547 (1109) 11 Professore procuri di far conoscere e amare *tutti* i libri sacri, seguendo possibilmente nell'esposizione l'ordine cronologico. Non ometta la *Introduzione critica,* nè trascuri le questioni che s'impongono a cagione delle difficoltà mosse da avversari audaci, come, per es., l'origine (Mosaica del *Pentateuco,* la questione Giovannea, ecc. Ma l'importanza maggiore la dia *all'argomento,* al *contenuto,* secondo il tino che si prefisse lo Spirito Santo nell'ispirare la S. Scrittura (2 *Tini.* 3, 16), facendone risaltare i sublimi esempi di virtù, i profondi insegnamenti. — Dovendo *l'esegesi* restringersi a pochi libri, nel *Vecchio Testamento* si esponga sommaria-

[1] Pius X, Motti Proprio *Doctoris Anodici,* 29 iuu. 1911 (AAS 6, 340); Decretum S. C. de Semin, et Stud. Univ. <l. d. 7 mart. 1916 [cfr. n. 1367J.

[2] Motu Proprio *Docloris Anodici* [cfr. n. 13311; CIC con. 1366, 4 2.

[3] Il S. P. Leone XIII, nella Ene. *Depuis le jour,* dice: « Occorre forse aggiungere che il libro per eccellenza, nel quale gli alunni potranno con maggiore vantaggio studiare la teologia scolastica, è la *Somma Teologica* di S. Tommaso d'Aquinoi Noi vogliamo adunque che i professori abbiano cura di spiegarne il metodo a tutti i loro alunni, del pari che i principali articoli relativi alia fede cattolica». 11 Sommo Pontelice raccomanda egualmente il *Calechismo* del S. Concilio di Trento, notevole per dovizia ed esattezza di dottrina e per eleganza di stile. [Cfr. n. 1120].

[4] • Maior profecto quam antehac *positivae* theologiae ratio est habenda; id tamen sic fiat ut *nihil scholastica detrimenti capiat, Urpic* reprehendantur, *nipote qui modemistarum rem veruni,* quieuinque *positivam* sio extollunt ut *scholasticam* theologiam *despicere videantur ».* Pius X. Litt. Encycl. *Pascendi.* 8 sopt. 1907 [ofr. n. 1246].

[5] Encycl. *Providentissimus Deus,* 18 nov. 1893 (cfr. n. 10361.

[6] [Cfr. nn. 1209-1227].

mente la *legge di Mose,* si spieghino i *principali vaticini* relativi al Messia ed alla sua opera redentrice, e s'interpretino alcuni *Salmi,* dando agli alunni nonne e criteri per interpretare gli altri, — e nel *Nuovo Testamento* siano specialissimo oggetto di studio i santi *Vangeli* e le *Lettere Apostoliche. XeWesegesi* si abbia sempre riguardo alle conclusioni dommatiche e alle decisioni della Santa Sede, e si consultino di preferenza i commenti dei Santi Padri e dei Dottori della Chiesa; perchè nessuno meglio di essi, forniti di scienza e santità eminente, ha saputo penetrare nei segreti della Sapienza divina. — L'insegnamento sia impartito in latino e il suo scopo sia sempre lo stesso: *formare veri pastori di anime.*

1548 (1110) c) Quanto allo studio della *Teologia Morale,* crediamo opportuno citare le seguenti parole di S. Alfonso: « Soprattutto i Vescovi debbono attendere a far istruire i giovani in Seminario nella Teologia -Morale, acciò tra essi possano poi scegliere i soggetti più idonei a coltivare le loro diocesi; altrimenti i medesimi usciti che saranno dal Seminario, poco la studieranno, e il Prelato poi piangerà, come ho veduto piangere taluno, di non aver Sacerdoti a cui dare la confessione e le cure. Questo è il maggior utile che un Vescovo può ricavare dal Seminario: l'aver confessori e parrochi »? È inutile aggiungere che lo stesso S. Alfonso è il Dottore, che, specialmente nelle cose di Morale, si può seguire con ogni sicurezza, li Papa Pio IX, nelle sue lettere apostoliche del 7 luglio 1871,2 dice che S. Alfonso, «in Dei gloriam spiritualeinque hominum salutem unice intendens animum, plurimos libros conscripsit, sacra eruditione et pietate refertos, sive inter implexas Theologorum tum laxiores tum rigidiores sententias ad tutam muniendam viam, per quain Christifideliuni animarum moderatores inoffenso pede incedere possent, sive ad clerum informandum, instituendum ». — Anche l'insegnamento della Teologia Morale deve essere impartito in latino. — In questa Scuola, il Professore, quando se ne porga l'occasione, richiami lo nozioni *fondamentali* di *Sociologia,* secondo le prescrizioni del S. P. Leone XIII, e non manchi di esporre e di confutare le deleterie teorie del *Comunismo.*3 · Complemento della .Morale è la *Teologia Ascetica* e *Mistica,* indispensabile per la direzione delle anime?

[1] *Rcgol. per i Seminari* 1, 1, in: *Opere,* 3 (Torino 1847) 879.

[2] i. e. Litt. Ap. *Qui Ecclesiae suae:* cfr. *Pii IX Acta* 5, 337.

[3] « Clerici circa suae institutionis exitum, «le iis doceantur quae ad Christianam bo-oiplogiam pertinent ». Leo XIII, Epist. Encycl. *Fin dal principio.S* dee. 1902 [cfr. n. 1152; nec non n. 1974).

[Cfr. Pius Pe. XI, Litt. Encycl. *Divini Redemptoris,* De Communisino atheo, 19 mart. 1937: AAS 29, 65-106).

[4] *Idem Summus Pontifer* Benedictos XV *Luteris* Con viva soddisfazione, *d. d.* 10 *nov.* 1919, *ait P. Octavium Marchetti S. /., in Pont. Universitate Gregoriana professorem, scholam Theologiae ascetico-mysticae magnopere commendat:*

Con viva soddisfazione vedemmo nel passato anno sonrere In cotesta illustre Università, insieme all'opportunissima iniziativa di un Istituto di cultura filosofica c religiosa per il laicato, anche quella non meno opportuna, e del pari necessaria, di una Cattedra di Teologia ascetico-mlstiea, miniate a procurare una più profonda formazione religiosa del clero,

1549 (1111) </) Il Codice di I). C. (can. 1365, § 3) indica il programma delle lezioni di *Teologia Pastorale.* ÎÎ necessario che i novelli Sacerdoti, prima che escano dal Seminario, siano istruiti, *praticamente,* nel modo di amministrare i Sacramenti, di comporre le omelie, di spiegare il catechismo agli adulti ed ai bambini, di assistere i moribondi. — Il Professore di Teologia Pastorale potrebbe anche dar lezioni di *Eloquenza sacra,* seguendo, spiegando e inculcando le norme proposte dalla S. C. Concistoriale con decreto del 28 giugno 1917.l

1550 ili 12) *e)* Lo studio del *Diritto Canonico* perfeziona e completa quello della Teologia, della quale il Diritto mostra le pratiche applicazioni a tutto ciò che concerne il governo della Chiesa, Tamxninistrazione delle cose sante, i diritti e i doveri dei suoi ministri, l'uso dei beni temporali, di cui essa ha bisogno per l'adempimento della sua missione. Il *Diritto Canonico* dovrà essere insegnato in forma *d'Istituzione,* facendo cioè una esposizione succinta e ordinata delle prescrizioni contenute nel *Codice, con* le opportune nozioni e principii, ricevuti comunemente in questa scienza. Tale insegnamento sia impartito in modo che gli alunni, al termine del corso teologico, abbiano acquistato una sufficiente cognizione delle singole parti del *Codice,* prevalentemente di quelle che hanno maggiore attinenza col ministero sacerdotale. Non si omettano, all'occorrenza, i necessari confronti fra la legislazione canonica e la civile. — A questo studio si premetta un breve ma succoso trattato di *Diritto Pubblico Ecclesiastico,* dove si espongano nettamente i poteri della Chiesa eia posizione giuridica di essa di fronte allo Stato. — Ne' Seminari, dove esiste una Facoltà giuridica, dotata del privilegio di conferire i gradi accademici, è necessario attenersi a quanto fu prescritto da questa stessa Congregazione nei due Decreti del 7 agosto 1917 e del 31 ottobre 1918. riportati negli *Ada Apostolicae Sedie* del 1" settembre 1917 e del 2 gennaio 1919.3

1551 (1113) *j)* « Nella *Storia Ecclesiastica* — come ordinò la Sacra Congregazione Concistoriale* si curi che nell'insegnamento orale e nei testi non sia trascurata od omessa la parte soprannaturale, che è vero, essenziale, indispensabile elemento nella vita e nei fasti della Chiesa, senza

mercé lo studio scientifico o pratico delle principali questioni concernenti la perfezione cristiana. l) Nostro cuore si apri allora alle più liete speranze, facilmente presagendo quali eletti frutti di pietà c di zelo avrebbe recato un insegnamento che le aniine più eminenti per santità o per dottrina ritengono rispondere alla realtà di un sentito bisogno. Suole infatti accadere che, non esistendo la trattazione di tal genero di studi negli ordinari corsi di Teologia Domination o Morale, il giovane clero, mentre si nutre di svariate sacre discipline, rimanga poi digiuno dei veri principii della vita spirituale, il cui sano e arduo discernimento gli è indispensabile por la propria perfezione e per il successo di quel sacro ministero a cui è chiamato da Dio.

AAS 12, 29 s.

' AAS 9, 328-341. [Cfr. nn. 1497-15911.

' Cfr. Epist. Encycl. *Depuis le jour,* 8 sept. 1899 [n. 1123).

' i. o. AAS 9, 439; II, 19.

' *Circolare* del 16 luglio 1912 [cfr. n. 1313].

di cui la Chiesa stessa riesce incomprensibile; e si faccia sì che la narrazione dei fatti non sia disgiunta da quelle alte e filosofiche considerazioni, di cui furono maestri S. Agostino, Dante, Bossuet, che fanno vedere la giustizia e la provvidenza di Dio in mezzo agli uomini e la continua assistenza dal Signore data alla Chiesa ».l

1552 (1114) *g)* Di somma importanza è anche lo studio della *Sacra Liturgia* per la conveniente preparazione degli alunni all'esercizio delle funzioni sacerdotali. Essa ha due parti: la *pratica* e la *dottrinale.* La prima abbraccia i riti e le cerimonie, considerate tanto in generale quanto in particolare, cioè in ordine ad una determinata solennità; la seconda indaga l'origine, 10 svolgimento, la ragione, il significato, sia di ciascuna solennità, che del complesso di tutte, onde ha origine il magnifico *Anno Liturgico,* espressione viva di fede e di speranza, alimento ed esercizio di carità e di pietà genuina, schietta, soprannaturale. - .Mentre la prima parte può e deve essere insegnata nel corso ginnasiale e filosòfico, la seconda deve essere svolta nel corso teologico. E questo studio non solo renderà la pietà degli alunni più illuminata e più fervorosa, ma sarà anche molto utile per una più esatta e chiara intelligenza dei donimi, poiché, secondo l'adagio, *le.r orandi lex credendi;*2 e i fedeli, che non hanno agio di studiare, profitteranno nella vita cristiana, quando la voce <lel pastore farà loro gustare le bellezze del ciclo liturgico della Chiesa Cattolica.

1553 (1115) X. - Gli Esami e le Ammissioni ai corsi. — A rendere efficace l'insegnamento e garantito il profitto negli studi, sono utili e necessari gli esami fatti nel proprio Seminario e con molta serietà e giusto rigore. In massima, nessun alunno può essere promosso ad una classe o a un corso superiore, senza previo esame ed approvazione nel proprio Istituto. Il giovane, che chiede di essere ammesso alla prima classe del ginnasio, deve presentare un attestato di avere seguito regolarmente il corso precedente, o deve provare la sua idoneità mediante un esame. Nessuno può venire ammesso alla prima classe del corso filosofico, o liceale, che non abbia percorso regolarmente tutte le classi ginnasiali e soddisfatto alle prove degli esami; come pure nessuno può essere ammesso a seguire ll corso teologico, se non abbia fatto tutte e tre le classi del corso filosofico e riportata l'approvazione negli esami.

1554 fino) I Rmi Ordinari, in casi particolari e per giuste ragioni, possono permettere ai loro Seminaristi di presentarsi agli esami negli Istituti pubblici per il conseguimento della licenza *ginnasiale* e *liceale.* In ogni ipotesi, tuttavia, sono vietati gli esami *intermedi,* o di *passaggio,* che si volessero fare nei suddetti Istituti.

l Cfr. Leone XIII, Breve *Saepenumero,* 18 nirosto 1883: Encicl. *Depuis le jour,* 8 sett. 1899 (nn. 945. 1122].

• Cfr. S. Coei.estinis I, Epist. 21 *(ad Episcopos GatHarum)* II. 12: ML 50, 535. — AAS 21. 33.

Questo norme, esaminate dagli Emi Cardinali, Membri di questa S. Congregazione, ed approvate dal Santo Padre Benedetto XV', si trasmettono ai Rmi Ordinari d'Italia, nella fiducia che, qualora vengano convenientemente attuate, i Seminari possano raggiungere il loro altissimo scopo, dando alla Chiesa Sacerdoti, i quali, per eccellenza di virtù e per sodezza di dottrina, siano di fatto quali debbono essere, cioè *sai terrae* e *lux mundi. (Alt.* 5, 13).

S. Conor, dei Seminari e dki.ee Università degli Studi, *Ordinamento dei Seminari* (Romae 1920) 2-30.

De alumnis sacri ordinis ad vitae sanctimoniam et doctrinae praestantiam Instituendis

(Litt. S. C. de Semin, et Stud. Univ. *Vixdum haec Sacra Congregatio,* ud Germaniae Episcopos, 9 oct. 1921).

I. *De Episcoporum iure ct officio Clericos instituendi*

1555 (1117) Et in primis quidem ac generatiti) illud Episcoporum insideat animis oportet, ipsorum exelusivum et proprium ius esse et officium instituendi, qui ecclesiasticis ministeriis sese cupiunt devovere *((’od. Lar. Can.* can. 1352); ac propterea Ipsorum est omnia et singula, quae ad rectam Seminarii Dioecesani administrationem, regimen, profectum necessaria et opportuna videantur, decernere (can. 1357). Quod Episcoporum ius et officium, Summus Pontifex Leo XIII urgere et declarare numquam praetermisit, idque fecit praesertim in suis *ad Episcopos Bavariae et Borussiac* Litteris encyclicis. Ait enim: Alicubi quidem quaedam latae sunt valent que leges, quae, sin minus impediunt, interturbant quominus uterque clerus sua sponte confletur, suaque disciplina instituatur. Nos hac in re, quae tanti interest quanti interesse maxime potest, sicut alias, ita nunc oportere existimamus sententiam Nostram aperte eloqui, et omni qua possumus ratione, ius Ecclesiae sanctum in violat unique retinere. Ecclesiae nimirum, quippe quae societas sit genere suo perfecta, ius nativum est cogendi instruendique copias suas, nocentes nemini, plurimis auxiliantes, in pacifico regno quod saluti humani generis lesus Christus in terris fundavit [1]. Addit autem: « Cum sacerdotalis orilo, tam sublimis ministerii heres, aliis post alios succedentibus, numquam sui dispar, saeculorum cursu renovetur, cumque opus sit ut qui in hunc ordinem vocati sunt, sinceritate doctrinae et innocentia vitae, quantum fieri potest, eorum vestigiis insistant, quos Christus primos tidei satores elegit, nemini dubium esso potest, *non aliis quam Episcopis ius munusque* esse *docendi* et *instituendi* iuvenes. quos Deus, singulari beneficio, ex hominibus assumit, ut sint ministri sui ac dispensatores mysteriorum suorum. Ac sane, si ab iis quibus dictum est: *docete omnes gentes,* religionis doctrinam homines debent excipere, quanto validiori iure ad Episcopos cura pertinet, *ea quain potioreni tinxerint ratione, earunique docentium ope quos*

[1] Epist. Encycl. *Officio sanctissimo* nd Episcopos Bavariae, 22 dec. 1887 [cfr. n. 979).

maxime probaverint, sanae doctrinae pabula tradendi iis qui, pro suo ministerio, sal terrae futuri sunt, et pro Christo apud homines legatione functuri? Nec solum hoc gravissimo munere obstringuntur Episcopi, sed eo insuper ut vigilantiam suam bono alumnorum sacri ordinis impertiant, eosque *mature* imbuant *solidae pietatis* sensibus, qua dempta, nec ii sacerdotii honore digni sunt, nec muneribus eius rite implendis pares esso possunt »?

II. - *De Clericis ad vitae sanctimoniam instituendis*

1556 (1118) Ad vitae sanctimoniam quod attinet, quam a sacris ministris Deus exigit, hoc tenendum est eam non in bonis tantum et honestis moribus consistere, sed ex cunctis his constare virtutibus, quibus Sacerdos divinam in se referat imaginem lesu Christi, summi et aeterni Sacerdotis, ita ut vitam ipsam Christi Domini vivat ac sit *alter Christus,* non modo potestatis participatione, sed etiam imitatione factorum. Haec habet idem S. P. Leo XIII: « Vitae sanctitas, qua dempta, inflat scientia, non edificai, complectitur non solum probos honestosque mores, sed eum quoque *virtutum, sacerdotalium chorum,* unde illa existit, quae efficit sacerdotes bonos, *similitudo lesu Christi,* summi et aeterni sacerdotis»?

1557 (¡119) Primum omnium igitur illud est curandum ut *Christus formetur in* iis, qui *formando* in *ceteris Christo* oilicio muneris destinantur. Itaque « instantibus vobis, *moderatores disciplinae et pietatis* (homines qui esse dehent integritate et prudentia spectatissimi) sic rationem temperent vitae communis, sic alumnorum animos conforment exerceantque, ut virtutum congruentium quotidiani in ipsis progressus eluceant».3

1558 (1120) Kector siquidem Seminarii, cuius curae demandatur disciplinae cu- studia, omni ope eniti debet ut alumni spiritu vere ecclesiastico, qui ipsius Christi spiritus est, mature et plene imbuantur (can. 1309), et, licet is alumnis a sacris confessionibus esse nequeat, nisi in peculiari casu a lege statuto (can. 891), nec interiorem conscientiae ipsorum rationem moderari, eius tamen est, conlatis cum *Directore spiritus* consiliis, externa pietatis exercitia statuere et ea omnia praestare, quae pietati fovendae virtutibusque provehendis conducunt.

1559 (1121) Sed potiores hac in re partes sunt eiusdem *Directoris spiritus,* cui proinde *Moderatoris* seu *Magistri pietatis* nomen factum est. Sit igitur Director spiritus vere *homo Dei* (1 *T.* 0, 11), virtutibus floreat quae Sacerdotem decent, praesertim caritate et prudentia, dogmaticae et asceticae theologiae sit peritissimus, ut sive exemplis sive doctrinis alumnos ad perfectionem hortari possit ac deducere valeat. Cum ipsi spiritualia

l Epist. Encycl. *Iampridem* ad Episcopos Borussiae, 6 ian. 1886 [cfr. n. 9721.
* Epist. Encycl. *Quod mullum* ad Episcopos Hungariac, 22 auij. 1886 [cfr. n. 977].
• Leonis XIII Epist. Encycl. *Caritatis providr.ntiaequc,* ad Episcopos Polonos, 19 mart. 1894 [cfr. n. 10591.

et divina sint commissa, nulla umquarn ratione externo disciplinae ordini seso immisceat, nullaque aliarum rerum cura distineatur, sed ad munus suum toto pectore incumbat. Alumni uniuscuiusque vitam et mores sic habeat exploratos, ut de ipsorum divina vocatione satis certum ferre possit indicium; quosque intellexerit invocatos esse, eis persuadebit de statu clericali recedere, quos vero vocatos, eos ad omnem virtutum progressionem fortiter suaviterque stimulabit. Praecepta autem, quae a doctoribus rerum moralium de alumnis ad sacros ordines provehendis traduntur, religiose servet, erga eos praesertim, qui pravam aliquam consuetudinem, congruum post experimentum, haud exuerint. — De Sacerdotii dignitate, muneribus, officiis; de orationis, praesertim mentalis, necessitate et ratione; de conscientiae discussione; de his denique, quae ad piam Clericorum institutionem prosunt, quum singulos tum omnes saepius adloquatur, atque, in hisce ceterisque rebus meminerit (pianta ipsum maneat gloria, qui idoneos regno lesu Christi in terris instaurando ministros comparaverit.

15fi0 (1122) Directori spiritus, in confessionibus excipiendis, duo saltem confessarii ordinarii sunt adiungendi, praeter extraordinarios, quos alumni libere adeant (can. 1358 et 13(51).

1561 (1123) Peculiari denique cura prosequantur Episcopi sacros alumnos, qui publicas Studiorum Ettiversitates ut adeant, in Convictibus seu Collegiis per triennium vel quadriennium degunt ac postremo dumtaxat educationis disciplinaeque suae anno in Seminarium proprie dictum se recipiunt, ubi ad sacrorum Ordinum susceptionem et ad ecclesiastica munera rite obeunda accuratius excolantur. Nam quia «ad huiusmodi munera est adhibenda *praeparatio diuturna et diligens,* non enim tantis rebus facile et celeriter assuescitur»,[1] oportet omnino ut iuvenes, qui sacro altaris ministerio sese mancipari cupiunt, dum in ipso Collegio seu Convictu manebunt, vitam agant Clerico dignam, ab iis omnibus quae statum suum minus decent prorsus abstineant, virtutes colant sacri ordinis proprias, et sacramentorum frequentia et aliis pietatis operibus ad sacrorum Ordinum susceptionem et ad sacerdotalia officia sese rite disponant. Convenit siquidem ut eo studiosius ad pietatem contendant, quo propius ad sanctum Dei altare accedunt; sed ii tantum id praestare valent, qui per complures annos in clericalis militiae officiis impigre sese exercuerunt. Forma enim, quae non gradatim, sed violento velati conatu inducta est, vel non adhaerescit, vel brevi suapte natura dilabitur.

III. *J)e Clericis ad doctrinae praestantiam instituendis*

1'62 (•124) Non modo vitae sanctimonia, sed etiam doctrinae praestantia in adolescentc clero potissimo curanda est. « Revera, *Fidei catholicae defensio,* in qua laborare maximo sacerdotum debet industria, et quae est tan-

[1] Leonis XIII Epist. Encycl. *Etsi nos* nd Episcopos It.iliao, 15 febr. 1882 [cfr. n. 9381.

topere his temporibus necessaria, *doctrinam* desiderat, non vulgarem neque mediocrem, sed *exquisitam* et *variam;* quae non modo sacras, sed etiam philosophicas disciplinas complectatur, et physicorum sit atque historicorum tractatione locuples. Eripiendus est enim error hominum multiplex, singula Christianae sapientiae fundamenta convellentium; luctandumque persaepe cum adversariis apparatissimis, in disputando pertinacibus, qui subsidia sibi ex omni scientiarum genere astute conquirunt ⅛. Iam vero quae in *Codice luris Canonici* de Clericorum studiis sunt, ita sapienter statuta competimus, ut ea, si rite serventur, talem videantur posse Clericis parare doctrinae laudem, qualem dignitas sacerdotii christiani et ipse temporum morumque cursus requirit.2

1563 (1125) A) ' In *inferioribus scholis,* praecipuum locum obtineat Religionis disciplina, quae, modo singulorum ingenio et aetati accommodato, diligentissime explicetur. Linguas latinam et patriam alumni accurate addiscant; ea in ceteris disciplinis institutio tradatur, quae conveniat communi omnium culturae et statui clericorum in regione, ubi alumni sacrum ministerium exercere debent » (can. 13G4). — Sed curent praesertim diligenterque provideant Episcopi ut studium latini sermonis, qui Religionis Catholicae Occidente toto comes est et administer, in spem veteris gloriae revirescat. Delendum est enim, plerumque Clericos et Sacerdotes, huiusmodi sermonis haud satis gnaros, posthabito antiquae sapientiae patrimonio ac neglectis eximiis nostrorum operibus, quibus solide ac dilucide proponuntur Fidei dogmata, atque ab adversariorum impugnationibus strenue et invicte defenduntur, doctrinam sibi comparare ex libris et ephemeridibus, vernacula lingua conscriptis, unde saepissime abest orationis perspicuitas, accuratus disserendi modus, fida dogmatum interpretatio. Quae igitur Paulus Timotheo praescripsit: *Formam habe sanorum verborum ... Depositum custodi, devitans profanas vocum novitates et oppositiones falsi nominis scientiae, quam quidam promittentes, circa /idem exciderunt,*3 haec vigere semper et servari necease est, sed his praesertim temporibus, quum hostes catholicae veritatis invalescunt variasque erroris versutias sub scientiae specie venditando, multos in exitium pertrahunt. Quorum conatus et fallacias dignoscere penitus ct repellere nemo potest, nisi dogmatum Fidei sensum retineat et formulam. qua sunt expressa, adeoque nisi sermonem ipsum, quo Ecclesia filios suos alloquitur, apprime calleat.

1564 (1126) *B)* Humanitatis et litterarum studio expoliti, Ecclesiae alumni praestantissima sacrae Theologiae studia ne attingant, prius quam diligentem adhibuerint praeparationem in studio Philosophiae. *Philosophiam,* hoc dignam nomine, eam intelligimus, quae, ab Ecclesiae Patribus et Doctoribns scholasticis naviter exculta, opera et ingenio Sancti Thomae

1 Encycl. laud. *Etsi nos* (cfr. n. 936].
' [Cfr. nn. 1451-1490; 1518].
• 2 *T.* 1. 13; 1 *T.* f>. 20 p.

Aquinatis a<l tam excelsum perfectionis et dignitatis gradum evecta est, ut iam sublimius assurgere non posse videatur. Hinc mirum non est, si Romani Pontifices sapientiam Doctoris Angelici summL semper laudibus extulerint, eamque studiosae inventati colendam proposuerint atque praescripserint. Liceat hic unum vel alterum afferre testimonium. Leo XIII, f. r., qui mirabili illa encyclica epistola *Aeterni Patris,* 4 aug. 1879. Philosophiam Christianam instaurandam curaverat,[1] ita ad Peruvianos Episcopos rescripsit: « In moderanda pro Seminariis vestris ratione studiorum, vobis, Venerabiles Fratres, ob oculos esse volumus quae Nosmet encyclicis litteris ea de re praescripsimus: ut nempe, in philosophicis doctrinis tradendis, *maximus Angelico Doctori Thomae Aquinati habeatur honos,* et quae ex huius voluminibus iugi et praedivite vena dimanat sapientia, a Romanis Pontificibus perpetuis hone-tata laudibus, studiosae iuventuti large effuseque impertiatur-? Pius vero X, in litteris encycl. *Pascendi,* 8 sept. 1907, haec decernit: [1] Volumus probeque mandamus ut *philosophia scholastica* studiorum sacrorum *fundamentum* ponatur ... Quod rei caput est, philosophiam scholasticam, eam praecipue intelligimus quae a *Sancto Thoma Aquinate* est tradita, de qua quidquid a Decessore Nostro sancitum est. id *omne vigere volumus,* et qua sit opus instauramus et confirmamus, *stricteque* ab universis servari iubemus. Episcoporum erit, sicubi in Seminariis neglecta haec fuerint, ea ut in posterum custodiantur urgere atque exigere... Magistros autem monemus ut rito hoc teneant: *Aquinatem deserere, praesertim in re metaphysica, non sine magno detrimento esse* »? Decessorum suorum vestigiis inhaerens, Summus Pontifex Benedictus XV in Motu Proprio *de Romana Sancti Thomae Academia,* 31 dec. 1914, haec habet: [2] Nos vero, cum aeque ac Decessores Nostri, persuasissimum habeamus de illa tantum philosophia Nobis esse laborandum *quae sit secundum Christum (Colos. 2,* 8), ac propterea *ipsius philosophiae studium ad principia et rationem Aquinatis omnino exigendum esse,* ut plena sit, quantum per humanam rationem licet, explicatio invictaque defensio traditae divinitus veritatis, hanc S. Thomae Academiam, non minus quam Illis, Nobis esse curae volumus appareat »? Quas praescriptiones his paucis complectitur et confirmat Codex Iukis Canonici: *Philosophiae rationalis ac Theologiae studia ct alumnorum in his disciplinis institutionem professores pertractent ad Angelici Docturis rationem, doctrinam >l principia, eaque sancte teneant* (can. 1366, § 2).

1565 (1127) Quo autem uberiores ex Philosophia iuvenes in sortem Domini vocati percipiant fructus atque idonei evadant ad studium Theologiae Dogmaticae ceterarumque sacrarum disciplinarum, oportet ut illud cau. 1365 praescriptum religiose servetur: « In Philosophiam rationalem cum affinibus disciplinis alumni *per integrum saltem biennium incumbant* ».

[1] [Cfr. nn. 900-934).
[2] Bravo *Inter arares,* 1 mal. 1894 [cfr. n. 1061).
[3] (Cfr. n. 1245).
[4] Motu Proprio *Non multo post,* 31 dec. 1914; AAS 7, 6 s.

Statuitur quidem *minimum* temporis spatium; fiori enim nequit quod infra biennium congrua possit de re philosophica ot pro temporibus apta doctrina comparari. Si quis enim universam Philosophiae rationalis materiam cogitatione complectatur, atque eius varietatem, pondus et difficultatem perpendat, simulque perspectos habeat multiformes errores, qui fundamenta ipsa tum naturalis tum supernaturalis ordinis appetunt, quique iam in omnes civitatis classes irrepserunt, is profecto intelliget Clericos, non festinanter aut leviter, sed considerato et attente animum adiungere debere ad studium Philosophiae Scholasticae, quae a Summo Pontifice Leone XIII *Fidei propugnaculum ac velati firmum Religionis munimentum* merito appellata est.l

156G (1128) *Scholastica* autem Philosophia tradatur ratione seu methodo sua, quae ad mentes conformandas mire facta est quaeque ceteris multo tutior est, expeditior atque praestantior. Quare magistri ad hanc scholasticam methodum sese diligenter accommodent, in quaestionibus enodandis, non praepostere nec saltuatim procedant sed ordine et gradatim, ita ut conclusiones subséquentes praecedentibus conclusionibus innitantur; quae asserunt, invicte probent, nisi agatur de illis veritatibus, quae per se apertae sunt et perspicuae; declarent atque explicent vim terminorum seu vocum, distinctionum et axiomatum, quae in Schola vigent; evolvant congruenter alta et immutabilia Metaphysicae principia, eaque adhibeant in gravioribus quaestionibus solvendis, in perniciosioribus erroribus profligandis; veritates rationalis ordinis, eum occasio tulerit, veritatibus ordinis experimentalis illustrent. Decet vero quam maxime magistros, qui obeundo muneri suo pares esse cupiunt, latino sermone uti, id quod praescripsit etiam S. Congregatio Studiorum litteris *Vehementer,* die 1 iulii 1908;2 debitaque honestandi sunt laude, qui huius modi praescripto iam obtemperant. Insuper, quotidie aut certo saepissime, discipuli provocentur ad ea repetenda, quae lecta vel audita sunt, ac disputationes seu concertationes inter eos instituantur, utilissime quidem ad iuvenum ingenia exacuenda honestamque aemulationem fovendam. In disputationibus forma adhibeatur syllogistica, qua quidem ad veritatem tuendam, ad errores detegendos et profligandos, nihil efficacius, nihil validius. Curandum est ut discipuli, dum repetunt, vel disputant, latine loquantur; quod ipsis hami ita erit difficile, qui, in scholis inferioribus, sedulam huius linguae studio dederint operam; usu autem et exercitatione linguae optime ediscuntur.

1567 (1129) Nec praetereundae rerum naturalium doctrinae, quae cum Philosophia rationali maxime cohaerent. Neque enim Cosmologia sine Chemia et Physica, neque Psychologie rationalis sine Physiologia aut experimentan, quae dicitur, Psychologie, apte tradi potest. Huc accedit quod, quum homines veritatis osores ex naturalium scientiarum inventis arma sibi

l Lltt. Encycl. *Aeterni Patris,* 4 aug. 1879 [cfr. n. 909 coli. 929).
• [Cfr. nn. 1200-1262}.

comparent ad singula Christianae sapientiae fundamenta oppugnanda, omnino sacrorum alumni, pro ipsis officii sui muneribus, ad huiusmodi disciplinarum studia se conferant oportet. Qua de re S. P. Leo XIII ait: «Tum physicarum doctrinarum studia ne ncgligantur. Nam, praeterquam quod tanto nunc sunt in pretio, inde potissimum catholicorum dogmatum osores argumenta petunt ad eorum veritatem debilitandam. Quapropter cavendum ne in sacro Ordine desiderentur, qui, ad huiusmodi bellum prudentes, *eisdem ipsorum, armis,* adversarios homines evertant, errores refellant »? Huic autem ut satis fiat officio, sufficiet generalia naturalium principia et conclusionum capita alumnis exponi? Summa vero rei haec est, ut iis tradendis disciplinis lecti viri praeficiantur, in quibus rerum naturalium scientia cum scientia veritatum rationalium sit coniuncta.

1568 (1130) *C)* Posito Philosophiae Scholasticae fundamento, theologicae doctrinae tamquam aedificium diligentissime extruatur. Qua ratione autem Theologia Philosophiae fundamento nitatur, accipimus ex S. Thoma: «In sacra doctrina philosophia possumus tripliciter uti. *Primo* ad demonstrandum ea, quae sunt praeambula Fidei, quae necessaria sunt in Fidei scientia, ut ea. quae naturalibus rationibus de Deo probantur, ut Deum esse, Deum esse unum, et huiusmodi de Deo vel de creaturis in philosophia probata, quae Fides supponit. *Secundo* ad notiheandum per aliquas similitudines ea quae sunt Fidei; sicut Augustinus in libris *de Trinitate* utitur multis similitudinibus, ex doctrinis philosophicis sumptis ad manifestandam Trinitatem. *Tertio* ad resistendum his, quae contra Fidem dicuntur, sive ostendendo esse falsa, sive ostendendo non esse necessaria I nde patet Philosophiam erga Theologiam revelatam dumtaxat famulatus officio fungi. Siquidem Theologia non modo Philosophiae, sed et ceteris disciplinis humanis longe antecellit — tum praestantia *obiecti,* cum principaliter sit de his, quae humanam excedunt rationem, — tum ratione *certitudinis,* quae lumine nititur scientiae divinae, falli et fallere nesciae, — tum ratione *finis,* quae est aeterna hominum beatitude.[4] Hinc iure Summus Pontifex Pius X ad Episcopos orbis catholici: « Theologiae studium. Venerabiles Fratres, quanta potestis ope provehite, ut clerici praeclara illius existimatione magnoque amore imbuantur, illudque semper pro deliciis habeant »?

1569 (1131) «Cursus theologicus *saltem* integro quadriennio contineatur, et praeter Theologiam dogmaticam et moralem complecti praesertim debet studium Sacrae Scripturae, Historiae ecclesiasticae, luris canonici, Liturgiae,

[1] Breve *Inter (jraves,* 1 inai. 1894 [cfr. n. 1061).

[1] Cfr. Leonis XIII Epist. Encycl. *Depuis h jour* ad Episcopos Galliae. S sept. 1899 [n. 1116).

[1] *In Boetium di Trinitate.* q. 2. a. 3: M. De Maria, S. *Thomae Aq. Opuscula Philos, et Theol.* 3 (Tiferni Tiberini 1886) 303.

[4] *Summa Thcol.* I, q. 1, a. 5.

[*] Litt. Encycl. *Pascendi,* 8 sept. 1907 [cfr. n. 1246).

Sacrae eloquentiae et cantus ecclesiastici. Habeantur etiam lectiones de Theologia pastorali, additis practicis exercitationibus, praesertim de ratione tradendi pueris aliisve Catechismum, audiendi confessiones, visitandi infirmos, assistendi moribundis » (can. 1365, § 2 et 3). Theologia dogmatica et moralis. Sacra Scriptura, lus canonicum et Historia ecclesiastica principem sibi locum vindicant in cursu theologico; ac proinde in has disciplinas incumbendum est impensius. — Sacrarum doctrinarum studiis Clerici in Seminario vix *initiantur;* quum ipsis operam, quamdiu vixerint, dare debeant.[1] Hinc magistrorum est, non cuncta doctrinae capita sic explicare discipulis, ut nihil iam supersit quod addiscant in posterum: sed statutum singulis disciplinis programma, praestituto tempore, absolvere; quod ipsis facile cedet, si, in quaestionibus enodandis, non plus ¡minorentur quam ipsarum momentum et aliarum iura sinant.

1570 (1132) *a) Theologiae dogmaticae* studium pertractandum est et ipsum ad Angelici Docturis rationem, doctrinam et principia (can. 136.6, §2).

Quaenam sit Theologiae Scholasticae indoles et excellentia, satis colligitur ex his Sumini Pontificis Sixti V verbis: ‹ Huius quidem tam salutaris scientiae cognitio et exercitatio, quae ab uberrimis *divinarum Litterarii in, Summorum- Pontificum. sanctorum Patrum,* ct *Conciliorum* fontibus dimanat, semper certe maximum Ecclesiae adiumentum afferre potuit, sive ad *Scripturas ipsas vere* et *sane intelligcndas* et *interpretandas,* sive ad *Patres securius* et *utilius perlegendos,* et *explicandos,* sive ad varios errores et Intereses detegendos et refellendos; his vero novissimis diebus, quibus iam advenerunt tempora illa periculosa ab Apostolo descripta, et homines blasphemi, superbi et seductores proliciunt in peius, errantes et alios in errorem mittentes, sane catholicae Filici dogmatibus confirmandis et haeresibus conflit audis pernecessaria est ▮›?[2] Praeclarae autem dotes, quae Theologiam scholasticam hostibus veritatis faciunt tantopere formidolosam, ab eodem Pontifice sic enumerantur: ‹ Apta illa et inter se nexa rerum et causarum cohaerentia, ille ordo et dispositio tamquam militum in pugnando instructio, illae dilucidae definitiones et distinctiones, illa argumentorum firmitas et acutissimae disputationes, quibus lux a tenebris, verum a falso distinguitur, haereticorum mendacia, multis praestigiis ot fallaciis involuta, tanquam veste detracta, patefiunt et denudantur ».[3] Quae verba satis evincunt cur adversarii catholici nominis Theologiam scholasticam summopere horreant.

1571 (1133) Nec tamen desunt catholicae veritatis magistri et scriptores, qui ita methodum, quam vocant *positivam,* extollunt et sequuntur, ut *scholasticam* methodum, tamquam temporum nostrorum necessitatibus et scientiarum progressui haud congruentem, despectui habeant,et Ecclesiae hostibus, sal-

[1] Leo XIII, Epist. Encycl. *Depuis le jour* [cfr. n. 11181; CIC can. 129.
[2] Hulla *Triumphantis ¡misaient.* 14 mart. 1588 (cfr. n. 9181.
[3] Bulla laud. *Triumphantis ¡misaient* (cfr. n. 919|.

tcm factis, morem gerant, fure igitur S. P. Pius IX hanc damnavit propositionem: « Methodus et principia, quibus antiqui doctores scholastici Theologiam excoluerunt, temporum nostrorum necessitatibus scientiarumque progressui minime congruunt »? Et Pius X: « Certum est. studium novarum rerum cum odio scholasticae methodi coniungi semper, nullumque est indicium manifestius quod quis *modernismi* doctrinis favere incipiat, quam cum incipit scholasticam horrere methodum Utraque igit ur methodus - *positiva* et *scholastica* — est adhibenda, cum utraque ad demonstrationem catholicae veritatis sit necessaria; sed utriusque usus ita debet temperari, ut altera non modo non excludat alteram, sed adiuvet etiam et perficiat. Hinc idem S. P. Pius X: « Addimus heic, eos etiam Nobis *laude dignos* videri qui, incolumi reverentia erga Traditionem et Patres et ecclesiasticum magisterium, sapienti indicio, catholicisque usi normis (quôd non aeque omnibus accidit), Theologiam *positivam,* mutuato a veri nominis historia lumine, collustrare studeant. Maior profecto quam antehac positivae Theologiae ratio est habenda; id tamen, sic liat ut *nihil scholastica detrimentum capiat* »?

1572 (1134) In Universitatibus, magnis Lyceis, Collegiis. Seminariis, Institutis quae habent vel habitura sunt ex Apostolico Induito potestatem gradus académicos et Lauream in S. Theologia conferendi, *Summa Theologica* S. Thomae habenda est uti *textus praelectionum in parte scholastica* quaestionum; ita scilicet ut, una cum aliquo textu, qui ordinem logicum quaestionum indicet et *partem positiram* contineat, *habeatur prae manibus* et explicetur *Summa Theologica* quoad *partem scholasticam.* In aliis vero Seminariis seu Institutis, textus praelectionum confectus sit ad mentem ipsius Angelici Doctoris? — Quae de ratione docendi, de repetitionibus et concertationibus, de usu latini sermonis, supra ediximus, cum de disciplina philosophica ageremus, heic iteranda et urgenda ducimus, ubi res est de disciplina theologica, per quam, ut ait Augustinus, *fides saluberrima, (piae ad veram beatitudinem ducit, gignitur* (indirecte), *nutritur, defenditur, roboratur.6* Id unum addimus quod ad latini sermonis usum in scholis theologicis attinet, arctissimum inter unitatem Fidei et unitatem sermonis intercedere vinculum.

'iJ,3 (1135) *b) Theologiae Moralis* studium sit tum *doctrinale,* seu per *regulas,* — tum *practicum,* seu per *casus,* quibus principia illa in usum deducuntur. — *liegulac* organico quodam nexu et necessitudine sint inter se colligatae, ut ad summa principia facile possint revocari. Cnaus vero ad regulas ot principia exigendi sunt, atque cx eorum solutione discant cle-

l *Syllabus,* prop. 13 (cfr. n. 867).

' Litt. Encycl. *Pascendi* (8 sept. 1907) $ 42: *Pii X Acta* 4, 98; CIC *Fontes* 3. 716.

• Encycl. laud. *Pascendi,* § 44 [cfr. n. 1246).

* Pius N, Motu Proprio *Doctoris -Invelici, 29* iun. 1911: AAS 6, 310; CIC *Fontes* 3, 833. — S. C. de Semin. et Stud. Univ. Deonetum d. d. 7 mart. 1916 [cfr. n. 1367 !.

* Motu Proprio *Doctoris Angelici* (cfr. n. 1331]; CIC can. 1366, § 2.

• *De Trinit.* 14, 1, 3: ML. 42, 1037.

rici quemadmodum in administrando Poenitentiae Sacramento se gerere debeant. Inter implexas Theologorum, sive laxiores sive rigidiores, sententias, media magistri utantur via, S. Thomae Aquinatis et S. Alpbonsi M. de Ligorio vestigia sectantes. Idem ne tempus frustra terant obsoletas opiniones revocando, verum quae solidae sunt et temporibus nostris magis conveniunt, dilucide proponant et validis fulciant argumentis. Cum autem res exiget aut patietur, principia *Sociologia#* tradere ne omittant, ad praescriptum S. P. Leonis XIII, qui ait: « Clerici sub suae institutionis exitum, do iis doceantur, quae ad christianam sociologiam pertinent o.l — Studium Theologiae *Moralis* absolvi et perfici debet studio Theologiae *Ascetico-Mysticae,* ut Pastores sacri et se et animas sibi concreditas moderari, et ad omnem virtutis et sanctitatis laudem excolere valeant?

1574 (1136) c) ' *Sacrae Scripturae* studium ad eas leges dirigendum est, quas postremis temporibus statuerunt Summi Pontilices: Leo XIII,‘ Pius X,4 Benedictus XV? — Ad magisterii igitur munus ii tantum deligantur, qui praeter peculiarem Sacrae Scripturae scientiam, solida etiam tum philosophica tum theologica doctrina emineant. — «Sacrae Scripturae magistris necease est, atque theologos addecet, eas linguas cognitas habere, quibus libri canonici sunt primitus ab hagiographis exarati, easdemque optimum factu erit si colant alumni Ecclesiae, qui praesertim ad académicos theologiae gradus aspirant. Atque etiam curandum est ut, omnibus in Acadcmiis, de ceteris item antiquis linguis, maxime semiticis, sint magisteria #?

1575 (1137) Praeceptoris erit peculiares et proprios habere tractat us seu *Introductiones* in singulos libros eorumque historicam auctoritatem, si res postulaverit, asserere et analysim tradere; qui tamen, aliquanto plus quam in ceteris, in *Libris* immorabitur ac Librorum *partibus* quae graviores sunt.

Praecipue genuina tradatur ac, vindicetur notio de *inspiratione* et *inerrantia* Sacrae Scripturae, secundum antiquam et constantem Ecclesiae traditionem, orroresque oppositi invicte refellantur.

At in huius doctrinae fructuosiorem partem, quae de *interpretatione* est, perstudiose incumbat praeceptoris opera; unde percipiant auditores quo modo divini verbi divitias deinceps in profectum religionis et pietatis convertant.

l Epist. Encycl. Fin *dal principio,* 8 dec. 1902 [cfr. n. 1152],

• [Cfr. n. 1648].

‘ [Cfr. nn. 1021 s.].

• Litt. Encycl. *Procidenfissimus Deus,* 18 nov. 1893 [cfr. nn. 1024-1056]. Litt. Ap. *Figilantiae,* 30 oct. 1902: *Leonia XIII Acta* 22, 232-238.

• Litt. Ap. *Scripturae Sanctae,* 23 febr. 1904: *Pii X Acta* 1, 176-179. — Litt. Ap. *Quoniam in re biblica,* 27 mart. 1906 (cfr. nn. 1209-1227). — Motu Proprio *Praestantia,* 18 nov. 1907 — Litt. Ap. *Finea electa,* 7 mal. 1909; AAS 1, 447-449.

‘ Litt. Encycl. *Spiritus Paráclitos,* 15 sept. 1920: AAS 12, 385-422.

’ Litt. Encycl. *Proeidenlissimus Deus,* 18 nov. 1893 [cfr. n. 1040).

(’uni autem interpretatio ad omnes Sacrae Scripturae Libros nequeat extendi, ad I *etus Testamentum* quod attinet, *legem Moysi* ‡um malim exponet; potiora *vaticinia,* quae de Messia sunt, explicet; quosdam *Psalmos* interpretetur, simulque alumnis rationem tradat, qua ipsi suapte industria reliquos valeant enarrare; — et, quod ad *Novum Testamentum,* dilucide exponat totius Evangelicae historiae complexionem, indicet eas, quas singula Evangelia habent, *notas proprias,* ac doctrinam, quae in *Epistolis ceterisque Libris* continetur, exponat. Singularem autem curam adhibeat in illustrandis utriusque Testamenti locis, qui ad *fidem moresque chrislianos* pertinent. — Solemne vero sanctumque habebit nunquam a *communi doctrina* ac *traditione Ecclesiae* vel minimum discedere. Decisiones, Pontificiae Commissionis Biblicael plurimi faciat,l easque explanet diligentissime. Etique *cera* scientiae huius *incrementa,* quaecumque recentiorum sollertia peperit, in rem suam convertet, sed *temeraria novatorum commenta* negligé!, omnemque interpretationem ut ineptam et falsam reiiciet quae, vel inspiratos auctores inter se quodammodo pugnantes faciat, vel doctrinae Ecclesiae adversetur. — Cavendum est ne catholicus interpres, heterodoxorurn et rationalistarum more, Libros divinitus inspiratos, quorum nempe auctor Deus est. tamquam profanos habeat ac tractet, aut in quaestionibus philologiae, archeologiae, criticae historicae enodandis omne insumat tempus, eos imitatus qui Sacrae Scripturae, *non medullam attingunt, sed corticem rodunt.*l Omnes denique alumni et administri Ecclesiae monendi sunt, ut ad sacras Litteras adeant semper sensu quodam *reverentiae* et *pietatis* affecti; nequaquam enim ipsarum intelligentia salutariter, ut opus est, patere potest, nisi remota scientiae terrenae arrogantia, studioque sancte excitato eius, quae *desursum est,* sapientiae.3

1576 (1138) *d) luris Canonici* scientia scientiam Sacrae Theologiae complet quodammodo ac perficit, siquidem in disciplina luris principia theologica adhibentur iis rebus omnibus, quae spectant ad Ecclesiae regimen, ad ministrorum iura et officia, ad usum bonorum temporalium, quibus ipsa eget ad finis sui assecutionem. — lus autem Canonicum tradatur ad modum *institutionum,* in quibus summalim atque ordine exponendae sunt praescriptiones, quas *Codex* habet, additis opportune notionibus et principiis, in hac doctrina communiter receptis. Qua quidem in re sic erudiantur alumni, ut sub exitum cursus theologici, congruam singularum *Codicis* partium cognitionem iam acceperint atque ea omnia probe perspecta habeant, quae muneribus sacerdotalibus rite obeundis necessaria sunt. Ubi autem res postulaverit, non omittet magister legem canonicam eum civili lege conferre. — Huic studio praemitti debet brevis sed plenus de *Iure Publico Ecclesiastico* tractatus, in quo Ecclesiae na-

1 Cfr. *Enchiridion Bibiicum,* auctoritate Pont. Commissionis i›e rk Biblica Romae anno 1927 oditum.

* Cfr. S. GREGORIUS M. *Moral.* 20, 9, 20: ML 76, 149.

» Cfr. *la.* 1, 5. 17.

tura societatis perfectae defendatur, eiusque iura et ad societatem civilem relationes illustrentur. — Quod si adsit in Seminario *Facultas iuridica,* privilegio aucta gradus académicos conferendi, ea omnia servanda sunt, quae haec S. Congregatio in decretis *Cum novum,* ~ augusti 1917, et *Legum canonicarum,* 31 octobris 1918, praescripsit.l

1577 (1139) *e) Historia* quoque *Ecclesiastica* accuratissime tradatur. Cum enim Ecclesiae osores saepe ab historia petere sua tela soleant, aequis armis, oportet, cum eis congrediatur Ecclesia, et, qua ex parte oppugnatur acrius, in ea sese ad refutandos impetus maiore opere muniat? Diligenter admoneat discipulos magister Ecclesiam, quae inter homines vitam et opus Verbi incarnati continuat, duplici etiam constare elemento, *divino* et *humano.* Divinum est ipse *Spiritus Christi,*3 quo *totum corpus Ecclesiae sanctificatur et ⁂egitur,* humanum autem ex ipsis conflatur hominibus, qui Christo Capiti coagmentantur. Curandum est igitur ut ea quae de elemento *divino* manant, ut doctrinae sanctitas, ut virtutum excellentia, ut charismatum dona, ut miraculorum gloria, luco sua supernaturali appareant circumfusa. Demonstretur praesertim sanctitatem et stabilitatem Ecclesiae Catholicae perpetuam Illius arguere praesentiam, qui dixit: *Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem saeculi* ⁂ Cum agitur de his, quae ad elementum spectant *humanum,* ea tenenda sunt, quae edixit S. 1'. Leo XI11: neque enim fas est inficiar! aut dissimulare quas indignitates et molestias Ecclesia suis a filiis, et iis aliquando sacrorum administris, illatas, pertulit, *cum Deus non indigeat nostro mendacio;* sed simul ostendendum est humanis infirmitatibus Ecclesiae originem et naturam non modo non infuscari, sed etiam illuminari, tunc enim luculentius patet virtus Dei, cum virtus hominis deficit.7 Vitanda denique est *h¡ipercritica* quae dicitur. Quare quae pie creduntur a maioribus tradita ne contemptui habeantur, nove tam facile carpantur acta Sanctorum. Etenim danda est doctrinae studiis opera *in aedificationem, non in destructionem.*9

1578 (1140) Haec sunt quae amplissimis Germaniae Episcopis sacra haec Congregatio maxime in memoriam revocanda censuit, ideo ut Seminaria, ad leges composita et ordinata, quas Apostolica Sedes statuit, uberiores in posterum edant fructus sanctitatis et doctrinae. Neque enim talia frustra recoluntur. ❙ Sunt quaedam, ait Summus Pontifex Leo XIII, ad rei catholicae profectum ita necessaria, ut ea semel attigisse non satis sit:

‘ AAS 9. 130; II, 10. [Cfr. n. 1550J.

l Leo XIII, Breve *Sacpcnumcro,* 18 aug. 1883 [cfr. n. 945].

• 1 P. 1. Il; cfr. R 8. 9; *Ph.* i, 19.

4 Missale Rom. *Feria VI in Parasceve,* Orat. III, quae eadem est ac III in *Orationibtis diversis.*

• *Ml.* 28. 20.

• *lob* 13, 7.

7 Epist. Encycl. *Depuis le jour.* 8 sept. 1899 (cfr. n. 11221.

• Cfr. 2 C. 10, 8; 13, 10.

commemorari saepius et commendari velint. Huc potissimum pertinet cura in Seminariis colocanda, quorum cum statu *fortuna Ecclesiae* coniungitur maxime ▮»?

Placet autem rei finem facere his verbis, quibus idem Pontifex Episcopos Peruviae in simili causa hortabatur: « Haec si praestabitis, et. Clerus florebit honore, suo, et Ecclesiae laus manebit, quae semper optimorum studiorum fautrix et altrix est habita vereque habenda est. Vobis praeterea idonei homines praesto erunt, qui, vocati in partem ministerii vestri, magno vobis erudiendis populis pietatique fovendae usui futuri sint et adjumento »?

Ex Archivo S. C. de Semin. et Stud. Unir.

De clericorum Seminariis ad montem Tridentinae Sjnodi et Codicis I. sive instituendis sive restituendis

(Ex Epist. *Saepe Nobis* ad Episcopos Czecoslovachiae, 30 nov. 1921).

1579 (1141) Probe nostis, venerabiles fratres, quam necessarium sit sacerdoti, qui debet in Christi doctrina erudire ceteros, eam habere penitus perceptam planeque cognitam: quae cognitio efficit nimirum ut ipse vere *lux mundi (Mt.* 5, 14) exsistat et, quod ei ab Ecclesia demandatum est iu populo christiano magisterium veritatis, illud rite sancteque exercear. Qui quidem non tantum *magister,* sed *medicus* etiam est animarum. « Si ergo in eius opere passiones vivunt, qua praesumptione percussum mederi properat, qui in facie vulnus portat ? >? Idem denique in grege fidelium gubernando praestare se debet *pastorem bonum:* qui — ut verbis utamur Decessoris Nostri sa.me. Pii X idcirco dicitur *alter Christus* non una sane potestatis communicatione, sed etiam imitatione factorum qua expressam in se Christi imaginem referat »? Quapropter in huius Apostolicae Sedis litteris documentisque de clero illud crebro occurrit, non posse sacerdotem, ut *legatum,* ut *ministrum Christi,* ut *dispensatorem mysteriorum Dei,* se suo sanctissimo muneri praestare parem, nisi et idonee sit sacrarum divinarumque rerum scientia instructus, et ea copia pietatis abundet, qua demum is *homo Dei* efficitur? Etenim necesse est sic eum in veritatis virtutisque possessione constare, ut ab omni vel errore vacet vel vitio: « quod si utramvis in partem sive ob vitae improbitatem sive ob imperitiam propenderit, haud leve periculum tum ipsi, tum iis quibus praeest, imminet »?

l Epist. Encycl. *Paternae providaegue* ad Episcopos Brusitine, 18 sept. 1899 [cfr. n. 1125].

• Breve *Inter graves,* l mal. 1891 [cfr. n. 1061].

• S. Gregorios M. *llégala Past.* 1, 9: ML 77, 22.

• Lltt. Encycl. *E supremi,* l oct. 1903 (cfr. n. 1060].

‘ Leo Nili. Epist. Encycl. *Pin dal principio,* 8 dee. 1902 [cfr. nn. 1039 s.].

‘ S. Greg. Naz. *Oratio apolog. ¡le fuga sua,* 34: MG 35, 4tl.

1580 (1142) Ex his apparet quanti aestimanda sint clericorum Seminaria, quae quum nata sint factaque sacrae iuventuti et proprio studiorum curriculo et apta virtutum exercitatione ad sacerdotium conformandae, consequens est ut eisdem Seminariis praesertim debeat referri acceptum, si quis clerus doctrinae laude vitaeque sanctimonia florere videatur. Huiusmodi autem instituta, ut recte clerus saecularis in eis sacrum suum tamquam tyrocinium recte ponat, nemini non liquet, talia esse oportere, qualia et Patres Tridentinae Synodi ⁂oluerunt, et haec Apostolica Sedes, semper deinceps, sed maxime nostra memoria, esse iussit. Quare, venerabiles fratres, auctores Nos vobis sumus, ut detis operam, ne ulla iam sit nationis vestrae dioecesis, in qua suum desit Seminarium; ubi autem illud adsit, ad novi *Codicis* canones ordinandum curetis? Quod si dioecesis alicuius exiguitas vel paupertas huius instituti copiam non patiatur, praescriptum canonis 1354, § 3 de Seminariis *interdioecesanis* servari oportebit.

1581 ti 143) Atque hic diligentissime, pro officii conscientia, vos attendere volumus, quanta cura obtemperandum sit eis Apostolicae Sedis praescriptionibus quae sunt de munerum in hoc genere distinctione conservanda deque deligendis iis quorum disciplinae et gubernationi committantur adolescentes clerici et a quibus illi bonam mentis ac spiritus conformationem habeant. «Efficite, ut litteris disciplinisque tradendis lecti viri praeficiantur, in quibus doctrinae sanitas cum innocentia morum coniuncta sit, ut, in re tanti momenti, confidere iure optimo possitis. Rectores disciplinae, magistros pietatis, eligite prudentia, consilio, rerum usu prae ceteris commendatos o?

1582 **tili)** Praesertim oportet atque adeo necesse est, per biennium frequentent alumni praelectiones Philosophiae Scholasticae, eoque in studio magistrum religiose sequantur Thomam Aquinatem; quadriennio deinceps ipsi versentur, eodem duce, in sacra Theologia coniunctisque disciplinis, ut canone 1365 praecipitur. De studiorum autem ratione convenienter temporibus consti!nenda illas quoque *Litteras* cupimus in vestrum usum convertatis, quibus hac de re ipsa Sacrum Consilium Seminariis et Studiorim PnivebSitatibus praepositum die 26 aprili» an. 1920 Italiae sacrorum Antistites edocuit? Ceterum propositae rei minime expedit disciplinas seu facultates, ut aiunt. Theologiae tradendae, in quibus ad académicos honorum gradus contendere liceat, multas patere, casque a maxima clericorum parte celebrari: neque enim homines sacri ordinis omnes doctores debent esse, verumtamen eum boni tum eruditi omnes. Quoniam vero, qui scholarum magisteria quaedam vel maiora munera obtineant, eos decet supra ceteros eminere doctrina atque etiam doctri-

• [Cfr. nn. 290-290].

* [Cfr. nn. 1451-1490].

1 Leo XIII, Epiât. Encycl. *Quod multum* ad Episcopos Hungarian, 22 aug. 188G (cfr. n. 977).

4 i. c. *Ordinamento dei Seminari}* [cfr. nn. 1518-1554].

nae insignibus esse ornatos, idcirco, ut satis vobis suppetat sacerdotum talium, vos in eas, quas dicimus, facultates tot alumnos vestros mittetis studiis altioribus excolendos, quot dioecesi opus esse indicaveritis, qui quidem ingenio virtutisque indole praestent aequalibus fiduciamque in omnibus rebus vobis afferant exitus boni.

1583 (1145) Hoc loco peropportunum ducimus, venerabiles fratres, hortari vos ut *Collegium Bohcmum,* huius almae Urbis,1 sedulo diligenterque praecipuis quibusdam curis fovere velitis. Hic enim sub oculis Nostris optimae cleri vestri spes aluntur, atque vel ad severitatem disciplinae, vel ad soliditatem pietatis, vel ad integritatem doctrinae tam feliciter succrescunt tantoque Nostro cum gaudio, ut eos in hac *corona nostra.'-* clericorum ex diversis nationibus, Romae studiorum causa consistentium, partem lectissimam habeamus.

1584 (1146) Sed enim praecipuum Episcopi studium summamque diligentiam iure sibi Seminarium dioecesanum vindicat; in eoque maxime curas cogitationesque vestras evigilare scimus, venerabiles fratres, cum ipsum, hortante decessore Nostro, Nobisque valde probantibus, *cordis quisque vestri delicias* habeatis.3 Itaque, non est, cur vobis demonstremus hoc esse mirifice utile, ut perpetua sit vestra cum Seminarii alumnis consuetudo. Quod qui faciunt, sancto funguntur officio; quandoquidem *Episcopi est omnia et singula quae ad rectam Seminarii dioecesani administrationein, regimen, profectum necessaria et opportuna rideantur, decernere caque ut fideliter observentur, curare.*1 Sacrorum Antistes igitur ut suorum progressionem clericorum ad verum bonumque assequendum paterno studio persequi possit et provehere, optimum factu erit, sancti Alfonsi Doctoris indicio, si ipse identidem Seminarium adeat, alumnos ad colendas virtutes litterasque opportunis cohortationibus incendat, scholasticis quoque circulis ac disputationibus intersit, quo eos ad aemulandum inter se studiorum contentione mirum quantum excitabit.4 Ita etiam fiet ut Episcopus, qui suos per se clericos penitus cognoverit, non temere eis manus imponat, verum sacerdotes faciat qui sint secundum l'or lesu, id est qui ministerium suum honorificent implentes in se ipsis *voluntatem Dei* quae est omnium *sanctificatio.'*

1585 (1147) lam vero, quoniam in hac causa parum Episcopi profecerint, nisi suae quisque dioecesis sacerdotes adiutore» habuerint. Nos istos, quotquot sunt, omnes impense hortamur ut, ad Seminarium sive instituendum

1 Pius Pp. XI, Constitutione Ap. *l bi primum* (23 apr. 1930) a viro illo sanctissimo 1OUAXNE, epii sano est sacri ordinis gloria et patriae decus, *Pontificium Collegium Xepomucenum* in posterum nuncupari mandavit. — AAS 22, 341. [Cfr. n. 992].

1 Cfr. *Ph.* 4, 1.

1 Litt. Enoycl. *E supremi,* 4 oct. 1903 [cfr. n. 11G1).

♦ CIC can. 1357, § 1.

1 *Inflessioni utili ai Vescovi,* c. 1,4 1, n. 3, in: *Opere,* 3 (Torino 1847) 86G.

• 1 *Th.* I, 3; cfr. R. 12. 2: /<. Se 17.

1 Cfr. Pius X, Exhort, ad Clerum *Macr ni animo,* 4 aug. 1908: *Pii X Acta* 4, 2G2 s.; CIC *Fontes* 3, 719.

sive restituendum, suis Ordinariis, quacumque possint ope, sint adiumento. Habeant hanc pacis sedem et studiorum domum et virtutum officinam, qua ipsi sunt usi, tamquam dioecesis cor, unde in omnes Ecclesiae venas spiritualis vita diffundatur.[1] Huc et libentes operam suam rogati, conferant; et parvulorum de suo grege, in quibus aliquod divinae vocationis lumen deprehenderint, accuratissima diligentia praeparent animos;[2] et stipem etiam, pro suis facultatibus, mittant, feracem optimorum sane fructuum. Nec vero eorum exemplum exiguam vim habebit apud laicos viros, ut, inter cetera caritatis ct religionis officia, de suis bonis quam maxime promovere studeant Seminarium dioecesanum, ubi ii educantur, qui pro universi populi salute sunt laboraturi.[3]

AAS 13, 555-558.

PIUS XI (1922-1939)

De cleri exemptionibus deque Seminarii erectione et regimine

(Ex Convent, cum Lettonia, 30 inai. 1922).

1580 (li 148) IX. - J.es ecclésiastiques, à partir de l'ordre de sousdiacre inclusivement, sont exempts du service militaire et des autres fonctions civiques incompatibles avec la vocation sacerdotale, comme par exemple: jurés, membres du tribunal, etc.

1587 (1149) XI. - Pour la formation d'un clergé letton, un Séminaire ecclésiastique diocésain sera fondé selon les prescriptions canoniques et sous l'autorité de l'Archevêque. La langue employée dans l'enseignement du Séminaire, sauf pour la philosophie et les matières ecclésiastiques, sera le letton.

Pour ce qui concerne la fondation d'un Collège letton à Rome ou l'allocation d'un nombre déterminé de bourses à ceux des élèves que l'Archevêque voudra envoyer à Rome pour y faire des études ecclésiastiques supérieures, le Gouvernement letton s'entendra avec le Saint-Siège.

Ex Declaratione *Concordatili adnexa*

1588 (1150) Les édifices et les fonds nécessaires pour la fondation d'un Séminaire ecclésiastique diocésain seront donnés par le Gouvernement de Lettonie ot seront de même maintenues les autres allocations payées jusqu'au présent par le Gouvernement.

AAS 14, 578 s. 5S1.

1 [Cfr. n. 1959].
1 [Cfr. nn. 1592. 1942. 1969 s.].
• [Cfr. n. 1971].

De doctrinae studio et pietatis cuitu

(Ex Serin, ad Pont. Seminarii Romani Superiores, Professores, Alumnos, 6 iul. 1922).

1589 11434) Sinte un poco avidi del sapere; scrupolosamente attenti a non lasciare p(»-ar nulla, negli studi e nelle scienze: nulla a cui non dedichiate il maggior -sforzo possibile per mettere da parte, per tesoreggiare; verrà un giorno in cui tutto sarà buono? Non potete immaginare oggi quello che vi domanderanno domani nel compimento del ministero sacerdotale. E allora godrete una grande soddisfazione, se avrete la coscienza di aver studiato tutto con santa avidità. Non vi lamentate del sacrifìcio a cui dovete sottoporvi. II tempo speso nello studio verrà ricompensato sovrabbondantemente; avrete il vantaggio di «aver imparato di più. Una maggiore tensione vi porterà ad una maggiore elevazione, e vi metterà in più stretto contatto con la verità, con più piena visione di essa, nello stesso tempo chi contribuite a consolidare in voi la purezza e il candore dell'anima, senza di cui non si può avere la vera sapienza, secondo il detto: *In malevolam animam non introibit lapirntia Sap.* 1, 4L La verità eleva il candore delEanima.

1590 11435) E con lo studio della verità il culto della pietà, tenendo sempre rocchio rivolto a Dio. acquistando dimestichezza con Lui che è tutta la verità; di rimando la pietà vi aiuti r.i maggiormente nello studio.

OR S luglio 1922.

Do Seminariis deque studiis clericorum

(Epist. Ap. *Officiorum omnium* ad Caietanum Card. Bisleti, Sacri Consilii Seminariis et Studiorum Universitatibus curandis Praefectum, 1 aug. 1922).'

1591 (1151) Officiorum omnium sanctissimorum, quaecumque Apostolici muneris amplitudo complectitur, nullum sane nec maius est nec patet latius. quam curare et efficere ut Ecclesiae ad divina sua munia obeunda bonorum ministrorum satis magna copia suppetat. Id enim est eiusmodi, quod Ecclesiae et dignitatem et efficientiam et vitam ipsam coniunctam habet; quodque ad salutem humani generis tam interest quam quod maxime: siquidem (piae mundo parta sunt a lesu Christo Redemptore immensa beneficia, ea non cum hominibus, nisi per *ministros Christi et dispensatores mysteriorum Dei,* (1 *C.* 4, 1) communicantur. Iam vero ex hac beati Petri Cathedra, in qua nullo merito Nostro divinitus collocati sumus, circumspicientibus Nobis eum, qui proximis Nostris curis de-

1 Cfr. Huyo de S. Victore: « Ego afUrmore audeo nihil ine unquam quod ad eruditionem pertineret contempsisse, sed inulta saepe didicisse, quae aliis ioco, aut deliramento similia viderentur. Memini me dum adhuc scholasticus essem elaborasse, ut omnium rerum oculis sublectarum, aut in usum venientium vocabula scirem, perpendens liben' rerum naturam illum non posso prosequi, qui earumdem nomina adhuc ignoraret... Sicut in virtutibus ita in scientiis quidam gradus sunt... Alia propter se scienda sunt, alia autem quamvis non propter se videantur nostro labore digna, quia tamen sine ipsis illa enucleate sciri non possunt, nullatenus debent negligouter praoterlrl. Omnia disce, videbis postea nihil esso superfluum. Coarctata scientia iucunda non est *:* *Eruditio didascal.* 6, 3: ML 176. 799-801. [Cfr. infra n. 17181.

• [Cfr. n. 1956).

mandatus est, orbem catholicum, existimare licet ex una parte quae et quam magnae sint animarum necessitates, ex altera autem quam non eis plurifariam Clerus, pro sua praesertim paucitate, sufficiat: difficultatesque ad eum rite supplendum, quae iam gravissimae aderant, quanto factae sint recentis belli damnis iacturisque graviores. Quod si omnibus, quot-quot divinae gloriae alienaeque saluti student, longeque ante alios sacris Pastoribus, permolestum accidat oportet, facile intelligitur Nos, cum omnium Ecclesiarum curam sustineamus, multo vehementius quam ceteros, eam ipsam oh causam anxios esse atque sollicitos. Itaque in exordio Pontificatus maximi nihil Nobis est antiquius, quam singulare quoddam studium ad rem tanti momenti conferre: praecipueque advocatam adhibere operam istius Urbani Consilii cuius est educationem doctrinamque sacrae iuventutis universae moderari. Novimus enim multa iam a decessoribus Nostris eodem Consilio, ut instrumento, usis peropportuno esse praescripta, (piae Nos et valde probamus omnia et Nostrae auctoritatis suffragio confirmamus: verum nonnulla ex iis sunt, quae omnino volumus eo vel impensius urgeri, tamquam sancto proposito maxime conducibilia. Quapropter ad te, dilecte Fili Noster, eiusdem sacri Consilii praefectum, has damus litteras, ut quemadmodum huius Nostrae tantae sollicitudinis in primis es particeps, ita ad ea significanda quae eamdem levare possunt, te ipso interprete utamur.

1592 Principio, quoniam sacri ordinis Ecclesiaeque rationes arctissime,
(1152) uti diximus, inter se cohaerent, non est dubitandum quin omni tempore satis hominum a Deo ad sacerdotium destinetur; alioquin necessaria in re Deus unquam dcesset Ecclesiae suae, quod nefas est dicere.

Quamquam hac ipsa in re, aeque ac in ceteris quae ad communem animarum salutem opus sunt, ea divinae providentiae lex valet, ut communes preces amplissimum locum habeant ad impetrandum. Apertum enim notumque omnibus est illud: *Messis quidem inulta, operarii autem pauci. Rogale ergo Dominum messis, ut mittat operarios in messem suam.* (*Mt.* 9, 37). Quoniam igitur huic officio optimus quisque satisfacere, Ecclesia praeeunto, consuevit, iam ut candidatorum ad sacra numerus accrescat, in primis servari cupimus optamusque quod in luris Canonici Codice ita praescriptum est: *Dent operam sacerdotes, praesertim parochi, ut pueros, qui indicia praebeant ecclesiasticae vocationis, peculiaribus curis a saeculi contagiis arceant, ad pietatem informent, primis litterarum studiis imbuant divinaeque in eis vocationis germen foveantP* Qui quidem, ubi maturum tempus esse indicaverint, suos alumnos studebunt sacro alicui Seminario tradere in disciplinam, ut in eis quod ipsi inchoaverint, rite perficiatur. Quod si huic rei tenuitas adolescent ulornm fuerit impedimento, nec sacerdotes sumptus suppeditare ipsi possint, bonorum animos excitent ad succurrendum, proposita rei tum sanctitate, tum etiam incredibili utilitate. Quo loco facere non possumus quin rogemus omnes, quicumque Ecclesiam diligunt, ut illud *Opus Vocationum Ecclesiasti-*

* Can. 1353 [cfr. u. 1452).

carum quod, pueris spei bonae et domi et apud Parochos et intra Seminariorum saepta sedulo adiuvandis, salubriter institutum eat, omni foveant studio atque promoveant.

1593 11153) Illud enimvero maximae Nobis est curae, modisque omnibus efficiendum est, quod decessores Nostri Leo XIII et Pius X saepius praecepe-runt, ut sacra Seminaria, nisi ad eam rem, cuius causa condita sunt, ne adhibeantur, id est ad sacrorum administros, ut oportet, instituendos. Quare non modo in eis locus esse non debet pueris vel adolescentulis, qui nullam ad sacerdotium praeferant propensionem voluntatis, — horum enim consuetudo clericis mirum quantum obesi — sed etiam cum pietatis exercitationes, tum ratio studiorum, tum ipsum gubernationis genus huc omnino spectent oportet, ut ad perfunctionem divini muneris accommodate alumnorum animi praeparentur. Haec esto Seminariorum omnium, nullo excepto, sanctissima lex; cui quidem si religiosius usque adhuc obtemperatum esset, tanta fere ubique non esset paucitas sacerdotum. Nam hoc est in proclivi, quae non congruenter suae propriae naturae regantur Seminaria, ca suum quidem retinere nomen, re autem vera societati civili multum prodesse posse, at sacro ordini vix aliquid aut omnino nihil proficere.

1594 (1154) Iam quomodo constituta esse oporteat Seminaria ut idonea existant sacerdotibus educandis, qui et a pietate et a doctrina bene instructi sint, non est Nobis in animo hic explicaro: dumtaxat nonnulla sunt, quae praecipue, ut maximi momenti et ponderis, cupimus, dilecte Fili Noster, universos sacrorum Antistites diligenter attendere.

Primum est de linguae latinae studio in litterariis clericorum ludis omni cura fovendo atque provehendo, quam linguam scientia et usu habere perceptam non tam humanitatis et litterarum, quam religionis interest. Etenim Ecclesia, ut quae et nationes omnes complexu suo contineat, et usque ad consummationem saeculorum sit permansura, et prorsus a sui gubernatione vulgus arceat, sermonem suapte natura requirit universalem, immutabilem, non vulgarem. Uniusmodi cum sit sermo latinus, divinitus provisum est ut is mirifico esset usui Ecclesiae docenti, idemque Christilidelibus doctioribus ex omni gente magnum ministraret vinculum unitatis; iis dando scilicet non solum unde, vel locorum intervallo digitinoti vel in unum locum congregati, facile inter se sensa mentis et consilia conferrent, sed etiam, quod maius est, unde, quae Ecclesiae matris sunt, altius cognoscerent et cum Ecclesiae capite artius cohaererent. Utraque do causa, ut cetera omittamus, liquet clerum, ante alios, latinae linguae perstudiosum esse oportere; neque enim hic laudes perse-quimur, quibus hoc commendatur loquendi genus, pressum, locuples, numerosum, maiestatis plenum et dignitatis quod miro dixeris comparatum ad serviendum Romani Pontificatus gloriae, ad quem ipsa Imperii sedes tamquam hereditate pervenerit. Quod si in quopiam homine laico, qui quidem sit tinctus litteris, latinae linguae, quam dicere *catholicam* vere possumus, ignoratio quemdam amoris erga Ecclesiam languorem indicat, quanto magis omnes clericos, quotquot sunt, decet eius-

dem linguae satia gnaros esse atque peritos! Horum profecto est latinitatem tanto tueri constantius, quanto a sapientiae catholicae adversariis qui saec. XVI Europae in una Fidei doctrina consensionem labefactarunt, acrius eam norunt oppugnatam. Quare — quod ipsum in *Iure Canonico* cautum est[3] — in litterarum ludis, ubi spes sacri ordinis adolescunt, accuratissime sermone latino volumus alumnos institui, hanc etiam ob causam, ne deinde, cum ad maiores disciplinas accesserint, quae latine utique et tradendae et percipiendae sunt, fiat, ut prae sermonis inscitia plenam doctrinarum intelligentiam assequi non possint, nedum se exercere scholasticis illis disputationibus, quibus egregie iuvenum acuuntur ingenia ad defensionem veritatis. Ita iam non continget, quod saepius dolemus fieri, ut nostri clerici sacerdotesque, cum haud satis operae litterarum latinarum studio dederint, neglectis Patrum Doctorumque Ecclesiae copiosis voluminibus, quibus Fidei dogmata exhibentur cum dilucide proposita tum invicte defensa, idoneam sibi doctrinae copiam a recentioribus petant auctoribus, in quibus fere non modo perspicuum dicendi genus et accurata disserendi ratio solet, sed fidelis etiam dogmatum interpretatio desiderari. Quae igitur Paulus Timotheum admonuit: *Formam habe sanorum verborum* ...(2 *T.* 1, 13). *Depositum custodi, devitans profanas vocum novitates, oppositiones falsi nominis scientiae, quam quidam promittentes, circa fidem exciderunt* (1 *T.* 6, 20 s.), haec, si unquam alias, his praesertim temporibus valent, cum varias errorum fallacias, scientiae nomine specieque obtectas, nimis multi usquequaque venditare consueverunt. Has autem quis detegere possit ac redarguere, nisi Fidei dogmatum probo sensum teneat vimque verborum quibus solemniter sunt expressa, denique nisi ipsum, quo Ecclesia utitur, sermonem calleat?

1595 (1155) Alterum in quo singularem Episcoporum vigilantiam requirimus, ad altiora adolescentis Cleri studia pertinet. Omnino quae hac de re sunt in *lure (Janon ico* providentissime statuta,[1] ea sancte inviolateque observari debent, si quidem consilium est sacerdotum parare copiam, qui tantae magnitudini muneris impares non sint. Confecto igitur litterarum curriculo, nostri alumni, ut sacrae Theologiae aptam praeparationem adhibeant, minimum biennio diligentissime in Philosophiae studio versentur. *Scholasticam* intelligimus Philosophiam, a sanctis Patribus Scholaeque Doctoribus quadam laborum continuatione naviter expolitam, ac denique opera et ingenio Thomae Aquisatis ad summum perfectionis gradum adductam, quam quidem decessor Noster illustris Leo XIII *Fidei propugnaculum ac velati firmum. Religionis munimentum* appellare non dubitavit? Profecto ipsius Leonis magna laus est Philosophiam Christianam, excitato Doctoris Angelici amore cultuque, instaurasse:[4]

[1] C1C can. 1364 (cfr. n. 1473],
[2] CIC can. 1365 8. (cfr. nn. 1475-14791.
[3] Litt. Encycl. *Ademi Patris,* 4 aug. 1879 (cfr. n. 909].
[4] [Cfr. u. 984. not. 1].

atque etiam sic indicamus, omnium rerum, quas in diuturno Pontificatu pro Ecclesia et pro societate civili utilissime gesserit, hod adeo fuisse caput, ut si cetera non adessent, haec una res satis esset ad tanti Pontificis nomen immortalitati commendandum. Itaque in primis sibi curae habeant, magistri Philosophiae in hac disciplina clericis tradenda non solum rationem seu methodum, verum etiam doctrinam et principia sequi sancti Thomae: idque eo faciant vel studiosius, quod sciunt nullum Ecclesiae Doctoren! *moSernistis* ceterisque fidei catholicae hostibus ita esse terrori ac formidini, ut Aquinatem.

Quod autem de Philosophia dicimus, idem est de sacrae Theologiae disciplina intelligendum. Nam, ut Sixti V verbis utamur: *Huius quidem tam salutaris scientiae cognitio et exercitatio, quae ab uberrimis divinarum Litterarum, Summorum Pontificum. Sanctorum Patrum et Conciliorum fontibus dimanat, certe semper maximum Ecclesiae adiumentum afferre potuit, sive ad Scripturas ipsas vere ct sane intelligendas et interpretandas, sive ad Patres securius et utilius perlegendos et explicandos, sire ad varios errores et haereses detegendas et refellendas; his vero novissimis diebus, gaibus iam advenerunt tempora illa periculosa ab Apostolo descripta, ct homines blasphemi, superbi et seductores proficiunt in peius, errantes et alios in errorem mittentes, sane catholicae Fidei dogmatibus confirmandis et haeresibus confutandis pernecessaria est.*[1] Etenim id quod efficit ut hoc disciplinae genus vim scientiae veri nominis habeat, in coque ut desideratissimus decessor Noster praeclare ait — *plena sit, quantum per humanam rationem licet, explicatio invictaque defensio traditae divinitus veritatis,* [2] nihil est aliud nisi Philosophia Scholastica, duce et magistro Aquinate, in usum ipsius sacrae disciplinae conversa. Hinc *apta illa et inter se nexa rerum et causarum cohaerentia, ille ordo et dispositio tamquam militum in pugnando instructio, illae dilucidae definitiones et distinctiones, illa argumentorum firmitas ct acutissimae disputationes, quibus hir a tenebris, rerum a falso distinguitur, haereticorum mendacia, multis praestigiis et fallaciis involuta, tamquam veste detracta, patefiunt et denudantur.*[3] Consequens est, non bone sacrae iuventuti consulere, qui omnem de Theologia institutionem, scholastica ratione neglecta, ad *positivam methodum,* ut dicitur, exigendam putent; multoque minus eos officio suo satisfacere, qui huius doctrinae magisterium non alitor exerceant, nisi ordinem seriemque dogmatum atque haeresum doctis disquisitionibus exsequendo. Illa enim positiva methodus necessario quidem scholasticae adiungenda est, sed sola non sufficit; cum bene comparari nostros oporteat ad Fidei veritatem non modo convincendam, sed illustrandam etiam ac defendendam; Fidei autem dogmata contrariosque errores ex ordine temporum recensere, ecclesiasticae quidem historiae est. non vero munus Theologiae.

[1] Bulla *Triumphantis Jerusalem* (II mart. 1588) í 10: BR S, 1009 s. (Cfr. n. 918].

[*] BENEDICTUS XV, Motu Proprio *Non multo post,* do Romana S. Thomae Academia, 31 dec. 1914: AAS 7, 6 s.

[•] Sixtus V, Bulla laud. *Triumphantis Jerusalem,* § 10; BR S, 1010. [Cfr. n. 919].

1597 (1157) Tertio loco, quod ad clericorum studia pertinet, qui, pro conscientia officii, ea moderetur, non is profecto praescriptiones luris Canonici negliget de Theologia *Pastorali:*l imo plurimum tribuet huic disciplinae, qua quidem proxime animarum quaeritur salus. Nec vero dumtaxat, quam sancte sint divina tractanda, praecipiet; sed praeterea quemadmodum sint maiore semper cum fructu hominibus applicanda. In quo ei erit temporum habenda ratio diligentissime. Multa eniin in populi diristiani mores rerum cursus induxit, patrum nostrorum inaudita temporibus: quae pernovisse hodie sacerdotem oportet, ut nova novis remedia malis in lesu Christi virtute reperiat, ct salutarem Religionis vim in omnes venas afferat humanae societatis.

1598 (1158) Denique scito, dilecte Fili Noster, admodum cordi Nobis illud esse quod pariter in luris Canonici Codice statuitur: *Si constitui Seminarium dioecesanum nequeat, aut in constituto Seminario conveniens institutio, praesertim in philosophicis ac theologicis disciplinis, desideretur, Episcopus alumnos in alienum Seminarium mittat, nisi Seminarium Interdicecesanum vel Regionale, auctoritate apostolica, constitutum fuerit*? In quo quidem optandum est ut Episcopi, quorum id refert, Apostolicae Sedis providentiam aestiment eique libentibus animis suffragentur. Quam multi enim sunt, qui vel moderatorum praeceptorumque inopia, vel fortunarum angustiis, vel alia de causa nequeunt adolescentes clericos, si quos habent maioribus studiis maturos, apud se curare, ut dignum est, instituendos! lis igitur, ut possent permagno sui muneris officio fungi, opportune haec Apostolica Sedes opitulata est, conditis, maxime per Italiam, in singularum regionum commodum, nonnullis Seminariis, iisque praesidum doctorumque nobilitate florentibus, unde sacerdotes exsisterent *ad omne opus bonum* instructi,3 panifique se devovere totos Dei gloriae animarumque saluti. Nos equidem id instituti genus, in quo sapientia aeque ac munificentia decessorum Nostrorum Pn X4 et Benedicti XV spectata est, cum sartum et tectum conservare volumus, tum etiam, quantum est in Nobis, omni ope in maius provehere.5 — At vero par est et consentaneum, sacrorum quoque Antistites, qui eius sint, regionis, cuius gratia Seminarium huiusmodi sit excitatum, debere omnes eidem pro virili parte prospicere. Quos quidem rogamus, ne inviti id faciant, quod non solum communis ab eis, sed propriae etiam ipsorum utilitatis ratio postulat. Etenim si reputaverint — quod res est — suam cuiusque causam hic agi, et Seminarium Interdioecesanum vel Regionale suarum cuique dioecesium Seminarii maioris instar esse, in quo ipsi eadem iura eadeinque officia singuli habeant, nihil sane, quod intelligant a se in eius bonum conferri posse, unquam recusabunt.

» CIC can. 1365, § 3 (cfr. n. 1176).
* Can. 1354, § 3 (cfr. n. 1455].
' Cfr. 2 *T.* 3, 17.
‘ [Cfr. nn. 1323-1325].
• Cfr. S. C. de Semin, et Stud. Univ. *Elenchus Seminariorum* (Romae 1934) 145-152. [Cfr. n. 1961].

1599 (1159) Haec habuimus, dilecte Fili Noster, ad te de clericorum institutione scribere. Iam istius, cui praees, Urbani Consilii erit curare, ut tum in sacris Seminariis Collegiisque clericorum, tum in magnis Lyceis et *fatuitatibus* seu doctorum ordinibus, quicumque eidem Consilio subiecti sont, ea diligenter ubique ad effectum adducantur. Eadem ipsa igitur, ex auctoritate Nostra, omnibus, quorum interest, tu significabis. Deprecante autem Virgine beatissima, Eius -Matre qui est *Sacerdos in aeternum (Hb.* 6; 7, 17), confidimus rem magno cum emolumento sacri ordinis. Dei miserentis gratia, successuram.

AAS 14. 119-458. Cfr. S. C. dei Seminari e delle Univ. degli Studi, *Ordinamento dei Seminaril* (Roma 1925) 30-35.

De Romana clericorum formatione

(Ex Serm. ad Pontificiae Universitatis Gregoriannc Professores et Alumnos, 21 nov. 1922).

1600 (U37) Mici carl giovani, studenti, alunni del Santuario — quanti titoli in queste sole parole, e non sono i soli — quanti motivi di predilezione, di intima consolazione, di radiose speranze! La vostra presenza Ci dico che la vostra suprema aspirazione, come quella dei vostri Pastori che qui vi inviarono, è la vostra formazione romana.

Che questa *romanità* che siete venuti a cercare in quella Roma eterna della quale 1! grande Poeta — non solo italiano, ma di tutto il mondo, perchè poeta della filosofìa c della teologia cristiana — proclamava Cristo *Romano)* si faccia signora del vostro cuore, cosi come Cristo ne è Signore. Che questa romanità vi possieda, voi e Popera vostra, cosi che tornando nei vostri paesi ne possiate essere maestri cd apostoli.

Ci pare che ben a ragione possiamo ripetere a voi le parole che Gesù già disse a Pietro: *Confirma fratres tuos (L.* 22, 32). Anche voi confermerete i vostri fratelli in quella fede che vi ha qui condotti, in quella romanità della qualo porterete loro più caro c più potente il palpito.

E ripeteremo ancora le altre parole evangeliche: *Euntes, docete omnes gentes* ***ijlt.*** 2S, 19). Venuti da tutte lo parti c rappresentanti di tutte le genti, tornerete alle vostre genti, porterete loro il saluto di Roma e l'amore di Roma. E lo accenderete sempre più vivo in loro questo amore, portando con voi la benedizione del Papa e con essa la benedizione dello stesso Gesù Cristo. L'amore a Gesù sarà in voi l'amore al Suo Vicario, a Pietro e al Suo Successore, chiunque Egli sia e comunque Egli si nomi, e questo amore voi porterete in tutte le opere vostre, per tutto le parti del mondo.

1601 fitta) ... E con voi siano benedetti questi uomini che vi sono maestri c guido. Di essi voi conserverete imperitura o sempre venerata la memoria, cosi come il Nostro memore pensiero ed affetto — e non solo in QUOBto momento, ma bene spesso - va ai venerandi uomini che dal vostro posto Noi stessi abbiamo negli anni lontani veduto, ascoltato» ammirato. La vostra riconoscenza per loro, o cari tigli, non è soltanto vostra, ma è anche Nostre.

l Dante, *Puro.* 32, 102.

1602 (1439) ... Il Venerabile Bellarmino,[1] levato così in alto e in tanto splendore, continuerà ad essere più che inai quel grande maestro, quel grande controversista ed apologeta della dottrina cattolica che è sempre stato. Egli col suo aspetto, colla sua memoria rinnovata, e col suo esempio, continuerà sempre più intensamente (inolia apologia che riusci in ogni tempo la più ethcace di tutte nello spettacolo di una vita tutta consacrata alla scienza e alla fede, all'amore della scienza e della fede.

ft la stessa apologia che voi, o giovani, cominciate a scrivere non sulla carta e con fuggitivi caratteri, ma con la vita, e della qualo i vostri maestri vi danno luminoso esempio, poiché in questa consacrazione della vita alla scienza e alla fede sta la migliore risposta alla domanda che tanto spesso si ripete: *possono la scienza c la fede stare insieme e darsi la mano i*

OR 23 novembre 1922; *Acta Romana S. I.* 3 (1919-1923) 430 s.

De bonae spei adulescentibus in Seminaria quamprimum excipiendis

(Ex Epist. *Quod novas* ad Episcopos Roipublieae de Venezuela, 25 apr. 1923).

1(103 (1173) IU primum omnium, venerabile^ fratres, efficite, ut, quibus in adulescentulis divinae vocationis semina deprehenderitis, ii non modo ad pietatem accuratius informentur, sed etiam in Seminaria dioecesana quamprimum excipiantur. Quae quidem Seminaria ut sint, quemadmodum esse debent, domicilia ad rectam sanctamque adulescentium institutionem undique bene instructa et comparata, ea, quam optime fieri poterit, ordinetis oportet et locupletetis.

AAS 15, 276.

De Thoma Aquinate sacrae inventati studiorum duce habendo

(Ex Litt. Encycl. *Studiorum Ducem,* 29 iun. 1923).

1604 (1174) Studiorum Ducem sacrae inventati in maioribus disciplinis haud ita pridem per Apostolicam Epistolam [3] Nos, *luris Canonici* statuta confirmantes, habendum esse ediximus Thomam Aquinatem.

...Leviter adumbratis magnis Thomae virtutibus, iam non dilficile intelligitur eiusdem praestantia doctrinae; cuius quidém in Ecclesia mirum quantum valet auctoritas. Profecto Nostri decessores tamquam uno oro semper eam laudibus extulerunt. Ipso etiam tum vivo, Alexander IV ita perscribere non dubitavit: *Dilecto filio, Thomae dc Aquino, viro*

[1] Idem Sumniua Pontifex hunc fortissimum catholicae veritatis propugnatorem die 13 inai. 1923 *Beatorum* numero adseripsit, dio 29 iun. 1930 in allium *Sanctorum* retulit, die 17 sept. 1931, cx Sacrorum Rituum Congregationis consulto, *Universalis Ecclesiae Doctoran* declaravit. — AAS 15, 269-275; 22, 2935-2955. 593-603; 23, 433-438.

[*] *Officiorum omnium,* 1 aug. 1922; [cfr. nn. 1595 s.].

utique nobilitate generis et morum honestate conspicuo ac thesaurum litteralis scientiae per gratiam Dei assecuto.[1] Postquam autem e vivis excesserat, eius non solum virtutes sed doctrinam etiam consecrare visus est Ioaxnes XXII, cum, ad Patres (ardiñales verba faciens, memorabilem illam edidit in Consistorio sententiam: *Ipse plus illuminava Ecclesiam quam omnes alii Doctores-, in cuius libris plus proficit homo uno anno quam in aliorum doctrina toto tempore vitae ŝuae.*

Cum igitur hic intelligentiae scientiaeque, humana maioris, existimatione floreret, eum Purs V in sanctorum Doctorum numerum rato *Angelici* titulo adseripsit.[3] Ceterum Ecclesiae de hoc Doctore opinionem maximam quid tam aperte indicat quam quod Patres Tridentini duo dumtaxat volumina, *Sacram Scripturam* et *Summam Theologicam,* sibi consiliantibus patere super altare reverenter proposita ŵoluerunt? Atque in hoc genere, ne persequamur ex ordine omnia Sedis Apostolieae documenta, quae innumerabilia sunt, feliciter nostra memoria contigit ut, Leonis XIII auctoritate et instantia. Aquinatis disciplina revivisceret; quod quidem illustris decessoris Nostri promeritum tanti est, ut, quemadmodum alias diximus, si multa praeclara sapientissime ah eo constituta gestave non essent, ad immortalem Leonis gloriam hoc unum sufficeret.' Iisdem mox vestigiis ingressus est sanctae recordationis Pontifex, Pius X, praesertim Motu Proprio *Doctoris Angelici.* in quo illud praeclare dictum: *Post beatum exitum sancti Doctoris nullum- habitum est ab Ecclesia Concilianb in quo non ipse cum doctrinae suae opibus interfueritA* Proxime autem, Benedictus XV. decessor Noster desideratissimus, plus semel id ipsum sibi placere profesôus est: cui dandum est laudi quod *luris Canonici Codicem* promulgavit, tibi, Angelici Doctoris *ratio, doctrina et principia* plane consecrantur.[8] Nos vero haec tanta divinissimo ingenio tributa praeconia sic probamus ut non modo Angelicum, sed etiam *Communem* seu universalem Ecclesiae Doctorem appellandum putemus Thomam,[9] cuius doctrinam, ut quam plurimis in omni genere litterarum monumentis testata est, suam Ecclesia fecerit.

1605 (1175) ... Intueantur oportet sanctum Thomam nostri praesertim adolescentes, magharnnique virtutum decora quae in eo elucent, diligenter imitando consedentur: ante omnia humilitatem quod est spiritualis vitae fundamentini et castimoniam. Discant al» homine summi ingenii

[1] Epist. *Delectabile Nobis* ud Universitatis Parisiensis Cancellarium, 11 mart. 1256: *i:>tlhir. O,* ⁄ˈ i Iu»hi 1739) 298.

[•] Allocutio hab. in Consistorio an. 1318, in: I'i/a S. *Thomae Aq.* 81, apud Bollano. *Ada Sanet.* die 7 mart.

[1] Bulla *Mirabilis Deus,* 11 apr. 1567: BR 7, 564.

[4] Cfr. J. J. Berthier, S. *Thomas Aq. ‹ Doctor Communis Ecclesiae.* 1 (Romae 1914) 312-315. [Cfr. n. 923].

[4] Epist. Ap. *Officiorum omnium,* 1 aug. 1922: [cfr. n. 1595).

[•] d. d. 29 iun. 1911; [cfr. nn. 1326-1331).

[’] AAS 0, 339.

[•] Can. 1366, 4 2 (cfr. nn. 1478. 1608).

[•] Cfr. Bertuier, Op. laud. pp. 1v-1xviî.

summaeque doctrinae, cum omnem tumorem animi horrere, tum submissione supplici divini luminis copiam suis conciliare studiis; discant, eodem magistro, nihil tam vigilanter quam voluptatis blandimenta refugere, ne scilicet ad sapientiam contemplandam caligantes mentis oculos adiiciant. Nam quod ipse vivendo praestitit, ut diximus, sic confirmat praecipiendo: *Si quis abstineat a delectationibus corporalibus ut liberius vacet contenípiationi veritatis, perlinet hoc ad rectitudinem rationis.*[1] Quare divinis admonemur Litteris: *In malevolam animam non introibit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis (Sap.* 1, 4). Itaque si Thomae pudicitia tum cum in extremum discrimen adductam vidimus, cecidisset, verisimile est nequaquam Ecclesiam suum Doctorem Angelicum habituram fuisse.

1606 (1176) Quandoquidem igitur videmus, corruptelarum illecebris deceptos, iuvenum plerosque iacturam maturrime facere sanctae puritatis, seque dedere voluptatibus, Nos, Venerabiles Fratres, vehementer vobis auctores sumus ut *Militiae Angelicae* societatem, castimoniae Thomae praesidio conservandae custodiendae conditam, usquequaque, praecipue in sacrorum alumnis propagetis:[2] indulgentiae autem pontificalis munera, quibus a Benedicto XIII aliisque decessoribus Nostris cumulata est,[3] equidem confirmamus. Et quo facilius animum quis inducat huic Militiae dare nomen, iis qui eam participant facimus potestatem, loco cinguli. gestandi suspensum collo sacrum numisma, cuius in adversa parte imago expressa sit sancti Thomae cum Angelis ei zonam accingentibus, in aversa Dominae, Nostrae Reginae, Sacratissimi Rosarii.

1607 (1177) Quoniam autem sanctus Thomas omnium scholarum catholicarum rite est patronus ‡constitutus,[4] is qui utramque sapientiam, ratione quaesitam divinitusque inditam, mirabiliter in se, ut diximus, coniunxit; qui difficillimis nodis expediendis ieiunia precationesque fere adhibuit,[5] qui instar omnium librorum lesu Christi Crucifixi imagine usus est; idem, inquimus, sacrae iuventuti sit documento, quemadmodum in studiis optimis recte magnoque cum fructu se exerceat.

1608 (1178) ... Nos autem, quae et decessores Nostri in primisque Leo XIII[6] et Pius X[7] decreverunt et Nosmet ipsi anno superiore mandavimus,[8] ea omnia volumus sedulo attendant inviolateque servent ii praesertim quicumque in clericorum scholis maiorum disciplinarum magisteria obti-

[1] *Summa Theol.* 2, 2 q. 152, a. 2.

[2] De erectione *Militiae Angelicae* in Seminariis cfr. S. C. CONCILII Rescriptum *Procurator Generalis O. P.,* 9 ian. 1025: *Analecta Ord. Praed.* 17 (1925-26) 50.

[3] Cfr. *Summarium Indulgentiarum et Indultorum Confratcrnitatis* • *Militiae Angelicae* • seu *Cinguli S. Thomae,* a S. Poenitentiam A Apost. adprobatum die 26 febr. 1923: *Analecta Ord. Praed.* 1« (1023-21) 364-367.

[4] per Litt. Ap. *Cum hoc sit,* 4 aug. 1880: *Leonis XIII Acta* 2, 108-113.

[5] [Cfr. n. 934].

[6] Litt. Encycl. *Aeterni Patris,* 4 aug. 1879 [cfr. nn. 900-934].

[7] Motu Proprio *Doctoris Angelici,* 29 iun. 1914 [cfr. nn. 1326-1331].

[8] [Cfr. nn. 1505 s.].

nent. lidem vero sibi persuadeant tum se suo officio satisfacturos itemque exspectationem Nostram expleturos esse, si cum Doctorem Aquinatem, scripta eius diu multumque volutando, adamare coeperint, amoris huius flagrantiam cum alumnis disciplinae suae, ipsum Doctorem interpretando, communicent, idoneosque eos reddant ad simile studium in aliis excitandum.

Scilicet inter amatores sancti Thomae, quales omnes decet esse Ecclesiae filios qui in studiis optimis versantur, honestam illam quidem cupimus insta in libertate aemulationem unde studia progrediuntur, intercedere, at obtrectationem nullam, quae nec veritati suffragatur et unice ad dissolvenda valet vincula caritatis. Sanctum igitur unicuique eorum esto quod in Codice luris Canonici praecipitur ut *Philosophiae rationalis ac Theologiae studia et aluntnorum in his disciplinis institutionem proiessores omnino pertractent ad Angelici Doctoris rationem, doctrinam et principia, caque sancte teneant;* [1] atque ad hanc normam ita se omnes gerant ut eum ipsi suum vere possint appellare magistrum. At ne quid eo amplius alii ab aliis exigant, quam quod ab omnibus exigit omnium magistra et mater Ecclesia: neque enim in iis rebus, de quibus in scholis catholicis inter melioris notae auctores in contrarias partes disputari solet, quisquam prohibendus est eam sequi sententiam quae sibi verisimilior videatur.

... Praeterea faciendum est, ut apud sacra Seminaria ceterasque domos clericis instituendis hoc toto temporis spatio [2] aliqua celebris de philosophia aliisque gravioribus disciplinis disputatio in honorem Angelici Doctoris habeatur. Atque ad agendum posthac ita festum diem sancti Thomae, quemadmodum patrono omnium scholarum catholicarum dignum est, volumus cum diem studiosis esse feriatum, eumque non tantum solemni sacro, sed etiam — saltem in Seminariis et apud Religiosorum familias — eiusmodi disputatione celebrari, quam modo diximus.[3]

AAS 15, 309. 313 s. 320-325.

De Sanctissima Eucharistia clericalis pietatis fonte locupletissimo

(Ex Serai, ad Font. Seminarli Romani alumnos, 10 iul. 1923).

La vita dol Seminario, durante l'anno scolastico, ò vita ben regolata ed equamente distribuita fra la pietà o la scienza: o sta bene. Ma benchò non possa dirsi che la pietà e la scienza stiano allo stesso livello, dovendosi riconoscere alla prima la propria eccellenza e superiorità, tuttavia per il sacerdote, destinato a diventare il maestro del popoli e la luce

[1] Can. 1366, § 2. — Cfr. can. 589, § 1.
[2] 1. o. sexto anno saeculari vertente a Sanctorum caelitum honoribus Thomae Aquinati a loHANXE XXII (Const. *Redemptionem misil,* IS lui. 1323: BR 4, 302-30S) decretis.
[3] [Cfr. n. 2007).

ero Consilio, et sub eiusdem regimine, munus condere decrevimus, et per lias Litteras motu proprio datas condimus, viro ecclesiastico committendum, (pii *Vinitator Ordinarius* proprio nomine nuncupabitur, cuique curae sit Seminariorum Italiae (ab his enim, ut par est, incipiendum censenius) visitationem peragere.

Cum autem inter Italiae Seminaria ea, quae Regionalia seu Interdioevesana dicuntur, singulari quodam titulo, ad Sanctam Sedem pertineant, ideo iubemus ut eadem, omnia et singula, saltem quotannis ab Ordinario Visitatore inspiciuntur.

1760 (1306) Visitator hic Ordinarius alterum post Secretarium in eadem Congregatione dignitatis locum obtinebit, atque inter Consultores eiusdem Congregationis ipso iure numerabitur.

AAS 23, 151.

Normae Generales de Universitatibus et Facultatibus Studiorum ecclesiasticorum ordinandis

(Ex Const. Apost. *Deus Scientiarum Dominus,* 21 nini. 1931).

1761 Omne genus errores, nostris potissimum temporibus, sapientiae specie fucari solent, quo magis ab omnibus credantur, cum doctrinae lumen plurimum possit multorum animos allicere. Pernecesse igitur est eos christiiideles, qui scientiarum pervestigationi aptiores se praebeant, ac potissimum delectos sacrorum alumnos, fusis ad Patrem Luminum precibusl memoresque illius sententiae v in malevolam animam non introibit sapientia» *(Sap.* 1, 4), penitus in sacras disciplinas et in eas, quae quomodocumque cum iisdem cohaereant, animum intendere atque ita id omne adipisci, ut possint, occasione data, catholicam veritatem rite docere et contra adversariorum incursus ac fallacias strenuissime tutari.

Equidem, pro Nostra parte pro Nostraque facultate, nihil Nobis reliqui faciemus, ut sacrae disciplinae, sicut olim in publicis studiorum Universitatibus primas ferebant, ita nunc quoque, potiorem locum teneant, cum id ditissimus postulet, quem impertiuntur, veritatis thesaurus, et salutaris ille impulsus, quem in catholica confirmanda fide, in errorum tenebris profligandis, in omnium moribus ad evangelica praecepta conformandis pro natura sua exercent. Ita enim auspicato continget, ut omnes homines, de tenebris in admirabile lumen fidei vocati.l ad agnitionem veritatis veniant,§ et omnis intellectus, adiuvante Dei gratia, in captivitatem redigatur in obsequium Christi.4

* Cfr. *Ia.* 1. 17.
* Cfr. 1 **P.** 2, 9.
' Cfr. 1 **T.** 2. 4.
‘ Cfr. 2 *C.* 10, 5.

Quibus Nos propositis rationibusque permoti, prope Sacram Seminariorum Studiorumque Universitatum Congregationem peculiare constitutum voluimus Consilium ex viris rerum intellegentia et usu praestantibus, cui quidem incumberet rebus omnibus studere atque consulere, quae ad studiorum ecclesiasticorum 1'niversitates et Facultates ordinandas perficien(lasque pertinerent — missis interim quae postea cum de aliis institutionibus tum praesertim de Pontificia Romana a S. Thoma Aquinate Academia, quam peculiari prosequimur cura, magis magisque promovenda adiungere opportunum videbitur.

Quod quidem Consilium, post diuturnam diligentemque operam, adiuturn sane a lectissimis variarum nationum doctoribus, laudabili omnino sollertia concreditum sibi munus, sub auspicio ac. ductu Nostro, feliciter explevit. Quapropter Nos, optata Nostra tandem ad effectum adducentes, omnibus mature perpensis, ac suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, certa scientia ac de Apostolicae potestatis plenitudine has, quae sequuntur, leges et normas decernimus atque statuimus, easdemque ab omnibus, ad quos pertinent, observari iubemus.

Titulus 1

Normae generales

Art. 1. - Universitates et Facultates studiorum ecclesiasticorum eae sunt, quae auctoritate Sanctae Sedis ad disciplinas sacras vel cum sacris conexas tradendas et excolendas instituuntur, cum iure conferendi gradus académicos.

Art. 2. - Universitatum et Facultatum studiorum ecclesiasticorum finis est: auditores disciplinis, (piae sacrae vel cum sacris conexae sunt, secundum doctrinam catholicam altius instituere; eos ad fontium cognitionem, ad investigationis laborisque scientifici usum atque ad magisterium exercendum instruere; denique iisdem disciplinis excolendis provehendisque quam maxime consulere.

Art. 3. - § I. Facultates studiorum ecclesiasticorum censentur: Theologicae, luridicae. Philosophicae, aliae denique omnes, quae ad finem, de quo in art. 2, a Sancta Sede instituantur.

§ 2. - Nomine Universitatum vel Facultatum comprehenduntur etiam haec Instituta a Sancta Sede in Urbe erecta:

Pontificium Institutum Biblicum, Pontificium Institutum Studiorum Orientalium, Pontificium Institutum Utriuflque luris, Pontificium Institutum Archaeologiae Christianae, Pontificium Institutum Musicae Sacrae.

Art. 4. - Canonica erectio et suprema moderatio cuiusvis Universitatis et Facultatis studiorum ecclesiasticorum, in locis quoque et Institutis quae Sacris Congregationibus pro Ecclesia Orientali et de Propaganda Fide subiecta sunt, atque etiam Facultatum quae sunt pro Religiosis Familiis quibuslibet, reservantur Sacrae Congregationi de Seminariis et Studiorum Universitatibus.

1766 Art. 5. - Statuta una cum Ratione studiorum uniuscuiusque Universitatis vel Facultatis indigent approbatione Sacrae Congregationis de Seminariis et Studiorum Universitatibus.

1767 Art. G. - Solis Universitatibus vel Facultatibus canonice erectis et ad normam huius Constitutionis approbatis ius est conferendi gradus académicos qui effectus canonicos habeant, salvo praescripto art. 36 § 2.

1768 Art. 7. - § 1. Gradus academici tres sunt: Baccalaureatus Licentia seu Prolytatus, Laurea seu Doctoratus.

§ 2. - Quaevis Facultas confert Licentiam et Lauream; liberum est singulis Facultatibus conferre etiam Baccalaureatum.

§ 3. - Gradus academici e disciplinis praecipuis Universitatum vel Facultatum, in quibus conferuntur, appellationem trahunt.

1769 Art. 8. - Baccalaureat us est gradus academicus ex quo cognoscitur eum qui hoc gradu donatur tale suae doctrinae specimen dedisse, ut idoneus censeatur ad curriculum persequendum pro gradibus ac ademicis superioribus.

1770 Art. 9. - Licentia est gradus academicus ex quo cognoscitur eum qui hoc gradu donatur praestitutum studiorum curriculum absolvisse et talo suae doctrinae specimen dedisse, ut idoneus haberi possit ad docentium in scholis quae gradus académicos non conferunt.

1771 Art. 10. - § 1. Laurea est gradus academicus ex quo cognoscitur eum qui hoc gradu donatur talo suae doctrinae et peritiae specimen dedisse, ut idoneus haberi possit, salvo praescripto art. 21, ad docendum etiam in Universitate vel Facultate.

§ 2. - Laurea peculiaria iura confert, quae in can. 137S C. I. C. recensentur.

§ 3. - Laurea in Re biblica, apud Pontificiam Commissionem Biblicam vel Pontificium Institutum Biblicura acquisita, eadem clericis parit iura cosdemque canonicos effectus ac Laurea in sacra Theologia.

'772 Art. 11. - Ad hanc Constitutionem accommodandae sunt etiam Facultates studiorum ecclesiasticorum in civilibus Universitatibus erectae, ratione habita Conventionum quae a Sancta Sede cum variis nationibus initae sunt et adhuc vigent.

'"73 Art. 12. - Ad hanc Constitutionem rite exsequendam serventur Ordinationes Sacrae Congregationis de Seminariis et Studiorum Universitatibus.

Titulus II

i)e personis et regimine

1. - *Auctoritates Academicae — Officiales*

'"1 Art. 13. - § L Universitatis vel Facultatis regimen exercent Auctoritates Academicae, quarum praecipuae sunt: .Magnus Cancellarius, Rector .Magnificus vel Praeses, Facultatum Decani.

§ 2. - Auctoritates Academicas in Universitate vel Facultate regenda et administranda adiuvant Officiales.

1775 Art. 14. - § 1. Universitati vel Facultati praeeat Magnus Cancellarius, qui nomino Sanctae Sedis rebus omnibus, quae ad regimen ac studia pertinent invigilat.

§ 2. - Magnus Cancellarius est Praelatus Ordinarius a quo Universitas vel Facultas iure pendet, nisi Sancta Sedes expresse alium constituerit.

1776 Art. 15. - Universitas rogit ur a Rectore Magnifico, singulae eius Facultates a Decanis, Facultas vero quae una sit a Praeside. Ilis autem Auctoritatibus, pro locorum consuetudine et singularum Universitatum vel Facultatum natura, ad res scient ificas, disciplinares, oeconomicas administrandas unum vel plura adsunt Consilia.

1777 Art. 16. - Rector et Praeses a Sacra Congregatione de Seminariis et Studiorum Universitatibus nominantur aut saltem, sicubi ex iure peculiari ad alios eorum nominatio pertineat, eiusdem Sacrae Congregationis confirmatione indigent.

1778 Art. 17. - Universitatis vel Facultatis Statuta definiant: num, praeter Magnum Cancellarium, Rectorem Magnificum vel Praesidem, Facultatum Decanos, habeantur aliae Auctoritates; quomodo hae et praeterea quomodo Decani Facultatum, Consilia, Officiales constituantur et quamdiu munere fungantur; quae singulorum sint officia ac iura.

1779 Art. 18. - Si Universitas vel Facultas cum clericorum Seminario vel Collegio coniuncta sit, Statuta clare et efficaciter provideant, ut illius rectio académica ab huius vita et disciplina rite distinguatur.

2. - *Professores*

1780 Art. 19. - § 1. In unaquaque Universitate vel Facultate iustus sit Professorum numerus. Habeantur in primis Professores ordinarii, seu qui pleno ac firmo iure in Professorum Collegium sunt cooptati.

§ 2. - Praeter Professores ordinarios sint quoque extraordinarii, seu qui, etsi debitis dotibus ornati, nondum omni ac pleno iure gaudent.

§ 3. - Pro opportunitate etiam alii assumi possunt Professores, qui ad certum tempus munere fungantur tradendi aliquam disciplinam.

1781 Art. 20. - Statuta Universitatis vel Facultatis decernant:

a) quot, saltem, pro numero et momento disciplinarum debeant esse Professores et quot ex iis ordinarii;

b) quot sint Professorum ordines et quae cuiusque ordinis officia et iura, ratione habita iustarum consuetudinum et traditionum;

e) a quibus, quomodo, quibus condicionibus Professores cuiusque ordinis nominentur ac promoveantur.

1782 Art. 21. - Ut quis in Professorum Collegium legitime cooptetur, requiritur ut:

I0 doctrinae copia et bonis moribus et prudentia praefulgeat;

2° Laurea congruenti praeditus sit;

3° cortis documentis, praesertim libris vel dissertationibus scriptis, se ad docendum idoneum probaverit;

4" professionem Fidei emiserit secundum formulam a Sancta sede approbatam, ad normam can. 1406 § 1, 8® C. 1. C. et Decreti Supremae Sacrae Congregationis S. Officii d. d. 22 Martii 1918;

5° missionem canonicam docendi, post impetratum *Nihil obstat* Sanctae Sedis, a Magno Cancellario acceperit.

1783 Art. 22. - Si quis Professor vel doctrinam catholicam laeserit vel a vitae integritate defecerit, pro gravitate culpae ad normam Statutorum puniatur et, si res ferat, missione canonica docendi a Magno ‹ amellarlo privetur.

3. - *Auditores*

1784 Art. 23. - Auditores dividuntur in eos qui ad gradus académicos contendunt et eos qui ad gradus académicos non contendunt.

1785 Art. 24. - Ut quis in Universitatem vel Facultatem ascribi possit, exhibeat oportet,

si sil clericus: litteras commendat itias Praelati sui Ordinarii, servatis ceteris praescriptionibus ecclesiasticis quae forte sint;

si sil laicus: competentis Auctoritatis ecclesiasticae litteras testimoniales de vita et. moribus.

1786 Art. 25. • Ut quis in Universitatem vel Facultatem ad gradus académicos adipiscendos ascribi possit, afferre debet, praeter ea quae in art. 24 praecipiuntur, authentica testimonia, ex quibus appareat eum:

1° curriculum medium studiorum classicorum rite absolvisse;

2° *a)* pro Facultate Theologica: studiis inediis classicis rite peractis, saltem per biennium universae Philosophiae scholasticae studuisse et praescripta examina superasse;

b) pro Pontificio Instituto Biblico: consecutum esse Licentiam iu sacra Theologia;

c) *si sil clericus,* pro Facultate luris Canonici. Pontificio Instituto Studiorum Orientalium, Pontificio Instituto Utriusque luris. Pontificio Instituto Archaeologiae Christianae, Pontificio Instituto Musicae Sacrae: cursum philosophico-theologicum ad normam can. 1365 C. I. C. complevisse.

1'87 Art. 26. - Nemo simul ascribi potest in plures Facultates ad gradus académicos in illis assequendos.

l"88 Art. 27. - Ab una Universitate vel Facultate ad aliam transiré licet, servatis Ordinationibus Sacrae Congregationis de Seminariis et Studiorum Universitatibus.

1789 Art. 28. - Auditor qui aliqua ratione deliquerit, meritis poenis ad normam Statutorum puniatur et in casibus gravioribus ab Universitale vel Facultate excludatur.

Titulus II

De ratione studiorum

1. - *Methodus generalis docendi*

1790 Art. 29. - Methodus in singulis Universitatibus vel Facultatibus talis adhibeatur, sive in disciplinis seligendis et ordinandis sive in argumentis proponendis et explicandis, qualis requiritur ut auditorum mentes ad finem, iisdem Universitatibus vel Facultatibus propositum, cohaerenter excolantur.

Nominatimi

a) In *Facultate Theologica* principem locum teneat sacra Theologia. Haec autem disciplina methodo eum positiva tum scholastica tradenda est; ideo veritatibus fidei expositis et ex sacra Scriptura et Traditione demonstratis, earum veritatum natura et intima ratio ad principia et doctrinam S. Thomae Aquinatis investigentur et illustrentur.

b) In *Facultate luris Canonici* tam historia et textus legum ecclesiasticarum quam earundem ratio et nexus modo scientifico exponantur.

c) In *Facultate Philosophica* Philosophia scholastica tradatur, caque ita ut auditores plena cohaerentique synthesi doctrinae ad methodum et principia S. Thomae Aquinatis instituantur. Ex hac autem doctrina diversa philosophorum systemata examinentur et diiudicentur.

d) In *Pontificio Instituto Biblico* disciplinae, quae ad sacram Scripturam utcumque illustrandam conducunt, ita tradantur, ut sacrarum Litterarum auctoritas cum humana tum divina vindicetur, atque sensus verbi divinitus inspirati ad mentem Ecclesiae indagetur et explicetur.

e) In *Pontificio Instituto Studiorum Orientalium* disciplinae, quae ad intellegendas condiciones religiosas totius vicini Orientis conducunt, ita ex ipsis fontibus illustrentur, ut auditores etiam non catholici plenam veritatem de unius Catholicae Ecclesiae missione divina percipiant.

/) In *Pontificio Instituto Utriusque Iuris,* fontibus investigatis iuridico apparatu adhibito atque legibus inter se collatis, sive in lure canonico sive in lure civili, cum romano tum vigenti, solida tradatur institutio.

g) In *Pontificio Instituto Archaeologiae Christianae* ita in antiqua monumenta Christiana studio historico-critico inquiratur, ut auditores ad doctrinam, instituta, vitam pristinae Ecclesiae per tutam certioremque illorum monumentorum interpretationem illustranda idonei officiantur.

h) In *Pontificio Instituto Musicae Sacrae* disciplinae methodo historico-critica et theoretieo-practica ita tradantur, ut auditores, secundum normas Motu Proprio Pii Pp. X *De Musica Sacra* d. d. 22 Novembris 1903, et Constitutione Pii Pp. XI *Divini Cultus Sanctitatem* d. d. 20 Decembris 1928 editas, historia, scientia, peritia sive cantus gregoriani sive compositionis sacrorum concentuum sive organi pulsandi, in usum maxime et decus sacrae Liturgiae, instituantur.

Art. 30. - § 1. In singulis Facultatibus, praeter lectiones, fiant exercitationes, quibus auditores scientifícam investigandi methodum et artem proponendi etiam scriptis ea quae studio assecuti sint, sub Professorum ductu addiscant.

§2. - In Facultate Theologica et Philosophica habeantur disputationes scholasticae, quibus auditores doctrinam penitus cognoscere, dilucide exponere, efficaciter tueri assuescant.

2. - *Studiorum curriculum*

Art. 31. - Studiorum curriculum absolvitur:

a) in Facultate Theologica annis quinque;
b) in Facultate Iuris Canonici annis tribus;
c) in Facultate Philosophica annis quattuor;
) in Pontificio Instituto Biblico annis tribus;
e) in Pontificio Instituto Studiorum Orientalium annis tribus;
/) in Pontificio Instituto Utriusque Inris annis quattuor;
g) in Pontificio Instituto Archaeologiae Christianae annis tribus;
h) in Pontificii Instituti .Musicae Sacrae *sectione* Cantus gregoriani annis tribus, *sectione* Compositionis sacrorum concentuum annis quinque, *sectione* Organi annis quattuor.

Art. 32. - Statuta Universitatis vel Facultatis decernant quae ratio habenda sit graduum academicorum qui in aliis disciplinis acquisiti sint, atque studiorum alibi, praesertim in clericorum Seminariis vel Collegiis, peractorum ad curriculum opportune contrahendum, spectatis Ordinationibus Sacrae Congregationis de Seminariis et Studiorum Universitatibus.

3. - *Disciplinae tradendae et examina*

Art. 33. - § 1. Disciplinae dividuntur in:

principales, quae essentialiter requiruntur ad finem Facultatis assequendum;

auxiliares, quae ad principales bene tractandas necessariae sunt:

speciales, quae disciplinas, sive principales sive auxiliares, complent quodammodo atque perficiunt.

§ 2. - In singulis Facultatibus, pro suis cuiusque peculiaribus traditionibus et pro locorum rationibus, praeter disciplinas principales et auxiliares, etiam aliquot ex specialibus tradantur vel peculiares cursus apte in sectiones distribui possunt.

§ 3. - Auditoribus ad gradus académicos contendentibus praescribuntur omnes disciplinae principales ot auxiliares ae praeterea una alteravo ex specialibus aut aliquot cursus peculiares, ad normam Statutorum Universitatis vel Facultatis.

179.5 Art. 34. - Ad validitatem graduum academicorum examina subeunda aunt de omnibus et singulis disciplinis ad normam art. 33 § 3 praescriptis.

Titulus IV

De collatione graduum aeademicorum

1796 Art. 35. - Gradus academici in Universitatibus vel Facultatibus studiorum ecclesiasticorum nomine Summi Pontificis regnantis et, Sede vacante, nomine Sanctae Sedis conferuntur.

1797 Art. 36. * § 1. Gradus academici ab Academiis vel Collegiis vel Institutis cuiuscumque generis quae scholas proprias non habent, conferri nequeunt, salvo praescripto § 2.

§ 2. - Pontificia Commissio de Re Biblica, ex Litteris Apostolicis Pii Pp. X *Scripturae Sanctae* d. d. 23 Februarii 1904, Licentiam et Lauream in Re biblica conferre potest, ad normam tamen, congrua congruis referendo, praescriptorum art. 24, 25 Io, 2° b), 26, 38, 39, 40, 43 *d),* 44, 45 *d),* 46, 52.

1798 Art. 37. - Firmis praescriptis art. 24, 25, 26, 32, 36, ut quis ad gradus académicos consequendos admitti possit, necesse est scholas do omnibus disciplinis, ad normam art. 33 § 3 praescriptis, rite frequentaverit in Facultate canonice erecta et approbata.

1799 Art. 38. - Qui gradibus aeademicis donandi sunt professionem fidei emittant secundum formulam a Sancta Sede approbatam, ad normam can. 1406 § 1, 8° C. 1. C. et Decreti Supremae Sacrae Congregationis S. Officii d. d. 22 Martii 1918.

1800 Art. 39. - Nemo Laurea donetur, nisi Licentiam antea consecutus sit.

1801 Art. 40. - Universitates vel Facultates Lauream *ad honorem* conferre nequeunt, nisi ex peculiari concessione singulis in casibus a Sancta Sede impetranda.

1. - *Baccalaurealus*

1802 Art. 41. Baccalaureatus conferri non potest:

a) in sacra Theologia ante expletum annum secundum ab incepto studiorum curriculo;

b) in lure canonico ante expletum annum primum;

c) in Philosophia ante expletum annum secundum;

d) in Re biblica ante expletum annum primum;

e) in Studiis orientalibus ante expletum annum primum;

/) in utroque Iure ante expletum annum secundum;

g) in Archaeologia Christiana ante expletum annum primum;

h) in Cantu gregoriano ante expictum annum primum, in Compositione sacrorum concentuum ante expletum annum tertium, in Organo ante expletum annum secundum.

1803 Art. 42. Firmo praescripto art. 37, qui ad Baccalaureatum contendit, talibus examinibus de disciplinis superiore tempore traditis subiciatur, ut liqueat num ad curriculum persequendum ad normam art. S idoneus sit.

2. - *Licentia*

1804 Art. 43. - Licentia conferri non potest:

a) in sacra Theologia ante expletum annum quartum ab incepto studiorum curriculo;

b) in lure canonico ante expletum annum secundum;

c) in Philosophia ante expletum annum tertium;

d) in Ite biblica ante expletum annum secundum;

e) in Studiis orientalibus ante expletum annum secundum;

/) in utroque Iure ante expletum annum tertium;

f/) in Archaeologia Christiana ante expletum annum secundum;

/() in Cantu gregoriano ante expletum annum secundum, in Compositione sacrorum concentuum ante expletum annum quartum, in Organo ante expletum annum tertium.

1805 Art. 44. - Firmo praescripto art. 37, qui ad Licent iam contendit, subiciatur examini peculiari, ex quo appareat eum sibi comparasse doctrinam ad normam art. 9.

3. - *Laurea*

180G Art. 45. - Laurea conferri non potest:

a) in sacra Theologia ante expletum annum quintum ab incepto studiorum curriculo;

b) in lure canonico ante expletum annum tertium;

c) in Philosophia ante expletum annum quartum;

d) in Re biblica ante expletum biennium post Licentiam;

c) in Studiis orientalibus ante expletum annum tertium;

/) in utroque Iure ante expletum anuum quartum;

g) in Archaeologia Christiana ante expletum annum tertium;

h) in Cantu gregoriano ante expletum annum tertium; in Compositione sacrorum concentuum ante expletum annum quintum, in Organo ante expletum annum quartum.

1807 Art. 46. - § 1. Candidatus, omnibus praemittendis examinibus superatis et opera exercitationibus ad normam Statutorum Universitatis vel Facultatis data, ut Lauream assequi possit, debet praeterea:

Io exhibere dissertationem scriptam, quae eum investigationibus scient ilicis aptum esse demonstret et ad scientiae profectum conducat quaeque saltem ex parte, secundum Statuta Universitatis vel Facultatis, typis edatur;

2° hanc ipsam dissertationem coram Auctoritatibus Academicis et Professoribus Universitatis vel Facultatis palam defendere.

§ 2. - Universitas vel Facultas, praeter dissertationem et dissertationis defensionem, aliquod aliud statuat experimentum a candidato coram dandum.

Titulus V

t

Dc rebus didacticis ct oeconomicis

1. - *Aedificium*

1808 Art. 47. - Quaevis Universitas vel Facultas auditoria habeat non solum scholis et exercitationibus unice destinata, sed etiam, tam amplitudine quam numero, disciplinis tradendis atque auditorum frequentiae respondentia.

2. - *Bibliotheca et adiumenta scientifica*

1809 Art. 48. - In unaquaque Universitate vel Facultate bibliotheca adsit ad Professorum auditorumque usum accommodata, in ordinem redacta, opportunis catalogis instructa, quae Universitatis vel Facultatis disciplinis tam tradendis quam discendis atque exercitationibus servire possit.

1810 Art. 49. - Universitas vel Facultas, pro peculiari suo fine, institutis et laboratoriis scientificis ac rebus omnibus quae pro scholis requiruntur praedita sit.

3. - *Professorum ct Officialium honoraria atque auditorum tributa*

1811 Art. 50. - § 1. Professoribus honoraria pendantur vitae honeste, pro amplissimi muneris dignitate, sustentandae et sui status necessitatibus consentanea.

§ 2. - Officialibus digna renumeratio concedatur.

1812 Art. 51. - Omnibus qui Universitati vel Facultati stabiliter servierint, cum a munere, insta de causa, cessaverint, honoraria emerita ita statuantur, ut vitam decenter agere possint.

1813 Art. 52. - Statuta Universitatis vel Facultatis decernant quid auditores pro admissione, ascriptione annua, examinibus, diplomate persolvere debeant.

Titulus VI

Normae transitoriae

1814 Art. 53. - Universa haec Constitutio valere incipiet a primo die anni academici 1932-1933; articuli vero 4, 35, 36, 38, 39, 40 a primo die anni academici 1931-1932.

1815 Art. 54. - Studia et examina, quae in Universitatibus vel Facultatibus ad gradus académicos consequendos ante annum academicum 1932-1933 secundum leges usque adhuc vigentes facta sint, valida habentur. Reliqua vero studia et examina a primo die anni academici 1932-1933, etiam auditoribus qui curriculum iam antea inceperint, facienda sunt ad normam huius Constitutionis et Sacrae Congregationis de Seminariis et Studiorum Universitatibus Ordinationum.

1816 Art. 55. - Facultates Theologicae canonice erectae pro iis qui, curriculo philosophico-theologico ad normam can. 1365 C. I. C. expleto, aliquas disciplinas theologicas altius pleniusque excolere intendunt, manere permittuntur, donec Sanctae Sedi aliud visum fuerit, interim tamen Statuta sua, quantum salvo peculiari earum fine fieri potest, ad hanc Constitutionem et Sacrae Congregationis de Seminariis et Studiorum Universitatibus Ordinationes accommodare debent.

1817 Art. 56. - Omnes Universitates vel Facultates studiorum ecclesiasticorum a Sancta Sede iam erectae et approbatae, comprehensis his de quibus in art. 55, Statuta sua, ad hanc Constitutionem et Sacrae Congregationis de Seminariis et Studiorum Universitatibus Ordinationes accommodata, ante diem trigesimum mensis lunii anni 1932 eidem Sacrae Congregationi exhibere debent, simul eum relatione de vita académica et oeconomica superioris triennii.

1818 Art. 57. - Si qua Universitas vel Facultas praescripto art. 56 non obtemperaverit, ius vel privilegium gradus académicos conferendi ipso facto amittet.

1819 Art. 58. - Vigentes in praesenti contra hanc Constitutionem leges vel consuetudines, sive universales sive particulares, etiam specialissima et individua mentione dignae, abrogantur. Item privilegia a Sancta Sede ad haec usque tempora personis sive physicis sive moralibus concessa, quae eiusdem Constitutionis praescriptis contraria sint, omnino revocantur.

AAS 23. 241-262.

Ordinationes ad Constitutionem Apost. '•Deus Scientiarum Dominus'' rite exsequendam

(Ex Décrût. S. C. de Sem. et Stud. Univ., 12 iun. 1931).

ORDINATIONES

AD CONSTITUTIONEM APOSTOLICAM «DECS SCIENTIARUM DOMINUS » DE UNIVERSITATIBUS ET FACULTATIBUS STUDIORUM ECCLESIASTICORUM RITE EXSEQUENDAM.

Sacra Congregatio Seminarli» et Studiorum Universitatibus praeposita, nd normam nrt. 12 Constitutionis Apostolicae *Drus scientiarum Dominus* d. xxiv Mail anno 1/D-ccccxxxi datae, Ordinationes quae sequuntur Universitatibus et Facultatibus studiorum ecclesiasticorum tradit eosdemquo religiose servandus praescribit.

Titulus I

Normao generales
(Const. Aposta art. 1-12)

1820 Art. 1. - Cum a Sacra Congregatione do Seminariis et Studiorum Universitatibus postulatur ut Universitas vel Facultas canonice erigatur cum iure conferendi gradus academices,

1° ostendatur ob locorum et temporis rationes opportunum ease novam Universitatem vel Facultatem erigi et spem certam fore, ut erigenda Universitas vel Facultas veram afferat utilitatem;

2° demonstretur haberi posse omnia quae requiruntur, ut Universitas vel Facultas vitA scientific!'! floreat:

a) lustum Professorum numerum ad normam art. 19 Constitutionis Apostolicac,

b) auditoria, bibliothecam, supellectilem, sicut in art. 47-49 Constitutionis Apostolice et in art. 44-46 harum Ordinationum praescribitur,

e) pecuniae summam quae necessitatibus Universitatis vel Facultatis sufficiat;

3° exhibeantur:

a) *Statuta* cum *Ratione Studiorum* Constitutioni Apostolicac et his Ordinationibus congruentia,

b) aedium descriptio,

c) occepti et expensi annui accurata propositio.

1821 Art. 2. - Sacra Congregatio ius conferendi gradus académicos non ante concedet, quam ea quae requiruntur ad effectum perducta sint; neque ius illud in modum stabilem confirmabit, nisi nova Universitas vel Facultas vitae suae acudcmicae Constitutioni ApOfitolicae et his Ordinationibus congruentis per aliquot annos experimentum dederit.

1822 Art. 3. • Ad Statuta conficienda ante oculos habeantur Normae quae *Appendice 11.* his Ordinationibus adiuncta, continentur.

1823 Art. 4. - Singulae Universitates vel Facultates canonice erectae et approbatae tertio quoque anno ad Sacram Congregationem de Seminariis ct Studiorum Universitatibus relationem de statu suo tam académico quam oeconomico, secundum Normas his Ordinationibus *Appendice **III*** adiunctas, mittere debent.

Titulus **n**

Dc personis et regimine
(Const. A post., art. 13-28)

1. - *Auctoritates Academicae - Officiales*
(Const. Apost.. art. 13-18)

1824 Art. 6. • *Magnus Cancellarius*

I0 doctrinae orthodoxlam tutatur;

2° providet **ut** praescripta Sanctae Sedis fideliter observentur;

3° Sacrae Congregationi de Seminariis ct Studiorum Universitatibus nomina proponit eorum qui ad Rectoris vel Pracsidis officium exercendum apti habeantur, aut ab eadem confirmationem petit eius qui Rector vel Praeses ad normam art. 16 Constitutionis Apostollene ab aliis nominatus sit;

!• professionem fidei Rectoris vel Pracsidis. secundum formulam a Sancta Sedo approbatam. ad normam art. 1106 § 1. 8° C. I. C. ct Decreti Supremae Sacrae Congregationis S. OffiCii ‹|- d. 22 Martii 1918. accipit;

5° Professoribus legitime nominatis missionem canonicam confert eosdemquo hac missione ad normam art. 22 Constitutionis Apostolicac privare potest;

G° examinibus nd Lauream consequendam, de quibus in art. 16 ‹ Ir 2° ‹ t I 2 Constitutionis Apostolicac, de iure praesidet;

7° documentis authenticis Licentiae ct Laureae primo loco subscribit vel suo nomine ab alio subscribendum curat;

8° Sacrani Congregationem de Seminariis ct Studiorum Universitatibus de rebus gravioribus, quae ad Universitatem vel Facultatem pertinent, certiorem facit, eique tertio quoque anno accuratam relationem, de qua in art. 4 hanim Ordinationum, exhibet.

1825 Art. G. - *Rector* vel Praeses

I0 exsequitur praescripta Sanctae Sedis et Statuta Universitatis vel Facultatis;

2° accipit professionem fidei secundum formulam u Sancta Sede approbatam omnium Professorum Universitatis vel Facultatis, ad nonnam can. 140® ! 1 n. 8° C. I. C. et Decreti Supremae Sacrae Congregationis S. Ofllcii d. d. 22 Martii 1918, itemque eorum qui, examine superato, academicis gradibus donandi sunt;

3° curat ut Professores in docendo Rationem Studiorum rite approbatam accurate sequantur;

4° convocat Universitatis vel Facultatis Consilia, cisque praesidet;

5° auditores ad Universitatem vel Facultatem admittit, eorum studiis ct moribus prospicit cosque, si quid culpae commiserint, meritis poenis ad normam art. 28 Constitutionis Apostolicac plectit:

6° examinibus, ad normam art. 42 et 11 Constitutionis ApostoUcae subeundis, si intersit, praesidet;

7° documentis authenticis Baccalaureatus primo loco et ceterorum graduum academicorum secundo loco subscribit:

8° ad Magnum Cancellarium de studiis, disciplina, rebus pecuniariis refert:

9° quotannis ad Sacram Congregationem de Seminariis et Studiorum Universitatibus summaria ad rem *statistica*™ pertinentia, secundum schemata ab eadem Sacra Congregatione redigenda, mittit.

1826 Art. 7. - *Facultatis Decanus*

I0 vigilanter custodit doctrinam in propria Facultate tradendam;

2° praccst conventibus Facultatis, nisi ipso Rector intersit:

3° refert ad Rectorem quae a Facultate proponuntur;

I0 quae ab Auctoritatibus superioribus statuuntur, in Facultate exsequenda curat:

5° de iure praccst examinibus do quibus in art. 34 Constitutionis Apostolicac, salvis art. 5. 6° et art. G, 6° harum Ordinationum.

1827 Art. 8. - *Officiales* pro muneris sui gravitate in maiores et minons dividuntur.

1828 Art. 9. - Rector Magnificus. Praeses, Decani in rebus, quae maioris momenti sunt, sua cuiusque Consilia interrogare debent.

2. - *Professores*
(Const. AposL, art. 12)

1829 Art. 10. - Qui praesunt Universitati vel Facultati caveant, ne cui Professori munus concredant tradendi disciplinas inter se dispares, neve quamquam numero scholarum ita onerent, ut a debita earum praeparatione et a labore scientifico prohibeatur.

1830 Art. 11. • Professoribus non licet onera vel olitela obire, quibus a munere docendi rite implendo impediantur.

3. • *Auditores*
(Const. Apost., art. 23-28)

1831 Art. 12. - Universitatis vel Facultatis auditores, qui quacumque ile causa ad gradus académicos non contendunt, admitti possunt sive ad omnes scholas frequentandas sive ad aliquas tantum, quas sibi eligerint. firmo tamen praescripto art. 21 Constitutionis Apostolicae.

1832 Art. 13. - Curriculum medium studiorum classicorum, do quo in art. 25. I0 Constitutionis Apostolicae, praeter convenientem institutionem religiosam ct linguas littorasquo latinas, graccas, patrias, quae disciplinae praecipuae sunt, complecti debet etiam Historiam naturalem. Mathesim, Physicam, Chimiuin. Geographiam, Historiam civilem, ct quidem tantum quantum in eo qui ad studia académica accedit requiri solet, secundum nonnus Sacrae Congregationis de Seminariis et Studiorum Universitatibus.

1833 Art. II. • Curriculum modium studiorum classicorum rite peractum esse documentis authenticis Auctoritatis ecclesiasticae vel civilis probari debet, firmo iure Universitatis vel Facultatis imponendi examen, quandocumque documenta allata non sufficere censeantur.

1834 Art. 15. • Si quis alumnus e schola media sive civili sive ecclesiastica venerit, in qua vel plures disciplinae, de quibus in art. 13, omnino non sint aut saltem non satis sint traditae, earum studium supplere atque in examine satisfacere debet, secundum Statuta Universitatis vel Facultatis.

1835 Art. 1G. § 1. • Biennium Philosophiae scholasticae, quod ex art. 25, 2° *a)* Constitutionis Apostolicae prorsus requiritur ut quis in Facultate Theologica gradus académicos appetere possit, complectitur studium Logicae, Cosmologiae, Psychologiae, CTiticac seu CTitcriologiae, Ontologiae, Theologiae naturalis. Ethicae et luris naturalis. Historiae philosophiae.

§ 2. - Biennium, de quo in § 1. rite absolvi debet, curriculo medio studiorum classicorum confecto, in Facultate Philosophica vel in aliqua schola superiore ad Philosophiam scholasticam docendam destinata ct ab Auctoritate ecclesiastica ad hoc approbata.

§ 3. - Qui legitimis documentis probaverit se cursum Philosophiae scholasticae aliter ac in J 2 praescribitur absolvisse, in Facultatem Theologicam ascribi non potest, nisi in illius disciplinae studium saltem per annum in Facultate Philosophica vel in schola, de qua in eadem § 2, incubuerit et in examine de omnibus Philosophiae scholasticae partibus satisfecerit.

183G Art. 17. § 1. - Ab una Universitate vel Facultate ad aliam transire licet etiam ad eadem studia continuanda, ea tamen condicione ut nemo ad Licentiam admittatur, quin tempore curriculi peracti omnes disciplinas ad normam art. 33 § 3 Constitutionis Apostolicae praescriptas rite absolverit.

{ 2. - Transitus, de quo in § 1, fleri potest tantum initio anni academic! aut, ubi annus académicos in semestria dividitur, initio singulorum semestrium; no flat tamen nisi iusta de causa.

I 3. • Firmis praescriptis § 1 et § 2, Universitatibus vel Facultatibus Ius est lis qui ab aliis ad se transierint rationem et ordinem studiorum statuendi.

Titulus **III**
Dc ratione studiorum *(Const. Apost.,* art. 29-31)

1. - *Methodus generalis docendi*
(Const. Apost., art. 29-30)

1837 Art. 18. **–JI.–** Quae in art. 29 a) et c) Constitutionis Apostolicae de institutione ad Angelici Doctoris rationem, principia, doctrinam statuuntur sancto serventur, ad normam Litterarum Encyclicarum Leonis Pp. **XIII** *Aeterni Patris* d. d. I Augusti 1879 et Pii Pp. XI *Studiorum Ducem* d. d. 29 lunli 1923.

§ 2. - In parte disciplinai uni poxi/ira audit on- it 1st Ituant ur, ut non solurn ipsam doctrinam probe addiscant, sed etiam fontes ſinguli đisciplini ꝑproprio k-ge-que eosdctn interpretandi cognoscant atque laboris scientifici subsidia ct adiumenta cum fructu adhibere assuescunt.

5 3. • In quaestionibus *speculatici#* sive Theologiae sive Philosophiae adhibeatur methodus quum scholasticam vocant, non neglecta, tam m proponendis argumentis quam in afferendis, disputandis, solvendis difficultatibus, forma *syllogistica.* Flac autem methodo auditorum mentes ita excolantur, ut apti paratique efficiantur non solum ad falsa systemata erroresquo antehac exortos dliudicandos et refutandos, sed etiam ad discernendas et cx veritate aestimandas sententias novas quae forte in disciplinis theologicis vel philosophicis exoriantur.

1S3S Art. 19. - Disciplinarum principalium, quae Universitatis vel Facultatis velati summam constituunt, gravitas et excellentia etiam ex numero lectionum et profetorum eluceant.

1839 Art. 20. - In Facultate Theologica, luris Canonici, Philosophica diseiplinat principale totae tradendae sunt in scholis.

1810 Art. 21. - Sacra Scriptura, Theologia dogmatica. Theologia moralis. Philosophia scholastica, Codex inris canonici et Tus romnnum tradantur lingua latina. Professori- autem operam dent ut auditores vim locutionum *technicorum* plene et accurate intellegant.

1841 Art. 22. - In exercitationibus, de quibus in art. 30 Í 1 Constitutionis Apostoliche, professoris est principia methodica propriae scientiae exponere. ꝑil id in cursu peculiari liat, et eorundem rectae applicationi invigilan?, ita ut singuli discipuli ad legendos ct interpretandos fontes, ad tractandas et dijudicandas quaestionem peculiares et praesertim ad scribendum, etiam in lingua vernacula, de selectis scientiae argumentis instituantur.

1812 Art. 23. - Exercitationes Initium sumere debent: in Facultate Theologica et Philosophica saltem a *tertio* curriculi anno, in Facultate luris Canonici saltem a *secundo.* in Pontificio Instituto Utriusque luris a *secundo.* in Pontificio Instituto Biblico, in Pontificio Instituto Studiorum Orientalium, in Pontificio Instituto Archaeologiae Christianae, in Pontificio Instituto Musicae Sacrae iam indo ab anno *primo.*

1843 Art. 24. - In disputationibus scholasticis, de quibus in art. 30 § 2 Constitutionis Apostolicae, aliquis cx auditoribus thcsiin a Professore indicatam, eodemque vel alio Professore moderante, exponet, demonstrabit atquo vindicabit a difficultatibus, quas condiscipuli antea designati, et post hos, pro opportunitate, etiam alii opposuerint.

1844 Art. 25. - Ultimo curriculi anno scholae paucae sint; exercitationes autem continuentur quidem, ita tamen ut amplum temporis spatium dissertationi pro Laurea praeparanda relinquantur.

2. - *Studiorum curriculum*
(Const. Aposta art. 31-32)

1845 Art. 26. - Ut studiorum curriculum ad normam art. 32 Constitutionis Apostolicae contrahatur» haec quae sequuntur in primis serventur:

I0 *In Facultate Ꝑheologica*

qui, studiis mediis classicis rite peractis. Philosophiae scholasticae per biennium operam dederint ad normam art. 16 harum Ordinat ionum ct deinde quadriennium theologicum ad normam can. 1365 C. I. C. rite absolverint, ad quartum curriculi annum, praemisso examine, admitti possut.

2° *In Facultate luris Canonici:*

a} qui quadriennium theologicum in aliqua Facultate Theologica canonice erecta ct approbata rito peregerint, admitti possunt, nullo facto examine, in primum curriculi annum:

b) qui quadriennium theologicum extra Facultatem Theologicam rite absolverint, ut in Facultatem luris Canonici ascribi possint, superare debent examen do Institutionibus luris canonici;

c) qui quadriennium theologicum, de quo sub litt. a) et 6), non peregerint, in Facultatem luris Canonici ascribi non possunt, nisi in examino dc principiis Philosophiae moralis, luris naturalis, Theologiae fundamentalis ac do Institutionibus luris canonici rite satisfecerint;

d) qui lauream in lure civili consecuti fuerint, curriculum Facultatis luris Canonici biennio conticere possunt, lirina pro lalcls obligatione examinis praescripti sub litt. o).

3° *In Facúltale Philosophica:*

a) qui, studiis mediis classicis rite peractis, biennium philosophicum absolverint in schola superiore Philosophiae scholasticae, ab Auctoritate ecclesiastica ad hoc approbata, cui tamen non sit ius conferendi gradus académicos, recipi possunt, facto examine, in tertium annum Facultatis Philosophicae;

b) qui cursum Philosophiae scholasticae extra scholam, do qua sub litt. a), peregerint, curriculum Facultatis Philosophicae triennio conticere possunt.

3. - *Disciplinae tradendae et examina* (*Const. Apost.,* art. 33-31)

1846 Art. 27. - Disciplinae principales et auxiliares ab omnibus Universitatibus et Facultatibus tradendae hic subiciuntur, facta singulis Universitatibus et Facultatibus potestate aliquot alias disciplinas omnibus auditoribus praescribendi.

Pro Facultate Theologica, luris Canonici. Philosophica in *Appendice I.* his Ordinationibus adiuncta. recensentur, in modum exempli, complures disciplinae speciales ct cursus peculiares atque indicantur aliquot eorum sectiones ad normam art. 33 § 2 Constitutionis Apostolicae.

I. - Facultas theologica

1847 L - *Disciplinae principales:*

a) Theologia fundamentalis;
b) Theologia dogmatica;
c) Theologia moralis;
d) Scriptura sacra (i. o. Introductio ct Exegesis Veteris et Novi Testamenti);
e) Historia ecclesiastica, Patrologia, Archaeologia ebristiana;
f) Institutiones luris canonici.

2, - *Disciplinae auxiliares:*

a) Lingua hebraica ct graeco-biblica;
b) Institutiones systcmatlco-historicae Liturgiae;
c) Ascetica;
d) Quaestiones theologicae ad Orientales maxime spectantes.

3. - *Disciplinarum specialium* et *cursuum peculiarium* exempla vid. in *App. I,* n. I.

II. • Facultas Iuius Caxoxici

1848 1. - *Disciplinae principales:*

a) Introductio in scientias iuridicas (Ius naturale, Philosophia luris);
b) Nonnae Generales – *Liber I Codicis I.* C.;
c) De Personis – *Liber II Codicis I. C.;*
d) Dc Rebus – *Liber III Codicis I.* C'.;
c) De Processibus – *Liber IV Codicis L C.;*
D De Delictis et Poenis – *Liber F Codicis I. C^;*
u) Ius publicum ecclesiasticum.

2. - *Disciplinae auxiliares:*
   a) Institutiones iurte romani;
   b) Tus concordataciurn *(ubi riget ConcordalumY.*
   r) Elementa lurte civilis vigentis;
   ti) Historia iurte canonici (tontes, instituta, scientia).
3. - *Disciplinarum specialium* et *cursuum peculiarium* exempla vid. in *App. /.* n. 2.

1849 **HI. - Facultas Philosophica**

1. - *Disciplinae principales:*
   a) Philosophia scholastica, exponenda secundum omnes suas partes (Logica. Cosinologia, Psychologia, Critica seu Criteriologia, Ontologia, Theologia naturalte, Ethica et lus naturale), praemissa Introductione generali;
   b) Historia philosophiae.
2. - *Disciplinae auxiliares:*
   a) Psychologia exporimontalte;
   b) Quaestiones scientitlcae cum Philosophia ooniunctae ex
      Biologia.
      Anthropologia,
      Mathesi,
      Physica,
      Chinila;
   c) Interpretatio textuum selectorum ex Aristotele et S. Thoma Aquinate.
3. - *Disciplinarum specialium* ct *cursuum peculiarium* exempla vid. in *App. /,* i». 3.

1850 **IV. - Pontificium Institutum Biblicum**

1. - *Disciplinae principales:*
) Quaestiones graviores Introductionis generalis ct specialis in sacram Scripturam;
) Exegesis pericoparum selectarum ex sacris Litteris;
   c) Theologia bíblica;
   d) Cursus altlores de linguis biblicte (hebraica, aramaica. graeco-hellentetica);
   c) Lingua aliqua orientalis (praeter hebraicam et animaicam). Linguae autem inter quas selectio fieri potest, in primis sunt hae: syriaca. accudiva et sumerico, arabica, aegyptlaca antiqua.
2. - *Disciplinae auxiliares:*
   a) Historia biblica;
   b) Geographia biblica;
   c) Archaeologia biblica.
3. • *Disciplinae speciales* et *cursus peculiares* in propriis Statutis recensentur.

1851 **V. - Pontificium Institutum Studiorum Orikntauum**

1. - *Disciplinae principales:*
   ai Theologia fundamentalis et dogmatica cum doctrinis Orientalium dissidentium comparata;
   b) Patrologia orientalis;
   c) Liturgiae orientales;
   d) Historia ecclesiastica orientalium;
   e) Ius canonicum orientale.
2. - *Disciplinae auxiliares:*
   a) Introductio in studia orientalia Christiana;
   b) Archaeologia Orientis Christiani;
   r) Una ex lite linguis: avthiopica. arabica, armena, eoptiea. georgiana, gravea antiqua et rccentior, palaeoslnvica, rumena, rnssica, syriaca. turcica.
3. - *Disciplinar speciales* et *cursus peculiares* in proprite Statutis recensentur.

VL • Pontificium Institutum Utriusque Turis

1852 Praeter disciplinas Facultatis luris Canonici proprias

1. - *Disciplinae principales;*
   a) Ius romanum;
   b) Ius publicum internum comparatum:
   c) Ius poenale comparatum;
   d) Ius processuale ℭomparatum
   «) Ius privatum comparatum:
   /) Ius internationale.
2. - *Disciplinae auxiliares:*
   a) Oeconomia socialis;
   b) Notiones statistica©;
   c) Medicina legalis;
   d) Historia iuris romani;
   e) Historia iuris civilis, praesertim iuris communis.
3. - *Disciplinae speciales* ct *cursus peculiares* in propriis Statutis recensentur.

VII. - Pontificum Institutum Archaeologiae Christianae

1. - *Disciplinae principales:*
) Historia, Liturgia, Hagiographia Ecclesiae antiquae;
) Architectura ct Historia aedificiorum sacrorum Ecclesiae antiquae:
   c) Descriptio et Historia coemeteriorum Christianorum primae aetatis;
   (Z) Iconographia sacra Ecclesiae antiquae (pictura, sculptura, artes minores);
   e) Epigraphia Ecclesiae antiquae.
2. - *Disciplinae auxiliares:*
   a) Introductio critica in fontes historiae Ecclesiae antiquae;
   b) Methodologia studiorum de monumentis Christianis;
   c) Institutiones romana© primorum Ecclesiae temporum;
   </) Technologia de antiquis monumentis effodiendis servandisque.
3. - *Disciplinae speciales* et *cursus peculiares* in propriis Statutis recensentur.

VIII. - Pontificium Institutum Musicae Sacrar

A) *Cantus greoorianus*

1. - *Disciplinae principales:*
   a) Theoria gregoriana generalis;
   b) Aesthetica, altlor Theoria, Palaeographia gregoriana;
   c) Institutiones sacrae liturgiac;
   d) Exercitationes cantus gregoriani.
2. - *Disciplinae auxiliares:*
   u) Historia musicae, cantus gregoriani, legislationis ecclesiasticae dc musica sacra;
   b) Solmisationis variae species;
   c) Ars recto canendi;
   (I) Ara gregorianos concentus moderandi;
   e) Harmonia et Contrapunetum;
   D Are pulsandi organum et pianoforte quod *complementare* dicitur;
   a) Ara consociandi organum cum cantu gregoriano.
3. - *Disciplinae speciales* ct *cursus peculiares* in propriis Statutis recensentur.

B) *Compositio Microrum concentuum*

1. • *Disciplinae principales:*

Praeter disciplinas de quibus sub litt. *A} \-a)t c}, d)*

a) Harmonia, Contrapunctum, Fuga;

6) Ars componendi secundum varias musicas formas.

2. - *Disciplinae auxiliares:*

Praeter disciplinas dc quibus sub litt. *A) 2-a), b), c), f), o)*

<i) Musicologia;

b) Polyphonia sacra secundum normas veterum sunimorumque auctorum:

c) Ars chorum moderandi;

d) Ratio indicandi de musicis compositionibus;

c) Ars symphonies. *(Strumentazione),*

.3. • *Disciplinae speciales* et *cursus peculiares* in propriis Statutis recensentur.

C) *Organum*

1. • *Disciplinae principales:*

Praeter disciplinas de quibus sub litt. **J)** l-u). r>. d) et *ID* l-a)

) Ars pulsandi organum quod *principale* dicitur:

) Ars consociandi ex improviso organum cum cantu gregoriano;

c) Ars componendi in organo modos musicos secundum antiquum ac recentiorem stilum.

2. - *Disciplinae auxiliares:*

Praeter disciplinas de quibus sub litt. **J)** 2-a) *b),* ***c),*** a) et *ID* 2-Ò), *d)*

Historia, Structura, Aesthetlca organi — Illustriores musicae cum organo auctores — Ratio docendi artem pulsandi organum.

3. - *Disciplinae speciales* ot *cursus peculiares* in propriis Statutis recensentur.

1855 Art. 28. - Disciplinae speciales seligantur pro cuiusque 1'niversitatis vel Facultatis traditionibus ot regionis necessitatibus, ad principia doctrinae catholicae in varias vitae intellectualis provincias efficacius diffundendas.

185G Art. 29. - § 1. - Auditores scholas omnes disciplinarum, quae in art. 33 $ 3 Constitutionis Apostolieae praescribuntur, frequentare debent. Si quis auditor ab iis ita afuerit (cum vel sine causa), ut omnes absentiae simul sumptae tertiam partem anni aut semestris acadcmici adaequent, annus illo aut semestre numero praescripto non comprehendetur, salvis poenis quibtts, si culpam commiserit, vi Statutorum Universitatis vel Facultatis obnoxius esse poterit.

§ 2. - Exercitationibus, quae Statutis Universitatis vel Facultatis ad normam art. 30 I 1 Constitutionis Apostolica© praescribuntur, auditores ad gradus académicos contendentes non solum interesse. sed communi eum sodalibus labore et propriis commentationibus operam dare debent.

1857 Art. 30. - Horae scholarum ne tot sint numero, ut auditores ultra modum onerentur ct tempore, quod studio privato, exercitationibus, examinibus parandis impendendum est, priventur.

W58 Art. 31. • § 1. - Examina, do quibus in art. 31 Constitutionis Apostolieae, possunt esse, pro singulis disciplinis, sive unica sive plura, modo universam materiam complectantur.

Í 2. - Examina, do quibus in § 1, possunt flori aut solum coram aut etiam scripto.

1^59 Art. 32. - Statutis Universitati» vel Facultatis detlniatur, qua ratione examinatores suum de candidato iudicium significare debeant.

1860 Art. 33. - In indicio ultimo dc candidatis nd singulos gradus académicos ratio habeatur omnium suffragiorum quae li in diversis experimentis, sive scripto sive coram factis, tulerunt.

1861 Art. 31. - Ad omnia examina coram subeunda Professoribus et auditoribus liber patet aditus.

Titulus IV

De collatione graduum academicorum
(Const. Apost., art. 35-46)

(Consi. Apost., art. 35-42)

1862 Art. 35. Firmo praescripto art. 40 Constitutionis Apostolicac, potestas conferendi Lauream *ad honorem* tum tantum a Sancta Sede postulari poterit, cum Magnus Cancellarius et duae saltem partes Professorum ordinariorum Universitatis vel Facultatis in id consenserint.

1863 Art. 36. § 1. • Documenta authentica de collatis gradibus acadcmicis mentionem faciant inris conferendi gradus académicos, quod Universitas vel Facultas a Sancta Sede impetravit.

§ 2. • Documentis, de quibus in § 1, ab omnibus, ad quos secundum praescripta art. 5, 7° et 6, 7° harum Ordinationum et peculiaria Universitatis vel Facultatis Statuta pertinet, subscribatur; eademque sigillo Universitatis vel Facultatis signentur.

1. - *Licentia*
(Const. Apost., art. 43-44)

2069 i Professori dei Seminari Regionali reputeranno singolare privilegio Tessere stati chiamati al gravissimo e delicato ministero discoliaborare alla formazione dei futuri ministri di Dio.

Porranno perciò ogni impegno nel corrispondere dcgnamoìito a una grazia si grande, rendendosi quali la (hicsa li desidera sv/rcri/ofc^ non *(Inrtrina tanhim. sed etíam rirtutibus (l0 prudrnfni gui verbo et exempìo alu mofaprodesse passini.* (C. 1. C. can. 1360, i D.

P'Ttanio la S. Congregazione dei Seminari u delle Università degli Studi dispone k seguenti Norme:

1. *J'ccfor» Sì tn inan i in jìroi/riis muneribus impletulis obtemperare omnes debent* (C. I C, can. 13G0, ś 2).

2. Anche per edificazione degli alunni, i Professori md Seminari Regionali prenderanno parte alle comuni pratiche di pietà, c in particolare^

) alla recita quotidiana del santo Rosario, che a tale stopo avrà luogo dinanzi al SS. Sacramento nella yappclln comune, e vorrà fissata immcdiauunrnte prima della cena;

) alle novene funzioni ed altri pii esercizi, che seguiranno la recita del santo Rosario;

c) alla Messa solenne nei giorni fest ivi, qualora non fossero otoiipnti in altro opero di ministero:

d) al ritiro mensile, al quale interverranno ancho i Professori chovnon risiedono nel Pio Istituto.

3. Porranno ogni loro impegno nel curari' il profitto intellettuale dei giovani, con una scria e costante applicazióne alla scuola, la quale riuscirà tanto più proficua quanto nniglo «t lidio nel preparare le lezioni» la diligenza nella revisiono dei lavori e Tessergli orari e del programmi stabiliti.

3 ?r poter consacrare alla scuola del Seminario tutta la loro attività» non daranno l private, nè lezioni presso altri Istituti. Anche bc richiesti di impartire rinatomela Religione nei Corsi superiori di istruzione media» non aocótteranttO srnzkil di questa 8. Congregazione.

l [Cfr. un. 1991*2003]*

IQ27 (1350) Prtictorcn coiwci«ntine ‹lìhcuhblo sive et Ticruli' ßparti uI-ith n<: pni'ſ riattt-itur, qua nihil ethcnciiis ad vitia «xtirpandn ct virtute® acquirenda».

IJ28 (1351) Aiutimi *iéoíttirtutii* B. Marine VirjfinLs coratn maíllo Sip r.imaiito recitent ſ* aaltetn Por ñora quadrantem librnjn qui do Ascetica pertractet, vel, et praecipue, vitam alicuius Sancti ple legant.

1029 (1352) Expedit quoque ut dies Dominici et dies festi de praecepto inter hebdomadam solemnioribus Sacrae Liturgiae caeremoniis et peculiaribus pietatis actibus sanctificentur, praesertim Missae sokmnis celebratione, cantu Vc«iwrarum ct Benedictione smhi ßaera incuti.

1930 (1353) Delude praetor menstruam recollectionem, semel in anno fiant Exercitia Spirituali^ saltern per quinque dies plenos.

Quae omnia si digne, attente ac devote compleantur, tuvera ‹ in sj>cm Ecehsine succrescentes sibi certissime acquirent ‹ non solum probos honestosque mores, sed eum quoque virtutum sacerdotalium chorum, unde illa ‹ xistit, quae efficit ancei.lotes bonos, -unidtudo Icsu Christi, summi et aeterni Sacerdotis

1931 (1351) 111. - Ðf disciplina: ... Secundum *Codicis Iuris Canon.ś*) praescriptu,l*unicuique Seminario Rector praesit oportet; cum vero Ordinarius, ob p. cullare- cau-a- sibi Rectoris minien et officium retineat, ut interdum contigit, Pro-Rectorem eligat, qui continenter vitam inter iuvenes degat enrumquc disciplinam prudenter moderetur eidemque alium Suo r-dotem adiungat qui Vice-Rectoris munere fungatur.

1932 (1355) Praeterea *Praefceti* nonnulli constituantur, ex ueo-sacerdotibus selecti, qui sollicite, ab aliis muneribus liberi, omnem curam alumnis impendant.

1933 (1350) Summopere etiam cavendum est ne alumni ex timore disciplinam Seminarii s. rvi nt, sed. pietate in Deum acti, illam adament et libenti animo religiose custodiant.

1934 (1357) Necease est insuper inorem antiquum et venerabilem deferendi, sive in Seminario sive extra, vestem talarem, inde saltem ab ineunte cursu philosopldco restituì. Quanti enim id valeat ad mores vitamqne clericorum spiritu ecclesiastico informanda non ‹ st qui ignoret.

1935 (1358) Si qui vero e Seminario dimittendi sint, curetur ut id fortiter sane, sed simul su n -.ter tlat. Manifestum est enim eos qui rustice expulsi fuerint, facile m Seminarium . iu-que Superiores odium nc simultatem fovere et non raro, citius -eritisve. Christiani- moribus abdicatis, partibus sectisque Ecclesiae infensis se addicere. Eis enim persuaden duta e-t posse utiliter ct fructuose Jico in sacculo servin' sive in piis Sodali, ii.-. ~n«. in Aittoiu Catholica, sive in Consociationibus paroocialibus; atque miserentissimum Dominum, qui dixit multus esse mansiones in domo Patris sui.' cos sua gratia adiuturum ut piam, honestam et sobriam vitam ducant. Cum autem Seminarium dereliquerint. Superiores paterno animo eos prosequantur atque, quantum possunt, adiuvvnt ut convenientem vtxendi condicionem sibi comparare valeant.

1936 (1359) IV. - De ratione studiorum: ... ultimis cursus theologici unm- praelvctioms tic tritone *Ctiiholictt* habeantur,4 quibus genuina hac de re Ecclesiae mens proponatur, notiones dc

‘ Leo XIII, Epist. Encycl. *Quod multum* ad Episcopos Hungarian. -- aug. ls<t> icir. n. 977],

l CIC eiui. 1369, § 1 (cfr. n. I486).

: Cfr< I. 14 2.

‘ Cfr. Pros XI, Epist. Obucrranfissinws *Litteras* ad Episcopos Columbine. 11 febr. 1934 (cfr. n. 191)l|.

Sociologia Christiana atque Summorum Pontificum do bac re documenta clare et concinno Illustrentur.[1]

1937 (1360) Ad methodum etiam docendi quod pertinet, ... alumni ad proprium privatum laborem Incitandi sunt, itemque disputationes et dissertationes, quibus bona aemulatio foveatur, sunt inducendae?

1938 (1361) Quae omnia certe ad actum deduci nequeunt, nisi congruus habeatur idoneorum magistrorum numerus.

Primo vero qui docendi munere functuri sunt rite ct solide instituantur. Quod ut Obtineatur numquam sutis commendabitur *Pontificium Collegium Lusitanum de Urbe.* lamque ad id vehementer hortabatur Leo Nili: « Mittantur — inquit — [in urbanum collegium[ex omnibus dioecesibus Lusitanis, tum quae in continenti, tum transmarinis; bini, saltem ex continenti, ab unaquaque dioecesi mittuntur »[2] et eo proposito, ut prope veneranda Apostolorum principum sepulcra, summo inspectante Ecclesiae Antistite, incorruptam Christi sapientiam cx ipso Petri fonte haurirent, quam, sacerdotio aucti, iidenique in patriam remissi, inter populares suos etllcaciter praedicare valerent.[3]

1939 (1362) Secundo id agendum est ut Seminariorum magistri, quoad fleri potest, in aedibus Seminarii vitam degant ct congruis honorariis rependantur, ne, aliis officila distracti, munus suum praestantissiinum negligere cogantur.[4]

1910 (1363) V. -... Item enitendum ut alumni, quotidie, plene quidem servata Christiana modestia, quibusdam gymnicis exercitationibus vel aptis ludis sesc exerceant et opportunas deambulationes faciant. Dooet enim adolescentes socordiam fugere et mentis alacritatem valetudine corporis sibi ✠omparare.

1941 (1361) VI. • Pariter nihil intentatum relinquendum est ut singularum Dioecesium Seminaria propriam habeant rusticationis domum, in qua feriae autumnales traduci possint. Mos enim vacationes apud suos agendi multa affert incommoda ct pericula; quare Leo Nili praescribebat: « Nec arbitrium relinquatur suae cuique ipsorum (alumnorum) adeundae familiae. Multa enim pravitatis exempla manent incautos ... quo iit ut, in iuveniles cupiditates proni, aut ab incepto deterreantur, aut sacerdotes futuri sint offensioni populo ».[5]

1942 (1365) VII. - ... Magno sane erit auxilio *Opus J ocationum Ecclesiasticarum* a Summis Pontificibus valde commendatum; quod propterea in singulis Dioecesibus et paroeciis, constituendum ct summopere fovendum crt. Facere non possumus — ita Romanus Pontifex fel. regm — quin rogemus omnes, quicumque Ecclesiam diligunt, ut illud *Opus Vocationum Ecclesiasticarum* quod, pueris spei bonae ct domi ct apud Parochos ct intra Seminariorum saepta sedulo adiuvandis, salubriter Institutum est, omni foveant studio atque promoveant ✠.

Ex Archivo S. *C. de Semin. et Stud. Univ.*

[1] [Cfr. nn. 1152. 1584].

[2] [Cfr. n. 1531].

[3] Litt. Apost. *Rei catholicae.* 20 oct. 1900: *Leonis XIII Acta* 20, 291. — Cfr. Pius X, Epist. *Documentum sane evidens* ad Lusitaniae Episcopos, 10 febr. 1907: *Pii X Acta* 5, 14.

[4] Cfr. Pius X, Epist. *Suprcini pastoralis muneris* ad Olyssiponcnsium Patriarcham, 19 apr. 1904: *PH X Acta,* 1, 238.

[5] • [Cfr. n. 1693K

[6] • [Cfr. nn. 1687J.

[7] Epist. Encycl. *Paternae providacque Nostrae,* 18 sept. 1899 [cfr. n. 1126].

[8] • Epist. Ap. *Officiorum omnium* ad Card. Bisleti, 1 aug. 1922 [cfr. n. 1592].

De Seminariorum alumnis in apostolati! Actionis Catholicae edocendis

(Epist. *Quamvis Nostra* ad Scbastianum Card. Lerne de Silveira Cintra, Archiep. S. Sebastiani Fluminis tannarli, cetcrosque Archiepiscopo» Brasiliae, 27 oct. 1935).

1943 (1366) Quamvis Nostra de Actione Catholica mens, in primis iam Litteris Encyclicis *Ubi arcano Dei* [1] proposita,[2] pluribus deinde editis documentis [3] aperte declarata sit/ tamen, votis nunc vestris libentissime adnuentes et optatis praesertim obsecundantes, quae, cum Romam haud ita pridem venisses, Nobis, aperuisti, peculiaria vobis verba de re tam gravi facienda consuimus. Ita enim clarius patebit, quantopere Nos adiutricem operam aestimemus, quam laici ecclesiasticis viris praebere possint, non modo ut fidei veritatem christianosque mores ab insidiis undique minantibus tuentur, verum etiam ut ipsi. Pastorum ductu, validissimum efficiantur auxilium ad rem religiosam civilemque magis magisque perficiendam.

1944 (1367) Illud autem Nobis apprime persuasum est Aetionem Catholicam esse gratiam Dei singularem tum fidelibus, qui ad suam cum ecclesiastica Hierarchia industriam proprius consociandam advocantur, tum Episcopis presbyterisque, qui in sacro munere satius quotidie latiusque obeundo adiutore» idoneos inter Actionis Catholicae ordines semper invenient. Quis enim non cernit, apud ipsas catholicas gentes, clericorum copiam omnibus fidelium necessitatibus non suppetere? Atque in ista quoque dilecta natione, ubi Dei religio ac pietas sane excoluntur, quoties tu. Dilecte Fili Noster, tuique in episcopatu Conlegae exiguum sacerdotum numerum, praesertim saecularium, compiesti vehementer estis, in ista, inquiniti», regione, quae, natura locorumque situ atque ingenti ipsa amplitudine, maiorem profecto clericorum ubertatem, quam alibi, expostulat?

1945 (1368) Quid, quo<l nunc temporis tot sacro ministerio difficultates obsistimi, tot curae incumbunt, ut Dei ministri universos christifideles in sacerdotali munere obeundo plerumque attingere nequeant ? Quid, quod integritas fidei morumque in periculis omne genus quotidie augescentibus versatur, apud praecipuas praesertim nationes, uti in Brasilia, ubi. una cum tot bonis tantisque utilitatibus, tam multa infandaque pullulant germina malorum? Nos quidem novimus quanta apud vos cura ecclesiasticae vocat iones excitentur atque foveantur, et clericorum Seminaria ad nobilissimum, quem spectant, finem magis in dies idonea reddantur. Huius curae Studiique vestri praeclarum documentum exstat *Rrasilianum in Urbe clericorum Collegium,* auspiciis vestris opibusque conditum, quod *Pontificio* nomine exornatum tantopere Nobis, uti scitis, cordi est. F.iusmodi sane labores, caelesti gratia irrorati, indubiam in posterum bonorum

• <l. <l. 23 dec. 1922.

* AAS II, 602-005.

' Cfr. [A. M. Cavagna], *Pio XI e- VAsione Cattolica,* Roma 1929; A. M. Cavagna, *La parola del Papa su l'Azione Cattolica,** Milano 1936.

‘ [Cfr. n. 1978].

fructuum segetem proferent. At vero quanto eorum copia exstabit ditior, si prope manipulos sacerdotum — qui quidem optamus, ut minus atque minus impares ad opus magis magisque ingens efficiantur — densa glomerabunt agmina probi fidique laici, qui sacerdotibus praesto sint ad eorum munus praeparandum vel complendum, vel, si quibusdam in rebus opus fuerit, nonnullis in partibus, uti in religiosa puerorum institutione, etiam supplendum!

Verumtamen in praeclaro hoc certamine, ad regnum Christi tuendum atque amplificandum indicto, necesse omnino est, aeque ac ceteris in proeliis exercitibusque, ut milites ordine, ratione, consilioque procedant. Haud itaque iniucunda vobis erunt monita ac praecepta, hisce litteris breviter comprehensa, quae Nobis suaserunt non modo perspectae rerum vestrarum condiciones ac peroptati — in hoc ipso campo — vestri successus, verum longa quoque experientia, quae adiumenta ad propositum finem maxime in singulis nationibus consentanea Nobis ante oculos fere posuit.

1946 ti 370) Ac primo quidem vos hortamur, ut omni studio ad eorum formandos effingendosque animos incumbatis, qui in Actionis Catholicae agminibus militare velint; horum namque institutio de re religiosa, morali ac sociali ad apostolatum hac aetate efficaciter obeundum perquam necessaria videtur. Itaque initio, non ingentes coacervandae fidelium copiae, sed parvae quaedam cohortes seligendae, quae doctrina usuque praeditae, evangelici fermenti vi totam massam fervefaciant attollantque.[1] Neque vero res ardua erit in singulis paroeciis salutare hoc aggredi opus, molles praesertim fingendo animos puerorum ad Christianas excolendas virtutes; at iuvenes quoque, spes ecclesiae patriaeque surgentes, et ipsi viri, quibus tum domestica tum civilis fulcitur societas, ad catholicas sodalitates industriose ciendi.

1947 (1371) Illud vero etiam atque commendandum, ut initae consociationes non modo felici vivant concordia, verum aptissime ad unum copulentur: sodalicia nempe paroeeialia, dioecesana consiliumque nationale dirigens, omnia congruenter vincta atque contexta sunto. Ut membra scilicet, corporis unius, ita invicti exercitus cohortes. Virium compactio non dissipatio; non fortuitus quidam operum concursus, sed ordinata ad commune bonum conspiratio, non singularum partium sponte egerminantis florentisque vitae compressio, sed progrediens artuum viriumque auctus, ita ut decor et venustas cum apta membrorum compositione in toto corpore eniteant.

1948 (1372) Incongruum ergo graviterque noxium esset, si in paroeciis, si in dioecesibus ad consequenda eadem fere, quae Actioni Catholicae proponuntur, aliae constituerentur fidelium sodalitates, nullo prorsus nexu vinctae nullamque omnino cum Actione Catholica rationem habentes, vel, eo deterius, cum ipsa misere contendentes. Ita enim singularia commoda,

[1] Cfr. *Mt.* 13, 33; *L.* 13, 21.

quae parvo fidelium numero ea sodalicia parerent, gravissimo sane elideren tur damno, quae ex dissipatione ac dissolutione catholicarum virium vel conflictu proficiscerentur; quae quidem vires, hisce quidem temporibus, sub Pastorum ductu concordes omnino et colligatae, ut superius diximus, ad Ecclesiae utilitatem exercendae sunt.

1949 (1373) Summopere urgenda virium nisuumque unitas minime prohibet, ut, cum varios civium ordines Actio Catholica gremio suo comprehendat, peculiaris singulis cura et institutio tribuatur, ideoque agricolae, opifices, scholastici, artes quaslibet profitantes vel disciplinas callentes singillatim excolantur. Hoc experiendo valde necessarium comperimi» ad praecipuum finem Catholicae Actionis consequendum, qui id maxime spectat, ut quisquis sub eius signis militat ibi acer Christi apostolus existât, uhi exigat vitam. Maxima vero cura in humiliores classes adhibenda, in operarios praesertim agrorumque cultores, quos omni tempore Ecclesia, divini Conditoris, premens vestigia, ante omnes diligit, atque caros habet, tot miserata labores, quibus illi adsidue urgentur, tantisque anxia periculis, quibus eorum animae, consceleratis turbulentisque doctrinae figmentis inter tenuiores latissime vulgatis, magis magisque periclitantur.

1950 (1374) In hac organorum structura aptanda et componenda id valde expedit, ut colligantur et apparentur in singulis dioecesibus, uti potest, sacerdotes laicorumqne manipuli, qui, res divinas edocti, liberalitate animarumque studio flagrantes, devoti Apostolieae huic Sedi Pastoribusque dediti, tamquam alacres Actionis Catholicae praecones, paroecias suae dioecesis vel alterius, si vocentur, iussu Episcoporum frequenter invisent, ad praestantiam atque emolumenta Actionis Catholicae clarissima luce conlustranda, ad recte informandos tanti operis moderatores, sino quibus nulla consociationibus datur vivendi florendi ve potestas, ad cunctas denique vires omniaque incepta ita disponenda unaque componenda, ut quaelibet consociatio illud ipsum, quod proprie sibi persequitur, sine ceterarum detrimento plane consequatur. In hoc autem apostolatus genere ipsi quoque Seminariorum alumni edoceantur, pariterque mature excolantur sacerdotes recentes,[1] ex iisque nonnulli, perdiscendi gratia, in eas regiones mittantur, ubi Actio Catholica, prosperoque eventu iucundaque fructuum copia, vim suam atque efficaciam manifesto comprobavit.

1951 (1375) Quo vero magis in dies idonei efficiantur ad Aetionem Catholicam sacerdotes ac religiosi ex utroque sexu et laici fulcies, plurimum prodesse censemus, ut frequentes, nunc per diem, nunc per hebdomadam, coetus seu congressus habeantur, ut iam alicubi moris est, addiscendi quidem causa auxiliumque Dei implorandi, non modo ex universa natione, sed etiam ex tota dumtaxat dioecesi vel paroecia, ita ut ii, qui in unum conveniant, per pia exercitia rerumque divinarum meditationes, per lectiones orationesve tempori usuique accommodatas, a peritis rerum socialium et ad Actionem Catholicam pertinentium habitas, et studiose ad apostolatum incendantur, et genuinis Ecclesiae doctrinis haud leviter imbuantur.

[1] (Cfr. n. 1732].

Expedit praeterea ad singulos eiusmodi coetus advocare certos sociorum ordines, ut iuvenum, scholasticorum, hominum catholicorum mulierumve, opificum vel eorum qui aliquam artem profitentur, ut medicinam, operam forensem, mercaturam, quaestum etc.; pariterque coetus peculiares conflandi ex sacerdotibus, ex religiosis viris feminisve, ex praeceptoribus ac magistris, etc., ita ut in huius generis congressionibus id potissimum agatur, quod cuiusque consociationis vel ordinis, habita ratione cum religione et apostolati! Actionis Catholicae proprio, quam plurimum interesse videatur.

1952 (1376) Bene quidem cognitum est Nobis, Dilecte Fili Noster ac Venerabiles Fratres, nec paucas nec leves, initio praesertim difficultates huic labori tam nobili ac necessario obstare et officere. Sed ea verba meminisse iuvahit, quae olim Apostolus gentium, divino numine afflatus, proferre non dubitavit: *omnia possum in eo qui me confortat (Ph.* 4, 13). Si cuncti igitur ecclesiastici viri laicique fideles, qui in Actionem Catholicam incumbunt, omnem spem ac fiduciam in Deo reponentes, supernis gratiis plane obsecundaverint et singulis Actionis Catholicae industriis, iis quoque, quae parvi momenti videantur, adsiduam sollerternque operam dederint, cetera quoque auxilia, vel extraordinaria, ad incepta feliciter persequenda a Deo adipiscentur. Contra frustra illi ad novandam christianam civitatem desudabunt, nisi simul aedificabit ipse Deus.[1]

Neque vero tanto operi, praeter divina auxilia, alia quoque aditimenta dresse videntur. Actio enim Catholica numquam alia bonorum piaque coepta impedit vel perturbat, nedum destruat ac pessumdot; quin imino omnes boni rectique vias ac rationes excitat, fovet, moderatur; quare ipsa ultro quaerit sociasque sibi addit ceteras vires, institutiones, industrias, quae, licet ab eo seiunctae, ad animarum bonum pari ratione contendunt.

1953 (1377) Praevalidum sane amplissimumque Actioni Catholicae adiumentum praestabunt tam multae religiosae ex utroque sexu familiae, quae iam praeclara istic beneficia Ecclesiae attulere. Quod quidem subsidium ipsae semper allaturae sunt, non modo preces Deo iugiter admovendo, vero alacrem quoque operam sacerdotibus navando, etiamsi peculiarem animarum curam non acceperint. Singulari vero ratione, tam religiosi quam religiosae Actionis Catholicae favebunt, si ad ipsam ab ineunte aetate pueros puellasvo apparare studuerint, quibus in scholis vel conlegiis moderantur. Initio enim adulescentes ad apostolatus studium suaviter alliciendi, deinde, adsiduo diligent ique studio cohortandi, ut ineant Actionis Catholicae consociationes, quae, ubi desint, ab ipsis religiosis promoveantur oportet. Nulla profecto ratio, nulla facultas ad erudiendam in Actione Catholica iuventutem magis idonea videtur, quam quae in scholis conlegiisque exhibetur. Haec autem selectae inventutis institutio toti ipsi gymnasio vel ephebeo magis erit utilitati; facile enim intelligitur, si lectissimi saltem ex alumnis in quovis instituto ad christianum

[1] Cfr. *Ps.* 126, 1.

apostolatum rite informentur, quale ct quantum boni ceteri quoque percepturi sint. At ipsis praecipue adolescent ibus proficiet, qui ad Actionem Catholicam apparantur; namque, ut pluries declaravimus, caelesti praemuniti doctrina supernaque virtute roborati, in ipsis consociationibus, aetate maxime lubrica provide obvenientibus, praesidium et invaincu invenient ad pericula, caque multa et gravia, media in societate in qua necessario versantur, fortiter subeunda invictoque animo superanda. Hac sane ratione ipsae quoque sodalitates atque instituta, quae ad excolendam pietatem, ad religionis doctrinam latius impertiendam, ad reliqua apostolatus socialis genera fovenda pertinent, auxiliares Actionis Catholicae vires efficientur, atque, ambitu cuiusque integre servato, *concordiam et consensum, ordinatam colligationem, mutuamque tntelligentiam,* quae saepe saepius commendavimus, auspicato firmabunt.

1954 (1378) Actio igitur Catholica, rite sapienterque disposita, validisque exornata munimentis opibusque instructa, erit profecto exercitus ille pacificus, qui gloriosum certamen suscipiet ad regnum Christi tuendum ac proferendum, regnum nempe iustitiae et pacis ct caritatis.[1] Quocirca Actio Catholica licet cavere debeat, ut ipsa eius postulat natura, ne politicarum partium studia atque commoda persequatur, tamen ad bonum totius civitatis re. et efficaciter spectat, quum liqueat eandem esse *quondam voluti viam ac rationem, qua ad beneficia omne genus nationibus impertienda utitur Ecclesia.*

Deum denique instanter precamur, ut frugiferos benigne reddat labores, quos tuque, Dilecte Fili Noster, tuique in Episcopatu Conlegae, sollerti clero selcetoque grege auxilian!ibus, iugiter exantlatis, ut hoc firmum validumque Aetionis Catholicae adiumentum ad bonos mores in societate restituendos ubique constituatur, ita ut quam primum in omnibus dioecesibus praeclara haec agmina cogantur et strenuis militibus, qui Dei Ecclesiaeque inra ac rationes fortiter tueantur et quocumque inducant *sensum ('liristi,*[3] qui et singulis et familiis et societati ipsi civili est prosperitatis pignus atque praesidium.

AAS 28. 159-161. Cfr. OR 16 febbraio 1936.

Do Sacrorum alumnis ad excelsam Sacerdotii dignitatem studioso et sollicito informandis

(Ex Litt. Encycl. *Ad catholici Sacerdotii,* 20 dec. 1935).

1955 (1379) Ad catholici Sacerdotii fastigium vixdum Nos arcano Providentis Dei consilio evecti, actuosam voluntatem Nostram ad eos convertere numquam destitimus, qui, in multis quos habemus in Christo filiis, sacerdotali dignitate aucti, id muneris susceperunt, ut sol *terrai* et *lux*

[1] Cfr. Missale Rom. *In festa I),* A'. *It9U Chrùati Repis»* Praefatio.

[1] Epist. *Quae Notrís* ad Adolfum Card. Bertram» episc. Wratislaviensem» 13 nov. 1928: AAS 20, 387.

[3] Cfr. [1] C. 2. 16. — AAS 21, 188.

mundi (3ÍI. 5,13) evaderent; ac peculiari modo ad eam iiiventutem Nobia sane carissimam curas adiicere non praetermisimus, quae, intra sacrarum aedium saepta, ad pernobile eiusmodi oilicinui obeundum animum praeparat atque componit.

Quin ¡mino, paucis exactis mensibus ab inito Pontificatu, antequam universum catholicum orbem, datis ex more Litteris,[1] alloqueremur, per Epistulam Apostolicam *Officiorum omnium,*[2] quam ad Dilectum Filium Nostrum misimus, qui sacro Consilio praeest Seminariis studiorumque Universitatibus praeposito, eas normas decernere curavimus, quibus sacrorum alumni instituendi conformandique essent.[3] Quotiescumque autem eo pastoralis sollicitudo Nos admovet, ut Ecclesiae rationes necessitatesque intentiore animo reputemus, eadem sacerdotes et levitas prae primis complectitur, quos, uti nostis, in oculis ferimus.

Quam quidem de sacri ordinis viris pastoralem sollicitudinem Nostram ea luculenter testantur Seminaria non pauca, quae, vel ubi deerant, inibi excitavimus, vel angustiora ingentibus impensis sumptibus — novis amplioribusque sedibus ditavimus, itaque omni ope instruximus, ut dignius aptiusque, id quod conantur, assequi possent.[4]

1956 (1380) Quodsi Nobis, quinquagesimo sacerdotii Nostri exeunte anno, istiusmodi faustitatem sollemniter celebrari libuit; caque filiorum studia placuit, quae ex universo terrarum orbe in Nos deferebantur, paterna prosequi voluntate; id eo consilio fecimus, quod potiusquam privatam personam Nostram, sacerdotalem ipsam dignitatem ipsumque munus iure meritoque dilaudari cernebamus. Atque itidem, per Apostolicam Constitutionem *Deus scientiarum Dominus* die xxiv mensis maii, anno MDCCCCXXXI datam,[§] Ecclesiasticas studiorum Universitates in meliorem esse ordinem redigendas ea ratione decrevimus, ut cleri culturam sacramque disciplinam etiam atque etiam proveheremus.

1957 (1381) *Deinde Summus Pontifex excelsam catholici sacerdotii maiestatem demonstrat, atque sacri ordinis viros ad absolutae sanctimoniae officium, maxime quidem ad pietatem, ad perfectam animi munditiem morumque castimoniam, ad (/ermanam ct sinceram ab externis bonis continentiam, ad animarum amorem, ad oboedientiae studium, ad eximiam scientiarum, praesertim sacrarum, culturam vehementer adhortatur,*

1958 (1382) III. - At si tam grandis est catholici sacerdotii dignitas," si tam eximias postulat animi dotes, consequitur indidem, Venerabiles Fratres, necessarium omnino esse ut sacrorum alumni recta consentaneaque ratione instituantur. Necessitatis huius sibi conscia ac memor Ecclesia

[1] *Ubi arcano Dei,* 23 dec. 1922: AAS 14. «73-700.
[2] d. d. 1 aug. 1922: AAS 14, 449-458.
[3] [Cfr. nn. 1591-1599].
[4] Cfr. Allocut. Consist. *Iterum Vos,* 13 mart. 1933: Litt. Ap. *Paterno animo* ct *Vixdum,* d. d. 1 oct. 1933: AAS 25, 110; 20, 52-55. S. C. de Semin. et Stud. Univ. *Elenchus Seminariorum* (Romae 1931) 84. 145-152, 230.
[5] AAS 23, 241-284. (Cfr. nn. 1761 ss.].
[6] Cfr. S. Hieronymus, *In Ezech.* 44, 30: ML 25, 443.

nihil fortasse magis, per saeculorum decursum, actuosa matemaque sollicitudine provexit, quam idoneam suorum conformationem sacerdotum. Ea siquidem non ignorat, quemadmodum populorum mores eorumque Christianae fidei professio e cleri opera pendent,[1] ita eamdem operam ex accepta a sacrorum administris institutione vim haurire suam, cum in eos etiam illa Spiritus Sancti sententia cadat: *Adolescens iurta viam suam, etiam cum senuerit, non recedet ab ea* (*Pr.* 22, 6). Quamobrem ipsamet, Numinis instinctu ducta, Seminaria esse ubicumque gentium instituenda decernit, in quibus singulari cura sacri ordinis alumni educentur.

1959 (1383) Quotquot igitur, Venerabiles Fratres, gubernandae Ecclesiae munus Nobiscum participatis, Seminaria voluti in oculis feratis oportet; eademque praecipuae sunto vestrarum curarum partes.[1] Diligens imprimis esto moderatorum magistrorumque delectus atque illius, peculiari modo, cui gravissimum concredatur officium sacerdotalis animorum conformationis. Sacris eiusmodi conlegiis sacerdotes tribuite maxima virtute ornatos; neque gravemini eos c muneribus abstrahere, specie quidem maioris ponderis, quae tamen cum hae capitali re. cuius partes nulla alia susceperit, comparari nequeunt. Aliunde etiam eos exquirite, ubicumque ad pernobile hoc institutum aptos idoneosque inveniatis. Eiusmodi sunto, ut sacerdotales virtutes exemplo vel magis quam alloquio doceant; atque ita doctrinam impertiant, ut fortem, virilem et apostolicum animum in sacrorum alumnis effingant. Eorum opera, pietas, castimonia, inorum studiorumque disciplina in Seminario efflorescant; atque instituendi inventó et in praesens adversus vitiorum illecebras et in posterum contra ea quae ingruant, gravioris momenti discrimina, — quibus quidem obsistant oportet, *ut omnes faciant salvos*[3] — sedulo praemuniantur.

1960 (1384) Utque qui futuri sunt sacerdotes, illam, ut diximus, quam tempora postulant, doctrinam assequi valeant, id gravissimum officium est. ut, posteaquam classicas, quas vocant, disciplinas calluerint, *Scholasticam* Philosophiam affatim imbibant, recteque in eadem se exerceant *ad Angelici* nempe *Doctoris rationem, doctrinam et principia.* Haec *Philosophia perennis,* quemadmodum Decessor Noster immortalis memoriae Leo XIII eam vocabat, non dumtaxat iisdem necessaria est ut altius Christianae veritatis capita spéculentur, sed etiam ut. adversus quaslibet nostrae huius aetatis fallacias, communiantur, et in quavis, quam instituturi sint, studiorum pervestigatione eorum mentis acies ita exacuatur, ut vera dispicere magis aptiusque possint quam ii. qui huius philosophicae sint institutionis expertes, quantumvis ampliore eruditione praediti.

[1] [Cfr. n. 1161].
[2] [Cfr. n. 1585].
[3] Cfr. 1 C. 9, 22.
[4] CIC can. 1360, § 2 [cfr. n. 1-178].

1961 (1385) Quotisi, ut alicubi contingit, vel angustiores Dioecesis lines, vel exigua caderuque lamentabilis alumnorum copia, vel denique idoneorum hominum rerumque penuria non concedant ut Episcopus quisque proprium optimeque instructum Seminarium habeat — ad normas nempe *Codicis luris Canonici,*[1] ceterasque Ecclesiae praescriptiones – turn summopere opportunum est ut sacri eiusdem regionis Antistites vires fraterno animo coniungant, casque in commune Seminarium conferant, quod nobilissimo demandato muneri omnino respondeat.

Haud mediocres, quae inde orientur, utilitates procul dubio suscepta incommoda atque impensas resarcient; ac vel id, quod Episcoporum animos nonnumquam maestitia afficit suos nimirum sacrorum alumnos cernere ab Pastore per temporis spatium abstractos, qui apostolicum, quo flagrat, studium in suos laboris socios transfundere percuperet, itemque a locorum finibus abductos, ubi aliquando ipsimet suam navabunt operam - id etiam, dicimus, satis superque idcirco compensabitur quod eos stato tempore excipient illa spiritualium rerum copia institutos conformatosque, quam maiore eum Dioecesis suae profectu, ceteris impertient. Quapropter id genus incepta non modo Nos provehere atque fovere numquam intermisimus, sed eadem etiam, occasione data, suasimus ac vehementer commendavimus.[2] Ac pro Nostra parte, ut omnes norunt, magnis impensis curis grandique pecunia, haud pauca istiusmodi Seminaria. ubi, necessitas hoc postulare videbatur, aut. e solo excitavimus, aut amplificare voluimus, aut aptiora denique reddidimus,[3] idque, quod in Ecclesiae utilitatem, si unquam aliud, cessurum esse reputamus, et in posterum, iuvante Deo, accuraturi sumus.

1962 (1386) Hoc vernatameli, quod laudabiliter eo nititur, ut sacrorum alumni quam rectissime instituantur, parum sane profectus pepererit, si eorum delectus, quorum causa Seminaria exstant, haud consentanea diligentia fiat. Ad (piem quidem delectum omnes, pro virili cuiusque parte, adiutricein operam conferant, quotquot cleri conformationi praeponuntur. Moderatores nempe, animorum disciplinae rector, ac confessarii — ad sui tamen cuiusque muneris lines ac terminos — quemadmodum hanc, divino instinctu inditam, ad ineundum sacerdotium inclinationem omni ope fovere ac roborare debent, ita eos arceant, quos non idoneos perspexerint atque adeo inutiles ad digne sacerdotalia officia sustinenda. Ac quamvis aptius sit haud nimio serius ad hanc eiectionein devenire, quod mora soleat hisce de rebus et errores inducere et detrimenta all'erre, attamen, quaelibet remorandi causa fuerit, cum primum e recto itinere deerratum esse aperte patuerit, tum, nullo habito hominum respectu, vitio medendum est. Quibus vero hanc ineundi deliberationem officium est, eos non falsi nominis misericordia moveat, quae non modo in Ecclesiam,

[1] CIC tit. XXI. can. 1352-1371 [cfr. nn. 1451-14901.
[2] [Cfr. nn. 1958; 1715 8. 1 170].
[3] [Cfr. n. 1973].

cui quidem iners vel indignus administer praeberetur, sed in iuvenem ipsum crimen evaderet,l qui via deceptus, summo cum aeternae salutis discrimine, sibi ceterisque offensioni esset.

1963 (1387) Neque is, qui prudenti vigilantique cura Seminario praeest, quique concreditos sibi iuvenes, alium ex alio, studiosa sollicitudine prosequitur, eorumque mentis dotes impulsionesque diligenter rimatur, perditiiculter dispexerit atque competent quisnam ex iis ad suscipiendum sacerdotium superno nutu advocetur. Quae quidem ad sacra capessenda munia proclivis inclinatio, uti probe nostis, Venerabiles Fratres, potiusquam ex intimo conscientiae invitamento sensuumque motu, quae interdum deesse possunt, ex recta eorum propensione eruitur intentioneque mentis qui sacerdotio inhiant, cum iis corporis animique virtutum ornamenti' coniuncta, quae eosdem ad hoc officium amplectendum idoneos reddant. Qui ad sacrum huiusmodi institutum ea una nobilique de causi contendat, ut divino famulatui animarumque saluti se dedat, simulque et solidam pietatem et probatam vitae castimoniam, et consentaneam, ut dixi-mus, doctrinam assecutus sit vel assequi nitatur, is profecto, ut perspicuo patet, ad sacerdotale ministerium a Deo vocatur?

1964 (1388) At qui, contra, ab improvidis forsan parentibus compulsus, hoc idem eo consilio complecti velit, ut terrena, quae captanda prospexerit, emolumenta ac commoda potiatur quod quidem elapso tempore crebrius contingere poterat ; qui ab disciplina obtemperationeque plerumque abhorreat, parum sit ad pietatem proclivis, nec satis laboris animarumque salutis studiosus; qui, peculiari modo, ad libidinis illecebras sese pronum impertiat, neque iam diu experiendo ostenderit illius dehonestamenta effugere posse: qui denique ad disciplinarum studia ita haud idoneus evadat, ut portendi liceat praescriptum eorum curriculnn non posse eum. satis moderatoribus facientem, perficere; hi omnes ad sacrum hoc munus ineundum non nati aptique sunt: atque adeo si ab Seminarii aedibus opportuno tempore non arceantur, difficilius in posterum inde se abducere poterunt, ac forsitan, quamquam non divino instinctu neque sacerdotalis animi studio ducti, gravissimi tamen huius officii vinculis se obstringent. Perpendant igitur Seminariorum rectores, animadvertant ii qui in id genus domiciliis vel iuvenum animis moderantur vel sacras confessiones excipiunt, quam magni periculi — ad Deum, ad Ecclesiam et ad ipsos iuvenes quod attinet auctores fiant, si suas cuiusque partes omni ope non expleant, ne eiusmodi erratum perpetretur. Quod vero diximus spiritualis etiam disciplinae moderatores itemque sacros ℭonfessano hoc discrimen, pro concredito officio, in se recipere; hoc ita intellegendum est non quasi ¡idem possint, extrinsecus quoque ac publice operam proferre suam - quod iimno vel ex religiose suscepto munere, vel ex inviolabili sacramenti secreto iisdem vetitum est — sed ita potius, ut in cuiusque invenis animum efficacem vim exserant, eosque firma paternaque constantia regant, prout

» [Cfr. n. 110].
• [Cfr. n. 1921].

assequenda sempiternae salutis bona postulent. Quamobrem ipsi — tum praesertim, cum externae rei moderatores vel neutiquam, vel enervate ac languide suas partes peragant — non aptos aequo atque indignos, humano nullo habito respectu, pro officio iubeant e sacris Seminarii saeptis, dum tempus est, recedere, eaque in causa pertractanda, tutiorem semper sententiam amplectantur, quae quidem, ad rem quod attinet, multo magis sacrorum alumnis favet, eum eos ex itinere avertat, per quod ad aeternam ruinam adduci possent.

Quodsi interdum non luculenter satis huiusmodi officium pateat, eam saltem iidem auctoritatem adhibeant quae ex sibi credito munere paternaque in alumnos caritate oritur, ut eos ad sponte sua ab instituto recedendum inducant, quos non ita, ut oportet, animatos noverint. Habeant alte confessarti illa in animis insculpta, quae S. Alfonsus de Ligorio haud absimili de causa docet: « Ut plurimum, quo severius (hac in re) confessurius cum paenitentibus agit, eo tutius ipsorum saluti consulit; ac contra, eo se duriorem paenitentibus praestat, quo ipsis se faciliorem impertit. S. Thomas a Villanova confessarios id genus, aequo nempe leniores, *impie pios* vocabat. Uniusmodi caritas contra caritatem repugnat »[1]

1965 (1389) At rei, de qua dicimus, periculum in Episcopum, uti perspicuum est, potissimum recidit, cui ex destricto Ecclesiae iure imperatur ut *sacros ordines nemini conferat, quin ex positivis argumentis moraliter certus sit de, cius canonica idoneitate; secus non solum gravissime peccat, sed etiam periculo sese committit alienis communicandi peccatis.*[2] Quod legis praescriptum hanc S. Pauli ad Timotheum sententiam quodammodo refert: *Manus cito nemini imposueris, neque communicaveris peccatis alienis* (1 2'. 5, 22). « Quid est *cito manus imponere* — quemadmodum S. Leo Magnus, Decessor Xoster, commentatur — nisi ante aetatem maturitatis, ante tempus examinis, ante meritum oboedientiae, ante experientiam disciplinae, sacerdotalem honorem tribuere non probatis? Et quid est *communicare peccatis alienis* nisi et talem effici ordinantem, qualis est ille qui non meruit ordinari? [3][4] quandoquidem, ut Chrysostomus, Episcopum alloqueris, dicit: « Peccatorum eius tam praeteritorum quam futurorum tu quoque poenam dabis, qui illi dignitatem dedisti »[5].

1966 (1390) Gravissima hac sententia, Venerabiles Fratres, maximopere formidolosum significatur onus, quo perterritus insignis Mediolanensium Episcopus S. Carolus Borromaeus aiebat: « Qua in re modica etiam negligentia mea maximam irrogare mihi potest culpam Saluberrimum

[1] S. Alfonso M. de Liquori, *Selva di materie predicabili ed istruttive 2,* 4. 11: *Opere,* 3 (Torino 1847) 122.

[1] CIC can. 973, § 3 (cfr. n. 13941.

[1] S. Leo M. Epist. 12 *(ad Episcopos Mauritaniae Caesariensis)* 2: ML 54, 047. — [Cfr. n. 11].

[4] S. Ion. Chrys. *In* 1 *Tim. Homil.* 16, 1: MG 62, 587.

[4] *Homil. ad ordinandos,* 1 iun. 1577: S. Carolus Borr. *HomUiae,* 4 (Mediolani 1747) 326.

igitur S. Ioannis Chrysostomi moniturn amplectamini: « Non post primam probationem, nec post secundam vel tertiam, sed postquam saepius circumspexeris et accurate examinaveris, tunc impone manus »? Quod quidem de candidatorum sanctimonia in primis intellegatur oportet. Auctore enim piissimo Episcopo et Doctore, Alphonso nempe Maria de Ligorio: « Non sutlicit quod Episcopus nihil mali noverit de ordinando, sed debet fieri certus de eius positiva probitate ♦ Hac in causa, nimiae austeritatis invidiam quae facile inde oritur, posthabentes, ita concredito vobis iure officioque utamini, ut hanc experimentis cognoscendam probitatem in antecessum expostuletis, ac, si quid dubii relictum fuerit, ad aliud tempus sacrorum ordinum collationem prolatetis. ⟨ Apta namque — ut S. Gregorius Magnus egregie docet — aedificationibus de silvis ligna succiduntur, nec tamen adhuc viridibus aedilicii pondus imponitur, nisi eorum viriditatem multorum dierum mora siccaverit, et apta ad necessarium usum effecerit; quae observantia si forte negligatur, citius superimposita mole franguntur ›; 3 cui comparationi haec Angelici Doctoris dilucida verba apprime resonare videntur: ⟨ Ordines sacri praeexigunt sanctitatem...; unde pondus ordinum imponendum est parietibus iam per sanctitatem desiccatis ... ab humore vitiorum ⁵.

1967 (1391) Ceterum si, quoad suae cuiusque sunt partes, ecclesiasticis praescriptis plene perfeci eque fuerit satisfactum itemque normis obtemperatum, quas hac super re per Sacrum Consilium Sacramentorum disciplinae praepositum paucos abhinc annos edidimus/ causae profecto magnam partem demovebuntur, cur catholica Ecclesia lacrimas fundat simulque christianus populus in sacerdotum moribus offendat. Ac verba Nostra hoc loco ad supremos moderatores Religiosorum Ordinum convertentes, cos monitos vehementer volumus, ut in instituendis ad sacerdotium alumnis, si quos forte habeant, non modo legibus obsequantur, non secus ad eos® atque ad saecularem clerum a Nobis datis, sed ad se etiam ea omnia spectare arbitrentur, quae hactenus de sacra iuvontute colenda in universum perdocuimus; ea vel etiam de causa, quod Episcopus religiosos iuvenes sacris ordinibus initiaturus, ad moderatorum suorum indicium rem ut plurimum defert.

1 S. Ion. CiiRYS. *In 1 Tini. HomiL* 16, 1: MG 62, 587.

' S. Alphonsus M. i›e' Liquori, /)e *¡Sacramento ¡Ordinis,* in: *Theologia Morat,* 6. n. 803. — [Cfr. n. 1701].

• S. Qreg. M. *Epist.* lib. 9, op. 10G *(ad Syaarium Auyustodunensem episc.Y.* ML 77, 1031.

• S. Thomas Aq. *Summa Theol.* 2, 2 q. 189, u. 1. ad 3. — Cfr. *Disi.* 4S, can. 2 (CI L 171).

• Instructio *Quam ingens Ecclesiae,* super scrutinio candidatorum instituendo antequam ad Ordines promoveantur, d. d. 27 dec. 1930 [cfr. nn. 1733-1755]«

• Per Instructionem S. Congregationis ni: Religiosis *Quantum Religiones,* ad supremos Religionum et Societatum Clericalium Moderatores, de formatione clericali et religiosa alumnorum ad Sacerdotium vocatorum, deque scrutinio ante Ordinum susceptionem peragendo, d. d. 1 dec. 1931: AAS 24, 74-81.

1968 (1392) Nec quidquam de debita severitate vel Episcopi vel religiosarum sodalitatum rectores remittant, eo ducti metu, ne aut in Dioecesi aut in religioso Instituto sacerdotum copia imminuatur. Hanc opinionis captionem S. Thomas Aquinas, ut iam occupaverat, ita, quo erat ingenii acumine sententiarumque planitate, revicerat: « Deus numquam ita deserit Ecclesiam suam, quin inveniantur idonei ministri sufficientes ad necessitatem plebis si digni promoverentur et indigni expellerentur ». Ceteroqui praeclarissimus idem Doctor, verba Concilii Oecumenici Lateransis IV ex verbis propemodum reddens,[1] peropportune monet: « Si non possent tot Ministri inveniri, quot modo sunt, melius esset habere paucos .Ministros bonos, quam multos malos »,[3] Qua quidem eum magni ponderis sententia id plane concinit, quod frequens Episcoporum ex Italia multitudo tum a Nobis excepit, cum undique gentium sacrorum alumni Romam convenerunt, iubilarem sacerdotii Nostri memoriam celebrandi causa; monuimus videlicet pluris esse procul dubio unum tantummodo sacerdotem haberi, qui sit omni ex parte ad sacerrimum officium suum institutus, quam plures, qui aut nihil aut parum sint ad idem conformati. In his enim vero nihil spei Ecclesia reponere potest, ut ei non sit potius horum causa effuse lugendum.[4]* Reformidandae equidem aliquando, Venerabiles Fratres, a nobis reddendae erunt rationes *Pastorum Principi*[ll] eidemque supremo *animartim Episcopo,*[6]*si populos rectoribus inertibus imperitisque magistris permiserimus!

1969 (1393) At quamquam eorum qui probe sacrae inventuri tingendae impendunt studia, nullo pacto oportet praecipuas curas de alumnorum copia esse, omnium tamen est conari ut, spiritualibus publicae rei augescentibus necessitatibus, strenuae simul peritaeque in vinea Domini operae augeantur. Cuius quidem optimae rei assequendae rationem prae ceteris efficacem adituque omnibus facilem, precandi nimirum assiduitatem, ex Iesu Christi praecepto commendamus, (pii dixil: *Messis quidem multa, operarii autem pauci; rogate ergo Dominum messis, ut mittat operarios in messem suam (Mt.* 9, 37 s.; *Lc.* 10, 2). Num qua vota sacratissimo Redemptoris Cordi his gratiora susceperimus? Quandonam citius copiosiusque nobis procantibus satis speremus fieri, (piani cum haec rogamus, quae tantopere cum divinissimi illius Cordis studiis consentiunt? *Petite* — igitur — *et dabitur vobis (Mt.* 7, 7); precando videlicet, bonos sanctissimosque sacerdotes Ecclesiae suae a Deo excitari efflagitate. Non deerit profecto supplicationibus ille vestris, qui si tales nullo non tempore per saecula impertiit sacerdotes, vel frequentiores tunc largitus est, cum temporum morumque cursus magis videbatur sacrorum alumnis conscribendis inimicus; cuius rei, ut ceteros praetermittamus, testimonio sunt

[1] *Sum. Theol. Supplein.* q. 36, a. 4. ad 1.
[2] *Condì. Ixitrran. IV* (an. 1215) can. 27 (cfr. n. 2401.
[3] S. THOMAS Ac?. *Sum. Theol. Suppi,* q. 36, a. I. ad 1. — Cfr. *Did.* 23, can. 4 (Cl 1, 81).
[4] *Allocutio* ad Episcopos Italiae, 25 ini. 1929: OR 29-30 luglio 1929.
[1] 1 P. 5. 4.
[6] 1 />. 2, 25.

praestant issimi viri saeculo XIX ex utroque clero exorti: in quibus, siderum praecipuae magnitudinis instar, tres illi sanctitatis heroe- ob egregia etsi absimilis generis facinora, eminent, quos Ipsiinet, summo cum animi solacio, in Sanctorum album rettulimus: Sanctos dicimus loannem .Mariam Vianney, losephum Benedictum Cottolengo et loannem Bosco.[1]

1970 (1394) Nihilominus nullae ex homini permissis industriis enrisque neglegendae sunt, (piae illuc in primis spectent, ut in generosis iuvenum animis divinitus acceptus afflatus quam diligentissime excitetur: quapropter et merita laude hoc loco extollimus, et, fausta cupientes. Nostra commendatione vehementer saluberrima illa praedicamus opera sedulaque incepta, Sancti quidem Spiritus instinctu exorta, quae, vel tuendis, vel provehendis iuvandisve ad sacerdotalia munia animorum propensionibus maxime conducant. Ita ut illud appareat a S. Vincentio a Paulo, insignis caritatis viro, verissime dictum: « Quantumcumque cogitatione effecerimus, semper utique experiemur ad maioris momenti institutum numquam nos conferre potuisse operam, quam si bonos sacerdotes excitaverimus «.[2] Re enim ipsa nihil sive summo Dei numini acceptius, sive catholicae Ecclesiae honestius, sive denique hominum animis muneri dari salubrius potest, quam sancti sacerdotes. Si qui igitur calicem aquae ex Christi discipulis minimo praebuerit *non perdet mercedem suam* (Mt. 10, 42; *Mc.* 9, 40), quam mercedem pretiumque eos esse laturos arbitramini, qui sacrum Calicem, Redemptoris sanguine rubescentem, integris adulescentis levitae manibus quasi porrexerint, eidemque inveni, in extollendo ad caelum tanto pacis ac prosperitatis pro hominibus pignore, velati adiutore» accesserint!

1971 (1395) Atque heic iterum gratissimo animo Nostro Actio illa Catholica succurrit, tantopere a Nobis imperata, provecta atque propugnata, quae, ut laicos homines cum ecclesiastica hierarchia communione laborum coniungit, ita facere haudquaquam potest quin hoc tam magni ponderis negotium ad se potissimum pertinere putet.[3] Enimvero pernobilem hanc militiam ut quovis Christian© coeptorum genere, ita hoc maxime praecellere libentissime videmus; cui plane laudandae navitati id Dens praemii tribuere amplissime videtur, ut quam plurimos e iuvenum consociationibus ad utrumque clerum educat atque deligat. Quod praeterea argumento est quam recte Actio Catholica vel eum frugifero agro comparari possit, ubi virtutum omne genus semina contineantur vel. verius cum diligenter consaepta impigreque exculta areola, ubi fragrantiores suavioresque flosculi, a periculis remoti, dehiscant. Intellegant igitur so-

[1] Qui In nanctis caelitibus numerati sunt: 1. M. Vixnney dio 21 mai. 1925; I. B. Cottolrnoo die 19 mart. 1931: I. Bosco die 1 apr. 1931. — AAS 17. 222; 26. 169. 217.
[2] Cfr. 1*. Rexaudin. *Saint Vincent de Paul* (Marseille 1927) 121. (Ex *Sermone* quern S. Vìncestius a Paulo habuit ad sodales suao Congregationis die 6 dec. 1658].
[3] (Cfr. n. 1585).

dales quanto hisce de causis honore Actio Catholica afficiatur; habeantque sibi omnes persuasum laicos homines nullo potius pacto quam augendis utriusque cleri ordinibus, illam *regalis sacerdotii* se dignitatem participaturos, quam Apostolorum Princeps univorsae redemptorum hominum midtitudini asseruit.[1]

1972 (1396) Verum enim vero, praecipuum nativumque viridarium, ubi propagandos in sacra ephebea lloros germinare atque emergere oportet, est procul dubio habendus domesticus convictus, qui christiane quidem sapiat, christianeque agat. Re enim ipsa constat sacrorum Antistitum ac sacerdotum plerosquo «quorum laudem nuntiat Ecclesia»[3] tum dignitatis tum sanctimoniae suae germina vel a patre accepisse Christiana lido ac virtute spectato, vel a matre castimoniae ac pietati apprime dedita, vel a tota denique familia, cuius membra caritatis in Deum atque in proximos integre perfecteque formam referrent.

Quod contra minus saepe fit, clarius convincit quid sit ex communi previdentissimi Dei ordine statutum. Ubi namque familia tam sancte sit informata ut parentes, Tobiao ot Sarae progenitorum instar, frequentem a Deo deposcant posteritatem *in qua benedicatur nomen* Domini *in saecula saeculorum,*[3] grateque coeleste donum carissimumque pignus divinitus acceptum, subolem nempe, a primis aetatulis ad Dei timorem, ad incensum erga lesum eucharisticis velis delitescentem atque erga Deiparam Virginem amorem, ad sacrorum denique virorum locorumque observantiam effingant et alant.; ubi liberis semetipsos parentes absolutum probitatis, laboris, ac pietatis exemplar proponant; ubi item liberi parentes suos videant inter seso amare, sacra saepe per annum participare, ac non modo statis ab Ecclesia diebus certo ciborum genere abstinere ac ieiunii legi obtemperare, sed voluntariae etiam corporis castigationis studio permoveri; ubi cunctam videant in unum congregatam familiam communes Deoque gratas fundere preces; ubi iidem praeterea videant parentes, misericordia ductos, proximorum egestati pro potestate opitulari; tunc non contingere non potest ut et omnes filii vitam cuiusque suam parentum exemplis conforment, et unus saltem huic Divini Magistri assentiat vocatui: *Veni sequere me* · et faciam te fieri piscatorem hominum ▮. 0 fortunati coniuges qui, si ea animi excelsitate non sunt, ut, quod superioribus saeculis quam nunc crebrius fieri consueverat, divinos istiusmodi invitatus filiis suis precando a Deo concilient, cum tamen hi ad sacerdotalia munera vocantur, tantum abest ut iisdem obsistant, ut etiam insigni honore sese allectos, familiamque suam peculiari caritatis pignore donatam arbitrentur.

Christus Dominus, ut omnibus compertum est, Apostolis dixit: *Vos estis ht.r mundi (MI.* 5, 14). Lux lucet, sol calefacit. Ecce igitur finis vester, ecce catholici sacerdotii assignaturn propositum: solem esse supernaturalem qui hominum mentes veritate Christi illustret, eorumque animos inflammet amore Christi. Huic autem fini assignatoquv proposito omnis etiam ad sacerdotium praeparatio ac conformatio respondeat oportet:

Si lux veritatis, quae ex Christo est, vos omnes heri vultis, ipsi primum hac veritate illustrandi estis. Propterva in sacrarum disciplinarum studia incumbitis.

Si caritate Christi hominum animos informare cupitis, ipsi primum caritate illa incendi debetis. Cui quidem rei educatio vestra religiosa-ascetica inservit.

2041 Probe nostis, filii dilectissimi, clericorum studia praeclara illa Constitutione regi *Deus Scientiarum Dominus.'* quam Decessor Noster f. r. Pius XI edidit. Qua in Constitutione sedulo discrimen statutum est. illudque diligenter in usum traducendum, inter disciplinas principales (ad quas accedunt auxiliares), et ceteras quae speciales audiunt. Illae — professores in ratione docendi et examinandi studiose hoc attendant — principem locum teneant et veluti centrum studiorum sint oportet: hae vero sic tradendae sunt atque exercendae, ut disciplinas principales apte comitentur atque compleant, at non nimium laboris sibi vindicent nec unquam ita, ut studium accuratum et vere summum praecipuarum doctrinarum detrimentum vel minimum patiatur.

2042 Id sapientissime porro statutum est riteque servandum ut I philosophiae rationalis ac theologiae studia et alumnorum in his disciplinis institutione professores omnino pertractent ad *Angelici Doctoris* rationem, doctrinam ct principia, caque sancte teneant ⁑ Ea enim est Aquinatis sapientia quae veritates rationi non impervias vivida luce illustratas aptissimo eodemque solido unitatis nexu mirifice colliget; ea est quae ad dogmata fulci dcclaramla et defendenda, maxime aptetur; ea denique est quae grassantes primarios errores cuiusvis temporis efficienter valeat arcere et invicto debellare. Quapropter, dilectissimi filii, animum afferte plenum amoris et studii erga Sanctum Thomam: totis viribus incumbite ut

---

▮ AAS 23, 211-2GG [Cfr. nn. 1561 88.1.

’ CIC can. 13GG, $ 2 [Cfr. n. 14781.

luculentam eius doctrinam intellectu perspiciatis: quidquid ad eam manifesto pertinet et tuta ratione ut praecipuum in ea habetur, libenter amplectimini.

Haec praecepta a Decessoribus Nostris iampridem data, nostrarum partium ducimus in praesenti recolere et, si alicubi desiderentur, ex integro instaurare; simulque eorumdem Decessorum Nostrorum monita nostra facimus, quibus veri nominis in scientia progressum et legitimam in studiis libertatem tueri voluerunt. Probamus prorsus ac commendamus novis disciplinarum inventis antiquam sapientiam, ubi opus sit, aequari; ea de quibus bonae notae Angelici Doetoris interpretes disputare solent, libere agitari; nova vero subsidia ex historia deprompta in textibus Aquinatis plenius intelligendis adhiberi. Neque ullus privatus «se in Ecclesia pro magistro gerat »;[1] nec « quid eo amplius alii ab aliis exigant quam quod ab omnibus exigit omnium magistra et mater Ecclesia»;[2] neque denique vana dissidia foveantur.

Quae omnia si, ut confidimus, praestabuntur, copiosa exoptanda erunt disciplinarum emolumenta. Aemulatio enim in veritate quaerenda et propaganda per commendationem doctrinae Sancti Thomae non supprimitur, sed excitatur potius ac tuto dirigitur.

2043 Verum, ut pretiosis fructibus institutio vestra cumuletur, necease est, dilectissimi iuvenes, idque vos hortamur, ut doctrinae haustus (pios studiorum cursus emetientes excipitis, non ad scholaria tantummodo specimina superanda dirigantur, sed ut potius (piandam quasi formam animis vestris imprimant, quae sic permaneat, ut numquam elabatur, et ex (pia, cum usus postulabit, quidquid qua voce (pia scriptis ad catholicam veritatem propagandam hominesque ad Christum convectandos conducat, exprimere possitis.

Haec quae diximus, tum ad veritatem divinitus patefactam quod attinet valent, tum ad eius rationalia praemissa; ad principia scilicet *philosophiae chrislianae* sive illustranda sive defendenda. Relativismo illi, quem Decessor Noster im. memoriae Pius XI modernismo dogmatico exaequans et ‹ impense reprobans › ‹ modernismum moralem, iuridienni ac socialem •3 nuncupavit, — nipote qui supremam normam veri et falsi boni et mali non iam immutabiles recti iustique leges agnoscat, sed singulorum hominum, civilium ordinum, reipublicae, generis mutabilem utilitatem statuere contendat — huic, dicimus, modernismo vos, impavido pectore ut Evangelii praecones decet, veritates perfectas atque absolutissimas obiicere debetis, quae ex Deo natae sunt, nude primaria officia et iura singulorum, domestici convictus ae Civitatum necessario pernia nant, et sine quibus civilis societatis dignitas et felicitas consistere ne queunt. Quod sane egregie praestabitis si veritates huiusmodi ita mentes vestras occupaverint, ut pro iisdem, sicut pro sanctae fidei mysteriis nullum laborem refugero, nulla incommoda recusare parati sitis.

[1] Benedictus XV, Litt. Enc. *.id beatissimi,* 1 nov. 1911: AAS 0, 576.
[*] Plus XI, in AAS 15, 324 (Cfr. n. 1608).
[’] Litt. Encycl. *Ubi arrano:* AAS 14, 696.

Illud quoque curandum vobis est, ut veritatem ita proponatis quae recte intelligatur et gustetur, perspicuo semper nee unquam ambiguo sermone adhibito, vitatisque superfluis et noxiis mutationibus quae veritatis substantiam facile inficiunt. Hic semper mos, haec consuetudo fuit, catholicae Ecclesiae. Ad haec etiam illud S. Pauli quadrat, quod scilicet *Jesus Christus... non fuit est et non, sed est in illo fuit* » (2 *C.* 1, 19).

Quotisi ad veritatis divinitus datae et ad mysteriorum fidei catholicae ordinem respicimus, verum quidem est ingentes progressus in investigandis et utendis naturae viribus, multoque magis strepitum, quo cultura de rebus mere terrenis disseminatur, plurimorum mentes perturbasse, ita ut supernaturalia vix iam percipere possint; ast non minus verum est sollertes sacerdotes, veritatibus fidei intime imbutos et spiritu Dei repletos maiores hodie et mirabiliores successus, quam fortasse numquam antea, in hominibus Christo lucrandis reportare. Ct tales et ipsi efficiamini sacerdotes, auctore et exemplo Sancto Paulo, nihil antiquius vobis sit studio *Theologiae* sive biblica»-positivae sive speculativae. Alte insideat menti vestrae a fidelibus hodie bonos animarum pastores et confessarios eruditos summo desiderio quaeri. Pio ergo fervore in studium theologiae moralis et iuris canonici incumbite' Etiam iuris canonici disciplina ad animarum salutem dirigitur et omnibus normis legibusque suis in id denique potissimumque tendit, ut homines gratia Dei sancti effecti vivant et moriantur.

2044 Disciplinae *historicae,* quatenus in scholis tractantur, non tam in quaestionibus criticis et mere apologeticis haereant, quamvis hae quoque suum momentum habeant, sed potius semper id spectent, ut actuosam Ecclesiae vitam demonstrent: quantum videlicet Ecclesia laboraverit; quanta passa sit; quibus viis et quo felici exitu sui muneri mandato satisfecerit: quomodo caritatem opere expleverit; tibinam pericula lateant, quae florescenti statui obstent; qua in conditione publicae rationes inter Ecclesiam et Civitates intercedentes se bene habuerint, in qua vero minus bene; quantum Ecclesia politicae potestati cedere possit, quibusnam autem in adiunctis immobilis stare debeat: maturum denique de Ecclesiae condicione indicium et sincerum erga Ecclesiam amorem — ecce quae schola historiae ecclesiasticae in alumno praestare et fovere debet, ac praesertim in vobis, dileetissini filii, qui hac in Urbe versamini, in qua antiqua monumenta, bibliothecae instructissimae ac patentia studio et conquisitioni tabularia. Ecclesiae catholicae vitam per decurrentia saecula velut sub oculos ponunt.

2045 Ne autem constantiam ct virtutem vestram labefactari sinatis, quotidie, dilecti filii, quantum fieri potest, ex inexhaustis Sacrorum librorum fontibus, Novi praesertim Testamenti, genuinum Jesu Christi et Apostolorum spiritum haurite; <jiii semper in mentibus, in verbis, in operibusque vestris resplendeat. Indefessi estote in labore, vacationum etiam tempore, ut qui vobis praesunt fidenter dicere possint: *Luceat lux vestra coram hominibus ut videant opera vestra bona, et glorificent patrem vestrum qui in caelis est (Mt.* <5, 16).

Divinae est vocationis vestrae ad Jesu Christi amorem et gratiam viam in hominum animis sternere. Ad quod quidem assequendum vos ipsos primum amore illo incendi necesse est. Christi autem amorem in vobis incendite per coniunctionem cum Christo in *oratione et sacrificio.*

2046 Per coniunctionem, dicimus, in oratione: siquidem si a Nobis quaeritis, quodnam verbum initio Pontificatus nostri ad Ecclesiae catholicae sacerdotes habeamus, respondemus: Orate, magis magisque et instantius orate!

Per coniunctionem vero in sacrificio: in Sacrificio Eucharistico. At non solum in Eucharistico, sed una simul in sui ipsius quodammodo sacrificio. Nostis enim ex effectibus Sanctissimae Eucharistiae unum esse, ut adstantibus et recipientibus robur ad sese veluti sacrificandum et abnegandum conferat. Variae christianae asceseos formae quoad secundaria multa differentes quidem sint et maneant; earum tamen nulla viam ad Dei caritatem novit citra sacrificium etiam sui ipsius. Id enim Christus a suis sectatoribus expostulat, qui dixit: Si *quis vult post me venire, abneget semetipsum, et tollat crucem suam quotidie, et sequatur me* (*L.* 9, 23) qui viam ad amorem Dei in observatione mandatorum divinorum esse expressis verbis definivit;[1] qui denique — Apostolis suis potissimum — illam etiam mirabilem sententiam impertiit: *Amen, amen dico vobis, nisi granum frumenti cadens in terram, mortuum fuerit, ipsum solum manet; si autem mortuum fuerit, multum fructum affert* (*1.* 12, 14-25).

2047 Sacerdotale munus singularia a vobis, ut ita dicamus, sacrificia requirit, inter quae praecipuum illud ac sui ipsius plenum sacrificium obsequii erga Christum per caelibatum. Probate vos ipsos! Et si qui deprehenderint se impares esse ad illum servandum, eos obsecramus ut a Seminario discedentes alio se conferant, ubi aetatem honeste ac fructuose transigant, quam non sine salutis aeternae discrimine et Ecclesiae dedecore in Sanctuario essent, acturi. Eos vero qui in statu sacerdotali iam vivunt, aut eum ingredi parati sunt, hortamur, ut se devoveant totos et animo magno. Cavete, ne in hac liberalitate ab innumeris fidelibus superemini, qui hodie pro Dei gloria et Jesu Christi fide durissima quaeque patienter ferunt; sed omnibus in hoc certamine exemplo vestro praelucete, vestroque labore devotioneque ipsis et omnibus divinam gratiam in vita et in morte procurate.

2048 Porro *hoc mandatum habemus a Deo, ut qui diligit Deum, diligat et fratrem suum* (1 *J.* 4, 21). Hanc in proximos caritatem Jesus Christus signum ac veluti tesseram cuiusvis christiani hominis declaravit,[2] eadenique multo magis catholici sacerdotis quasi insigne habenda est, quae ceteroquin a caritate in Deum dissociari nequit, ut aperte ostendit Paulus Apostolus, qui grandiloquo praeconio caritatem celebrans, Dei proximorumque amorem perbelle reciprocat.[3] Haec proximorum caritas limitum

[1] *J.* 15, 10.
[2] J. 13, 35.
[3] 1 *C.* 13.

ignara ad omnes homines, linguas, nationes, genera sene porrigit. lampero, carissimi lilii, optatissima et singulari opport unitate utamini, quam romana commoratio vobis praebet, huius caritatis exercendae erga tantam iuvenum multitudinem, qui, licet ex diversissimis et maxime inter se dissitis nationibus, omnes tamen eiusdem sunt temporis, eiusdem fidei, eiusdem vocationis, eiusdem in .Jesum Christum amoris, ac denique eiusdem omnino inris in Ecclesia. Hac., dicimus, occasione utamini ad hanc fovendam caritatem, nec quidquam sive verbis sive re a vobis agatur, quod eam vel leviter laedat. Concertationes politicarum partium aliis relinquite: haec tractare vestrum non est. Vos communicate invicem quae apostolat um, curam animarum, conditionem Ecclesiae eiusque incrementa spectant et iuvare possunt.

Denique si amore Christi crescere vultis, foveatis oportet oboedientiam qua filiorum, fiduciam, *amorem erga Jesu ('liristi Vicarium.* ‹ hrifito enim in Eo reverentiam et oboedientiam exibetis, Christus in ipso vobis praesens est. Perperam secernitur ecclesia iuridica ab ecclesia caritatis. Non ita, sed illa Ecclesia iure fundata, cuius caput Pontifex est. eadem est Ecclesia Christi, Ecclesia caritatis, universaque Christianorum familia. Sensus illi, qui in familia vere Christiana patrem cum tiliis, tilios vero cum patre arctissime eoniungunt, inter Nos et vos regnent. Vos autem qui hac in I rbe degentes testes estis quomodo Apostolica haec Sedes, humanis posthabitis considerationibus, nihil aliud cogitet, nihil aliud quaerat nisi bonum, felicitatem, salutem denique fidelium totiusque humani generis, fiduciant illam quam de ea experiendo concepistis, eum fratribus vestris toto terrarum orbe communicate, ut omnes in caritate Christi cum Summo Pontifice unum sitis.

Sacerdotalis apostolatus vester divina veritate illuminatus et informatus amore Christi inter saevissimas mundi a veritate et amore aversi tempestates, mediisque in difficultatibus et aerumnis — quae omnium in apostolati! laborantium veluti privilegium sunt cosque (piasi naturali necessitate comitantur — nec fructu uberrimo pro animarum salute nec beante illa consolatione, Dei favente gratia, earebit qua repletus Sanctissimus Doctor gentium asseverabat: *Per Christum abundat consolatio nostra* (2 *O.* 1, 5).

I nus scit Deus, per quas vias providentia sua unumquemque vestrum ducturus sit, (piae ascensiones et qui descensus, quot denique passus per saxeta et senticeta vos expectent. At unum definita certitudine vitae cuiusvis sacerdotis insidet, qui veritate et amore Christi imbuitur: spes scilicet in illum *qui dedit nobis victoriam per Dominum nostra in Jesum Christum* (1 *C.* 15, 57).

Haec igitur supernaturalis victoriae certitudo in quibusnam altiores radices egerit, quam in vobis, qui ad Apostolorum sepulcra et ad catacumbas martyrum spiritus illos hausistis, qui antead is temporibus hominum genus renovarunt, quique etiam hodie. .Jesu Christi promissiones vigere validas sibi conscii sunt Quapropter vobis, dilectissimi filii, ea graviter iteramus quae beatissimus Paulus laetus et securus de fructu

laboris apostolici profitetur: *Itaque, fratres mei dilecti, stabiles estote et immobiles: abundantes in opere Domini semper, scientes quod labor vester non est inanis in Domino* (1 *O.* 15, 58).

AAS 31. 245-251.

Do dignitate sacerdotali el de vocationibus ecclesiasticis

(Ex Litt. S. C. de Semis* et Stüd. Univ. *Por razón* ad Episcopos nationis Chile, 15 sept. 1939).

2050 Dignidad excelsa y ministerio sublime que exigen del sacerdote que, por su conducta y doctrina sea siempre « *luz del mundo* » (Jfí. 5, 14) que refleje, sin veladuras ni empaños, « *la luz verdadera que ilumina a lodo hombre que viene a este mundo» ([.* 1, 9); que por su piedad, no meramente externa y sensible, sino sólida, profunda e hija de razonado convencimiento, edifique a los fieles; que por su pureza los estimule a vivir castamente; que por su desapego de los bienes terrenos, mueva «a unos a cumplir generosamente los deberes de caridad y de justicia social, y a otros a no considerar las riquezas como único o principal bien, puesto que son infinitamente superiores los bienes del espíritu; que su ejemplaridad en la virtud sea tal que, al mismo tiempo que corroboración de la doctrina que enseña y predica, sea prenda de las gracias y bendiciones con que el Señor hace fecundo el apostolado de aquel sacerdote que, ‹ *atento a sí mismo y a la doctrina* » *(IT.* 4, 16) y fiel alas inspiraciones del Espíritu Santo, pone todo su empeño en acrecer, mediante la oración y el estudio, «la *gracia que le fue dada en la imposición de las manos del Presbiterio* » *(1 T.* 4, 14), en una palabra, que por su conducta y doctrina sea para todos testimonio vivo y edificante de la verdad y de la santidad del Eterno Señor a quien sirve.

Por esto la Iglesia, con una insistencia y un rigor que a primera vista podrían parecer excesivos, recuerda a los Obispos, aún a aquellos cuyas diócesis están faltadas de sacerdotes, la severa amonestación de San Pablo a Timoteo: « *Manas cito nemini imposueris neque communicaveris peccatis alienis* › *(1 T.* 5, 22), a fin de que no admitan a las sagradas Ordenes sino a aquellos aspirantes de quienes les consta de manera positiva que son realmente dignos. Sabe la Iglesia que Dios no ha do abandonarla y que ha de bendecir con largueza a los Pastores que, celosos del bien espiritual de sus diocesanos, prefieren tener pocos sacerdotes santos y doctos, a muchos tibios y disipados, cuando no indignos.

Siempre necesarios los sacerdotes santos y doctos a la Iglesia, para que ésta pueda continuar hasta la consumación de los siglos la misión misma de Jesucristo, su necesidad se ha hecho más apremiante en nuestros tiempos por haberse multiplicado las necesidades espirituales de los fieles, expuestos cada día a nuevos y mayores peligros de error y de corrupción por el rápido propagarse de doctrinas materialistas y de mét odos de seducción y de inmoralidad. Y debemos constatar eon dolor que no crece *en* proporción, antes bien parece que tiende a disminuir el número de jovenes candidatos al Sacerdocio.

2051 Son de todos conocidas las principales causas que en todo? los países contribuyen a la disminución de las vocaciones eclesiástica-, haciendo cada dia más difícil la divina misión de Nuestra .Madre la Iglesia.

Entre ellas cabe señalar: el desconocimiento, y la consiguiente falta de estima, de la naturaleza y dignidad del Sacerdocio, considerado, no como ministerio sagrado para la gloria de Dios y la salvación de las almas, sino como carrera que exige graves y continuos sacrificio? y ofrece menguadas compensaciones; la educación que se da en mucha- familias que se llaman cristianas, y aún en no pocos colegios católicos, que descuida aquella exquisita formación religiosa y moral a que los niños tienen derecho, y que podría preparar sus tiernos corazones para recibir la preciosa semilla de la vocación; la educación de la escuela pública, areligiosa, indiferente, cuando no hostil a la Iglesia, que acostumbra a los niños a vivir fuera de la influencia sobrenatural del catolicismo: el ambiente social y público, indiferente, naturista, sino inmoral y corruptor: la vida distraída y desarreglada en que se agita desde los primeros años la juventud, por la múltiple variedad de solaces, diversiones y deportes; la escasez de medios económicos de tantas familias y no pocas Diócesis, (pie dificulta la formación, larga y dispendiosa, de muchos jóvenes pobres que se sienten llamados por el Señor; la guerra sorda o abierta en desprestigio de la Iglesia y de sus ministros. A estas causas de carácter general conviene añadir otras de carácter particular, propias de. cada pais; y así en ‹ hile la grandísima penuria de sacerdotes — la mayor y más importante dificultad con que debe luchar el Episcopado en su labor apostólica para la salvación de las almas más que fomentar y excitar las vocaciones, parece que provoca su escasez, puesto que Obispos y sacerdotes, solicitados de. continuo por urgentes necesidades del ministerio, no pueden consagrar a esta parte importantísima del mismo la atención y la diligencia requeridas.

2052 Sin embargo, es evidente la necesidad de laborar con noble constancia y decidido entusiasmo por la Obra de las Vocaciones Eclesiásticas, que • os la Causa misma de Dios y do la Iglesia ›.l porque a ella va indisolublemente ligada la salvación de las almas, redimidas con la sangre inmaculada de Jesucristo.

Porque, si es cierto que la vocación sacerdotal es don gratuito de la infinita bondad de Dios, ‹ *de quien desciende todo don perfecto* » (Cfr. *la.* 1, 17), y (pie « *nadie puede asumir para si tal honor sino solo el que es llamado por Dios* › *(¡Ib.* 5, 4), no es menos cierto que. como toda gracia ésta de la vocación exige ordinariamente para su eficacia la cooperación del hombro.

l Sermo Eniini. Cardinalis Pacelli in tempio «Trinità dei Monti ». Romae, die 31 dee. 1931. ad Dominas coopérât rices operis eul nomen • Opera delle Vocazioni Ecclesiastiche di Homa ».

Y este grave y dulce deber de fomentar, asistir, cuidar y educar las vocaciones con acendrada diligencia y maternal asiduidad, incumbe en primer lugar y de manera principal a los Pastores, que deberán « *rendir cuentas al Señor de las almas que les confiara* » (Cfr. *Hb.* 13, 17), y a los Párrocos y sacerdotes que con aquellos comparten la asistencia espiritual del pueblo fiel. El Código Canónico recuerda de manera categórica a sacerdotes y Párrocos esta importantísima obligación en su eánon 1353?

No están exentos de este deber de coadyuvar de alguna manera a la Obra «le las Vocaciones Eclesiásticas los simples fieles, ya que,como miembros del Cuerpo Místico de Cristo, deben concurrir « *a la edificación del mismo* » (Cfr. *E.* 4. 12). Y *I* qué mejor modo y más etica/, de contribuir a la edificación de la Iglesia, que ayudando generosamente a la formación de los sacerdotes, ministros de la palabra vivificadora y dispensadores de la gracia por las que aumenta la vida divina en las almas y el Cuerpo crece y se dilata con la unión de otros miembros?

2053 Particularmente obligados están los padres de familia y los educadores — religiosos o seglares — que hacen sus veces, puesto que son en verdad *adiutores Dei* y de la Iglesia, pues su misión consiste en educar a los hijos para que sean « *adoradores de Dios en 'espíritu y verdad* » (Cfr. *I.* 4, 23), para gloria suya y bien de sus propias almas, de tal manera que — salva siempre la legítima libertad — puedan responder, como el niño Samuel, con presteza y corazón limpio a todo llamamiento del Señor y sopan decirle con sinceridad: « *Halda, Señor, que tu siervo escucha* » *(Rg.* 3, 10).

2054 Pero toca de manera singular a la amada Acción Católica[2] ponerse enteramente a las órdenes del Episcopado y del Clero para la Obra de las Vocaciones Eclesiásticas. Ella, en efecto, ha sido llamada oficialmente[3] por la Iglesia a colaborar en el apostolado de la Jerarquía para la difusión del Reino de Cristo, mediante la formación de fervientes cristianos que, en todas las circunstancias, en todos los estados y profesiones vivan íntegramente la vida católica. Y sin el sacerdote es imposible esta formación de cristianos integros y aún es imposible la misma Acción Católica, de la cual el sacerdote es el animador e inspirador, pues es él quien forma espiritualmente a sus miembros y los sostiene, guía y dirige en su apostolado...[4]

...El primer medio de que ha de valerse la Obra de las Vocaciones, es el medio eficacísimo do la oración, que hace dulce violencia al corazón de Dios. Es Jesús mismo quien nos ordena orar pro esta sagrada intención. « Además de la oración — dice Pio XI, de santa memoria — con que nos enseñó a rogar a Nuestro Padre que. está en los cielos, *sic ergo orabitis (Mt.* 6, 9), hay otra plegaria que Él (Jesucristo) ha enseñado directamente, pública y solemnemente: *Dogale Dominum messis ut mittat*

[Cfr. n. 1152].
Pii XI Litt. Enc. *Ad catholici sacerdotii,* 20 dec. 1935: AAS 28, 16 [cfr. n. 1971].
Pii XI Litt. Enc. *Ubi arcano,* 23 dec. 1922, AAS 14, 673 8«.
[Cfr. n. 2039].

operarios in wessein warn (Ml. 9, 38; *Lc.* 10, 2). Es la petición, e* el pensamicnto, es el ansia que el Divino .Maestro presenta y sugiere a todas las almas para que pidan a ill mismo santos *sacerdotes [1]

.Medio eficaz, medio divino la oración, y medio al alcance de todos y cada uno de los cristianos. La oración para la Obra de las Vocaciones debe ser individual y colectiva; sabido es que ésta tiene una eficacia singular. Es. pues, de aconsejar, que los Centros diocesanos organicen jomadas especiales de rogativas y súplicas invitando a ellas al pueblo fiel. La oración debe ser incesante; por ello en algunas Diócesis, en Roma por ejemplo, se han establecido turnos entre las Comunidades \ Asociaciones religiosas, de manera que cada día alguna tie ellas ruega en común y como oficialmente en nombre de la Iglesia por la Obra de las de Vocaciones Eclesiásticas.

2055 Siendo el desconocimiento una de las causas de la disminución o al menos de la insuficiencia de las vocaciones, es necesario ilustrar a los fieles sobre la naturaleza, dignidad y misión del Sacerdocio católico, principalmente por medio de la predicación y de conferencias. Podría dedicarse a este objeto una de las principales festividades de la Iglesia, pareciendo muy indicada la de Pentecostés, que nos recuerda el descenso ilei Espíritu Santo sobre los primeros Pastores y Sacerdotes para santificarlos con su gracia, iluminarlos con su luz divina y fortalecerlos con sus dones, antes de que comenzaran el sagrado ministerio para el cual habían sido llamados y preparados durante tres anos por el mismo .Maestro y Salvador Jesucristo.

205G Espiritual por su fin, material por su sustancia es el medio que tiende a eliminar el impedimento de la falta de recursos de muchos jóvenes pobres y de la insuficiencia de fondos de Seminarios. La formación de los jóvenes para el Santuario es hoy larga y dispendiosa, que son muchas y delicadas las exigencias <lol ministerio sacerdotal en nuestra edad tan trabajada por múltiples y antagónicas ideologías y por tantas necesidades de orden moral, económico y social. Conviene, pues, excitar la generosa caridad de los fieles para la fundación ile becas y el sostenimiento de tantos jóvenes que invocan su socorro, para que puedan responder al llamamiento del Señor.

2057 Como se ha indicado más arriba, los Colegios católicos — sean de religiosos o de seglares — pueden aportar una importante colaboración a la Obra de las Vocaciones Eclesiásticas cuidando de dar a los niños, que los padres les tienen confiados, una exquisita y sólida formación religiosa y moral. Los Directores dc los colegios cuiden de proveer que en el colegio haya un Director espiritual de probado celo y piedad, de acrisolada prudencia y discreción, que vele por el bien espiritual de los pequeños, entre los cuales el Señor le hará descubrir seguramente a aquellos que El llama a su servicio, y a los cuales, con abnegación y delicadeza maternales, el Padre espiritual cuidará de dirigir, asistir y aconsejar.

[1] **Olí 8-9 luí. 1935.**

2058 Y por lo que atañe particularmente a la Acción Católica, no cabe dudar de que sus miembros se inscribirán a la Obra do las Vocaciones en su respectiva parroquia y que participarán gustosos en las cruzadas de oración y en las jornadas de estudio y propaganda, de acuerdo con las normas y las instrucciones emanadas de los Centros Nacionales y Diocesanos, con la aprobación de la Jerarquía.

Pero además, cada una de las Ramas de la Acción Católica puede prestar una especial colaboración, conforme a su modo de ser y a sus actividades particulares. Y así la Rama de los Hombres puede contribuir a la labor, por demás necesaria y delicada, do ilustrar las benemerencias, dignidad y necesidad del Sacerdocio católico. Los caballeros pertenecientes a la Acción Católica deben hacerse un deber de manifestar respeto .y veneración al sacerdote, de mantener y acrecer su prestigio; estén dispuestos a todos los sacrificios para procurar a la Iglesia nuevos ministros, aún al sacrificio de sus propios hijos no sólo no obstaculizando su vocación, sino fomentándola y asistiéndola, sin menoscabo de la legitima y necesaria libertad; al sacrificio de los propios bienes, siendo los primeros en contribuir a las colectas por la Obra de las Vocaciones.

Parte importantísima tiene reservada la Rama de las Mujeres de la Acción Católica, pues le pertenece, como por derecho propio, el apostolado para la recristianización de la madre y, por ende, de la familia, y ello significa coadyuvar grandemente a la Obra de las Vocaciones Eclesiásticas, puesto que estas florecen generalmente en el ambiente familiar cristiano y suele ser dulce privilegio de la madre el adivinarlas y cuidarlas desde el primer momento; sólo el fino instinto maternal de una madre cristiana, <le una madre que sabe orar, humilde y confiada, descubre el silencioso trabajar de la gracia en el corazón puro de su hijo. Laborar por la santificación de la madre; fomentar en ella el espíritu de oración; despertar en su corazón el deseo de que el Señor se enamóre del hijo de sus oraciones, o quizás de sus lágrimas, como el mayor honor que puede hacer a la familia, como la mejor Rendición que puede otorgarle: tal es la cooperación que pueden prestar las Damas de la Acción Católica, las cuales, además, con sus oraciones y limosnas pueden ayudar a los adolescentes pobres en su preparación para el Sacerdocio.

Y no es menos importante la parte que corresponde a la Juventud Masculina de Acción Católica. Ella en efecto puede contribuir a esta Causa ya sea por la exquisita educación espiritual que debe dar a sus miembros, formándolos en la piedad sólida y en el espíritu de sacrificio y de apostolado esta preparación despertará en muchos casos en el ánimo del joven el deseo de vida más perfecta y de consagrarse al Señor en el servicio del altar, como lo ha demostrado ya una consoladora experiencia; ya sea procurando que sus Centros lo sean de edificación y de defensa contra los peligros del mundo; ya finalmente, por medio délas Asociaciones internas de Acción Católica, constituidas en los Colegios a iniciativa o con el beneplácito de los respectivos Directores, las cuales, completando y perfeccionando la educación religiosa y moral de los jóvenes estudiantes para prepararlos al apostolado, pueden crear el clima favorable para que

en él germinen las vocaciones sacerdotales. Los jóvenes de la Acción Católica, de corazón noble y generoso, querrán también sin duda contribuir con el sacrificio de su tiempo, apoyando la propaganda, y aún de su peculio, privándose alguna vez de algún solaz, para ofrecer su óbolo — preciosa y bendita prodigalidad de una digna escasez — a Jesucristo en la persona de un seminarista pobre.

Campo vastísimo de fecundo apostolado para el fomento da las Vocaciones ofrece a los miembros de la Acción Católica la enseñanza del catecismo a los niños, auxiliando y tal vez supliendo a los párrocos. Es ésta una do las actividades más características de la Acción Católica, y en el desempeño de la misma, los catequistas avisados y discretos, celosos y de buen espíritu podrán con la luz de la gracia, que no ha de faltarles, y con el consejo de sacerdotes buenos y prudentes, discernir indicios de vocación en algunos niños. Y a éstos procurarán rodear de especiales y exquisitos cuidados y de formarlos en la piedad y en el amor a la humildad y a la pureza.[1]

Ex Archivo S. C. de Semin. et Stud. Unir.

De studiis sacris fovendis

(Ex Epist. Encycl. *Sertum laetitiae* ad Episcopos Civitatum Focderatariun Americac Sept.. 1 nov. 1939).

2059 Quo tanta nocumenta abscedant, id potissimum confert, si divinae veritatis plenitudo singulorum mentibus affulgeat et populis integre innotescat via salutis. Quam ob rem enixe sacerdotes hortamur, ut divinarum humanarumque rerum scientia abundent; ne contenti vivant scientia juvenili hausta aetate; legem Domini, cuius eloquentia argento sunt superiora, attento animo considerent; continenter gustent delibentque castas Sacrarum Scripturarum delicias; Ecclesiae res gestas, dogmata, sacramenta, hira, praescripta, ritus, sermonem altius, tabentibus annis, pervestigent, ut tum virtute tum veri ornatu et instructu crescant. Litterarum quoque studia et profanas disciplinas praesertim eas. quae cum religione maiorem habent necessitudinem, colant, ut facunde et nitide valeant salutifera tradere praecepta et docta quoque ingenia levi Christi sarcinae higoquo subicere. O quam felix Ecclesia, si ita *fundabitur in sapphiris.* [2]

Hoc insuper valde probamus quod Romae Pontificio Collegio adolescentibus ex America septentrionali ad sacra fingendis augustiores et aptiores vultis aedes erigere. Quodsi quidem utiliter lectissimi ingenio iuvenes ad politiorem doctrinam hauriendam longinquas petunt oras, felix diutinus usus vitae demonstrat ad sacerdotalia munia candidatis

[1] Eadem fero dicuntur in Litt. ad Episcopatum Venetiolae, 7 oct. 1939.
[2] Cfr. *Is.* 54, 11.

permagno adiumonto esse, si ii heic penes Petri Sedem educantur, ubi purissimus bibitur fidei fons, ubi tot christianae antiquitatis monumenta sanctorumque vestigia ad fortia exantlanda generosa pectora accendunt.

AAS 31, 041 b.

Quomodo sacerdotes et clerici, ad militiam vocati, se gerere debeant

(Ex Adhortat. Ap. *Asperis commoti* ad sacerdotes et clericos ad exercitus ordines adseitos, 8 dec. 1939).

2060 Asperis commoti anxietatibus et sollicitudinibus belli, quod omni ope, at frustra deprecari conati sumus, vehementius vestram sortem condicionemque dolemus, dilectissimi Nobis sacerdotes et clerici, qui, subita correpti procella, sacri ministerii opera ac tranquilla doctrinae domicilia reliquistis et ad signa militaria, ad arma deducti estis.

Haud assuefacti vitae generi quam nunc ducitis, improviso rerum eventu stipendia meretis in castris stativis, in nosocomiis, in erraticis valetudinariis ipsa in bellantium acie ut pote sacerdotes de militibus spiritalem curam habentes, magna autem ex parte obeuntes munia vocationi vestrae dissentanea.

Ubicumque estis, Vicarii castrenses seu Cappellani maiores vos sedulo, vigili, paterno prosequuntur obtutu. In ipsorum opere fidenter acquiescimus, quia id sapienti disciplina temperatum est, quia insomne est, quia salutaribus innititur consiliis. Qua re haud dubitandum est, quin ipsi in sua cuiusque patria operam navent quoquoversus magno in pretio habendam ac salutaribus fructibus opimam, quia officii conscientia permoti ad ardua quaevis agenda sunt parati. Tam sollertem navitatem confirmata fiducia Nostra honestamus vobisque libenter memoramus ut in provisores vestros sitis grati eisdemque docili voluntate obsequamini: praepositi enim mandata sibi commissa expedite persolvere valent, si subjecti sponte eorum praeceptis obsecundent.

Ut nec vos ipsi nec viri vestrae curae crediti spiritualibus careatis solaciis, in animo habemus facultatibus iam a Nobis Vicariis castrensibus seu Cappellania maioribus nationum vel regionum ubi bellum aut ad arma convocatio est vel erit concessis, alias praeter ordinem adicere.[1] Hac ex re patentior innotescet vobis effusus paternae caritatis affectus, quo vos in molestias et angustias adductos diligimus.

Vicariis castrensibus seu Cappellani maioribus huiusmodi concredita a Nobis cura Nos e munere, quo tenemur, non eximit, vobis directo seusus animi Nostri aperiendi itemque vos tanto in discrimino hortandi ut quae novae vitae ratio deposcit, diligenter animadvertatis et impigre perficiatis, vocationis vestrae consideratione et afflatu incitati.

2061 Spiritus, qui suetae actioni vestrae praesidebat, licet vestis mutetur, exuendus vobis non est. Inter tela is vos afflet, sicut tum contigebat,

[1] Cfr. AAS 31, 710-713.

cum domi sacerdotii vestri partes explebatis. Caelestis Pater, qui vos ad altaria arcessivit, Ipse est, qui sivit vestras piorum .studiorum laborumque consuetudines abrumpi. Ad Se vos vocavit — id mementote non tantum divino cultui mancipandos, cuius absolutione nequaquam sacerdotium catholicae Ecclesiae terminatur, verum etiam hac de causa, ut sitis Dei verbi praecones, Evangelii satores, pro Christo legatione fungentes, Cuius debetis quarn maxime diffundere notitiam, excitare desiderium, accendere amorem. Vestrum esto beatissimi Pauli Apostoli propositum, qui gloriabatur se nihil scire, nihil afferre gentibus nisi Christum et hunc crucifixum. Christum haud minus testimonio vitae quam oris is advehebat in omnia loca, omni tempore, privatitn ac publice, sive cum posset caerulea convexa caeli suspicere, sive cum vinculis detineretur. In carcerem eonieetus, ubi ad se ventitantes excipiebat et Dei regnum libere praedicabat, ad Philippenses scripsit: *Scire autem volo, fratres, quia quae circa me sunt magis ad profectum renerunt evangelii (Ph.* 1, 12).

Permisit modo Deus, ut, suetis relictis muneribus, ad exercitum adiungeremini ad homines scilicet institutis, moribus, doctrina et artibus, religione varios, haud raro averso animo a Deo, lesti Christi et Evangelii nescios, fidei vel rudimentorum expertes, de omnibus negotiis sollicitos potius quam de iis, quae ad animos spectant eorunique sempiternam beatitatem. Dei miseratio en vos misit ad eos, qui vos fortasse aspernabantur, qui recusabant a voids accipere verbum salutis et gratiam lesti Christi Servatoris nostri; bos ad vos allicit, vestrorum laborum et periculorum, vestrarum asperitatum et aerumnarum socios.

Insto aestimate pretio quod fluens fert hora. Nolite ad hominum captum modumque adirmela indicare, unde praesens rerum asperitas consecuta est, sed in his inspicite caelestis Patris voluntatem, quae optima semper et adoranda elicit e malis bona, quaeque, per vos ad militaria signa advocatos, tot inter ruinas, devios deerrantesque ad rectae fidei semitam et ad christianae disciplinae mores perducere cupit. Quod annitentibus cuncta vobis possunt prodesse, propterea quod quo magis sacerdos apostolico studio ardet ad strenue agendum, eo crebriores carpit secundas occasiones, eo patentiores invenit aditus. Quod autem praecipuum est, sub patriis signis militantes pro Ecclesia quoque ita militate, ut tamquam viva e forma Christi apostolatus relucescat. Ita vero, etiam tacentes, eritis, si in primis officiorum vestrorum fida custodia et absoluta morum integritate vocationi vestrae honorem detuleritis.

Vos igitur eo monemus hortatu, quo Paulus Apostolus compellebat Philippenses, ut ii eum gentibus civium usus societatemque habentes, virtutum decore fidem, quam profitebantur, honestarent: *Digne Evangelio ('liristi conversamini (Ph.* 1, 27). Et iterum: *Omnia autem facite sine murmurationibus et haesitationibus, ut sitis sine querela ct simplices filii Dei, sine reprehensione in medio nationis pravae et perversae: inter quos lucetis sicut luminaria in mundo (ibid.,* 2, 14-15).

Eluceat o vobis semper indoles administrorum Dei. Tales cum sitis, officii vestri estote retnientissimi, praepositis vestris in exemplum, salva

Dei lege, obsequimini, dura hilares sustinete; at nullo pacto nulloque tempore iis indulgete, quae futilia, corrupta, vituperanda circa vos intuemini. Severis instructi moribus, nescientes cum malo pacisci aut id mulcere vel contrahere, exemplis saltem vestris aliena vitia castigate. Nequaquam autem prohibet, quin, evangelica mansuetudine comite, ipsi vos omnia omnibus faciatis ut omnes lesti Christo lucrifaciatis, haec morum severitas, ceterum militari disciplinae consentanea, cuius singularis nota est impavidi pectoris fortitudo. Animi utique firmitate inter ceteros praestare debetis, ut ubique palam libere vos sacerdotes aut sacerdotii candidatos demonstretis.

Quodsi Evangeli! spiritu inflati, qui quidem spiritus est libertatis, sicut et Apostolus gentium, efficitis vos omnium servos, cum liberi sitis ex omnibus, ut plures lucrifaciatis,[1] eiusdem Apostoli oportet crebro in memoriam revocetis salubria consilia, sapientiae plena, quae vestrum dirigant in agendis rebus iter: *Onvnia mihi licent, sed non omnia expediunt. Omnia inihi licent, sed non omnia aedificant* (1 *C.* 10, 22-23).

Si ita cogitaveritis, salutari auctoritate movebitis eos qui vos circumdabunt homines et, vel nescii vel conscii, in animorum praecordiis aliquid boni seminis ponetis, quod in terram iactum, testante Domino, germinat et succrescit, etiamsi deses maneat sator *(.ile.* 4, 26 seq.). Vobis persuasum erit, vos non neglexisse fidei vestrae commissa mandata ac lesum Christum divinum praeceptorem vestrum, pro viribus, variis hominum classibus esse confessos.

Vos quidem unius cuiusque ordinis civibus, artes exercentibus liberales et operosas, doctis et indoctis, ingenio praeditis tractabili et moribus duris, inter strepentia arma, cognitum facietis evangelicum nuntium redemptionis et salutis, neque noxam committetis commilitones ad id opinandum inducendi, in Christi asseclis, imo in iis, qui ad sempiternam assequendam vitam sunt ductores, facta cum dictis discrepare. Ecclesiae multorum conciliabitis benevolentiam et gratiam ac, decore in patrio exercitu militantes multos parabitis vobis amicos, quos haud difficulter ad fidei semitam traducetis aut vestros efficietis auxiliatores.

Numquam denique ex animo vestro excidat hortamen a Paulo Apostolo datum glorioso illo aevo fidelibus, cum per cruciatus et dolores maturescebat Ecclesiae triumphus: *Noli vinci a malo, sed vince in bono mulum (It.* 12. 21).

Videte igitur, dilecti Filii, quam latum agrum Dei Providentia generosa virtute excolendum attribuerit vobis c sacerdotalis ministerii tranquilla perfunctione et e sacris Seminariis dimotis. Est cur de his sincero pectore gloriemini pura haurientes solacia, quae etiamsi nequeant oxtinguère, minuant tamen cuncta adversa et aspera bello vobis illata.

Ceterum nonne dolores quae dicimus, quae docemus, quae agimus fecundanti Patiendo utique magis quam operando Veritati bonum reddimus testimonium.

[1] 1 *C.* 9, 19.

2062 -Multa praeterea vobis istis in adiuuctis acquirenda sunt, quae animis vestris proderunt. E variis enim et aerumnosis militiae discriminibus quantum rerum bominumquo usum desumere potestis, vestrae in agendo rationi sapientiam additurum et virtuti vestrae necnon apostolico labori vestro virilis roboris maturitatem quandam ingesturum. Non dispendia, sed commoda sacerdotio vestro afferet id temporis, quod in curriculo vitae vest rae perniciosum videtur intervallum, si prudentes fueritis, si coram Domino ambulaveritis, si numquam Eius averteritis manum, quae perpetua celebranda laude vos in terra deserta ct invia et inaquosa sursum et ad potiora producit.

Verumtamen ambulare coram Deo ac Dei numquam relinquere ductricem dexteram idem est — hoc vos haud latet — ac studiose Christianam colere pietatem, cuius ope tantum mens sublime ascendit et recte agendi assiduis votis inardescit. Potest ne fieri, ut inter gladios et tela evangelicae pietatis flos redoleat? Ita vero est. Reliquis praetermissis documentis, revocate memoriam eorum hominum, sanctitatis lumine fulgentium, qui e militari ordine prodierunt. Qui. dum disciplina adstringuntur vestrae haud dissimili, vixere ¡unctissimi cum Deo et pro Deo, quoniam unum summopere quaerebant, videlicet cunctis satisfaciendo officiis divinam implere voluntatem. Vos ipsi ubicumque et semper Dei beneplacitum scrutari eidemque, etiam reluctante natura, adhaerere omni ope studete; hic vester cotidianus sil labor, hoc facile tutumque sit viae compendium ad eam pietatem, quae in praesenti statu et condicione sacerdotali vocationi vestrae fido tutamini erit ac toto vitae vestrae cursu ad optima quaeque exantlanda valido incitamento et stimulo.

Ut autem complendae divinae voluntatis constanti voto et magno desiderio afficiamini, oportet — quis dubitet? spiritus precum vobis, novorum officiorum perfunctione detentis, haud languescat et torpeat, sed intimo flammescente igne dilatetur. Assiduum ei praebeant alimentum cum Eucharistieum Sacrificium devote actum aut Panis fortium fervide sumptus, tum ea omnia, quae diuturno fidelium usu comprobata, Spiritus Sancti aspirante gratia, quam maxime eo conducunt, ut hominum animi se culpis abstineant et virtutes solidiores usque appetant. Difficulter christ ¡fidelibus praesert inique sacerdotibus tantae negotiorum molestiae contingere possunt, ut prohibeantur, quin, quodammodo se introrsum inflectentes, crebro piis vacent meditationibus, bene et male acta in se attente inquirant, ardenti studio divinum Magistrum ac Dominum coram sacris Tabernaculis saepe, proh! dolor, desertis adorent, unde Is ad se venientes infusa gratia collustrare et corroborare solet.

Quam plurimum potestis, dilectissimi Nobis, hanc pietatem vobis comparato, hac ditamini. Qua comite, pericula ubi, sinente Deo, versamini, ita suscipietis, ut ipsi meritorum proventum assequamini, fratres autem commilitones vestri uberes colligant salutis fructus: nam administer Evangelii sive iuvamine operis sive miserentis animi indulgentia proximis suis cuncta est semper dare paratus.

Conspecti undique studiosa indagatione ab hominibus, vestrum ho-

norato sacerdotium, honorate Ecclesiam, cuius bene multum in vossuscc-piatis onus. De patria ita insigniter merebimini, cuius cives arduo in discrimine exempli vestri praestantia erexeritis, eorum animos in tranquillum redigentes itemquè ad fortiter agendum et a<l maiora sibi imposita officia obeunda excitantes. Certatim vobis gratias persolvent matres et Sponsae, quas ipsarum caros invalido multipliciter solati eritis. Praemio vobis erit rei bene gestae conscientia, quae vobis intus susurrabit etiam ista tempestate non diminutum sacerdotium vestrum esse, sed Spiritus munere actionis efficientia, devotionia propensione adauctum. Ante omnia autem — quod plurimi ducendum est animadvertetis vos a Deo fallere nescio probari itemque ad vos ipsos humiles, verum puro gaudio gestientes quasi praevium indicium coronaturi olim vos lesti evangelicum adhiberi promissum: *Omnis, qui confitebitur me coram hominibus, confitebor et ego coram Patre meo, qui in caelis est (Ml.* 10, 32).

Firma demum freti fiducia desiderii Nostri exspectationem impletum iri, vos, dilecti Filii paternis prosequimur votis, valde cupientes, ut animo et corpore optime valeatis, et a periculis semper absitis. Ac, dum Deum exoramus, ut vobis et universis hominibus calamitosum belli tempus corripiat et, redintegrata cito populorum pace, vos ad quietas sacerdotalia ministerii sedes vel ad sacrarum disciplinarum optata studia restituat, Apostolicam Benedictionem, paternae Nostrae benevolentiae testem, libenti volentique animo vobis impertimus.

AAS 31, 696-701.

Do recta (Ieri Orientalis institutione in territoriis Patriarchalibus

(Decretum *Apostolicac Sedi* S. C. Pro Ecclesia ORIENTALI, 27 ian. 1940).

Apostolicac Sedi id semper cordi fuit, ut quos sua Dominus benignitate ad sublimem sacerdotii honorem dignaretur vocare, spiritualibus atque ad scientiam pertinentibus disciplinis ad primo imbuerentur, quatenus re quidem vera, sal termo et lux mundi futuri osent atque haberentur.

Maternae huius sollicitudinis circa iuveniles sacros manipulos, spem sanctae Ecclesiae, futuros animarum pastores, haud ultimum sane argumentum his nostris temporibus Litterae Encyclieae exstitere *Ad catholici sacerdotii*,[1] necnon Constitutio Apostolica *Deus scientiarum Dominiis*,[2] quorum documentorum alterum morum institutioni, alterum vero rationi studiorum clericalis militiae pressius consuluit.

Sacra haec Congregatio pro Ecclesia Orientali quae sub immediata Summi Pontificis directione, peculiari studio bonum fovet orientalium fidelium, ac proinde eorum praesertim *¡ui, sacerdotali aucti dignitate, per multiplicem miramque varietatem sacrorum rituum, illorum animas ad Deum ducere atquo comitari debent, plurimis atque in dies gravioribus regionum ac populorum sibi euroe commissorum perspectis necessitatibus, oflicii sui censet, ut quae supra memoravimus documenta, Quantum fleri possit, peculiarem applicationem sortiantur etiam pro luvenibus levitls orientalibus, quos, praeter officia cuique sacer-

1 AAS 28, 5-52 [Cfr. nn. 1955 ss.].
2 AAS 23, 241-266 ICfr. nn. 1761 ss.].

doti communia, naturali (¡undam necessitate, misaionalea quoque case oportet erga com qui catholicam fidem non habeant, simtllquc ăpologeta erga dissidente fratre-, apud quos n quibiiBcuni vivere debent.

His porro, quae quidem gravissimae sunt, aliae quoque non minori- momenti accedunt rationes, si hodierna tempora ac res, quae ubique progrediuntur, prue o< ulis habeantur.

Si enim, untcactis temporibus, tantum in urbibus hic rerum progressu- fieri consuevit, hodie contra, vel in oppidis ct in vicis, patenter habetur: ubi quoque propterea sacerdotibus, sanctitate ac scientia praeditis, omnino opus est: huiusmodi nempe qui verbo apostolico. zelo ac doctrina omnibus duces sc praebeant, arccantque periculum, ne (.'hri-tifideb-s erroris malitiaequo facilis evadant praeda.

Neque vero praetereundum est cuique sacerdoti gravissimum officii munu> incumb» rc praedicandi ubique atque docendi dix inani veritatem, iuxta illud *vos estis sal terrae ros estis luar mundi* (.1//. 5, 13): gravissimum profecto munus, quod si omittere nefas e-t. adimpleri tamen quidem non potest, nisi sacerdotes scientiae thesauro ac virtutibus eximiis sint praediti.

Quod si In ceteris vitae institutis, utpote iurisperiti. magistratus, medici etc., per plures annos opportunis disciplinarum studiis est incumbendum, praescriptamquo lauream oportet adipisci, immo si vel manualium artium cultore-', antequam artem exerceant, diuturna indigent praeparatione, multo sano diuturniore ac diligentiore instituto opus est Christi administris, tum ob subiimeni sacerdotii dignitatem, tum denique ob eidem adnexum gravissimum pondus, regimen scilicet animarum, de quibus Christo ab ă< ni ratio est reddenda.

Nequ< r< ips< »gitari possunt sacerdotes quibus officium est pascere bo vitae, veritatem docere, dirigere atque firmare per vias justitiae caritatisque animas a Chnsto ademptas — minus docti ac parati quam ii. qui corporum solummodo rerumve terrenarum curam susceperint.

2152 Mas a formaçâo mìo se limitará à escolha diligente dos candidatos. Através de urna «estrella disciplina que preafea ser observada na vida do Seminarlo ena mesma vida sacerdotal, pois urna justa severidade 6 absolutamente necessària como preparaçAo ‹• defesa da vida pura o apostólica, especialmente uestes tempos de vida mole e excessivamento livre ’ dará nos levitas aqueta prepararlo perfeita e completa de ciencia sólida, de virtudc provnda, de pledade profunda que ‹ Deus exige de sous Ministros e o povo espera justamente do Sacerdote EormaçAo prudente que, afastando do Santuario toda a sabedoria vft c falaciosu. dé aos futuros ministros do Evangelio», em hábitos do rigorosa ortodoxia, o verdad» iro sentido da doutrina revelada, da moral e da espiritualidade evangélicas, e os fa<;a pensar sempre com a Igreja c os aparto do toda a novidado perigosa e os santifique na modèstia o pureza, na obediencia o humildado, na fé e pledade.

E aquí desojamos fazer um paternal o afectuosísimo apelo aos jovens sacerdotes que. apenas concluidos os estados no Seminàrio, se atiram com entusiasmo ao traballio na vmha do Senhor. Queremos dizcr-lhes que certamente podem lançar nulo de todos os melos modernos de apostolado, mas que seria engano grave fundar as verdadeims esperanças do ministerio sacerdotal em certas navidades que mío constituem a soluçâo vssencial, a soluçâo que devenios dar, aos graves problemas de hoje. Nao sorá pois o feitío mais moderno do traje, nem certos desembaraces de atitudes e de modos, nem certa tendencia por sc conformar ao espirito do sáculo, que há do promover os suspirados éxitos do apostolado, mas sim e sempre um intenso amor a Jesus Cristo, modelo sacerdotal ontem, hoje, e amanini, unido a urna grande caridade c comproensdo do próximo. Como S. Paulo seni preciso fazer-se « tudo a todos Fé o pureza, fortaleza e sacrificio, dignidnde o doçura é o que se requer no padre. O espirito profano destoa no sacerdote e aos poucos o torna penoso a si pròprio e aos demais que dele perdem a estima e noie já mío contlam intelramentc. No mcio dos leigos, mìo como lelgo mas como mostre de espirito, dove o padre ser como o ralo de sol que desee luminoso do alto sobre a terra sem se tornar terra, sem deixur de ser luz.

Para que os Seminários, Venera veis Inmíos. possain dar aos levitas este alto grau de perfeiçào mío Nos parece déniais repetIr-vos as palavras de Nosso Predecessor: O Seminàrio 6 o dove ser o objeto máximo das vossas solicitudes. Dái aos vossos Seminarlos os molliores sacerdotes e mío recocía arrancá-los de outros cargos aparentemente niai^-rvlvvantes, mas quo na rcalidade mío sofrem confronto coin esta obra capital e insubstituivcl •?

AAS 39, 28G-289.

1 [Cfr. n. 2093).
1 Litt. Ap. ad Episcopatum Insularum Phillppinarum: AAS 21, 255. (Cfr. n. 2037).
• *Ibid.*
« 1 *C.* L0, 22.
1 Litt. Encycl. *Ad Catholici Sacerdotii,* 20 dec. 1935: AAS 28, 6. [Cfr. n. 1959).

De variis quaestionibus circa Alumnorum formationem

(Ex Epist. S. C. Seu. et STUD. Univ. *Romanorum Pontificum* ad Episcopos Brasiliae, 3 niui. 1917).

2153 I. — *Dc spirituali directione*

In omnibus Maioribus ac Minoribus Seminariis oportet ut. pietatis Moderator habeatur, cui, in eadem domo commoranti, animorum adolescentium efformatio, ratione magis peculiari quam ordinario confessano, committatur. Huius pietatis Magistri proprium erit praeter cetera, in commune adhortationes per hebdomadam ac colloquium spirituale singulis alumnis in mense privatilo instituere. Idem Director spiritus inter prudentiores sanctioresque sacerdotes maxima diligentia eligatur. Quod iam ab anno 1894 Summus Pontifex Leo XIII, datis ad Brasiliae Episcopos litteris, ita commonebat: e **It** autem adolescens clerus germanum Ecclesiae spiritum hauriat et excolatur virtutibus, magistri pietatis diligentissime deligendi sunt».1 Quibus apte congruunt haec alia Pii XI, fel. ree., verba: « Diligens imprimis esto moderatorum magistrorumque delectus atque illius, peculiari modo, cui gravissimum concredatur officium sacerdotalis animorum conformationis ».2

Praeterea, ut pietatis moderatoris opus vere efficax evadat, stabile decet esse ac unicum; quapropter frequenter spirituales magistros mutare, pariterque eosdem plures simul advocare, valde incongruum videtur, etsi multi, ut praescribitur, confessarii arcessendi sint.

Cum insuper maximam atque integram fiduciam sacrorum alumni erga suum pietatis .Moderatorem fovere debeant, cui arcana conscientiae libere committere solent, nullam omnino habeat ille oportet externam sive scholarem sive disciplinarem in Seminarii vitam actionem, prout iam haec Sacra Congregatio admonuit: -Cum ipsi (pietatis .Moderatori) spiritualia et divina sint commissa, nulla umquam ratione externo disciplinae ordine se immisceat, nullaque aliarum rerum cura distineatur, sed ad munus suum toto pectore incumbat ».3 Nec cuicumque aliqua ex causa petenti sive de moribus sive de dotibus sive de iuvenum defectibus notitias tradere audeat. Clarissima ad hoc exstant laudati Pii XI, Summi Pontificis, verba: «Quod vero diximus spiritualis etiam disciplinae moderatores iteinque sacros confessorios hoc discrimen, pro concredito officio, in se recipere; hoc ita intelligendum est non quasi iidem possint extrinsecus quoque ac publice operam proferre suam quod innuo vel ex religiose suscepto munere, vel ex inviolabili sacramenti secreto iisdem vetitum est sed ita potius, ut in cuiusque invenis animum efficacem vim exserant prout assequenda sempiternae salutis bona postulent ».4

Denique iidem pietatis magistri, si in gravissimo munere suo obeundo

1 Epist. *Litteras a vobis,* 2 iul. 1891: *I^conis XIII Acta* 1 t, 231; [cfr. n. 1005).
* Litt. Encycl. *Ad catholici Sacerdotii:* AAS 28, 37: [cfr. n. 1959).
• [Cfr. n. 1569).
‘ Litt. Encycl. *Ad catholici Sacerdotii:* AAS 28. II; [cfr. n. 1961).

semper pontificias normas prae oculis habere studebunt, id facere maxime satagent erga iuvencm quemlibet ‹ qui peculiari modo ad libidinis illecebras seso pronum impertiat, neque iam diu experiendo ostenderit illius dehonestamenta effugere posse »?

II. – *De studiorum ratione*

2154 Studiorum ratio, quam hoc Sacrum Dicastcrium pro Brasiliensibns Seminariis adprobavit, non modo litterarum gcientiarumque etlorrnationem praebebit, quae haud inferior sit efformatione, quam ceterae praebent scholae, cum huiusmodi ratio studiorum, quantum fieri potuit, rationi studiorum civili respondeat; verum etiam firmam mentis et animi formationem, quemadmodum Summi Pontifices saepissime commendarunt, parabit. Studiosam igitur velimus dent operam Exemi Episcopi ut haec ratio studiorum, peculiaribus Seminariorum Brasiliensium necessitatibus diligenter aptata, integre adoptetur eique Superiores et Magistri fideliter se conforment. — Cum autem sacri adolescentes latiiatn linguam cognoscere debeant, peroptandum videtur ut iisdem solidam litterarum formationem, iuxta veteris institutionis methodum, comparare studeant Magistri. - Similiter Philosophiae ac. Theologiae disciplinae in Seminario .Maiore, Provinciali aut (.'entrali, summa cum diligentia tradendae sunt; quare annui cursus, qui sive privatiti! sive in Minore Seminario forte peragantur, pro Sacris Ordinationibus validi computari non possunt. Nec, anno scholari percurrente, ulli sacrorum alumno licebit Seminarii disciplinae et studiis se eripere.

III. – *Dc disciplina, rusticationis domo d schedula medica*

91 Alumni e Seminario Centrali dimissi in aliud Seminarium Maius admitti non poterunt, nec in Seminario Minore retineri, inconsulta Sancta Sede.

Si quando Seminarii .Moderatores quemdam alumnum pro Sacra Ordinatione probare non autumarint. Episcopus, nisi absolute illum reicere velit, congruo probationis tempori eum subicere oportet antequam ad Sacros Ordines admittat.

Cum vero diuturnus ac constans usus docuerit aestivas ferias saepius longiores apud familiam, ob saeculi contagia, non parva detrimenta attulisse alumnis, curandum omnino erit ut feriae domi peragendae ad triginta vel, ad summum, quadraginta dies extendantur. In votis quidem est ut pro unoquoque Seminario rusticationis domus comparetur, sicut iam Summus Pontifex Leo XIII, ad Episcopos Brasiliae scribens, commendabat hisce verbis, quae retulisse iuvabit: ‹ Vitandi periculi ratio suadet ut comparetur alumnis rusticatio ad feriandum, nec arbitrium relinquatur suae cuique ipsorum adeundae familiae. Multa enim pravitatis exempla manent incautos».3

1 Litt. Encycl. *Ad catholici Sacerdotii:* AAS 28 40; [cfr. n. 1964].
* Epist. *Paternae,* 18 sept. 1899: *Leonis XIII Acta* 19, 191; [cfr. u. 1126].

Optandum etiam videtur ut sanitatis schedula pro unoquoque alumno conficiatur, quae in Seminarii archivo caute et discrete asservetur opportunisque in annos notitiis augeatur.

IV. – *De Pontificio in Urbe Collegio Pio-fîrasiliensi*

2156 Quoniam Dioecesium utilitatis et decoris maxime refert ut sacri adolescentes in Seminariis Urbis, veluti sub Christi in terris Vicarii oculis in spem Ecclesiae educentur, curent Episcopi ut bini delecti iuvenes, aut saltem unus, in Pontificium de Urbe Pio-Brasiliense Collegium, non intermissa vice, mittantur.

In eiusdem Collegii favorem celebrentur oportet quotannis tot Sanctae .Missae quot pro unaquaque Dioecesi statutae sunt ex benigna Sanctae Sedis concessione ad decennium; (piarum eleemosynae, simul cum proventibus collectae annualis, quam valde Sacra haec Congregatio commendat, ad Excrîium Nuntium Apostolicum vel ad Episcopum specialiter deputatum mittendae erunt.

Haec sunt praecipua quae Sacra eadem Congregatio commemorare voluit, ideo ut Seminaria ad leges, quantum fieri possit, composita, quas Apostolica Sedes statuit, uberiores in Brasilia edant fructus sanctitatis et doctrinae.

Valde placet rei finem imponere his Leonis XIII, Pontificis Maximi, sanctissimis verbis: « Haec si praestabitis, et Clerus florebit honore suo, et Ecclesiae laus manebit, quae semper optimorum studiorum fautrix et altrix est habita vereque habenda est. Vobis praeterea idonei homines praesto erunt, qui, vocati in partem ministerii vestri, magno vobis erudiendis populis pietatique fovendae usui futuri sint et adiumento »?

Ex Archivo S, C. dc Semin. cl Slud. Univ.

Normae pro recta institutione alumnorum: de vocationibus, disciplina, pietate ct studiis

(Ex Epist. S. C. Sem. et Stud. Univ. *Quamquam ad Te* ad Episcopos Venctiolae, 13 Inn. 1947).

2157 1. *Dc Seminariorum statu eorumque aedibus.* - In primis magno nobis solatio init (quod ipse Apostólicas Nuntius notavit) ▮ Seminariorum minorum condiciones nonnullis abhinc annis in univorsum meliores factas esso, cum Exc.mi Ordinarii dc illis peculiares curas adhibuerint, non mediocribus saepe iacturis factis • — si ¡acturae dicendae sunt tanti boni comparatio —, ct complures Praesules nuno totis viribus eniti ut pecunias colligant ad sua Seminaria opportune rrticienda. vel a fundamentis excitanda. ornatioribus aptisque exstructis aedibus. Quod quidem magni est momenti, non solum ut omnia rite in Seminario gerantur, verum etiam ad eius decus in hominum societate augendum ct, quod exinde consequitur, ut frequentiores sacerdotales vocationes comparentur; rerum enim usus ct experientia nos docent, sicut vitiosus Seminarii aedes vocationes arcere, ita e contra speciosum eius adspectum, cum omnium aestimationem et studia conciliet, facilius eas excitaro ct allicere.

▮ Breve *Inter graves»* ▮ mali 1894: *Leonis XIII Acta* 14, 133. [Cfr. n. 1061].

2158 2. *Dc Vocationum Sacerdotalium Opere constituendo.* • Nunc quldcm gravissima est sacerdotum penuria in omnibus Reipubllcao Dioecesibus, quod nobis magno est dolori et angustiae. Oportet igitur ut, Divina semper Providentia confisi, non solurn oremus et multum oremus, secundum Domini nostri Tara Christi monitum, seri etiam prae oculi- habeamus en quao huc de re S. P. Pius f. r. Pp. XI Litteris Enc. • Ad Catholici Sacerdotii edicere non dubitavit: • Nullae ex homini permissis industriis curisque negligendo# sunt, quae illuc in primis spectent, ut in generosis iuvenuin animis divinitus acceptus ♁fflatu quam diligentissime excitetur »?

Peropportune igitur in quibusdam Dioecesibus Institutum iam eat *Opus Vocationum Sacerdotalium,* tantopere a Summis Pontificibus commendatum: nosque fraterne hortamur et vota facimus ut hoc Pontificium Opus in omnibus Dioecesium etiam dissitis paroeciis rite Instruatur promoveaturque.

Quem ad finem necesso omnino erit cunctas tum diocccsanas tum paroeciales vires convocare. Actionis Catholicae praesertim ope, quae ideo est Instituta, ut cum sacra hierarchia coopcretur in omnibus quae ad Regni Dei dilatationem in animis pertinent.

Ita enim, cum per consociationes, praedicationes et scripta typis data melius semper clarescant vera catholici Sacerdotii natura, excelsa cius dignitas, viusque innumera in hominum consortium collatu beneficia, facilius, praesertim in bonis familiis Christianis, preces supplicationesque ad Dominum messis effundentur, • ut mittat operarios in messeri) suam »? ct, una cum pietatis fervore, etiam generosa caritas excitabitur, dum interea augebitur numerus familiarum quae sancte gloriabuntur cum Ecclesiae aliquem ex suis filiis, divinae vocationis gratia praeditum, offerre poterunt.

2159 3. *Dc Alumnorum feriis rite ordinandis.* • Cum sacris vocationibus coniuncta est quaestio de feriis, quas adulescentuli nunc per duos fere continuos menses apud suam cuiusque familiam agunt. Si autem ubique gentium diuturnae vacationes periculum sunt sacrorum alumnis, multo in gravius huiusmodi erit periculum in illis nationibus in quibus, ut in Venezuelana República, ii qui vocationis indicia praebeant plerumque e familiis tenuioris condicionis ct loci proveniunt, ex quo fit ut, cum domi sint, neque st, ut oportet, recolligere, neque aliquot horas cotidie studiis vel bonis lectionibus, et praesertim pietati dedere possint, propter longinquitatem ab Ecclesia et a parocho, dum c contra non desunt, imnio magis magisque nostra praesertim aetate mundi illecebrae multiplicantur, quae vel tenellam vocationem suffocant vel eius debilitant vigorem.

Optimum sano utileque tanto incommodo remedium erit ad feriandum domus quam singula Seminaria, secundum pluries iteratas Summorum Pontificum hortationes, habere debeant ad annuam alumnorum rusticat ionem. Dum igitur multae dioeceses, omni adhibita industria — uti speramus — maximum hanc rem attingere conabuntur, in praesenti rvrum discrimine summopere convenit ut singuli Episcopi, vacationibus aliquantisper intermissis, alumnos in Seminarium revocent, diei horis pro feriarum tempore itn distributis ut iuvenuin valetudini consulatur, eorumque spiritualis atquo intellectualis profectus aptius adhibitis exercitationibus promoveatur.

I. *Dc Seminariis rite ordinandis deque Magistris seligendis.* • Ne autem Ecclesiae eiusque Pastorum spes frustretur, sacrorum Antistites curas viresque suas eo intendant oportet ut omnia in ipso Seminario rite geruntur et iuvenes alumni, quam perfectissime fleri poterit, etTormentur ita ut, sacerdotes deinde secundum Cor Divinum effecti, suis virtutibus suoquo zelo sacerdotum penuriae supplere valeant.

Ad hanc rem rite assequendam Superiores et Magistri, numero ct virtute, altissimo muneri suo pares esse debent. Visitator autem Apostolicus non sine animi moerore animadvertit huiusmodi return fastigium adhuc longe abesse, quia pauciores sunt sacerdotes qui Seminarii curam habent, quique Superioris et Professoris muneribus funguntur, ct alia

1 AAS 28. 46; (cfr. n. 1970].
’ Cfr. *Mt.* 9, 38; *L.* 10, 2.

officia (cappellani, confessorii, praedicatori in civitate explero coguntur, magno sane cum detrimento educationis, disciplinae et institutionis alumnorum. Etenim, ut exempla iifTc-ramus, sacrorum alumni, praesertim in deambulationibus ct in cubiculis, necessaria vigi-lantia carent.

Ad Seminarii studia praeterea quod attinet, ut rite vigeant atque floreant, omnium aestimationem et nationis agnitionem sibi colligentes, necease est ut pio Instituto compa-retur corpus Professorum. qui magis magisque ad officium suum scientifleuin et educatIvum explendum idonei sint. Quocirca Sacrorum Antistites nihil hae in rc intentatum relinquant: cum Religiosis Familiis, quae Seminaria dirigunt, do tanto hoc negotio conveniant oportet; praeterea iuvenes, qui virtute et intelligent ia emineant et certam spem atterant se prospe-ros exitus assecuturos, ad ecclesiasticas et civiles studiorum Universitates mittere stu-deant.

2161 5. *i)c Sacerdotum ¿¿(erorum ope et auxilio exquirendis.* • In tanta rerum tristitia quae ex sacerdotum exiguitate oritur, illud subit in mentem an interim expediat ut Episcopi — vel per se ipsos, vel per Nuntium Apostolieurn — auxilium postulent sacerdotum ex Eu-ropa advenarum, qui ingenio, virtute ac zelo sint praediti, maxime autem ex Italia, curn Itali sacerdotes frequentiores et in quibusdam dioecesibus vel superabundantes sint. Sa-cerdotes autem, qui hanc invitationem accepturi certe erunt, et in disciplinis in Seminario tradendis et in ministerio sacro adhiberi poterunt. Ita enim et Seminarium et Dioecesis uni versa decus utilitatesquo maiores capient.

2162 6. *Dc Sacerdotum spirituali vita excolenda.* - Constat enim plus quam tertiam paroecia-rum portem in ista Natione sacerdote proprio carere, quod malum eo gravius est, quia agitnr do magnis paroeciis quae insuper longo inter se distant. Hinc gravis difficultas, qua Decesse est ut laborent complures sacerdotes, tam segregati a ceteris, consulendi animae suae, cum per tot menses alium sacerdotem convenire nequeant, cui conscientiam suam aperiant. Itaque, nihil mirum si novelli levitilo, nisi heroice in Seminario Hint formati, in his rorum adiunctis multis exponantur periculis.

Quare bis sacerdotibus quam maximo certe profutura erunt nec desunt qui id ani-madvertant ct suggerant — exercitia spiritualia quotannis peragenda, primis saltem post sacram Ordinationem annis, et eo v. gr. tempore, quo sacerdotes ipsi sacrarum disellili-narum examina ad normam Codicis luris Canonici (can. 130) subire tenentur. Et procul dubio maiorem illis utilitatem haec exercitia atterent, si in ipso Seminario habeantur, quod in eorum mentes formationis sacerdotalis annos prlstlnumque fervorem revocare facile potest.

Et ad sen nudum in cis hunc in Dei animarumque famulatu pristinum fervorem, per-utile quoquo erit si singulis mensibus vel saepe conventus spirituales ac Scientifici in prae-cipui Dioecesi locis habeantur, quibus probatus et gloriae Dei studio incensus sacerdos — tum saccularis cum regularis, e civitate vel c Seminario — ab ipso Ordinario missus adsit et praesit. Uniusmodi conventus, ut aliorum experimento constat, optimos ul)crcsque fructus ferre videntur.

2163 7. *Quinam ad SS. Ordines admittendi.* - Attentis igitur etiam his gravissimi spiritua-libus difficultatibus, quae in sacro ministerio exercendo obveniunt, nccesse est ut locorum Ordinarii num<iuam manus imponant adulescentibus qui hoc honore digni non videantur; et idcirco magni faciant oportet Rectori Seminarii indicium de cuiusque ad Ordinationem sacram idoneitate.

2161 S. *í)r Mapistri pietatis munere.* • Magna quoque ratio est habenda muneris quo in Seminai io fungitur Director Spiritualis, ex quo profluit sensufi ille supernaturalla vitae, quae Seminarium circumfundere illudquc a ceteris Institutis seu (’ollcgiis distinguere de-bet. Oportet igitur ut sanctissimum hoc munus committatur sacerdoti, qui omnibus mentis animiquo virtutibus ornatus sit. aaceticam theologiam et paedagogiani satis calleat, neque aliis officiis obruatur. In primis, secundum ecclesiasticas praescriptiones, nullo modo rebus

fori externi se mtacere debet, quae sacrorum ⁂lumno rvaplciant, et numqnam inter pro-
⁋fossore eos saltern <¡ui praecipuam disciplinam tradunt, deligendus erit, ut diligentium conscientiae libertati ipsorum alumnorum caveatur.

;i65 0. *Dc Studiis ordinandis et provehendis.* - In Seminariorum studia, ⁋ovissimi hisce annis, animum opcniniqur suam diligenter intendit, huius Sacrae Congregationis consilio utens, Exc.mus. Nuntius ⁋Apostolico ab ipso Visitatore Apostolico ⁋iti adictos. Spem magnam foventes ut nobilissimis eorum laboribus ab Exc.tnta ⁋Episcopi et a cuiusque Seminarii Rectoribus libenti animo obsecundetur, praecipua signa ac notas huius scholasticae reformationis, paucis his alTerimus.

a) Seminarium Minus proprie dictum, curriculum studiorum complectitur quinque annorum, in quod admitti nequeunt nisi pueri, qui per quatuor annos ⁋primaria ⁂chola elementares • — uti vocant — frequentaverint, de quibus rite peractis publicum testimonium sint consecuti. Pro pueris qui hoc quadriennium elementare non compleverint vel publicum testimonium adepti non sint. Seminario Praeparatorio seu • Prae-Seminario ⁑ prospicitur. In eadem Dioecesi etiam plura Praeseminaria esse poterunt, quod ad ⁂acra vocationes melius deligendas maxime confert.

ò) In quinquennali Seminarii .Minoris curriculo peropportunum erit ut eadem adhibeatur ratio studiorum, universis Nationis Seminariis communis ct. quantum Heri potest, rationi quòque studiorum publicarum scholarum conformis. maiore tamen consideratione habita de humanioribus litteris (lingua latina ct graeca) deque lingua hispánico, ut tinis principalis ecclesiasticae formationis plane requirit.

Si studium tamquam pietatis elementum, erudit innem autem apostolatus sociam consideramus, melius semper intclligetur studium ac pietatem, scientiam atque sanctitatem — omnia haec numquam satis a Summis Pont ilicibus inculcata — duo esse vere lumina sacerdotis, qui quidem, secundum verba ct flagrans I). N. Iosa Christi desiderium, ⁂l terrae» et ⁋ lux mundi ⁑l vocatur et esse debet.

Ad Maius Intcrdioeccsanum Seminarium quod spectat, cum praestantJssimum huiu>-inodi negotium maximas requirat sedulitatem ac perpensionem, separatim ac debita cura pertractabimus, ut, Deo Inspirante atque confirmante, ad solutionem feliciter deveniamus quae animarum bono in ista nobili República quainmaxinw prospiciat.

Ex Archivo S. C. dc Semin, ct Stud. Unie.

Do colendo gregoriano cantu deque re liturgica in Seminariis promovenda

(Ex Litt. Encycl. *Mediatur Dei* dc Sacra Liturgia, 20 nov. 194 7).

*166 Ad res musicas quod attinet, certae praeclaraeque normae in Liturgia religiose serventur, quas Apostolica haec Sedes edidit. Gregoriani concentus. quos Romana Ecclesìa ut reni propriam habet, ut pote antiquitus a maioribus acceptam ac per saeculorum decursum sui) impensam suam tutelam custoditam, quosque christifidelibus ut rem itidem propriam proponit, atque etiam in nonnullis Liturgiae partibus omnino praescribit,[2] non modo sacrorum Mysteriorum celebrationem magis decoram magisquo sollemnem eíBciunt, sed summopere etiam conferunt ad adatantiuni fidem piotatemque adaugendam. Quam ad rem Decessores Nostri imin. mem. Pius X et Pius XI decrevere idque Nos libenter auctoritate

[1] Cfr. *Mt. 5.* 13-14.
[1] Cfr. Pius X. Litt. Ap. Motu Proprio *Tra le sollecitudini 22* nov. 1903: *Pii X leta* 1. 76

Nostra confirmamus · ut in sacris Seminariis religiosisque Institutis Gregorianas cantus diligenter studiosequo coleretur, ut que, praecipua saltem apud templa, veteres cantorum Scholae restituerentur; quod quidem haud paucis in locis felici cum exitu factum est.[1] ...

At est aliquid etiam maiorisque momenti, Venerabiles Fratres, quod peculiari modo sedulitati studioque vestro apostolico commendemus. Quidquid ad externum religionis cultum attinet suam profecto habet gravitatem; attamen pernecesse potissimum est Christianos Liturgiae vitam vivere, eiusque supernum alere ac fovere alliatum.

Alacriter igitur consulite ut adolescens clerus, curn ad ascéticas, theologicas, iuridieas ac pastorales disciplinas instituitur, ita etiam concordi ratione conformetur, ut sacras caerimonias intellegat, earum maiestatem pulchritudinemque percipiat, casque normas diligenter addiscat, quas rubricas vocant. Idque non modo culturae causa, non ea solummodo ratione, ut debito ordine, decore dignitateque sacrorum alumnus religionis ritus peragere aliquando valeat, sed ea praesertim, ut arctissima cum Christo sacerdote coniunctiono devinctus educetur, ac sanctus liat sanctitatis administer.

Eo quoque omni ope contendite, ut iis rationibus atque adiumentis, quae prudentia vestra ad rem aptiora indicaverit, clerus populusque mentium animorumque unitate inter se copulentur; atque adeo Christiana plebs Liturgiam tam actuose participet, ut haec reapse sacra actio fiat, in qua sacerdos, qui praesertim in sibi credita paroecia animorum curae incumbit, cum populari coetu consociatus, debitum tribuat aeterno Numini cultum.

Ad hoc aptius assequendum haud parum profecto conferet probos beneque excultos pueros ex quavis civium classe accurate seligere, qui sponte libent erque accedentes, rit e, sedulo studiosequo altari inserviant; quod quidem munus a parentibus altioris etiam ordinis altiorisve culturae magni aestimari debet. Quodsi opportune hi in venes excolantur, ac vigilanti sacerdotum cura ad creditum sibi ministerium statutis horis reverenter constant erque obeundum excitentur, tum facile eveniet ut novi ex iisdem sacerdotii candidati oriantur; neque id misere continget, quod Clerus interdum in catholicorum etiam regionibus lamentatur, ut ii nempe omnino desiderentur, qui sibi in augusto conficiendo Sacrificio respondeant ac famulentur.

AAS 39, 58S s., 591 s.

Do essentia Sacramenti Ordinis: materia et forma

(Constitut. Ap. *Sacramentum Ordinis,* 30 nov. 1917).

2167 I. - Sacramentum Ordinis a Christo Domino institutum, quo traditur spiritualis potestas et confertur gratia ad rite obeunda munia ecclesiastica, unum esse ideinque pro universa Ecclesia, catholica tides

[1] Cfr. Pius X, loc. cit.; Pius XI. Const. *Divini cultus* II, V, 20 dec. 1928: AAS 21, 36 8., [cfr. nn. 1705 b.]. Fere eadem habentur in documento posteriore: Epist. S. C. de Sem. et Stud. Univ. *Musicae Sacrae* ad Ordinarios, 15 aug. 1919: AAS 11, 618 s.

profitetur; nani sicut Dominus Noster Jesus Christus Ecclesiae non dedit nisi unum idemque sub Principe Apostolorum regimen, unam eandemque iidem, unum idemque sacrificium, ita non dedit nisi unum eundemque thesaurum signorum efficaciurn gratiae, id est Sacramentorum. Noque his a Christo Domino institutis Sacramentis Ecclesia saeculorum cursu alia Sacramenta substituit vel substituere potuit, cum, ut ‹ oncilitun Tridentinum docet,[1] septem Novae Legis Sacramenta sint omnia a lesu Christo Domino Nostro instituta et Ecclesiae nulla competat potestas in «substantiam Sacramentorum», id est in ea quae, testibus divinae revelationis fontibus, ipse Christus Dominus in signo sacramentali servatala statuit.

2. - Quod autem ad Sacramentum Ordinis de quo agimus spectat, factum est ut, non obstante eius unitate et identitate, quam nemo unquam e catholicis in dubium revocare potuit, tamen, aetatis progressus, pro temporum et locorum diversitate, illi conficiendo ritus varii addiicerentur; quod profecto ratio fuit cur theologi inquirere coeperint quinam ex illis in ipsius Sacramenti Ordinis collatione pertineant ad essentiam, quinam non pertineant: iternque causam praebuit dubiis et anxietatibus in casibus particularibus, ac propterea iterum iterumque ab Apostolica Sede humiliter expostulatum fuit, ut tandem quid in Sacrorum Ordinum collatione ad validitatem requiratur, suprema Ecclesiae auctoritate decerneretur.

3. Constat autem inter omnes Sacramenta Novae Legis, utpote signa sensibilia atque gratiae invisibilis efficientia, debere gratiam et significare quam efficiunt et eilicere quam significant. Iamvero effectus, qui Sacra Diaconatus, Presbyteratus et Episcopatus Ordinatione produci ideoque significari debent, put estas scilicet ct gratia, in omnibus Ecclesiae universalis diversorum temporum et regionum ritibus sufficienter significati inveniuntur manuum impositione et verbis eam determinantibus. Insuper nemo est qui ignoret Ecclesiam Romanam semper validas habuisse Ordinationes graeco ritu collatas absque instrumentorum traditione, ita ut in ipso Concilio Florentino, in quo Graecorum cum Ecclesia Romana unio peracta est, minime Graecis impositum sit, ut ritum Ordinationis mutarent vel illi instrumentorum traditionem insererent: inimo voluit Ecclesia ut in ipsa Erbe Graeci secundum proprium ritum ordinarentur. Quibus colligitur, etiam secundum mentem Ipsius Concilii Florentini, traditionem instrumentorum non ex ipsius Domini Nostri lesu Christi voluntate ad substantiam et ad validitatem huius Sacramenti requiri. Quod si ex Ecclesiae voluntate et praescripto eadem aliquando fuerit necessaria ad valorem quoque, omnes norunt Ecclesiam quod statuit etiam mutare et abrogare valere.

4. - Quae eum ita sint, divino lumine invocato, suprema Nostra Apostolica Auctoritate et certa scientia declaramus et. quatenus opus sit. decernimus et disponimus: Sacrorum Ordinum Diaconatus. Presbyteratus ct Episcopatus materiam eamque unam esso manuum imposi-

1 ConciL *Trid.* Sens» VII, can. 1, *De Sacram. in genera.*

it

tionera; formam vero itemque, imam esse verba applicationem huius materiae determinantia, quibus univoce significantur effectus sacramentales, — scilicet potestas Ordinis et gratia Spiritus Sancti, — quaeque ab Ecclesia qua talia accipiuntur et usurpantur. Hinc consequitur ut declaremus, sicut revera ad omnem controversiam auferendam et ad conscientiarum anxietatibus viam praecludendam, Apostolica Nostra Auctoritate declaramus, et, si unquam aliter legitime dispositum fuerit, statuimus instrumentorum traditionem saltem in posterum non esse necessariam ad Sacrorum Diaconatus, Presbyteratus et Episcopatus Ordinum validitatem.

5. - De materia autem et forma in uniuscuiusque Ordinis collatione, eadem suprema Nostra Apostolica Auctoritate, quae sequuntur decernimus et constituimus: In Ordinatione Diaconali materia est Episcopi manus impositio quae in ritu istius Ordinationis una occurrit. Forma autem constat verbis «Praefationis» quorum haec sunt essentialia ideoque ad valorem requisita: « *Emitte in eum, quaesumus, Domine. Spiritum Sanctum, quo in opus ministerii tui fideliter exsequendi septiformis gratiae tuae munere roboretur* ». In Ordinatione Presbyterali materia est Episcopi prima manuum impositio quae silentio fit, non autem eiusdem impositionis per manus dexterae extensionem continuatio, nec ultima cui coniunguntur verba: « Accipe Spiritum Sanctum: quorum remiseris peccata, etc.». Forma autem constat verbis «Praefationis» quorum haec sunt essentialia ideoque ad valorem requisita: « *Da, quaesumus, omnipotens Pater, in hunc famulum tuum Presbyterii dignitatem; innova in visceribus eius spiritum sanctitatis, ut acceptum a Te, Deus, secundi meriti munus obtineat censuramque morum exemplo suae conversationis insinuet* ». Denique in Ordinatione seu Consecratione Episcopali materia est manuum impositio quae ab Episcopo consecratore Iit. Forma autem constat verbis « Praefationis », quorum haec sunt essentialia ideoque ad valorem requisita: « *Cample in Sacerdote tuo ministerii tui summam, et ornamentis totius glorificationis instructum coelestis unguenti rore sanctifica* ». Omnia autem haec fiant sicut per Apostolicam Nostram Constitutionem « Episcopalis Consecrationis» diei trigesimi novembris anni MCMXLIV statutum est.

6. - Ne voro dubitandi praebeatur occasio, praecipimus ut impositio manuum in quolibet Ordine conferendo caput Ordinandi physice tangendo fiat, quamvis etiam tactus moralis ad Sacramentum valide conficiendum sufficiat.

Tandem quae supra de materia et forma declaravimus ac statuimus, nequaquam ita intelligere fas sit ut vel paulum negligere vel praetermittere liceat ceteros «Pontificalis Romani» ritus constitutos; quin ialino iubemus ut omnia data praescripta ipsius « Pontificalis Romani» sancte serventur et perficiantur.

Huius Nostrae Constitutionis dispositiones vim retroactivam non habent; quod si dubium aliquod contingat, illud huic, Apostolicae Sedi erit subiiciendum.

Haec edicimus, declaramus et decernimus, quibuslibet non obstanti-

bus, etiam speciali ment ione dignis, proindeque volumus et iubemus ut eadem in « Pontificali Romano » quadam ratione evidentia fiant. Nulli igitur homini liceat hanc Constitutionem a Xobis latam infringere vel eidem temerario ausu contraire.

AAS 40, 5-7.

De aequiperatione Licentiae cum I,aurea quoad effectus juridicos

(Declamilo S. C. Sem. et St u d. Ux iv. *Cum, vi Constitutionis,* 23 mai. 1948).

iir,9 Cum, vi Constitutionis Apostolicae *Deus scientiarum Dominiis,* <l. d. 24 m. Moli a. D. 1931, ud acadcmicuin Licentiae gradum omnia exigantur quae ante eandem Constitutionem ad Lauream assequendam requirebantur, Sacra Congregatio de Seminariis et Studiorum Universitatibus, de speciali mandato Summi Pontificis, declarat atque decernit *Licentiam,* dictae Constitutionis servatis nonnis obtentam, eosdem sortiri juridicos effectus ac *i.auream* ante eandem Constitutionem adeptam, nisi aliter Scd<>s Apostolica in casibus particularibus decreverit, firmis potissimum praescriptis can. 1598. 1 2 C. I. C. et art. 21. 2 memoratae Constitutionis.1

AAS 40, 260.

Condiciones eminentes omnis sacerdotis: desiderium sanctificationis, oratio, alacritas in propriis officiis, oboedientia, fidelitas ct amor erga Ecclesiam

(Ex Exhortât. *In auspicando* ad Clerum indigenam, 28 iun. 1948).

2170 In primis necessaria omnino est sanctimoniae propriae et alienae salutis cupido flagrans. Illud profecto, quod hominem cum Deo coniungat atque non indignum efficiat misericordiae eius administrum, est vitae rnorumque sanet if as, quae sine divinae gratiae munere obtineri nequit. Animarum autem studium fruet usque ăpostolati! ad irritum revolvuntur, nisi bona hominis voluntas atque industria adiuvatur ac roboratur praestanti Dei auxilio: *Neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat, Deus* » (1 C. 3, 7).

Itaque, Dilecti Filii, ad graves sacerdotum virtutes adquirendas alendasque sedulo incumbite, aeternarum rerum meditationi atque ad Deum precationi quotidianam tribuite operam, sacrorum piorumque librorum lectioni frequenter attendite, sub noctem, antequam somnus obrepat, vitam vestram diligenti discussione examinate, ut quantum profeceritis vel quantum defeceritis plane agnoscatis. Si sacratis veterum ethnicorum legibus a sacerdotibus quaedam sanctitudo postulabatur, ut apud Ciceronem scriptum videmus: ◊ Ad divos adeunto caste, pietatem adhibento... Qui secus faxit, deus ipse vindex erit »;1 quanto maior sanctitas requiritur a ministris Christi in praecellenti sacrificio, quod perenni virtute pro mundi vita innovaturi

‘ [Cfr. n. 1782].
’ /xa. 2,8

At non sibi soli vivendum sancte sacerdoti; ipse est enim operarius, quem Christus conduxit in vincam suam. Iam vero sanctimoniae propriae studium, si recte sentiatur, non erit sane impedimentum ad omnes vestri ministerii partes obeundas, ¡mino validissimum exstabit subsidium atque incitamentum. Vos igitur, quo clarioribus ornati eritis virtutibus, quo impensiore accensi penitus caritate, eo magis eritis, sicut primi apostoli, potentes opere et sermone.

Hac persuasione moti, olliciis vestris alacres fungimini: cuiusmodi sunt verbum Dei nuntiare, ignaros tidei erudire, confessiones rite excipere, adesse infirmis praesertim morituris, moerentes solari, fulcire labantes, ad bonam frugem errantes reducere. Quare sacro ministerio vestro multum proderit vobis divinae humanaeque doctrinae copia; neque parvo adiumento erit cognitio quoque sermonis morumque populorum, quos ad praescripta evangelica informare debetis, itemque diuturna quidem experientia, qua pollent religiosi exterorum institutorum sodales, qui apud vos versantur, participes sane et consortes vestri eiusdem laboris ad regnum Dei in orbe amplificandum: « O magna et inclyta Dei instrumenta Sacerdotes, a quibus omnis populorum pendet bcatitudo!

2171 Praeterea illud fixum immotunique esto animis vestris, Dilecti Filii, sanctimoniam uniuscuiusque vitae atque apostolati^ efficaciam niti et sustineri, tamquam solido fundamento, in constanti fidelique sacraehierarchiae observantia. Vos enim, si Episcopis vestris caritatis et obedientiae vinculis arcte devincti eritis, etiam inconcussae Petri Cathedrae, super qua Ecclesia universa consistit, firmiter perpetuoque adhaerebitis. Nulla profecto vita, sive physica sive moralis, concipi potest sine quadam unitate. Iam vero usque ab Ecclesiae exordiis Sanctus Cyprianus scri]isit: « Deus unus et Christus unus et una Ecclesia et cathedra una super Petrum Domini voce fundata. Aliud altare constitui et sacerdotium novum fieri, praeter unum altare et unum sacerdotium, non potest. Quisquis alibi collegerit, spargit »? Nullus autem exercitus sine imperii unitate, sine disciplina, non modo consequi victoriam, sed ne stare quidem potest: brevi ipse dissolvitur atque certa obruitur ruina. Vos itaque catholicae Ecclesiae militiae quidem estis manipuli: si amore et fidelitate cum Ecclesia Romana coniuncti eritis, si cum Apostolica hac Sede constanter sentietis, intrepidi semper stabitis, atque inter tot labores, asperitates et pericula, proelia Domini in prima acie proeliantes nunquam fiducia aut virtute deficietis.

Estote igitur, Dilecti Filii, per terrarum orbem disseminati, splendidum Ecclesiae unius et universae documentum; contendite totis viribus ac satagite, ut ipsi, altissima conscientia officiorum vestrorum permoti, vere sitis lucernae ardentes, ex quibus virtutum omnium lumen in Christianum populum effundatur.

AAS 40, 374-376.

‘ S. Cxkolub Bonn., *in Sun.* I, Concio I.
» *Epuri.* 50: ML 4, 345.

Necessitas hodierni apostolati!» exigit delectum accuratum Alumnorum. De studiis Romae habendis

(Ex Epist. A'o *próximo ano* Card. J. Pizzardo, Praefecti S. C. DE Semin. et Btvd. Untv. ad Card. Pair. Lisbonen. el alios Episc. Lusitaniae, 8 dec. 1949).

Os acontecimentos (pie durante certo tempo dificultaran) a vida católica desea nobilissima Naçâo passaram felizmente. Hoje, graças à maternal predilecçâo da Virgem de FAtima, a fé e a piedade do povo portugués volt aram a ser dignas da sua passada história. Este rejnvenescimento católico, se facilita a actividad© apostólica, cria-Ih© tambérn novas exigencias e deveres. Aos graves problemas, que as condiçôes do nosso tempo pôem ao ministèri© sacerdotal, juntam-se naturalmente os originados pela pròpria intensificaçâo da vida crista e pela necessidade urgente de fazer chegar o espirito e a luz do Evangelho a todos os sectores da vida e da cultura.

Parece por isso evidente (pie o nùmero e a qualidade dos alunos do Pontificio Colégio Portugués em Roma tem de aumentar ainda mais, para corresponder eficazmente às modernas necessidades. Foi prevendo estas exigencias futuras que Leño XIII escreveu na carta já citada: *« Mandeni-se alunos de todas as dioceses de Portugal, assim do Continente como do Ultramar; e mandem-se dois, ao menos, de cada diocese do Continente. Esperamos que este número será suficiente para as necessidades actuáis ».*

De harmonia com este mandato do Papa e segundo o que os novos tempos aconselham, desojamos ver preenchido o Colégio Portugués de est udantes escolhidos. Seria a maneira mais proficua de celebrar o seu cinquentenario.

No entanto, se é importante (pie no Colégio Portugués em Roma se estejam continuamente formando, nào apenas dois alunos de cada diocese. mas (pianto possivel uni nùmero ainda maior, incomparàvelmente mais importante é que na sua escolha se continue a usar, conio nos é grato reconhecer que até agora se toni feito, do necessario cuidado e ponderaçào.

Com efeito, o primeiro requisito num sacerdote é a santidade apostólica. l'or isso mesmo que nào se pretende ùnica nem primàriamente, coni a viuda a Roma, a mera aquisiçào da ciencia, ó que os Sumos Pontífices eriaram, ao lado da Sua l'niversidade, Cológios eclesiásticos. onde o exercício da piedade, a austera observancia da disciplina e da vida conium, a obediencia, o recolhimento, a vida espiritual intensa, sob a orientaçâo assidua e atenta dum bom Director espiritual, formem espirito» verdadeiramente sacerdotais, ao mesmo tempo eminentes na sautitade e na ciencia. Nem de entro modo poderiam vir a prestar à Igreja os serviços que eia espera c elee ticam na obrigaçào especial de lhe prestar.

Naturalmente a esperanza (pie preside à escolha dos alunos, para dar efectivamente os sens frutos, é preciso que nào soja desmentida durante a frequéncia do Colégio, Nào bastaria que o aluno, ao firn de cada ano,

apresentasse boas classificaçôes; é necessàrio que so proponila e se estorco por atingir uni ideal de virtude eminente. Compete por isso aos superiores velar por que nenlmni aluno atraiçoe este sagrado objective, o quo mais fàcilmente poderào conseguir, se se mantiverem, como ó seu dover, em contacto assiduo coni os venerandos Prelados.

Para se obterem pienamente os fins que presidirán! à fundaçào do Colégio, ao empenho constante na pròpria santificammo deverá unir-se o progresso na ciencia, mediante o esforço serio no est mio. Por isso, alóni de especial inclinaçào para as disciplinas em que, segundo as necessidades de cada diocese, se deseja torná-los eminentes, requerem-se nos alanos dotes superiores de inteligéncia e urna especie de vocaçào intelectual. Estas qualidades reconhecê-las-ào os professores, se acompanliarem atentamente a evoluçâo mental dos discípulos e procurarem desenvolver as aptidoes do seu espirito.

Do acertó na escolha dependerá, em grande parte, nao só o aproveitamento nos estudos universitarios, mas o rendimento do traballio futuro ñas dioceses, urna vez que, regressados à pàtria, Hies ó ordinàriamente conliada a formaçâo do clero nos Seminários diocesanos. Ora difícilmente se cumpriria, coni a seriedade devida, esta missño altissima, se o professor uño possuísse urna especial vocaçào para o estudo e nào fosse capaz de passar os dias totalmente entregue ao estudo e ao ensino, aceitando de born grado as grandes renuncias que tal missño, tño honrosa como cheia de responsabilidades, impóe.

Seleccionar portanto escrupulosamente os alanos que se enviara para Poma, eleger de preferencia aqueles que reunern às outras condiçôes a de urna propensâo natural para a vida de estudo, é assegurar a formaçâo dos sacerdotes da diocese c fazer com que os Seminários, por meio de urn professorado de escol, se tornem centros de irradiaçào da cultura católica ñas dioceses e no País inteiro.

Desta mancini os professores do Seminários, unindo a virtudes eminentes o exemplo de urna actividade incansável e abnegada ao serviço da verdade, já nào serño meros expositores de textos escolares, mas os formadores solícitos dos seas discípulos, e constituirlo ao mesmo tempo um estímulo c exemplo constante para todo o clero da diocese.

De todos estes requisitos no entanto pouca vantagem se tiraria, se a permanencia em Roma nào durasse o tempo necessàrio. A formaçâo científica, a criaçào de hábitos de pensamento e de convicçôes radicadas, exigera um suficiente número de anos de assimilaçào e paciente exercício. Urna passagem demasiado breve pela ITniversidade Romana nào ó certo que chegue a dar beneficios sensíveis, podendo, ao contràrio, originar alguns inconvenientes. Afigura-se-nos, por outro lado, que esta maior duraçào dos estudos nào virá afinal a agravar notávelmente os encargos das dioceses, sobretodo se os mesmos alunes, ou os sens benfeitores por eles, contribuirei!! para a sua formaçâo em Roma, como parece justo, ao menos com aquela pensño que pagavam no Seminàrio.

A láurea deve ordinàriamente corcar os estudos foil os cm Roma. A este propòsito ninguém desconhece os beneficios que pode trazor a prepa-

ração e a defesa (la bissertaçâo para o Doutera mento, prescrita pela Constituirán Apostólica *Deus scientiarum Dominus*. Frequentados regularmente os cursos, a apresentaçâo da Tese proporciona ao estudante urna ocasiào única de por ern exercicio, sol, a orient açâo de mesi res experimentados, as qualidades próprias e a ciencia até ali adquirida. Isto permite--lhe tomar urna consciencia mais clara das suas aptidñes naturai» e verificar qual a sua capacidade real de produçâo e o seu dominio das idéias; obriga-o a vencer as diiieuldades da investigalo científica, pela consulta directa das fontes, e a criar o hábito de escrcver, sem o qual grande parte dos sens conhecimentos licaria improficua, por ele nao ser capaz de os por ao alcance do maior número de espíritos, mediante o livro e a imprensa.

Ex Archivo S. C. de Scmin, cl Slud. L'niv.

De vera et tuta doctrina in Seminario Maiore exponenda

(Ex Epist. *Esta Sagrada Congregando* S. C. Semin, et Sit o. I'xjv. ad Episcopatum Brasiliue, 7 mart. 1950).

2173 Sabemos também, particularmente, com quanto cuidado se procura, nos Seminários .Maiores, aperfeiçoar os estudos e adaptá-los as necessidades do nosso tempo. E, de iato, necessàrio que o sacerdote esteja preparado para apresentar a dont riña exacta, segura e tradicional sob a forma que melhor iluminará as inteligêneias e conquistará os eoraçôes.

Por isso, deve-se, primeiro, aperfeiçoar sempre a arte de escrever e de fakir, cujos principios foram aprendidos durante os estudos clássieos. Compre depois, conhecer os erro» modernos, considerando e refutando clara e sòlidamente os principios que sào a fonte dos varios sistemas de hoje e de amanhà. E, finalmente, é preciso prestar especial atençào aqueles problemas tanto especulativos como práticos que estuo na ordem do dia e dos quais o sacerdote deve saber a soluçâo conforme à Revelaçào e. à reta razào. (*Labia sacerdotis custodient scientiam* :* Nào deixemos que nos arrebatem das màos a direçâo intelectual dos bornons, quando se trata dos máximos problemas que interessala à integridad? da fé e à salvaçâo eterna das almas.

O acôrdo, porém, (lestes dois fins, isto ó, ensinar urna dont riña sólida, tradicional, esclarecedora, e ao mesmo tempo apresentá-la de maueira adequarla as necessidades atuais, uño deixa de ter particulares difieuldades; tanto assirn que, muitas vézes, o justo equilibrio deixa de ser observado, o vai-se eair, on num ensino exato, mas incompleto e encerrado em formas arcáicas que o tornam difícilmente utilizávcl nas lutas de hoje. ou, por outro lado, em novidades que agradam devoras, de algum modo, à juventude, mas quo corromperá a doutrina e impedem a verdadeira formaçâo da inteligéncia.

' *Ma.* 2, 7.

Por isso, esta Sagrada Congregaçâo julga de sen dever recordar a todos quantos sao responsáveis pelo bom andamento dos Seminarios «*opportune, importune* », as normas ditadas pela sabedoria dos sécalos e pelas experiencias cotidianas, para a obtençào de urna cultura sólida e atualizada ao mesmo tempo, consoante aquilo do pai de familia que dá aos sen tillíos « *ñora et velera* ».2

Todavía, dado que o perigo mais urgente hoje, nao é o de um apego demasiado rígido e exclusivo à tradiçâo, mas principalmente o de um gèsto exagerado e pouco prudente por toda e qualquer novidade que apareça, eremos de utilidade chamar a atençào dos Excelentíssimos Senhores Bispos, para éste grave perigo que tornaría vños os melhores esforços e, aínda mais, produziria efeilos completamente opostos aqueles que se procu-ran! conseguir com tanto sacrificio de pessôas e dispendio de recursos mataríais.

♦ * ♦

2174 Quando o Papa Leño XIII, de gloriosa memòria, quis restituir a solidez e a profundidade (ine convent ao ensino eclesiástico, entño incerto e superficial, em muitos lugares, pediu e impôs com a Encíclica *Aeterni Patris,* a volta à Filosofía de Santo Tomás de Aquino, através do qual a razño alcançou talvez os mais elevados cuines que Ihe sejam possíveis, e a fé encontrón na razño os mais numerosos e válidos auxilios.3 Exortava ele: « l os *omnes, Venerabiles Fratres, quam enixe horiamur ut ad catholicae fidei tutelam et decus, ad societatis bonum, ad scientiarum omnium incre-mentum auream sancti Thomae sapientiam restituatis* ». E acrescentava: ♦ *Celerum, doctrinam Thomae Aquinatis studeant magistri, a Vobis intel-ligenter lecti, in discipulorum animos insinuare; chisque prae ceteris so-liditatem atque excellentiam in perspicuo ponant* De fato, obedocendo às normas do grande Pontifice, a filosofia e a teologia católica recome-çaram a florescor, a produzir obras de grande valor, e conquistaran! a esti-ma das Tniversidades dos Estados, que nao raro inseriram Santo Tomás nos sens programas. Os sucessores de Leño XIII tèm todos recomendado a doutrina do Aquinate. 0 Santo Padre Pio XII, no primeiro ano de Seti Pontificado, reunindo no pàtio de Sao Dámaso os milhares de est udan-tes eclesiásticos que resident em Roma, disse-lhes: « *Quapropter, dilectis-simi filii, animum afferte plenum amoris et studii erga Sanctum Thomam: totis viribus incumbite ut luculentam cius doctrinam intellectu perspicietis; quidquid ad eam manifesto perlinet et tuta ratione ut praecipuum in ea ha-betur, libenter amplectimini* ».5

0 mesmo Código do Direito Canònico ordena: « *Philosophiae ra-tionalis ae theologiae studia et alumnorum in his disciplinis institutionem*

' 2 T. 1. 2.
• Jrt. 13, 52.
l *Leonis XIII Acta* 1, 255 88. ((’fr. nn. 900 ss.].
4 *Ibid,* pp, 282 s. (Cfr. n. 933).
• AAS 31, 246 es. (Cfr. n. 2012).

professores omnino pertractent ad Angelici Docturis rationem, doctrinam cl principia, caque sancte teneant ».

Nâo se pode, portanto, duvidar do pensamento e da vontade da Santa Igreja; e, som dúvida, entre os qne deven» especialmente demonstrar a pròpria submissâo à Igreja, estuo precisamente os clérigos que se formam para o sen serviço e os professores aos quais Eia confiou a educaçâo dos seminaristas.

Utique, proh dolor, rerum novarum studiosi a scholasticae theologiae contemptu ad neglegendum, ac vel etiam ad despiciendum facile transeunt ipsum .Magisterium Ecclesiae, quod theologiam illam sua auctoritate tantopere comprobat. Hoc enim .Magisterium ab ipsis tamquam progressionis sufflamen ac scientiae obex exhibetur; ab acatholicis vero quibusdam iam veluti intusium frenum consideratur quo excultiores aliqui theologi a disciplina sua innovanda detineantur. Et quamquam hoc sacrum Magisterium, in rebus fidei et morum, cuilibet theologo proxima et universalis veritatis norma esse debet, ut pote cui Christus Dominus totum depositum tidei — Sacras nempe Litteras ac divinam ⧫ traditionem [1] — et custodiendum et tuendum et interpretandum concredidit, attamen officium, quo fideles tenentur illos quoque fugere errores, qui ad haeresim plus minusvo accedant, ideoque « etiam constitutiones et decreta servare, quibus pravae huiusmodi opiniones a Sancta Sede proscriptae et prohibitae sunt »/ nonnunquam ita ignoratur ac si non habeatur. Quae in Romanorum Pontificum Encyclicis Litteris de indole et constitutione Ecclesiae exponuntur, a quibusdam consulto neglegi solent, ea quidem de causa ut praevaleat notio quaedam vaga, quam ex antiquis Patribus,

[1] CIC. can. 1321: Cfr. Concil. *Vatie.* Denzixgeh, 1820, Const. /)r *fide cath.*. cap. 4, *De fide ct ratione,* post canones.

praesertim graecis, haustam esse profitentur. Pontifices enim, ut ipsi dictitant, de his quae inter theologos disputantur indicare nolunt, itaque ad pristinos fontes redeundum est et ex antiquorum scriptis recentiora Magisterii constitutiones ac decreta explicanda sunt.

Quae etsi fortasse scite dicta videntur, attamen fallacia non carent. Verum namque est generatili! Pontifices theologis libertatem concedere in iis quae inter melioris notae doctores vario sensu disputentur; at historia docet, plura quae prius liberae disceptationi subiecta fuerint, postea nullam iam disceptationem pati posse.

Neque putandum est, ea quae in Encyclicis Litteris proponuntor, assensum per se non postulare, cum in iis Pontifices supremam sui Magisterii potestatem non exerceant. Magisterio enim ordinario haec docentur, de quo illud etiam valet: «Qui vos audit, me audit» (L. 10, IG); ac plerumque quae in Encyclicis Litteris proponuntur et inculcantur, iam aliunde ad doctrinam catholicam pertinent. Quodsi Summi Pontifices in actis suis de re hactenus controversa data opera sententiam ferunt, omnibus patet rem illam, secundum mentem ac voluntatem eorumdem Pontificum, quaestionem liberae inter theologos disceptationis iam haberi non posse.

2194 Verum quoque est, theologis semper redeundum esse ad divinae revelationis fontes; eorum enim est indicare qua ratione ea quae a vivo -Magisterio docentur, in Sacris Litteris et in divina «traditione», «sive explicite, sive implicite inveniantur».1 Accedit quod uterque doctrinae divinitus revelatae fons tot tantosque continet thesauros veritatis, ut numquam reapse exhauriatur. Quapropter sacrorum fontium studio sacrae disciplinae semper iuvenescunt; dum contra speculatio, quae ulteriorem sacri depositi inquisitionem neglegit, ut experiundo novimus, sterilis evadit. Sed hac do causa theologia etiam positiva, quam dicunt, scientiae dumtaxat historicae aequari nequit. Una enim cum sacris eiusmodi fontibus Deus Ecclesiae suae .Magisterium vivum dedit, ad ea quoquo illustranda et enucleanda, quae in fidei deposito nonnisi obscure ac velut implicite continentur. Quod quidem depositum nec singulis clinistifidclibus nec ipsis theologis divinus Redemptor concredidit authentice interpretandum, sed soli Ecclesiae .Magisterio. Si autem hoc suum munus Ecclesia exercet, sicut saeculorum decursu saepenumero factum est, sive ordinario sive extraordinario eiusdem muneris exercitio, patet omnino falsam esse methodum, qua ex obscuris clara explicentur, quin immo contrarium omnes sequi ordinem necease esse. Quare Decessor Noster imm. mem. Pius IX, docens nobilissimum theologiae munus illud esse, quod ostendat quomodo ab Ecclesia definita doctrina contineatur in fontibus, non absque gravi causa illa addidit verba: «eo ipso sensu, quo ab Ecclesia definita est »...

2195 Quae si bene perspecta fuerint, facile patebit cur Ecclesia exigat ut futuri sacerdotes philosophicis disciplinis instruantur « ad Angelici Doc-

1 Pius IX, *Inter gravissimas,* 28 oct. 1870: *Acta Pii IX* 1, 260.

toris rationem, doctrinam et principia ‘, quandoquidem plurium saeculorum experientia probe noscit Aquinatis methodum ac rationem sive in tironibus erudiendis, sive in absconditis veritatibus pervestigandis, singulari praestantia eminere; ipsius autem doctrinam eum divina » revelatione» quasi quodam concentu consonare, atque ad fidei fundamenta in tuto collocanda ellicacissimam esse, necnon ad sani progressionis fructus utiliter et secure colligendos.2

Hac de causa quam maxime deplorandum est, philosophiam in Ecclesia receptam ac agnitam hodie a nonnullis despectui haberi, ita ut antiquata quoad formam, rationalist ica. ut aiunt, quoad cogitandi processum, impudenter renuntietur. Dictitant enim hanc nostram philosophiam perperam opinionem tueri metaphysicam absolute veram exsistere posse; dum contra asseverant res, praesertim transcendentes, non aptius exprimi posse, quam disparatis doctrinis, quae sese mutuo compleant, quamvis sibi invicem quodammodo opponantur. Quare philosophiam nostris traditam scholis, cum sua lucida quaestionum descriptione ac solutione, cum accurata sua notionum determinatione clarisque distinctionibus, utilem quidem esse posse concedunt ad propaedeusim scholasticae theologiae, mentibus hominum medii aevi egregie accommodatam; non tamen praebere philosophandi rationem, quae hodiernae nostrae culturae ac necessitatibus respondeat. Opponunt deinde philosophiam perennem nonnisi philosophiam immutabilium essentiarum esse, dum hodierna mens ad « exsistentiam » singulorum spectet necease est et ad vitam semper linentem. Dum vero hanc philosophiam despiciunt, alias extollunt sive antiquas, sive recentes, sive Orientis, sive Occidentis populorum, ita ut in animos insinuare videantur quamlibet philosophiam vel opinationem, quibusdam additis, si opus fuerit, correctionibus vel complementis, cum dogmate catholico componi posse; quod quidem falsum omnino esse, cum praesertim de commentis illis agatur, quae vel « immanentismum » vocant, vel « idealismum ‘, vel ‹ materialismum » sive historicum, sive dialecticum, ac vel etiam › exsistentialismum ♦ sive atheismum profitentem. sive saltem valori ratiocinii metaphysici adversantem, catholicus nemo in dubium revocare potest.

Ac denique philosophiae nostris traditae scholis hoc vitio vertunt, eam nempe in cognitionis processu ad intellectum unice respicere, neglecto ⁂muneri voluntatis et affectuum animi. Quod quidem verum non est. Numquam enim Christiana philosophia utilitatem negavit et efficacitatem bonarum totius animi dispositionum ad res religiosas ac morales plene cognoscendas et amplectendas; immo semper docuit huiuscemodi dispositionum delectum causam esse posse cur intellectus, cupiditatibus ac mala voluntate affectus, ita obscuretur ut non recte videat. Immo Doctor Communis censet intellectum altiera bona ad ordinem moralem sive naturalem sive supernaturalem pertinentia, aliquo modo percipere posse, quatenus experiatur in animo affectivam quamdam counaturali-

‘ CIC can. 1360, § 2. (Cfr. n. 1178).
’ AAS .38, 387.

tatem 0 eum eisdem bonis sive naturalem, sive dono gratiae additam;l ac liquet quantopere vel subobscura huiusmodi cognitio investigationibus rationis auxilio esse valeat. Attamen aliud est voluntatis affectuum dispositioni vim agnoscere adiuvandi rationem ad certiorem ac firmiorem cognitionem rerum moralium assequendam; aliud vero est, quod isti novatores contendunt: facultatibus nempe appetendi et affectandi vim quamdam intuendi adiudicare, atque hominem, cum non possit rationis discursu eum certitudine discernere quidnam ut verum sit amplectendum, ad voluntatem declinare, qua inter oppositas opiniones ipse libere decernens eligat, cognitione et voluntatis actu incompte permixtis.

2196 Nec mirum est novis hisce placitis in discrimen adduci duas philosophicas disciplinas, quae natura sua cum fidei doctrina arete conectuntur, theodiceam nempe et ethicam; «piarum quidem munus esse censent non aliquid certi de Deo aliove ente transcendenti demonstrare, sed ostendere potius ea quae fides doceat de Deo personali ac de eius praeceptis, cum vitae necessitatibus perfecte cohaerere, ideoque omnibus amplectenda esse ut desperatio arceatur atque aeterna attingatur salus. Quae omnia ut Decessorum Nostrorum Leonis XIII et Pii X documentis aperte adversantur, ita cum Concilii Vaticani decretis componi nequeunt. Has quidem a veritate aberrationes deplorare, supervacaneum esset, si omnes, etiam in rebus philosophicis, qua par est reverentia ad Magisterium Ecclesiae animum intenderent, cuius profecto est, ex divina institutione, non solum veritatis divinitus revelatae depositum custodire et interpretari, sed ipsis etiam philosophicis disciplinis invigilare, ne quid detrimenti ex placitis non rectis catholica patiantur dogmata...

2197 Novimus quidem plerosque catholicos doctores, quorum studiorum fructus in athenaeis, in sacris seminariis et religiosorum sodalium collegiis impertiuntur, ab iis erroribus alienos esse, qui hodie, sive oh rerum novarum cupidinem, sive etiam ob immoderatum quoddam ăpostolat» propositum, aperte vel latenter divulgantur. At novimus quoque novas eiusmodi opinationes incautos allicere posse; ideoque principiis obstare malumus, quam inveterato iam morbo medicinam praestare.

Quapropter, re coram Domino mature perpensa ac considerata, uo a sacro Nostro otlicio deficiamus, Episcopis ac Religiosarum Sodalitatum .Moderatoribus, gravissime eorum onerata conscientia, praecipimus, ut quam diligentissime curent, ne in scholis, in coetibus, in scriptis quibuslibet opiniones huiusmodi proferantur, neve clericis vel christ¡fidelibus quovis modo tradantur.

Qui in ecclesiasticis institutis docent, noverint se tuta conscientia munus docendi, sibi concreditum, exercere non posse, nisi doctrinae normas, quas ediximus, religiose accipiant atque ad amussim servent in discipulis instituendis. Debitam reverentiam atque obtemperationem, quam in suo adsiduo labore Ecclesiae .Magisterio profiteantur oportet, discipulorum quoque mentibus animisque instillent.

AAS 42, 565-569; 573-575; 577-578.

l Cfr. S. TBom., *Summa Theol.* I1-1I, q. 1, a. t ad 3 ct q. 15, art. 2, In c.

De sacerdotalis vitae sanctitate promovenda

(Adhortatio ad Cierunt universum *Menti Nostrae,* 23 sept. 1950).

il9S Menti Nostrae vox resonat Divini Redemptoris Petro dicentis: Simon loannis, diligis me plus hist... pasce agnos rneos, pasce oves meas » *(I.* 21, 15 et 17); iternque illa, qua idem Apostolorum Princeps Episcopos ac sacerdotes aetatis suae hisce verbis adhortabatur: ‹ Pascite qui in vobis est gregem Dei, ... forma facti gregis ex animo ' (1 *P.* 5, 2-3).

Quae verba attento animo considerantes, praecipuas esse supremi ministerii Nostri partes putamus id efficere pro viribus, ut sacrorum Pastorum ac sacerdotum opera, quae christianum populum ad vitanda mala, ad superanda discrimina et ad sanctimoniam assequendam conducat oportet, efficacior cotidie fiat; quod quidem nostris praesertim temporibus necessarium est, dum adhuc gentes ac populi ob recens, immane bellum non modo gravibus difficultatibus vexantur, sed animorum etiam perturbatione acerrime afficiuntur; et dum catholici nomini hostes ob rerum adiuncta, in quibus civilis societas versat tir, andadores facti, homines a Deo et a lesu Christo arcere exitiali odio obtectisque insidiis enituntur.

Christianae instaurationis necessitas, quam hodie boni omnes cernunt, Nos iubet mentem voluntatemque Nostram ad totius orbis sacerdotes potissimum convertere, quandoquidem novimus humilem, vigilem studiosamque eorum operositatem, qui, in media plebe cum vivant, eius aegritudines, poenas ac corporis animique angustias perspectas habent, posse evangelicis praeceptis omnium renovare mores, ac lesu Christi « Regnum iustitiae, amoris et pacis firmissime in terris constabilire.

Verumtainen haud possibile est sacerdotale munus plenos nancisci effectus, qui aetatis huius nostrae necessitatibus omnino respondeant, nisi sacerdotes circumstanti populo insignis sanctitatis fulgore praeluceant; sint que digni «ministri Christi », fideles «dispensatores mysteriorum Dei »», efficaces « Dei auditores », ad omne opus bonum instructi.[1]

lamvero nullo Nos posse aptiore modo putamus universo clero gratam profiteri voluntatem Nostram - qui quidem quinquagesimo exeunte sacerdotii Nostri anno, per admotas ad Deum preces suam erga Nos pietatem testatus est — quam si clericos omnes ad illam assequendam sanctitudinem paterno adhortemur animo, sine qua concreditum eisdem ministerium frugiferum esse non potest. Annus Sacer, quem ea spe indiximus, ut omnium mores evangelicis praeceptis redintegrarentur, hoc imprimis afferat optamus, ut nempe, qui christiani populi sunt duces,

1 Prnef. Miss, in festo lesu Christi Regis.
• Cfr. 1 *C.* i, 1.
' Cfr. 1 C. 3, 9.
• Cfr. 2 *T.* 3, 17.

ad virtutis verticem alacriore gradu contendant, atque ita animati, ita instructi, sibi creditum gregem lesu Christi spiritu renovent.

Quodsi adauctae hodie Christianae societatis necessitates internae perfectionis formam magis magisque a sacerdotibus postulant, animadvertendum tamen est eos, ex ipsius altissimi muneris natura divinitus accepti, sanctitatis officio teneri semper, ubique totisque viribus assequendae.

Sacerdotium, magnum Dei donum. Oportet illi fideliter respondere.

2199 Quemadmodum Decessores Nostri peculiarique modo Pius X[1] et Pius XI[2] docuere, ac Nosmet ipsi in Encyclicis Litteris *Mystici Corporis*[3] et *Mediator Dei*[4] attigimus, sacerdotium utique magnum est donum Divini Redemptoris; qui quidem ut humani generis redemptionis opera, quam ipse e Cruce pendens consummavit, ad saeculorum usque occasum perpetuaretur, potestatem suam Ecclesiae commisit, quam unici aeternique sacerdotii sui participem esse voluit. Sacerdos veluti «alter Christus» est, cum indelebili sit charactere insignitus, quo viva Servatoris nostri quasi imago efficitur; sacerdos lesu Christi partes agit, qui dixit: *Sicut misit me Pater, et ego mitto vos* (*I.* 20, 21); *qui vos audit, me audit* (*Lc.* 10, 16). Caelesti quodam instinctu eiusmodi ministerio augustissimo initiatus, *pro hominibus constituitur in iis, quae sunt ad Deum, ut offerat dona et sacrificia pro peccatis* (*Hb.* 5, 1). Ad eum igitur accedat oportet quisquis Divini Redemptoris vitam vivere, atque vim, solacium animique alimentum accipere cupit; itemque ab eo opportuna remedia quaerat, quisquis a collapsis moribus ad frugem bonam reverti nititur. Itaque sacri omnes administri iure meritoque Apostoli gentium sententiam sibi tribuere queunt: *Dei... sumus adiutore»* (1 C. 3, 9).

Excelsa haec dignitas a sacerdotibus postulat ut gravissimo officio suo fidelitate summa respondeant. Cum divinae in terris provehendae gloriae ac mystico fovendo augendoque Christi Corpori inservire debeant, oportet omnino ita santitudinis fulgore praestent, ut per eos *Christi bonus odor* (2 *C.* 2, 15) usquequaque propagetur.

Eo ipso dic, quo vos, dilecti filii, ad sacerdotale fuistis evecti munus, Episcopus sollemniter Deique nomine praecipuum a vobis exsequendum officium hisce verbis indicavit: « Agnoscite quod agitis, imitamini quod tractatis; quatenus mortis dominicae mysterium celebrantes, mortificare membra vestra a vitiis et concupiscentiis omnibus procuretis. Sit doctrina vestra spiritualis medicina populo Dei; sit odor vitae vestrae delectamentum Ecclesiae Christi; ut praedicatione atque exemplo aedificetis domum, id est familiam Dei ».[5] A peccatis omnino immunis, vita vestra, magis quam ea, quam christiani e laicorum ordine ducunt, abscondita

[1] Exhortatio *Haerent animo: Acta Pii X* 4, 237 ss. [Cfr. nn. 1263 ss.J.
[2] Litt. Encycl. *Ad Catholici Sacerdotii:* AAS 28, 5 s. [Cfr. nn. 1955 ss.).
[3] AAS 35, 193 ss.
[4] AAS 39, 521 es.
[5] Pontificale Rom. De ord. Presbyt.

sit cum Christo in Deo;[1] atque ita eximia illa virtute exornati, quam vestra exigit dignitas, humanae redemptionis opus perficiendum pergite, ad quod quidem sacerdotalis consecratio vos destinavit.

Hoc propositum est, quod vos ultro libenterque exsequendum suscepistis; sancti estote, quia, ut nostis, sacrum est ministerium vestrum.

I

SANCTITAS VITAE SACERDOTALIS

Perfectio consistit in fervore caritatis, qui sacerdotem addecet.

2200 Ex divini -Magistri sententia,[1] christianae vitae perfectio caritate erga Deum, erga proximos potissimum innititur, quae tamen flagrans, studiosa, operosa sit. Ea enim, si ila conformatur, omnes quodammodo amplectitur virtutes;[3] atque adeo iure meritoque *vinculum perfectionis* (*C.* 3, 14) dici potest. In quibusvis igitur rerum condicionibus versetur homo, opus est prorsus ut mentem suam suosque actus ad hoc propositum dirigat.

Ad id tamen peculiari officio adstringitur sacerdos. Quaevis enim eius sacerdotalis actio suapte natura — quatenus nempe sacrorum administer hac de causa divinitus vocatus est, ac divino munere divinoque charismate insignitus ut ad hoc contendat necesse est; ipse enim lesu Christo, unico aeternoque sacerdoti, sociam operam navare debet; cumque sequatur, imitetur oportet, qui, cum terrenam vitam ageret, nihil potius habuit, quam incensissimum suum erga Patrem amorem testaretur suique Cordis infinitos thesauros hominibus impertiret.

Imitatio Christi

Coniunctio intima cum Christo, uti summo Exemplari. Initium christianae perfectionis est humilitas, quae ducit ad voluntatis immolationem per oboedientiam.

2201 Praecipuus, quo sacerdotis animus moveri debet, impulsus eo contendat, ut cum Divino Redemptore arctissime coniungatur, ut christianae doctrinae praecepta integerrime docilique voluntate amplectatur, ut que eadem quovis suae vitae tempore tam impense ad effectum deducat, ut suae agendi rationi catholica tides praeluceat, eiusdemque tidei splendorem sua agendi ratio quodammodo reverberet.

1 Cfr. *C.* 3, 3.
* Cfr. .iff. 22, 38-39.
* Cfr. 1 *C.* 13. 4-7.

Huius virtutis fulgore ductus, continenter suos oculos ad Christum convertat; eius praescripta, actiones, exempla studiosissime sequatur: sibique omnino persuasum habeat non satis esse eis se officiis, quibus christifideles tenentur, obtemperare, sed oportere etiam citatiore cotidie gradu ad illam contendere quam excelsa sacerdotalis dignitas postulat, vitae perfectionem, secundum illud: « Clerici debent sanctiorem prae laicis vitam interiorem et exteriorem ducere, eisque virtute et recte factis in exemplum excellere ».[1]

Sacerdotalis vita, ut a Christo oritur, ita nullo non tempore ad eum omnino dirigatur necesse est. Christus autem Dei Verbum est, qui humanam naturam non est dedignatus assumere; qui hanc terrestrem vitam egit ut Aeterni Patris obtemperaret voluntati; qui se circum lilii suavitatem effudit; qui in paupertate vixit; *qui perirà neiit benefaciendo et sanando omnes (Act.* 10, 38); qui denique se hostiam pro fratrum salute obtulit. Habetis, dilecti filii, mirabilis huius vitae summam velati ante oculos positam; eam in vos referre omni nisu studeatis, incitamenti illius memores: *Exemplum... dedi vobis, ut quemadmodum ego feci vobis, ila et vos faciatis (I.* 13, 16).

Christianae autem perfectionis initium ex humilitatis virtute oritur. *Discite a me, quia mitis sum, et humilis corde (Mt.* 11, 29). Nos siquidem probe considerantes ad quam celsissimam dignitatem per Baptisma et sacrum Ordinem vocati fuimus, ac spiritualem nostram noscentes inopiam, divinam illam meditemur sententiam lesti Christi asseverantis: *Sine me nihil potestis facere* (*I.* 15, 5).

Sacerdos, non suis viribus confidat, non suis dotibus immodice delectetur, non hominum aestimationem laudationesque captet, non amplioribus muneribus cupide inhiet, sed Christum imitetur, qui non venit *ministrari, sed ministrare (Ml.* 20, 28) ac semel ipsum ad Evangelii normam abneget,[2] terrenisque rebus nimis ne adhaereat, ut facilius atque expeditius divinum sequatur .Magistrum. Quidquid habet, quidquid est, ex Dei bonitate virtuteque defluit; si igitur gloriari velit, Apostoli gentium verba meminerit: *Pro me autem nihil gloriabor, nisi in infirmitatibus meis* (2 *C.* 12, 5).

Illius humilitatis studium, quae fidei luce collustretur, hominem ad quamdam voluntatis immolationem per debitam oboedientiam compellit. Christus ipse in societate ab se condita legitimam constituit auctoritatem, quae suam in aevum perpetuaret; quamobrem qui Ecclesiae obtemperat moderatoribus, Divino ipsi Redemptori obtemperat.

Aetate hac nostra cum auctoritatis fundamentum temerario ausu concutiatur, opus omnino est ut sacerdos, tifici praecepta firma retinens mente, hanc eamdem auctoritatem agnoscat riteque observet, velati necessarium non modo religiosarum ac socialium rerum tutamentum, sed suae etiam ipsius procurandae sanctitatis principium. Dum divini nominis osores nefaria quadam calliditate immodicas nonnullorum cu-

[1] CIC can. 124.
[2] Cfr. *MI.* 10, 24,

pidincs incitare ac pellicere idcirco enituntur, ut adversus Sanctae Matris Ecclesiae iussa eos erigant, debitis Nos cupimus exornare laudibus paternoque confirmare animo frequentissimum illorum sacrorum administrorum agmen, qui quidem, ut Christianam suam oboedientiam luculenter profitèrentur, utque integerrimam suam fidelitatem erga Christum ab coque constitutam auctoritatem servarent incolumem, *digni habiti sunt pro nomine lesu contumeliam pati* (*Act.* 5, 41) ac non solum contumelias, sed insectationes, sed carcerem atque etiam mortem.

Custodia caelibatus per vigilantiam et orationem, devitando familiaritatem.

2202 In earum rerum ordine operatur sacerdos, quae ad supernam vitam pertinent, cum eiusdem supernae vitae incrementa provehat, eamque cum mystico lesu Christi Corpore communicet. Quamohrem negotiis illis vale dicat oportet *quae sunt mundi,* ut ea solummodo curet, *quae Domini sunt* (1 *C.* 7. 32, 33). Cum igitur a saeculi sollicitudinibus liber esse debeat, seseque totum divino servitio mancipare, caelibatus legem Ecclesia constituit, quo magis etiam magisque manifestum omnibus pateat eum esse Dei administrum animorumque patrem. Qua quidem caelibatus lege potius quam paterni muneris officium omnino amittat sacerdos, in immensum revera adauget, quandoquidem non terrenae huic ac caducae vitae subolem parit, sed caelesti perpetuoque mansurae.

Quo splendidius autem sacerdotalis castimonia refulget, eo magis sacrorum administer fit una eum Christo ‹ hostia pura, hostia sancta, hostia immaculata »?

Quam quidem castimoniam ut integerrimam, quasi inaestimabilis pretii thesaurum, omni cura servemus, opportunum ac necessarium est illi Apostolorum Principis adhortationi religiose obsequi, quam cotidie in horariis precibus repetimus: *Sobrii estote, et vigilate* (1 *P.* 5, 8).

Advigilate utique, dilecti filii, quandoquidem castitati vestrae tot pericula occurrunt, tum ob mores publice pessumdatos, tum ob vitiorum illecebras, quae vobis hodie tam facile insidiantur, tum denique ob nimiam illam necessitudinum libertatem, qua utriusque sexus cives utuntur, et quae interdum in sacri etiam ministerii exercitium irrepere audet. *Vigilate, et orate* (*Me.* 14, 38), semper memores manus vestrae res sanctissimas tangere; itemque memores vos esse consecratos Deo, eidemque debere unice servire. Vestis ipsa, quam geritis, quodammodo vos admonet ut non mundo, sed Deo vivatis. Omni igitur nisu omnique alacritate efficite, maternae confisi Deiparae Virginis tutelae, ut ‹ nitidi, mundi, puri, casti, sicut decet ministros Christi et dispensatores mysteriorum Dei cotidie sitis.

Quam ad rem opportunum ducimus peculiari modo vos adhortari ut in mulierum consociationibus ac sodaliciis moderandis tales vos exhibeatis, quales sacerdotes addecet; familiaritatem omnem devitate; ac

‹ *Missale Itoni.,* can.
* *Pontificale Itoni.,* In ordin. Diacon

quotiescumque opera vestra necessaria est, earn nipote sacri administri impertite. Atque in iisdem consociationibus dirigendis novitatem vestram iis contineatis limitibus, quos sacerdotale ministerium vestram postulat.

Sacerdos, a divitiis terrenisque rebus abaitenue, omnibus virtutibus ornatus sit.

2203 Nec satis habeatis per castimoniam voluptatibus carnis renuntiare ac per oboedientiam moderatoribus vestris voluntatem sponte subicere, sed animum quoque a divitiis terrenisque rebus cotidie magis abalienatum gerite. Etiam atque etiam vos adhortamur, dilecti filii, ut res fluxas ac perituras huius mundi ne nimis diligatis: sanctissimos veteris nostraeque aetatis viros venerabundi in exemplum intuemini, qui quidem debitam externorum honorum abstinentiam summamque Providentis Numinis fiduciam cum flagrantissimo sacerdotali studio coniungentes, miranda prorsus opera patrarunt Deo unice contisi, qui necessaria numquam auxilia denegat. Sacrorum etiam administri, qui paupertatis ollicio ob peculiare nuncupatum votum non obligantur, huius paupertatis amore ducantur oportet; quem quidem amorem simplicis ac moderatae vitae ratio demonstret, habitatio non sumptuosa declaret ac denique generosa erga egenos largitas confirmet. Potissimum vero se abstineant ab oeconomicis illis inceptis, quae eos a sacris obeundis muneribus abstrahant, debitamque sibi imminuere possint christilidelium aestimationem. Sacerdos siquidem, cum in animorum salutem procurandam omni ope incumbat necesse sit, illam sibi Apostoli Pauli sententiam tribuere debet: *Non... quaero quae vestra sunt, sed vos* (2 *C.* 12, 14).

Si heic opportunitas haberetur de virtutibus omnibus enucleate agendi, quibus sacerdos divinum lesti Christi exemplar aptiore, quo potest, modo in se referat opus est, multa profecto, quae menti Nostrae occurrunt, pertractaremus; voluimus tamen ea solummodo peculiari modo menti vestrae inculcare, quae nostris hisce temporibus potiore ratione necessaria viderentur; ad ceteras autem quod attinet, hanc satis esto aurei libelli de imitatione Christi recordari sententiam: ⟨I Sacerdos omnibus virtutibus debet esse ornatus; et aliis bonae vitae exemplum praebere. Eius conversatio non eum popularibus et communibus hominum viis, sed cum Angelis in caelo, aut cum perfectis viris in terra ⁑.

Necessitas gratiae supernae ad imitationem Christi persequendam

Vita sacerdotis imitari debet sacrificium Christi, Sacerdotis et Victimae in monte Calvariae et in Eucharistico Sacrificio, ex quo thesauros gratiae haurit ad sanctitatis verticem assequendum.

2204 Nemo est qui ignoret, dilecti lilii, singulis christiania peculiarique modo sacerdotibus possibile non esse miranda Divini Magistri exempla

l *De imit. Christi, IV,* c. 5, 13, 11.

in cotidianae vitae usu imitari, nisi supernae gratiae auxilio frnantur, iisque utantur eiusdem divinae gratiae instrumentis, quae ipsemet nobis dilargitus est. Idque eo magis evadit necessarium, quo excelsior perfectio est, quam nos attingere debemus, et quo graviores ex natura nostra, in malum prona, oriuntur difficultates. Qua quidem ratione ducti, opportunum putamus gradum facere ad alias, granditatis ac solacii plenas, proponendas veritates, ex quibus vel luculentius patet quam elata esse debeat sacerdotalis sanctitas, et quam efficaces sint opes nobis a Jesu Christo datae, ut divina misericordiae consilia ad effectum in nobis deducere possimus.

Quemadmodum omnis Servatoris nostri vita ad sui ipsius sacrificium ordinata fuit., ita pariter sacerdotis vita, qui Christi imaginem in se referre debet, cum eodem, in eodem per eumdemque gratum fiat sacrificium oportet.

Siquidem sacrificium, quod Divinus Redemptor e cruce pendens in Calvariae monte obtulit, non sui proprii corporis tantummodo immolatio fuit; ipse enim semel ipsum piacularem hostiam dedit utpote humani generis Caput; atque adeo ‹ cum spiritum suum in manus Patris commendat, ut homo seipsum commendat Deo, ut omnes homines Deo commendet »?

Idem profecto in Eucharistico sacrificio contingit, quod incruenta est crucis sacrificii renovatio; Christus enim sernet ipsum Aeterno Patri offert pro sua gloria nostraque salute; quandoquidem autem ipse, sacerdos et hostia, ut Ecclesiae Caput agit, non modo sernet ipsum, sed christianos universos et quodam modo omnes etiam homines offert et immolat.2

Iamvero si hoc pro Christianis omnibus, maiore profecto titulo pro sacerdotibus valet, qui idcirco praesertim Divini Redemptoris ministri sunt, ut Eucharisticum sacrificium peragant. Quo quidem in Eucharistico sacrificio, dum personam Christi sustinentes, panem et vinum consecrant, quae Corpus et Sanguis Christi fiunt, inexhaustos ex ipso supernae vitae fonte haurire possunt salutis thesauros oniniaque illa auxilia, quae sibi non modo necessaria sint, sed suo etiam ipsorum explendo muneri.

Sacrorum nempe administer, dum divinis hisce mysteriis arctissime coniungitur, facere non potest quin esuriat ac sitiat iustitiam. 3 seseque vehementer incitatum sentiat ad illi, qua ornatur, tam excelsae dignitati vitam aequandam suam, ad eamdemque se devovendi studio conformandam. cum sernet ipsum debeat una cum Christo quodammodo immolare. Quamobrem Eucharisticum sacrificium non modo celebret, sed etiam intima quadam ratione vivat oportet; ita enim supernam vim illam haurire potest, qua fiat ut penitus transformetur, atque piacularem Divini ipsius Redemptoris vitam participet.

1 S. Athanvs., *De incarnatione,* n. 12: MG 26, 1003 s.
* Cfr. S. Avo., *Dc civitate Dei.* 1. X, c. G : ML 11, 281.
• Cfr. *MI.* S, *6.*

2205 Ex Apostoli Pauli sententia, praecipuum cliristianae perfectionis principium hoc praecepto declaratur: *Induimini Dominum lesimi Christum* (7?. 13, 14). Hoc autem praeceptum, si ad christifideles omnes pertinet, at potiore quodam modo sacerdotes obstringit. Atqui lesimi Christum indui non modo significat ad eius doctrinam mentem dirigere suam, sed novam etiam vitam ingredi, quae quidem ut Thaboris splendoribus fulgeat. Redemptoris nostri debet imprimis, in Calvaria patientis, doloribus angoribusque conformari. Hoc profecto arduum adsiduumque laborem postulat, quo animus noster quasi efficiatur, ut cum Christi sacrificio intima ratione communicet. Hic arduus adsiduusque labor non inani voluntate ducitur, non desideriis ac votis concluditur, sed studiosa esse debet indefessaque actio, quae ad frugiferam animi renovationem contendat; sed pietatis sit oportet exercitatio, qua omnia ad Dei gloriam referantur; paenitentiae sit exercitium, quod immoderatos animi motus temperet ac refrenet; caritatis sit navitas, quae nos erga Deum, erga proximos amore inflammet, nosque ad omnia provehenda misericordiae opera permoveat; sit denique actuosae voluntatis alacritas, qua enitendo eluctandoque perfectissima quaeque attingamus.

Necesse est igitur ut, quod in sacrificali ara agitur, sacerdotalis animus in se referre studeat: quemadmodum nempe lesus Christus semet ipsum immolat, ita eius administer una cum illo se immolare debet; quemadmodum lesus expiat peccata hominum, ita sacerdos per excelsum cliristianae asceseos iter ad propriam perveniat necesse est proximorumque purificationem. Ita enim eum S. Petrus Chrysologus admonet: ‖ Esto Dei sacrificium et sacerdos; non amittas quod tibi divina dedit et concessit auctoritas. Induere sanctitatis stolam; praecingere balteum castitatis; sit in velamento capitis tui Christus; crux in frontis tui munimine perseveret: pectori tuo appone divinae scientiae sacramentum; in odorem thymiama semper orationis accende; arripe gladium Spiritus; altare cor tuum pone et sic corpus tuum admove Dei securus ad victimam... Offer fidem, ut perfidia sit punita; immola ieiunium, ut voracitas cesset; sacrifica castitatem, ut moriatur libido; impone pietatem, ut deponatur impietas; invita misericordiam, ut avaritia deleatur; et ut consumatur stultitia, semper sanctitatem convenit immolare: sic fiet corpus tuum tua hostia, si nullo peccati iaculo fuerit sauciata ».*

Quae Nos Christianis universis per Encyelicas Litteras *Mediator Dei* meditanda proposuimus, ea placet in praesens iisdem verbis peculiari modo sacerdotibus iterare: «Christus utique sacerdos est, sed nobis non sibi sacerdos, cum vota religionisque sensus totius humani generis nomine Aeterno Patri deferat; idem pariter victima est. sed nobis, eum semet ipsum in vicem hominis culpis obnoxii reponat. Iamvero illud Apostoli « hoc... sentite in vobis, quod et in Christo lesti » a Christianis omnibus postulat, ut eo modo animum in se referant affectum, quantum humana potest facultas, quo Divini Redemptoris animus allectus erat, cum sui ipsius faciebat sacrificium; humilem nempe referant mentis demissionem

* *Sermo* CVI11: ML 52, 500. 501.

sunimaequc Dei Alaiestati adorationem adhibeant, honorem, laudem, gratiarum actionem. Postulat praeterea ab iisdem ut victimae condicionem quodammodo sumant ut semet ipsos ad Evangelii praecepta abnegent, ut paenitentiae ultro libenterque dent operam, utqiie admissa quisque sua detententur et expient. Postulat denique ut omnes una eum Christo mysticam in Cruce mortem obeamus, ita quidem ut Pauli sententiam usurpare possimus: «Christo confixus sum Cruci».[1]

Sacerdotes ac lilii dilectissimi, magnum nos habemus in nostris manibus thesaurum ac pretiosissimam margaritam, hoc est inexhaustas lesti Christi Sanguinis divitias; iisdem quam largissime utamur, ita quidem ut, per plenum nostri sacrificium Aeterno Patri una eum Christo oblatum, veraces efficiamur iustitiae conciliatores *in iis, quae sunt ad Deum (IIb.* 5, 1), ac mereri possimus, ut preces nostrae benigne excipiantur. ac superfluentem gratiarum imbrem impetrent, quae Ecclesiam ornnesque animos recreent atque feeundent. Tum solummodo, cum nempe velati unum erimus cum Christo per suam nostramque immolationem, vocvinque nostram cum caelestis 11 ierosolymae habitatorum choro conseremus secundum illud « illi canentes iungimur almae Sionis aemuli »,[s] tum solummodo, Servatoris nostri virtute corroborati, e sanctitatis vertice, quem assecuti fuerimus, tute poterimus ac secure cunctis hominibus impertire per sacerdotale ministerium nostrum supernam Dei lucem supernainque vitam.

Necessitas orationis et exercitiorum pietatis

Recitatio divini Officii, uti vose Christi et Ecclesiae, medium efficax sanctificationis, si recta ineditalione absolvatur.

Perfecta sanctitatis forma id etiam requirit ut cum Deo continenter communicemus; ut autem eiusmodi communicatio, quae sacerdotali animo cum Deo intercedat oportet, per subséquentes dies et horas ne intermittatur, Ecclesia sacros administros officio teneri iussit horarias preces recitandi. Ea hoc modo Divini Redemptoris praecepto fideliter obsecuta est dicentis: *Oportet semper orare et non deficere* (*l.<.* IS. 1). Siquidem, quemadmodum Ecclesia ab effundendis precibus nullo tempore cessat, ita percupii ut filii sui supplicationes numquam intermittant; iisdemque Apostoli Pauli adhortationem repetit: *Der ipsum* [/«sum] *offeramus hostiam laudis semper Deo, id est, fructum labiorum confitendum nomini cius (Hb.* 13, 15). Sacrorum autem administris hoc peculiare munus concredit, ut nempe, populi etiam nomine comprecando, omnis temporis rerumque decursum quodammodo Deo consecrent.

Huic officio obsequens sacerdos, illud vertentibus sacculis, agere pergit, quod Christus fecit, qui *in diebus carnis suae preces supplicatio-*

[1] AAS 39, 552-553.
[s] *Hrev. Horn.,* Hymn, pro off. Dédie. Eccl.

nesíjue... cum clamore valido et lacrimis offerens, exauditus est pro sua reverentia (Ibid. 5, 7). Hae siquidem preces, cum adhibeantur Christi nomine, hoc est « per Dominum Nostrum lesum Christum », qui, conciliator noster apud Patrem, suam eidem perpetuo offert satisfactionem, sna promerita validissimumqiie sui Sanguinis pretium, singulari procul dubio efficacitate pollent. Sunt enim peculiari ratione ' vox Christi », qui «orat pro nobis ut sacerdos noster; orat in nobis, ut Caput nostrum »? Parique modo sunt semper « vox Ecclesiae », quae vota ac desideria christifi-(lelium omnium refert; qui quidem una cum sacerdotis precibus eiusquc tide conjunct i, laudibus lesum Christum prosequunt ur, ac per ipsum Aeterno Patri grates agunt, ab coque quovis die, quavis hora necessaria impetrant auxilia. Itaque quod .Moyses quondam fecit, cum in montis vertice brachia ad caelum extollens cum Deo colloquebatur ab coque pro populo suo, in subiecta valle aerumnis laborante, misericordiam efflagitabat, id per sacros administros quodam modo cotidie iteratur.

At horariae preces multum etiam multumque ad sanctitatem efficaciter assequendam conferunt; non enim agitur solummodo de formularum recitatione, vel de canticis, quae ex artis legibus rite pangantur; non agitur solummodo de peculiaribus observandis normis, quas rubricas vocant, vel de externis tantum divini cultus caerimoniis; sed potiore ratione agitur de ascensu mentis anirnique nostri ad Deum, ut cum beatis spiritibus, laudes eidem in aeternum concinentibus, copulemur.[2] Quamobrem horariae preces, ut in earum notatur initio, « digne, attente ao devote » recitandae sunt.

Opus est autem ut sacerdos has supplicationes fundat eadem illa mente, qua Divinus Redemptor precabatur. Est igitur quasi ipsa vox eius, quae per suum administrum a clementissimo Patre suo redemptionis beneficia implorat; est ipsa vox eius, cui Angelorum Sanctorum agmina in Caelo, Christian orum que multitudines in terra coniunguntur, ut debita Deo gloria referatur; lesu Christi advocati nostri vox est, qua immensi suorum meritorum thesauri nobis impertiuntur.

Frugiferas illas veritates, quas Spiritus Sanctus per Sacrarum Litterarum sententias pandit, atque Patrum Doctorumque scripta commentantur, accurate diligenterque meditemini. Dum labia vestra divina verba repetunt quae afflatu superni Flaminis tradita fuere, nihil tanti thesauri amittatis; utque animus vester Dei voci fideliter resonet, ea omnia, quae mentem vestram avocent, adsidue studioseque dispellite; atque intentas cogitationes vestras colligite, ut faciliore ac fructuosiore ratione aeternarum rerum contemplationi vacetis.

In Encyclicis Litteris *Mediator Dei* copiose satis enucleavimus qua de causa Ecclesia per annuum liturgiae cursum in memoriam revocet aptoque ordine voluti ante oculos repraesentet omnia lesu Christi mysteria, diesque etiam festos celebrari iubeat Alariae Virginis sanctorumque Caelitum. Haec doctrinae praecepta, quae christiania universis, nipote oru-

[1] S. Ava. *Enarrationes in Ps LXXXV,* n. 1: ML 37, 1081.
[2] Cfr. Litt. Encycl. *Mediator Dei.*' AAS 39, 574.

nibus utilissima, impertivimus, addecet omnino vos, sacerdotes, peculiari modo recolere; vos dicimus, qui per Eucharisticum sacrificium Divinumque Officium, quod dicitur, in hoc eodem liturgiae cursu praecipuas partes agitis.

Pietatis exercitia fovenda: Meditatio sacra cotidiana, supplicatio vocalis, incensa erga Christi Matrem pietas, visitatio eucharistica, perscrutatio conscientiae, frequentia Paeniteniiae Sacramenti, in spiritualibus consilium. Exercitia spiritualia.

2207 Ecclesia praeterea, ut nos ad sanctimoniam alacrius cotidie assequendam compellat, alia etiam pietatis exercitia, praeter Eucaristieum sacrificium et horarias preces, enixe nobis commendat. De quibus quidem placet aliquid heic attingere vestraeque considerationi proponere.

Imprimisque ad sacram meditationem nos adhortatur, quae mentem ad superna transvehit, et ad caelestium rerum cogitationem advocat, itemque animum nostrum, Dei desiderio inflammatum, recta ratione ad eum dirigit. Haec sacra meditatio aptissime nos praeparat ad Eucharisticum celebrandum sacrificium et ad debitas post illud grates agendas Deo; ad suavem nos inducit liturgiae pulchritudinem percipiendam gustandamque; itemque ad aeternas veritates et ad miranda Evangeli! exempla ac praecepta contemplanda nos permovet.

lamvero haec Evangelii exempla Divinique Redemptoris virtutes prorsus necease est ut sacrorum administri diligentissime in se referant. Sed, quemadmodum corporis cibus vitam nostram non alit, non sustentat, non auget, nisi digestus ac confectus in nostram fuerit substantiam conversus, ita sacerdos, nisi meditando eontemplandoque Divini Redemptoris mysteria— qui quidem summum atque absolutum perfectionis exemplar est ac sanctitudinis fons inexhaustus — eius vitam vivat, sui suorumque sensuum dominio potiri non potest, neque animum purificare suum, neque ad virtutem, ut oportet, contendere, nec denique sacra munera sua fideliter, actuose, frugifere obire.

Gravi igitur officio Nos teneri ducimus ad cotidianae meditationis usum vos peculiari modo cohortari: quem quidem usum Codex etiam luris Canonici clericis omnibus commendat.[1] Quemadmodum enim ex cotidiana eiusmodi meditatione sacerdotalis perfectionis studium alitur ac refovetur, ita ex eius neglegentia illud oritur spiritualium rerum taedium, quo pietas defervescit ac languet, et quo non tantum suus cuiusque ad sanctitatem impulsus vel intermittitur, vel retardatur, sed sacri etiam ministerii opera haud levia capiunt detrimenta. Quamobrem iure meritoque asserendum est peculiarem sacrae meditationis efficacitatem nulla posse alia ratione haberi, atque adeo cotidianus eius usus nullo alio modo substitui posse.

[1] Cfr. can. 125, 2°.

A caelestium autem rerum commentatione contemplatione,que supplicationes viva voce factae ne disiungantur; eeteraeque ne desint privatila precandi formae, quae apte, pro peculiari sua cuiusque condicione, ad fovendam animi cum Deo coniunctionem conferant. Illud tamen animadvertendum est: potius quam multiplicatas preces, pietatem valere ac verax et ardens precandi studium hodie potissimum, si umquam alias, necessarium est, dum « naturalismos », qui, dicitur, hominum mentes animosque incessit, et dum virtus periculis omne genus circumvenitur, quae quidem interdum sacrum etiam obeuntibus ministerium occurrunt. Quid enim melius efficere possit, ut ab hisce insidiis praecaveatis, quid aptius mentem vestram ad superna erigat, vosque cum Deo coniunctos vivere iubeat, quam constans ad eum admota oratio divinique supplicatio auxilii?

Cum autem sacerdotes peculiari titulo Alariae Virginis tilii vocari queant, temperare sibi non poterunt quin eam incensissima pietate adament, fidenti eam animo invocent, validamque eius tutelam frequenter implorent. Cotidie igitur, quod Ecclesia ipsa commendat,[1] mariale rosarium recitare studeant; qua quidem recitatione etiam Divini Redemptoris mysteria meditanda nobis proponunt ur, nosque «ad Jesum per Mariam » ducimur.

Praeterea sacrorum administer, antequam cotidianos suos concludat labores, ad Eucharistica tabernacula adeat ibique aliquantisper saltem commoretur, ut [esum in suo caritatis sacramento adoret, ut tot hominum ingratitudinem expiet, ut magis in dies divino amore ferveat, ut denique nocturnae etiam requietis tempore, quod mortis silentium in mentem revocat, aliquo modo praesens in sacratissimo eius Corde permaneat.

2208 Neque praetermittat suae conscientiae secreta cotidie perscrutari suique ipsius censuram gerere; quod procul dubio tantum valet simul ad spirit ualis vitae rationem per elapsi <liei spatium inquirendam, simul ad illa removenda obstacula, quae virtutis incrementa vel retardent, vel praepediant, simul denique ad ea omnia alacrius persequenda, quae sacerdotalia munera magis frugifera efficiant, et caelestis Patris, ob tot misere acta, misericordiam implorandam.

Quae quidem misericordia et admissorum venia per Paenitentiae Sacramentum nobis peculiari modo conceditur, quod praecipuum est divinae bonitatis opus, quo infirmitas nostra roboratur. Numquam contingat, dilecti filii, ut salutaris huius reconciliationis administer hoc Sacramento se abstineat, llac de re, ut nostis, hoc Ecclesia edicit: «Curent locorum Ordinarii, ut clerici omnes Paenitentiae Sacramento frequenter conscientiae maculas eluant»? Quamvis enim lesu Christi ministri, miseri tamen sumus; quomodo igitur possumus Dei aram ascendere ac sacra pertractare, nisi saepe nos expiare ac purificaro studeamus? Hac enim ratione ◊ recta sui ipsius cognitio augetur, Christiana crescit humilitas,

* Cfr. CIC can. 125. 2.
• CIC can. 125. Io.

inorum eradicatur pravitas, spirituali neglegentiae torporique obsistitur, conscientia purificatur, roboratur voluntas, salutaris animorum moderatio procuratur, atque ipsius sacramenti vi augetur ǧratia».

Quam ad rem opportunum etiam ducimus vos adhortari, dilecti filii, ut in spiritualis vitae itinere ingrediendo persequendoque ne nimis vobis confidatis, sed demisso docilique animo ab iis consilium suscipiatis petatisque auxilium, qui sapienti moderatione vos regere possint, qui adventantia pericula vobis praenuntiare queant, itemque consentanea vobis indicare remedia, ct in difficultatibus omnibus ex internis externis ve rebus oriundis, vos recta ratione ducere, vosque ad perfectionem illam, cotidie auctiorem dirigere, ad quam sanctorum Caelitum exempla probatique Christianae aséeseos magistri vos alliciunt et advocent. Etenim sine prudentibus hisce conscientiae moderatoribus, plerumque difficillimum est supernis Sancti Spiritus impulsionibus divinaeque gratiae recto modo obsecundare.

Cupimus demum Spiritualium omnibus commendare Exercitiorum usum. Cum enim nos per aliquot dierum spatium ex sueti'- rebus suetisque vivendi agendique rationibus segregamus, ac solitudinem silentiumque petimus, tum facilius profecto secundas damus aures divinis eloquiis, quae altius in animos descendunt nostros; dumque nos haec Exercitia ad officia sanctius exsequenda revocant et ad suavissima lesu Christi mysb ria contemplanda, voluntatem nostram ita confirmant, ut *serviamus illi in sanctitate et iustitia omnibus diebus nostris (Le.* I, 74, 75).

SANCTITAS IX SACRO MINISTERIO

Sacerdos, dispensator mysteriorum Dei. apostulatum exercens, iuxta formas quibus hodie christifideles indigent et cum Christo conili netus, caveat ‹ actionis haeresin ›. aemulator sanctoru m.

2209 In Calvariae monte Divini Redemptoris fuit transverberatum latus, ex quo sacer eius eruor defluxit, qui veluti amnis per saeculorum cursum exundans, animos hominum eluit, eorum peccata expiat, eisdemque salutis thesauros impertit.

Ad hoc autem celsissimum obeundum ministerium sacerdotes destinantur. Ipsi enim non modo lesu Christi vitam et gratiam mystici eius Corporis membris conciliant, cum iisdemque communicant, sed etiam ad eiusdem mystici Corporis fovendum incrementum conferunt, cum

1 Litt. Encycl. *Mystici Corporis Christi:* AAS 35, 235. [Cfr. n. 2108].

novos continenter debeant Ecclesiae filios donare, cosque educere, excolere, moderari. Cum *dispensatores mysteriorum Dei* (1 *C.* 4, 1) sint, perfecta caritate debent lesu Christo famulari suasque vires omnes in fratrum salutem impendere. Cum lucis apostoli sint, Evangolii doctrina collustrare mundum debent, christianaquo fide ita ipsimet intus vigere, ut eam cum ceteris participare possint, ac Divini .Magistri exemplis et praeceptis insistentes, ad cum omnes reducere queant. Gratiae ac veniae apostoli sunt, atque adeo hominum procurandae saluti se omnino devoveant, cosque ad Dei aram advocent, ubi caelestis vitae pane enutriri possint. Caritatis apostoli sunt; huius igitur caritatis opera atque incepta urgeant, cum praesertim nostris hisce temporibus indigentium necessitates in immensum succreverint.

Curet praeterea sacerdos ut christifideles doctrinam de « Sanctorum Communione» recte intellegant, sentiant, experiantur; impenseque eam per instituta illa promoveant, quae ab « Apostolato liturgico » et a « precationis Apostolato » nuncupantur. Parique modo ceterae omnes ap.ostolatus formae rationesque provehantur, quae hodie, ob peculiares christiani populi necessitates, tanti momenti sunt tantaeque gravitatis. In id nempe diligentissime contendatur, ut sacra catechesis omnibus impertiatur, ut «Actio Catholica» ac « Missionalium Actio» quam latissime propagentur et foveantur; itemque ut ea omnia per laicos viros apte instructos ac conformatos colidie maiora incrementa capiant, quae ad rem socialem recte ordinandam pertineant, quemadmodum nostra postulat aetas.

2210 Animadvertat tamen sacerdos gravissimum sibi creditum ministerium eo fructuosius fore, quo arctius ipse cum Christo coniunctus eiusqüe spiritu duct us operetur. Tum enim sacerdotalis eius actio non in naturalem tantum operositatem desinet, quae corpus animumque fatiget, et quae sacrum administrum, haud mediocri cum sui ipsius Ecclesiaeque detrimento, ex recto possit itinere abstrahere; at eius labor eiusque constantes nisus divinae gratiae ope corroborabuntur, quam quidem si Deus superbis denegat, iis tamen, qui demisso animo in « vinea Domini» operantes, non se suaque quaerunt,[1] sed Dei gloriam hominumque salutem, large libeuterque concedit. Quamobrem Evangeli! praeceptis obsecutus, ne sibi, ut iam diximus, suisque viribus confidat, sed superno potius auxilio, secundum illud: *Neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat. Deus* (1 *O.* 3, 7). Per apostolat um hac conformatum ratione id non evenire non potest, ut sacerdos nempe superna quadam vi omnium animos vehementer ad se alliciat. Cum enim in se in suosque mores vivam quasi referat lesu Christi imaginem, omnes, qui eo magistro utantur, intima quadam suasione compulsi, facile agnoscent eum non sua, sed Dei verba loqui, itemque non sua, sed divina virtute operari: b'i *quis loquitur, quasi sermones Dei; si quis ministrai, tamquam*

1 Cfr. I *C.* 10, 33.

ex virtute, quam administrat Deus (1 *P.* 4, 11). Quin immo, dum ipse ad sanctitatem nititur, suumque munus summa perfectione exercet, tam studiose debet lesu Christi partes personamque agere, ut verecunde queat Apostoli gentium iterare sententiam: *Imitatores mei estote, sicut et ego Christi* (1 ('. 4, 16).

Hisce de causis, dum debitis eos honestamus laudibus, qui Dei amore proximorumque caritate ducti per hos annos, qui immane diuturnumque bellum subsecuti sunt, totis viribus in id incubuere ut, Episcopis praeeuntibus ac ducibus, tot rerum animorumque miserias relevarent, abstinere non possumus quin sollicitudinem anxitudinemque Nostram iis significemus, qui ob peculiaria rerum temporumque adiuncta in externarum actionum vorticem nimio saepius ita se ingurgitarunt, ut primum neglegerent sacerdotum officium, hoc est officium suae ipsius procurandae sanctitatis. Publice iam ediximus[1] ad rectius iter eos esse revocandos, qui temere autument salutem hominibus afferri posse per eam, quae 'actionis haeresis» iure meritoque nominatur: per actionem dicimus, quae divinae gratiae ope non innitatur, neque ea constanter adhibeat necessaria assequendae sanctitudinis adiumenta quae a lesu Christo fuere data. At pari modo opportunum duximus eos ad sacri ministerii opera impellere, qui animum ab externis rebus nimis abalienatum gerant, ac quasi superni auxilii potentia diffidentes, in id non satis contendant, pro facultate cuiusque sua, ut christiani spiritus virtus in vitae usum omnibus illis agendi rationibus inducatur, quas nostra tempora postulent.[2]

Vos igitur omnes enixe adhortamur ut arctissime cum Divino Redemptore coniuncti, cuius virtute omnia possumus,[3] impensa sollicitudine adlaboretis, ut. eorum pro viribus aeternam procuretis salutem, quos Providentissimus Deus apostolices concredidit laboribus vestris. Quam vehementer cupimus, dilecti filii, ut sanctissimorum sitis illorum virorum aemulatores, qui elapsa aetate immensis exantlatis laboribus praedare testati sunt quid possit hoc in mundo operari divinae gratiae potentia. Utinam illam Apostoli gentium sententiam sibi unusquisque vestrum, christiiidelibus testantibus, sincere demisseque tribuere possit: *Ego autem libentissime impendam et superimpendar ipse pro animabas vestris* (2 *C.* 12, 15). Mentes superna luco collustrate; conscientias recto itinere dirigite; atque animos, vel dubitatione aestuantes, vel dolore excruciatos, confirmate ac reficite. Hisce autem praecipuis apostolatus operibus alia etiam adicite quorum necessitatem hodierna tempora clamant. Omnibus tamen manifestum pateat sacerdotem quavis sua agendi ratione nihil aliud quaerere, nisi animorum bonum, ad nihil aliud spectare, nisi ad Christum, cui suas vires ac semet ipsum consecrare debet.

1 Cfr. AAS 36. 239; Epist. *Cum proxime exeat.*
1 Cfr. *Orat,* dic 12 sept. 1917 Imbitam; *Discorri e Hadiomessaoffi* 9, 230.
1 Cfr. *Ph.* 4. 13.

Sacerdos, Christi exempla persequens per caritatem. cum temperata terrenarum rerum abstinentia et congrua doctrina, sacerdotale munus magis salutiferum reddat, uti fulget in vita Sanctorum ac praesertim S. losephi Cafasso.

2211 Quemadmodum vero, cum vos ad vestram adipiscendam sanctimoniam admonuimus, vos adhortati sumus ut vivam Christi imaginem in vestros mores referatis, ita in praesens ad sacerdotalis muneris vestri sanctitatem atque efficientiam procurandam provehendam que vos etiam atque etiam appellamus, ut Divini Redemptoris vestigiis continenter insistere studeatis; qui quidem, Spiritu Sancto plenus, *pertransiil benefaciendo, et sanando omnes oppressos a diabolo, quoniam Deus erat cum illo* (Jet 10, 38). Eodem vos Spiritu roborati, eiusque fortitudine impulsi, tale vos procul dubio expleturi eritis ministerium, quod, Christiana alitum atque inflammatum caritate, et superna virtute polleat, et ad eamdem virtutem cum ceteris communicandam contendat.

Apostolicum studium vestrum divino illo amore flagret, quo omnia aequo animo toleretis, quo rebus non debilitemini adversis, et quo omnes amplectamini homines, tenuiores, vel rerum amplitudine praestantes, amicos, vel inimicos; fideles, vel infideles. Cotidianum eiusmodi laborem cotidianasque aegritudines a vobis poscit animorum salus, pro qua Servator noster dolores angoresque suos eo usque patientissime tulit, ut ad supremos cruciatus et ad mortem perveniret, quibus quidem nos voluit in divinam amicitiam restituere. Hoc unum, ut nostis, summum omnium bonorum est. Ne nimia igitur cupiditate exoptetis ut felix habeatur rerum successus; parique modo, si impense licet adlaborando, optatos tamen non poteritis consequi fructus, ne concidatis animo; etenim *alius est qui seminat, et alius est qui metit (L.* 4, 37).

Hoc praeterea apostolicum studium vestrum summa benignitate niteat; quandoquidem, si necessarium omnino est errores refellere ac vitiis repugnare —' ad quod quidem faciendum officio tenemur omnes — semper tamen sacerdotis animus miseratione moveatur accesso est. oportet siquidem omni nisu profligare errores, sed errantes fratres adamare eosque impensa caritate revocaro ad salutem. Quot bene facta, quot miranda opera viri sanctitudine ornati patrare potuere ob suam etiam animi benignitatem; idque in rerum quoque adiunctis hominumque classibus, ubi omnia fere fallaciis ac. vitiis circumveniebantur! At procul dubio illo suo officio deesset, qui ut hominibus gratificaretur, pravis blandiretur eorum voluntatibus, vel minus rectis eorum cogitandi agendique rationibus non sine Christianae doctrinae morumque probitatis discrimine obsecundaret. Cum tamen Evangelii praecepta sarta tectaque servantur, cum qui misere lapsi sunt, sincero desiderio moventur ad frugem redeundi bonam, tum illius sententiae reminiscatur sacerdos, quam Divinus .Magister Apostolorum Principi tradidit, qui ab eo percontabatur quotiens fratribus venia concedenda foret: *Non dico tibi usque septies, sed usque septuagies septies (Mt.* 18, 22).

Vestra eiusinodi navitas non ad (luxa el caduca, sed ad aeterna potissimum spectare debet. Praecipuum hoc esto sacrorum administrorum propositum, qui ad sanctitatem, ut debent, contendere velint: pro divina tantum gloria animorumque salute laborare. Quot sacerdotes, in gravibus nostrorum temporum rerumque angustiis Apostoli gentium exempla ac monita prae oculis habuere, qui quidem parvo contentus et quae omnino necessaria essent solummodo quaerens asseverabat: *Habentes alimenta, ct finibus tegamur, his contenti simus* (1 *T.* 6, 8).

Ex hac temperata terrenarum rerum abstinentia, quae cum Divinae Providentiae fiducia coniungil ur, et quae summae laudis praeconio digna Nobis videtur, sacerdotale ministerium uberes prolecto in spiritualem et in socialem etiam Ecclesiae utilitatem edidit fructus.

Haec impensa denique operositas vestra sapientiae ac disciplinae luce collustretur, caritatis ardore foveatur. Qui reapse ad propriam proximorumque sanctimoniam nititur, solidam callere debet doctrinam (piae non modo ad theologica studia quod attinet, sed ad ea etiam omnia, <piae ex rebus pervestigandis excolendisque nostra peperit aetas, pertineat oportet; atque hisce animi ornamentis praeditus sacrorum administer, sicut optimus pater familias proferre *de thesauro suo nova et cetera* [1] poterit, ita quidem ut ministerium suum et ab omnibus valde aestimetur, et frugiferum evadat. Imprimis autem ministerium hoc vestrum huius Apostolicac Sedis praescriptis ac datis ah Episcopis normis tideliter conformetur. Numquam eveniat dilecti (ilii, ut novae illae apostolatus formae rationesque, (piae hodie tam opportunae sunt, iis praesertim in regionibus, ubi clerus impar est numero, vel in inertia iaceant, vel, eum non sint recto ordine instructae, christiani populi necessitatibus non respondeant .

Operosum igitur eiusinodi studium vestrum cotidie magis augeatur. Ecclesiam Dei roboret, christifidelibus in exemplum praeluceat, atque ingentia propugnacula excitet, ad quae quidem Dei hostium incursus misere confringantur.

Cupiinus etiam ut paterna haec adhortatio Nostra peculiari modo sacerdotes illos attingat, qui demisso quidem animo, sed incensa caritate, in ceterorum sacerdotum sanctitudinem procurandam augendamque sollerter incumbant, sive eorum consiliarios agant, sive eorum conscientiae moderatores vel l'aenitentiac Sacramenti administros. Quod hi in Ecclesiae inaestimabile bonum conferunt, plerumque, dum vivunt, silentio obtegitur; at in divini Regni gloria aliquando luculentissime manifestabitur.

Nos quidem, (pii non multos ante annos magno cum animi solacio summos decrevimus Sanctorum Caelitum honores Taurinensi sacerdoti losepho Ca fasso (pii. ut nostis, temporibus difficillimis, sacrorum administris non paucis tam sapienter, tam sancte moderatus est, ut eorum non modo virtutem proveheret, sed eorum etiam sacerdotale munus salutiferum admodum redderet lore omnino confidimus, ut ob eius etiam

[1] Cfr. *Ml.* 13, 52.

patrocinium validissimum Divinus Redemptor noster multos concedat paris sanctitatis sacerdotes, qui semet ipsos suosque in sacro ministerio collegas ad tam excelsam vitae perfectionem dirigant, ut christiûdeles omnes praeclara eorum intuentes exempla, ad ea ultro libenterque sequenda permoveantur.

III

NORMAE AD HODIERNAE VITAE USUM

liecta selectio cleri.

2213 Hucusque praecipuas veritates ac praecipua scribendo proposuimus praecepta, quibus Catholicae Ecclesiae sacerdotium eiusque explenda munera innituntur. Hisce profecto veritatibus ac normis qui sacerdotes sunt sanctitate exornati, ii procul dubio per cotidianam cuiusque suam agendi rationem, diligenter obsequuntur; dum contra, proh dolor, desertores ac transfugae a susceptis per sacram ordinationem officiis misere recesserunt.

In praesens vero, ut paterna haec adhortatio Nostra efficacior evadat, opportunum ducimus nonnulla, quae ad hodiernae vitae usum peculiari modo pertineant, satius enucleare. Id que eo vel magis quod nostra hac aetate novae interdum rerum condiciones habentur novaequo disceptationis causae, quae diligentiores a Nobis requirunt animadversiones diligentioresque curas. Cupimus igitur clerum universum, imprimisquo sacrorum Antistites paterno adhortari animo ut ad ea omnia provehenda, quae nostris hisce temporibus necessaria videantur, toto pectore incumbant: quae autem recto itinere devia vel prorsus depravata habeantur, ea ad veritatem, ad probitatem, ad virtutem reducant.

Ut probe nostis, post diuturnas ac varias recentis belli vicissitudines, sacerdotum numerus cum in catholicorum regionibus, tum in mission»-lium terris, impar plerumque increscentibus necessitatibus est. Quamobrem sacerdotes universos adhortamur, sive qui in saeculo vivunt, sive qui in religiosos Ordines vel in religiosas Congregationes adsciti sunt, ut coniunctis voluntatibus coniunctisque fraterno animo viribus ad communem metam alacriter procedant hoc est ad Ecclesiae bonum et ad suam proximorumque assequendam sanctitatem. Omnes utique, ii etiam qui umbratilem in recessu et in silentio vitam traducunt, ad sacerdotalis ministerii efficacitatem, precando seseque devovendo, conferre queunt; qui tamen actione etiam possunt, id libenter, id alacriter faciant.

2214 At alios quoque necessarium est, divina adspirante gratia, advocare collegas ac laboris socios. Hac de re Nos sacrorum praesertim Antistites paterno admonemus animo, itemque ceteros omnes, qui Christiani gregis quovis modo curam gerunt, ut gravissimam huiusmodi causam agant ac provehant, cui quidem futurus Ecclesiae status coniungitur quam maxime. Societati a Christo conditae procul dubio necessarii sacerdotes numquam deerunt; vigilemus tamen oportet ac laboremus omnes,

illius sententiae memores: *Messis quidem mulla, operarii autem pauci (Lc.* 10, 2) ac omni nisu contendamus ut quam plurimi habeantur et quam sanctissimi Dei administri.

Divinus ipse Redemptor nobis indicat quo aptiore modo frequentes suscitari queant sacerdotii candidati: *Iloqate ... Dominum messis, ut initial operarios in messevi suam (Ibid.).* Humilibus nempe ac fidentibus ad Deum admotis precibus id impetrare debemus.

At necease quoquo est ad invisibilem superni Flaminis impulsionem actionemque eorum praeparentur animi, qui ad ingrediendum sacerdotium divinitus vocentur; ad quod quidem efficiendum cum Christiani parentes, sacri pastores, Paenitentiae Sacramenti administri ac Seminariorum moderatores multum profecto conferre possunt, tum universi etiam sacerdotes ac ehristilideles, quibus Ecclesiae incrementa provehere eiusque occurrere necessitatibus cordi sit. Dei administri non modo sacris concionibus ac catecheseos institutionibus ad populum habitis, sed privatis etiam opportune intersertis sermonibus, sedulo curent ut illae refellantur praeiudical ae ac fallaces opiniones, quae hodie adversus sacerdotium tam late proferuntur; atque etiam eius excelsam dignitatem, pulchritudinem, utilitatem et eximia promerita in sua luce ponant. Patres vero matresque familias cuiusvis ordinis impensas ad Caelum admoveant preces, ut digni habeantur qui unum saltem e prole sua divino servitio mancipare queant. Omnes denique, qui christiano censentur nomine, officio sibi ducant eos fovere omnique ope iuvare, qui se ad sacra vocatos sentiant.

2215 Sacerdotii candidatorum instituere ac fovere dilectum quod Codex Iuris Canonici l animorum pastoribus concredit eisdemque valde commendat, omnibus etiam sacrorum administris peculiari curae esse debet; qui quidem, non modo aeterno Numini demisse generoseque grates agant ob inaestimabile acceptum beneficium, sed nihil antiquius, nihil optatius habeant, quam sibi aliquem deligere omnique ope iuvare successorem, quem illis perspexerint dotibus ornatum ad tantum opus necessariis. Utque id efficacius assequi possint, adulescentibus praesertim, quibus familiariter utantur, et in quibus divinae vocationis indicia animadverterint, optima exempla praebeant, quae imitentur.

Prudens ac sapiens huiusmodi candidatorum delectus semper et ubique instituatur; non igitur inter iuvenes habeatur solummodo, qui iam in Seminario vitam agant, sed inter eos etiam qui in quibusvis litterarum ludis ac scholis disciplinarum studiis dent operam, atque inter eos potissimum, qui in variis apostolatur formis atque inceptis adiutricem suam navitatem praestent. Ili siquidem, etsi sero sacerdotium ingrediuntur, cum tamen iam graves eluctati fuerint difficultates, et in agitatione vitae animum firmaverint suum, cumque iam in operibus elaboraverint, quae eum sacerdotali munere arete coniunguntur. maioribus non raro enitent solidioribusque virtutibus.

* Cfr. can. 1353. [Cfr. n. 1152).

Semper tamen necessarium est in singulos sacerdotii candidatos diligentissime introspicere, ac praesertim exquirere qua mente, quibus do causis eiusmodi inierint consilium. Ac peculiari modo, cum de pueris agitur, attente considerare oportet utrum necessariis animi corporifique dotibus iidem praediti sint, et utrum ad sacra suscipienda munera adspirent ob eorum tantum nobilitatem ae spiritualem suam ceterorumque utilitatem.

Cura vocalion iun.

2216 Vos profecto, Venerabiles Fratres, probe nostis quae sint mentis animique ornamenta, quibus, ad eiusmodi causam quod attinet, Ecclesia postulat ut sacrorum alumni praestent; supervacaneum igitur esse ducimus hisce exponendis rebus rationibusque immorari. Opportunum potius putamus vos adhortari, ut ea, qua enitetis, prudentia sedulo exquiratis, utrum, qui sacros suscipere ordines velint, physice etiam idonei sint; idque eo vel magis quod recens bellum succrescentem praesertim subolem funeste non raro affecit pluribusque modis perturbavit. Hi igitur candidati accurato hae de causa inspiciuntur, adhibito etiam, si oportet, probati medici indicio.

Il oc sapienti prudent ique dilectu fore confidimus, ut ubique conferta habeantur lectissimaque sacrorum alumnorum agmina.

Quodsi plures sacri Pastores in gravi sunt sollicitudine, quod rariores cotidie adulescentes exsistant, qui sacerdotalia munera affectent, non minore tamen iidem sollicitudine alliciuntur de iuvenum institutione, qui in sacra iam fuerint Seminaria assumpti. Non nescimus profecto, Venerabiles Fratres, quam arduum id opus sit, quoique quantisque implied ur ad perficiendum difficultatibus; sed ex necessario hoc adhibito officio maximum reportabitis solacium, quandoquidem, ut Decessor Noster Leo XIII monet, «ex industria diligentiaque in instituendis sacerdotibus posita, fructus percipietis summopere optabiles, munusque vestrum episcopale multo sentietis esse ad gerendum facilius, ad utilitatem uberius ».[1]

Quamobrem a Nobis opportune factum censemus, si documenta vobis statuerimus, quae necessitate imperantur, hodie maiore quam cum maxima, sanctos educandi sacerdotes.

Animadvertendum primo loco est Seminariorum alumnos, qui primis disciplinis instituantur, nonnisi adulescentulos esse a nativo suae domus humo separatos. Res igitur ipsa postulat ut, quam pueri in Seminariis vitam ducant, cum communi omnium puerorum vita, quantum potest, congruat; magni tamen hinc eorum religiosa conformatione existimata, hinc naturalibus eorum facultatibus spectatis ingeniique propensionibus: quae omnia in spatiosis et capacibus locis excurrant oportet ad salubritatem et ad tranquillitatem idoneis. Attamen hae etiam

1 Litt. Encycl. *(Juoil inultum,* ud Episcopos Hungarino, dic 22 aug. 188G: *Acia /.conis Nili* 6, 158. ICfr. n. 977J.

in re ‹ aequa mensura ac temperai io › serventur; ita quidem ut numquam eveniat ut ‹ in sumptuosis domibus et in exquisitis suavitatibus et commodis •›| ii vitam agant, qui ad sui abnegationem atque ad evangelicam virtutem conformari debeant.

2217 in universum elaborandum praecipue est, ut singulorum puerorum indoles cuiusque propria recte conformetur; in iisque magis magisque se explicet conscientia quid ex actibus suis in se recidat periculi, quid ipsi de hominibus ac de eventibus indicii ferant, quid denique ipsi operis ultro sponteque suscipiant. Quam ob causam ii qui sacris Seminariis praesunt modum prudenter animadversionibus imponent, ac cuiusvis generis refrenationibus sensim temperent; id prorsus consecuturi ut sibimet ipsis adulescentes moderentur, seseque suorum esse operum auctores sentiant. In quibusdam praeterea rebus non modo licitam largiantur alumnis agendi libertatem, sed eos etiam ad secnm cogitandum in animo insuescant, ut veritates, quae vel doctrinas vel quae usum spectent, faciliore negotio combibant. Neque extimescant moderatores ne concrediti sibi iuvenes hodiernos cognoscant eventus; quin etiam praeter quam quod illis rerum notitias aperient ex quibus maturum de factis indicium iidem sibi faciant, controversias etiam de quaestionibus id genus ne declinent, ut invernila mentes ad aequam rerum rationumque aestimationem informent.

Quae si normae servatae religiose fuerint, cum alumni, ad probitatem sinceri! atem qiie instituti atque eruditi, suam non minus ac ceterorum vitae integritatem animique firmitatem summo in pretio habeant, a fallacia et a cuiusvis generis simulatione abhorrebunt. Ab eiusmodi integritate ae sinceritate facile proficiscetur, ut a moderatoribus efficientius iidem adiuvari possint, cum dignoscendum sit utrum divinitus ad sacra capessenda munia vocentur.

I bi vero iuvenes — qui praesertim a teneris in sacra Seminaria fuerint recepti in locis educentur ab hominum societate paulo nimium sciunetis, ii profecto, cum in publicum prodibunt. haud ex facili sive cum minuta plebe sive eum litteratis hominibus commercium habebunt, fietque eis plurimum, ut aut inconsiderate eum christiano populo se gerant, aut, quam acceperint institutionem, secus existiment. Opera idcirco danda est. ut alumni sensim prudenterque in intima populi consilia ac studia penetrent, ne, sacerdotio aliquando initiati sacrisque addicti muneribus, suae incerti sint actionis; quod non tantum ipsorum perturbaret animos, sed eorum etiam sacerdotales labores minueret.

Institutio intellectualis, litterarum et scientifica.

2218 Ad haec qui sacris Seminariis praepositi sunt plurimas oportet curas locent in mente alumnorum excolenda.

Perspecta sano habetis, Venerabiles Fratres, normas atque praescripta, quae hae de re Apostolica haec Sedes identidem tulit, et quae Nos-

1 Cfr. Allocut. die 25 novembri» a. 1948 habitam; AAS 40, 552. (Cfr. *Discorsi c Itatiiomcssaijt/i* 10, 2941.

met ipsi, omnibus commendavimus, cum primum, sub Pontificatus Nostri initio, Seminariorum atque Collegiorum Romanorum alumnos coram admisimus.[1]

Qua de re cupimus cumprimis ne litterarum doctrinarumque studiis ii qui futuri sint sacerdotes iis nihil saltem cedant qui e laicis iuvenibus paris sint disciplinae auditores. Hoc namque si cantum fuerit, et ut discipulorum mentes severius expoliantur, et ut facilius eorum habeatur suo cuiusque tempore dilectus cautum sane fuerit. Re enim vera si id contigerit, cum sacrorum alumnus de suae vitae futura condicione deliberaturus erit, nulla prorsus necessitate astringetur; aberitque plane a periculo ne, quod ea non ornetur eruditione atque doctrina, quae civilia sibi munera obicere possit, viam insistere sibi non paratam cogatur, secundum illam villici infidelis sententiam: *Fodere non valeo, mendicare erubesco (Le.* Iti, 3). Quodsi quis alumnorum, utilem licet Ecclesiae operam ostendens, e Seminario nihilo minus cederet, hoc non esset omnino dolendum; quandoquidem is, rectam viam ingressus, beneficiorum in Seminario acceptorum non recordari non posset, nec ad laicorum hominum catholicam alacritatem multum suae alacritatis non adicere.

Necessitas doctrinarum philosophicae et theologicae.

2219 In sacrorum institutione alumnorum, quamvis multarum cognitio disciplinarum perquiratur, in quibus hodie rerum socialium investigatio magni quidem est momenti, maxima tamen vis doctrinis philosophicis ac theologicis «ad Angelici Doctoris rationem »[2] tribuenda est, cum his necessitatum atque errorum, quae nostra invexerit aetas, notitia coniuncta. Huiusmodi enim doctrinae cum sacerdotibus ipsis, tum Christiano populo maximi sunt ponderis et utilitatis: pietatis magistris asseverantibus eas, modo fuerint idonea ratione traditae, ad servandum alendumque fidei st udium, ad cupiditates debilitandas, ad animum cum Summo Dei Numine coniungendum maxime valere.

Accedit quod sacerdos, qui velati *sal terrae* et *lux mundi*[3] est putandus, opus est, ut in fidei tuitione conatu maximo elaboret, Christi Evangelium promulgans, atque oppositos errores coarguens, qui omnibus viis hoc tempore seruntur in vulgus. Atqui erroribus valenter refragari nequibit, nisi quod firmissima philosophiae ac theologiae catholicae elementa penitus didicerit.

A qua causa alienum non est animadvertere docendi rationem, quae in catholicis scholis iamdiu invaluit, plurimum habere efficacitatis simul ad perspicue rerum notiones mente concipiendas, simul ad hoc confirmandum: veritates nempe, quae ut sacrum depositum fuere Ecclesiae, Christianorum magistrae, concreditae inter se perfecte congruere ac cohaerere.

1 Cfr. Orationem diei 24 iunli 1939 habitam: AAS 31, 245-251. [Cfr. nn. 2940 ss.].
• Cfr. CIC can. 1366, 2. (Cfr. n. 1478].
• Cfr. *Mt. 6,* 13-14.

Non destini vero hac nostra aetate qui, cum de recentiorihus Ecclesiae documentis deflexerint, cumque minus notionum definitae perspicuitati studeant, praeterquam recta discesserint nostrarum scholarum via, erratis etiam ambiguisque opinionibus, ut est experiendo cognitum, introitum patefaciant.

Quare ne sacrorum administrorum studia fluctuationibus, vel dubitationibus miserum in modum haereant, maximopere vos, Venerabiles Fratres, hortamur omnes sedulo evigiletis, ut quas Apostolica haec Sedes de huiusmodi studiis colendis certas constituit normas, eae integra fide accipiantur atque serventur.

Institutio spiritualis et moralis.

2220 Si tam impense, pro Apostolico quo fungimur officio, de clericorum intellegentia praeclare excolenda adhuc admonuimus, haud difficile tamen cognitu est cur nihil sit Nobis potius quam ut eorumdem iuvenum animi moresque probe conformentur; quoniam si secus acciderit, vel exquisitissima doctrina, ob superbiam atque arrogantiam, quae facile descenderit in animos, maximas edere poterit ruinas. Quapropter Ecclesia .Mater vult praesertim in sacris Seminariis adulescentes illius sanctimoniae initia inchoent, quam deinceps in omni vita praestent atque confirment.

Quemadmodum de sacerdotibus iam scripsimus, haud secus nunc instamus ut sacri ordinis alumnis persuasissimum sit debere se ad animi potiunda ornamenta, quae virtutes sunt, omni nisu contendere, eadem-quo postquam assecuti fuerint, fortiter servare studioseque augere.

Cum cotidie, iisdem fere semper horis, eadem pietatis officia adulescentes exsequantur, timeri potest ne cum extrínseca religionis exercitatione intimus animi sensus non consonet; quod ferme ex consuetudine facilius fieri apud eos poterit vel etiam ingravescere, cum sacra iidem domicilia egressi, in necessariam suorum munerum perfunctionem saepenumero rapientur.

Omnis itaque opera atque industria impendatur, ut qui in cleri spem educantur, vitam piè sibi intentam vivant, quae superno spiritu gubernante moveatur. Omnia iidem operentur divina fide collustrati atque cum Christo lesu coniuncti; pro certo habentes ab sancto hoc vivendi genere abesse eos non posse, qui sint olim sacerdotio initiandi, Divinique ipsius .Magistri personam in Ecclesia gesturi. Nihil enimvero magis sacrorum alumnos impellit ad virtutes sacerdote dignas consequendas, ad perrumpendas difficultates, ad salutaria consilia explenda, quam intimus hic pietatis sensus.

Qui clericorum moribus effingendis dant operam id summe spectent opus est, ut iidem virtutes eas complectantur quas Ecclesia a sacerdotibus poscit. De quibus eum alio huius Exhortationis loco dixerimus, non est profecto cur eadem hic iteremus. Attamen facere non possumus quin ex omnibus virtutibus, quibus sacrorum alumni exornandi sunt, ad eas singulariter illos hic incitemus, quibus, veluti fundamentis, tota sacerdotum sanctitas nititur.

2221 Pernecesse est iuvenefi ita obedientiae studium assequantur, ut suam voluntatem assuescant Dei voluntati candide subicere, cuius sunt Seminarii moderatores veluti interpretes habendi. Ac nihil umquarn sit in eorum agendi ratione, quod a divina sit voluntate alienum. Huius, de qua loquimur, obedientiae iuvenes a Divino Redemptore exemplum expetant, cui hisce in terris illud unum erat propositum: *Ut faciam, Deus, voluntatem tuam (11b.* 10, 7).

Qui adulescentes in Seminariis versantur iam a primis annis discant ex animo rectoribus suis filiorum more obsequi; ut aliquando Episcoporum suorum voluntati mansuete inserviant; sicuti in praeceptis est invietissimi Christi athletae Ignat ii Antiochensis: « Omnes Episcopo obtemperate, ut leans Christus Patri ⁂. « Qui honorat Episcopum a Deo honoratus est; qui clam Episcopo aliquid agit, diabolo servit ».a « Sine Episcopo nihil facite, carnem vestram ut templum Dei custodite, unionem amate, dissidia fugite, imitatores estote lesu Christi, sicut et ipse Patris sui >.3

Vigil quoque diligensque cura adhibenda est, ut sacrae militiae tirones magni ducant, ament atque in animo suo pudicitiam tutentur, quippe in qua sit magnam partem positum quod eiusmodi vitae genus iidem sibi constituant, in coque permaneant. Quae propterea, cum in humana consortione in tanta incurrat pericula, est quod, qui sacerdotalem dignitatem suscepturi sint, in illorum animis iamdiu firmiterque inhaeserit. Non modo igitur certiores clerici opportune liant quid sint sacerdotum caelibatus ab iisdemque servanda castitas,' quidve ea officii exigant, sed de periculis etiam moneantur, quae hanc ob rem afferri ipsis possint. Cohortandi item sunt sacrorum alumni, ut iam a prima aetatula ab periculis praecaveant, ad eas confugiendo cupiditatum comprimendarum rationes, quas caelestium rerum magistri suadeant: quoniam quo erit cupiditatum firmior ac constantior moderatio, eo magis in ceteris virtutibus proliciet animus, uberioresque erunt sacerdotalis sollertiae fructus. Quotisi quis clericorum hac in re ad malum se praestiterit proclivem neque, experimento per aequum temporis spatium capto, ab improba propensione se removerit, is erit utique e Seminario exigendus, antequam sacris ordinibus initietur.

Haec, de quibus diximus, ac cetera animi ornamenta, sacerdotibus digna, iuvenes in Seminariis degentes facile sibi comparaverint, si a pueris sinceram ac teneram pietatem suxerint erga t'hristum lesum · vere, realiter, et substantialiter » sub Sacramenti augustissimi specie praesentem intorque nos hisce in terris commorantem; si simul aeque a Christo incitata fuerint atque in t'hristum spectaverint vel consilia vel labores quae alumni susceperint. Laetitia vero summa perfundetur sane Ecclesia, si ad pietatem erga sanctissimum Eucharistiae Sacramentum adulescentuli

⁂ *Ad Smyrna,* VIII. 1: MG 8, 714.
⁂ *Ibid.* IX 1, 714-715.
⁂ *Ad Philadelphia's,* VII, 2: MG 5, 700.
4 Cfr. CIC can. 132.

singularem piel alcun adiunxerint in Beatissimam Virginem Mariam; pietatem inquimus, cuius impulsu animus se totum Divinae Matri committat, ad eiusque sequenda exempla virtutum moveatur; quandoquidem numquam praeclara sollersque actio in sacerdote desiderabitur, cuius adulescentiam praecipuus enutriverit in lesum et in Mariam amor.

Cura novellorum sacerdotum.

4222 Facere hoc loco, Venerabiles Fratres, non possumus quin etiam vobis hortatores simus, ut novellorum sacerdotum commendatam singulariter vobis curam habeatis.

Eo tempore quo e Seminarii claustris sacra obituri munera egrediuntur, sacerdotibus, idcirco quod in apertum prosiliunt apostolatus campum, periculum occurrere potest, nisi iam ad novam huiusmodi vitae rationem prudenter ii fuerint instructi. Quam ad rem opportune consideraveritis spes bonas de recentibus sacerdotibus captas saepe posse ad irritum cadere, nisi quis ad labores pedetemptim eos admoverit, nisive ipsis ad labores accedentibus sapienter quis advigilaverit paternoque more moderatus fuerit.

Quapropter probatur valde Nobis novellos sacerdotes, ubicumque potest, per aliquot annos in certa collegia recipi, quibus locis, viris gubernantibus multarum rerum peritis, altius ad pietatem ad sacrasque disciplinas excolantur, ac pro suo cuiusque ingenio ad sacerdotalia munera erudiantur. lias ob causas in votis Nobis est eiusdemmodi collegia vel singula in singulis dioecesibus vel, si res id postulaverit, singula ad plures dioeceses constitui.

Quod ad Nostram hanc Urbem attinet, idem iam Nos, quinquagesimo expleto Nostri sacerdotii anno, perlibentes fecimus, cum domum, cui a S. Eugenio nomen est inditum, recentibus a sacerdotio iuvenibus excitari iussimus.[1]

Vos adhortamur. Venerabiles Fratres, ut, quantum fieri potest, inexpertos adhuc sacerdotes in medias ne ingeratis operas, neve eos assignetis locis, vel ab urbe Dioecesis principe vel a celebrioribus eius oppidis remotis. In huiusmodi enim vitat' statu si versarentur, segreges, imperiti, periculis oppositi, a magistris prudentibus inopes, incommoda procul dubio ipsi capere eorumque alacritas possent.

Probatur quoque admodum Nobis, Venerabiles Fratres, hos novellos sacerdotes una cum loci curione maximo eiusque administris vivere; propterea quod facilius ita, senioribus praeeuntibus, ad sacra munera iidem poterunt informari, atque pietatis studio ardentius imbui. Animorum Pastores omnes ea de causa commonefacimus in suis, magna ex parte, positum esso manibus futurum horum iuvenum sacerdotum succesSum. Ardor namque et. vis, quibus hi in sacerdotio tirones ad primas se conferunt operas, aut restingui aut certe imminui quandoque poterunt seniorum exemplo, talium videlicet qui sive virtutum ornamentis non

' Cfr. AAS **ii**, ifió-107.

niteant, sive, illata causa ne veteres, quibus assueti sunt, consuetudines immutentur, otiosum praeoptent vitae institutum.

Quod in votum iam venerat Ecclesiae | id Nos et nunc comprobamus et commendamus vehementer, iniri scilicet vel ab unius curiae vel a plurium vicinarum curiarum clero communis vitae consuetudinem.

E qua communis vitae consuetudine etsi quaedam incommoditates oriri possunt, nemini tamen dubium est maximas proficisci utilitates: primum caritatis atque alacritatis studium magis magisque cotidie apud sacerdotes incendi; deinde christiano populo documentum supponi quomodo iidem sint a suis ipsorum rationibus a suisque propinquis voluntate seiuncti; tum palam fieri omnibus quam religiosa cura sacerdotes castimoniae suae consulant.

Ceterum opus est etiam studiis sacrorum administros dare operam, uti Codice luris Canonici continetur: « Clerici studia, praesertim sacra, recepto sacerdotio, ne intermittant ». Quo Codice praeter quam quod periculum a sacerdotibus novellis praecipitur «singulis annis saltem per integrum triennium › faciendum,' conventus quoque saepius in anno ab iisdem habendi praescribuntur « ad scientiam et pietatem... promovendam ».[4]

Bibliothecae in usum cleri.

2223 Sed ad studia incitanda, quae saepenumero sacerdotes prae domesticae exiguitate rei celebrare nequeunt, summopere expedit locorum Ordinarios, ex vetere praeclaroque Ecclesiae instituto, bibliothecas vel ad aedem Dioecesis principem, vel ad canonicorum collegia, vel ad curias ipsas quondam ordinatas, in pristinam revocare dignitatem.

Quae quidem bibliothecae, quamvis plerumque expilatae eversaeque fuerint, non raro tamen acceptis quasi permagna hereditate cum membranis tum libris aut scriptis aut typis excusis adhuc ornantur atque ditantur: « quae praeclaro sane testimonio hinc sunt, quantos Ecclesia exantlaverit labores quantaque auctoritate floruerit, hinc qua divina fide pietateque maiores nostri arderent, studia exercerent, politam elegantiam adamarent ».[5] Ne neglectorum receptaculorum loco hae bibliothecae existimentur, sed voluti viventis potius structurae, in qua idoneum conclave libris pervolutandis paretur. At cumprimis bibliot hecae ad nostrorum temporum usus ordinentur, atque scriptis omne genus instruantur, praecipua religiosarum et sociabilium rerum ratione habita; ut nimirum praeceptores, ut curiones, ut novissimi praesertim e sacerdotibus satis inde doctrinarum ad veritates evangélicas promulgandas ad erroresque redarguendos haurire possint.

» Cfr. CIC can. 134.
* Can. 120.
• Can. 130, 1".
‘ Cun. 131, Io.
‘ Cfr. Epistulam Eiîü Card. Gaspard, a publicis Ecclesiali negotiis, ad Itallao Episcopos datam die 15 mensis Aprilis anno 1923: in *Enchiridion Clericorum,* Romae. 1937, p. 613.

IV

DIFFICULTATES PRAECAVENDAE

Pericula nostrae aetatis.

Nostrarum denique partium esse ducimus, Venerabiles Fratres, de difficultatibus vos commonere, quae ad nostra haec tempora proxime pertinent. Exploratum certumque esse vobis arbitramur serpere latius et gravius in dies novarum rerum studium inter sacerdotes, ut plurimum sive eruditione atque doctrina sive vitae severitate minus quam ceteri praeditos.

Per se novitas neutiquam est veritatis indicium, atque una ea est condicione laudanda, ut simul veritatem confirmet, simul probitati ac virtuti conducat.

Hac, quae volvitur, aetate graviter quidem itinere deerratum est: est siquidem dolendum plura philosophorum genera internasci, eadem (pie, hominum moribus nullo modo emendatis, dilabi; insignia ad deformitatem artis opera cerni, quae Christianum nihilo secius nomen mentiuntur; administrandae rei publicae rationem magis ad singulorum civium (piam ad communem omnium prosperitatem haud paucis in locis spectare; vitae instituta de oeconomicis ac socialibus rebus plus periculi honestis quam versutis hominibus moliri. Ex «pio proclive consequitur sacerdotes nostris hisce diebus omnino non deesse, in quos eiusmodi contagio aliquo modo influat; qui non numquam opiniones imbibant vitaeque genus, etiam in ipso vestis ornatu cultuque corporis, instituant, aeque a sua dignitate aeque a suis muneribus aliena; qui novitatis cupiditate ducantur, cum in concionibus ad Christianum populum habendis, tum in adversariorum erroribus coarguendis; qui denique, cum haec fecerint, non solum animi sui fidem infirment, sed, sua etiam attrita fama, efficacitatem sacri officii extenuent.

Quibus super rebus diligentiam summopere excitamus vestram, Venerabiles Fratres, nihil sane dubitantes inter immodicam, quae apud non paucos invaluit, vel acti temporis vel futuri cupiditatem, eam vos esse prudentiam adhibituros, quae tum etiam sapiens ac vigilans sit oportet, cum in novis periclitabitur viis, quid alacritatis quidve contentionis suscipiendum sit quaerens, ut una veritas tandem victrix emergat. Longe plane absumus, ut profiteamur apostólicos labores non debere cum ipsa, quae nunc agitur, vita congruere, neque eas. quae nunc instituuntur, operas non debore huius aetatis necessitatibus inservire. Sed cum sacerdotalem quamvis in Ecclesia sumptam operositatem per legitimae dignitatis gradus Decesse sit digeri, nova hac do re incepta non nisi Fqjiscopo sinente ineantur. Sacri autem Pastores ex eadem regione vel Natione hisco super causis identidem opportuna consilia inter se conferant, ea quidem monte ut propriis locorum utilitatibus prospieiant, ac rationibus caveant ad religiosam actionem magis accommodatis atque idoneis. Quae si omnia ad mandatum ordinem relata fuerint, sacerdotum

officia non poterit quidem efficacitas non consequi. Haec sibi persuadeant omnes: Aeterni Numinis potius quam hominum voluntati esse obsequendum, atque apostolicam assiduitatem non pro suis cuiusque opinationibus, sed pro sacrae potestatis aut legibus aut normis esse praebendam. Spe enim usquequaque destituitur qui in opinione est posse se insolitis atque absurdis agendi rationibus et animi sui egestatem obtegere et ('liristi prolatando regno efficientem dare operam.

Clerus ct quaestio socialis.

Porro non dissimilem recto huic, de quo diximus, agendi modo sacerdotibus ineundum esse putamus, eum de doctrinis socialibus, perinde ut hodie explicantur, causa versatur.

Sunt, quidem hoc tempore qui ad communistarum, quos vocant, machinationes id videlicet cumprimis spectantium, ut quibus temporalem iidem polliciti fuerint felicitatem, ex eorum animis fidem extrahant, non modo expavescant, sed aestuante etiam sint animo. Verumtamen Apostolica haec Sedes, documentis recens hac super re datis, luculentem stravit viam, cui se committant omnes, c qua, salva officii conscientia, excedat nemo.

Ex alia vero parte non desunt qui sc pavidos atque incertos ostendant, ad oeconomicam illam rationem quod attinet, quae a nimio privatarum divitiarum congestu nomen invenit; ex quo gravia consequi nocumenta Ecclesia non semel declaravit. Ecclesia siquidem non tantum ingentium opum ac vel ipsius possidendi inris abusus indicavit, quos eadem oeconomica ratio parit ac defendit, sed etiam edocuit divitiae ac possessiones ad res labore procreandas conferant oportere, eum universae hominum societatis emolumento, itemque cum humanae libertatis dignitatisque tuitione atque incremento. Quae ex utraque oeconomica ratione oriuntur damna omnibus peculiarique modo sacerdotibus persuadeant, ut de re sociali doctrinam, quam Ecclesia tradit, fideli animo amplectantur, eamdemque ceteris impertiant ac pro viribus in usum deducant. Haec enim doctrina una potest tam late invalescentibus malis mederi; quandoquidem omnia iustitiae unaque simul caritatis officia summa perfectione componit; ac talem excitari iubet societatis ordinem, qui singulos cives non opprimat, neque ob nimium utilitatis cuiusque suae studium invicem eos distineat, sed omnes potius quodam mutuarum rationum concentu fraternaeque necessitudinis vinculis devinciat.

Sacerdotes, Divini .Magistri vestigiis insistentes, egentium atque opificum necessitatibus pro facultate occurrant, iisque omnibus, qui in rerum angustiis versentur; in quibus quidem non pauci, ut omnes norunt, e media etiam societatis classe atque ex ipso sacerdotum ordine censendi sunt. Nihilominus eos ne neglegant, qui, cum satis fortunae habeant, animi tamen egestate laborant; atque adeo ad vitam penitus instaurandam vocandi sunt. Zachaei exemplo in memoriam redacto, qui dixit: *Dimidium bonorum nieorum... do pauperibus, et si quid aliquem defraudavi, reddo quadruplum (Lc.* 19, S). Cum de re sociali causa ver-

titur, sacrorum administri numquam obliviscantur quo >uum debeat spectare munus: alacres nempe ac nihil haesitantes recta ea proponant doctrinae principia, quae, in variis societatis classibus, ad ius dominii, ad divitias, ad iustitiam caritatemque pertineant, eademque principia (pio aptiore modo efficienda sint suo exemplo doceant.

Haec tamen doctrinae praecepta laici homines ad effectum deducenda curent. Quodsi ad rem pares non sint, eos sacrorum administer «piani aptissime instruat atque conformet.

Sollicitudo Sumini Pontificis pro clero indigenti.

2226 Heic opportunum esse ducimus causam attingere de domesticarum rerum angustiis, quibus plurimi sacerdotes post recens bellum afflictantur; in iis praesertim regionibus, (piae vel eiusdem belli causa, vel ob politicarum rerum statum maxima acceperunt detrimenta. Harum rerum condicionibus cum acerrime Nos angamur, nihil reliqui facimus, quod pro facultate Nostra possit calamitates, aerumnas summamque multorum indigentiam relevare.

Probe nostis, Venerabiles Fratres, Nos — quibus in locis maiores viderentur esse necessitates per Sacrum Consilium cleri disciplinae praepositum, extraordinarias Antistitibus fecisse facultates ac peculiares edidisse normas, quibus graviores oeconomicarum rerum disparilitates aequo modo componerentur, (piae ad sacerdotes pertinerent Dioecesis cuiusque suae. Atque exploratum Nobis est alicubi sacrorum administros non paucos, laude sane dignos, suorum Pastorum monitis obsecutos esse; alicubi vero, ob natas difficultates, datas normas integra ex parte suos effectus consecutas non fuisse. Vos igitur adhortamur ut. paterno ducti animo, inceptum iter insistatis, eum non liceat operarios in vineam Domini missos cotidiano carere pane. Hae de re ne gravemini identidem Nos certiores facere (pii successus operam vestram consecuti fuerint.

Ac praeterea consilia illa summopere commendamus. Venerabiles Fratres, quae inter vos colluturi estis, ut non modo in praesens sacerdotibus cotidiano victui necessaria ne desint, sed ut iisdem, etiam in posterum, certis statutis opportunisque rationibus, prospiciatur quod quidem in civili societate tactum admodum probamus — idque cum praecipue vel iidem sacerdotes in morbos incidant, vel devexa valetudine laborent, vel senectute conficiantur. Ita enim eos sollicitudine exsolveritis de futuro ipsorum vitae statu.

Quam ad rem gratum placet sacerdotibus Nostrum significare animum, <pii incommoda post habentes, (piae indo sibi exoriantur, suis in sacro ministerio collegis, ope egentibus, suppetias venerint ac veniant, senio praesertim, vel infirmitate affectis. Id enim praestantes, egregium mutuae illius caritatis praebent indicium, quam Christus discipulis suis (piasi insigne dedit, quo ab omnibus dignoscerentur: *In hoc cognoscent omnes quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad invicem (I.* 13, 35). Ominamur quoque ut arctioribus cotidie fraternae huius necessitudinis vinculis Nationum omnium sacerdotes invicem copulentur, ut lu-

culentius usque pateat eos, cuín Dei communis omnium Patris administri sint, eodem, ubique gentium commorentur, amoris afflatu inter se animari.

At vobis procul dubio perspectum est gravibus huius causae difficultatibus vos mederi penitus non posse, nisi christifideles etiam se officio teneri sentiant, pro sua cuiusque parte, clero subveniendi; ac nisi opportuna omnia adhibeantur, quae ad huiusmodi conducant iinera.

Propterea concreditum vobis populum admoneatis debito eum obstringi ferendi opem sacerdotibus, qui in necessitate versentur; quandoquidem semper Divini Redemptoris sententia viget: *Dignus est enim operarius mercede sua* (*L.* 10, 7). Quomodo enim a sacrorum administris alacrem sui muneris operam postulari potest, quibus necessariae ad vivendum res non suppetant? Ceterum qui christifideles hoc neglegunt, Ecclesiae inimicis, etsi nolentes, viam quasi sternunt, qua facilius iidem queant ad inopiam in non paucis Nationibus redigere clerum, ut eum a legitima auctoritate abstrahant.

Ii etiam, qui publicae rei praesunt, pro diversis Civitatum condicionibus, necessitatibus cleri consulant oportet, ex cuius perfunctione muneris plurimae utilitates ad civium animos eorumque mores, summo cum totius societatis profectu, permanare possunt.

Monita, hortamenta ac vota pro omnibus Dei Ministris, praesertim pro iis Antistitibus ac Sacerdotibus, qui persecutionem patiuntur.

2227 Postremo, antequam scribendi finem faciamus, temperaro Nobis non possumus quin ea hortamenta summatiin heic vobis iteremus, quae cotidie ante oculos habeatis necesse est, utpofe praecipuae existimandae sint vitae navitatisque vestrae normae. Cum lesu Christi sacerdotes simus, eo contendamus oportet, ut quam ipse egit, hominum redemptio validissimam in singulorum animos vim exserat. Gravissimas autem aetatis huius nostrae necessitates intento reputantibus animo, enitendum nobis est ut fratres, vel a recto itinere aberrantes, vel cupidinum obcaecatos caligine, ad Christiana praecepta reducamus; ut populos Christianae doctrinae luce collustremus, Christianis regamus normis et Christianorum officiorum conscientia penitus informemus; ut denique omnes incitemus ad veritatis et iustitiae animose certanda certamina.

At propositam metam tum solummodo assecuturi erimus, cum ad talem sanctitudinis pervenerimus verticem, ut quam a Christo vitam virtutemque in nos derivaverimus, eam in ceteros effundamus.

Singulos igitur sacerdotes Apostoli hortatione monemus: *Noli negligere gratiam quae in te est, quae data est tibi... cum impositione manuum presbyterii* (1 *T.* 4, 14). *In omnibus teipsum praebe exemplum bonorum operum, in doctrina, in integritate, in gravitate, verbum sanum, irreprehensibile, ut is, qui ex adverso est, vereatur, nihil habens malum dicere de nobis* (*Tt.* 2, 7, 8).

Dilecti lilii, suscepti muneris gratiam plurimi facientes, ita vivite ut eadem in vobis vigeat fructusque pariat uberrimos, qui ad spiritualem Ecclesiae utilitatem ad eiusque inimicorum emendationem summopere conferant.

I Ique paterna haec adhortatio Nostra quod spectat feliciter assequatur, vos etiam atque etiam hisce verbis admonemus, quae hoc Sacro praesertim vertente Anno tam opportuna videntur: *Renovamini... spiritu mentis vestrae et induite novum hominem, qui secundum Deum creatus est in iustitia et sanctitate veritatis* (*E.* 4. 23, 24); *estote... imitatores Dei, sicut filii carissimi: et ambulate in dilectione sicut et Christus dilexit nos et tradidit semetipsum pro nobis oblationem et hostiam Deo* (*Ibid.* 5, 1, 2); *implemini Spiritu Sancto, loquentes vobismetipsis in psalmis et hymnis, et in canticis spiritualibus, cantantes et psallentes in čordilru vestris Domino* (*Ibid.* 5, 18, 19), *vigilantes in omni instantia, et obsecratione pro omnibus sanctis* (*Ibid.* (5. 18).

Quae Apostoli gentium incitamenta animo recogitantes, opportunum ducimus suadere vobis ut, hoc eodem Sacro volvente Anno, Spiritualibus Exercitiis operam praeter statum ordinem detis; ita quidem ut, pietatis ardore moti, quem inde percepturi estis, ceterorum quoque animos ad potiñudos divinae indulgentiae thesauros aptius advocetis.

Cum autem peculiari modo experiemini quam difficile sit per arduum sanctimoniae procedere iter, ac vobis creditis perfungi officiis, tum ad eam fidentes oculos fidentemque animum erigite, quae Aeterni Sacerdotis cum sit Genetrix, catholici quoque cleri est Mater amantissima. Non modo huius Matris erga vos benignitatem optime nostis, sed multis etiam locis, illius Immaculati Conlis misericordia com innando proposita, christiani populi fidem ac pietatem mirum in modum saepenumero exsuscitastis.

Si omnes Deiparae Virgini flagranti in amore sunt, at singulari dilectionis studio ipsa sacerdotes amplectitur, qui vivam lesu (liristi imaginem in se referunt. Cum igitur eiusmodi singularem amorem ac peculiarem in vos omnes Beatissimae Virginis tutelam summo cum animi solacio consideraveritis, tum vestros sentietis ad sanctitatem et ad sacerdotalia exercenda munera nisus faciliores fieri.

Nos Almae Dei Parenti, caelestium gratiarum conciliatrici, omnes quotquot in orbo terrarum sunt sacerdotes, enixe commendatos volumus, ut, ea deprecante, largissimam Deus effusionem sui Spiritus descendere iubeat; qui quidem et sacrorum omnes administros ad sanctimoniam impellat, hominumque genus renovatis moribus instauret.

Quae fausta ac salutaria, Immaculatae Virginis .Mariae interposito patrocinio, eventura sperantes, supernorum munerum copiam omnibus imploramus; sacris praesertim Antistitibus ac sacerdotibus, qui. cum Ecclesiae iura eiusque libertatem pro officii sui conscientia tuiti fuerint, insectationes, carcerem, exsilium patiuntur. Eos Nos peculiari caritate prosequimur; utque sacerdotali illa, qua adhuc in exemplum praestitere, fortitudine ac virtute excellere pergant, paterno eos adhortamur animo.

AAS 12, G17-702.

Normae pro sacerdotibus Romae commorantibus et iis qui Universitates Civiles frequentant

(Nomme S. C. DK Semin. kt Stud. Univ., 1 nov. 1950).

2228 1. Nessun Sacerdote può dimorare in Roma por ragioni di studio, se non ò ospite in uno dei Seminari o Collegi o Convitti Ecclesiastici riconosciuti da questo Sacro Dicastero.

2. Gli Ordinari, prima di permettere che i Sacerdoti della loro Diocesi si rechino a Horna per ragioni di studio, si assicurino che questi possano essere ospitati in uno di tali Istituti.

A questo scopo abbiano cura di rivolgere direttamente domanda, in tempo utile, al Supcriore dell'istituto presso il quale desiderano che i loro Sacerdoti siano ospitati, e ne attendano la risposta prima di concedere il permesso di assentarsi dalla Diocesi per recarsi a Roma.

3. Gli Ordinari sono pregati di assicurarsi che i suddetti Sacerdoti dispongano di mezzi sufficienti a sostenere le spesi' occorrenti per la loro permanenza in Roma, e di ciò diano garanzia nella domanda di cui sopra.

I. I medesimi Sacerdoti dovranno essere muniti dui * discessit del proprio Ordinario, che presenteranno al Superiore dell'istituto che li ha accettati. Si provvederanno poi del prescritto ‹ celebret » del Vicariato di Roma.

Nostrae aetatis sacerdotibus, qui externae actionis efficacitatem plus aequo interdum extollere solent ac tam facile cum spirituali ipsorum detrimento ministerii agitationi indulgent, quam opportunum, quam salutiferum est hoc adsiduae precationis exemplum ab eo viro praebitum, qui in animorum necessitates allevandas se totum impendit! ‹ Quod nos sacerdotes ab adipiscenda sanctitate prohibet —Arsiensis Curio aiebat — inconsiderantia est. Taedet nos animum ab externis rebus alienare: quid recte faciendum sit nescimus. Intenta consideratione, iugi precatione, intima cum Deo coniunctione indigemus •. I t ex ipsius vitae testimoniis colligitur, precationi continenter instabat, a qua eum nec sacras Confessionis excipiendi onus, nec cetera pastoralia munera ullo modo abducere poterant. « Maximis occupationibus distentus, colloqui cum Deo non intermittebat At eum ipsum loquentem inducamus: inexhausta enim fandi copia pollebat, eum de felicitate vel de utilitatibus, quas orando consequimur, loquebatur: «Mendici sumus, qui omnia a Deo postulare debemus»;4 «Quam multos nostris precibus ad Deum revocare possumus! Atque iterare solebat: ı Ad Deum admota flagrantissima precatio: ecce hic in terris absoluta hominis felicitas!».' Qua quidem felicitate ipse abunde fruebatur, cum mentem superna luce illustratam ad rerum caelestium contemplationem intendebat, atque a Verbi Dei Incarnati mysterio usque ad Sanctissimae Trinitatis fastigia, quam summo prosequebatur amore, suum animum simplicem ac purum erigebat. Ac peregrinantium turbae, quae in templo eum circumstabant, persentiebant aliquid ex intimae humilis huius sacerdotis vitae penetralibus foras proferri, cum ex eius inflammato pectore sueta haec verba creberrime erum-

• **Cfr. Archiv. Sccr. Vat. t. 227. 33.**
• **Cfr.** *Discorsi r liadiomcssatwi* **di S. S. Pio XII, t. 14, p. 452.**
• **Cfr. Archiv. Sccr. Vut. t. 227, p. 131.**
‘ **Ibid. p. 1100.**
‘ **Ibid. p. 54.**
• **Ibid. p. 45.**

pebant: « Diligi a Deo, coniungi cum Deo, coram Deo ambulale, Deo vivere: o beatam vitam, o mortem beatam! »?

Vehementer cupimus, Venerabiles Fratres, ut sacrorum administri vigilantiae vestrae traditi, his S. Joannis M. Vianney vitae documentis adducti, certum omnino habeant, omni ope sibi esse allaborandum, ut orandi studio praecellant; idque reapse effici posse, etiamsi plus nimio interdum apostolici» laboribus distineantur. Ad hoc tamen efficiendum, opus est ut ipsorum vita ad fidei normas prorsus conformetur, qua quidem penitus imbutus loannes Maria Vianney tam admiranda patravit. ♦O miram huius sacerdotis fidem! — ita asseverabat quidam sacri ministerii collega — Tanta est, ut universos Dioeceseos animos ditare possit! ▮›?

2375 lamvero hanc adsiduam cum Deo coniunctionem efficiunt, maxime ac tuentur varia sacerdotalis pietatis exercitia, quorum plura, quae gravioris sunt momenti, Ecclesia sapientissimi» normis praescripsit, uti sunt praesertim sacra cotidie habenda meditatio, piae ad divina Tabernacula salutationes, .Manali» Rosarii recitatio, diligens sui ipsius recognitio.3 Ad horarias autem preces quod attinet, sacerdotes gravi officio erga Ecclesiam suscepto eas recitare tenentur? Ex eo fortasse quod aliqua ex hisce normis neglecta est, saepe ratio est petenda, cur ecclesiastici viri rerum externarum vortice abripiantur, pedetemptim sacro careant afflatu, ac tandem, pro dolor, terrenae huius vitae illecebris allecti, gravi in discrimine versentur, cum iam sint quovis spirituali praesidio destituti. At contra loannes Maria Vianney ‹ cum alienae saluti impensissime vacaret, suam tamen non neglegebat. Propriam sanctitatem quam maxime affectabat, quo aptius ad eam posset ceteros adducere »? Ut igitur S. Pii X utamur verbis: « Hoc... certum rat unique habeamus, sacerdotem ut gradum officiumque digne sustineat suum, precandi studio eximie deditum esse oportere... Sed enim sacerdos multo impensius ceteris paruisse debet Christi praecepto: Oportet semper orare; cui inhaerens Paulus tantopere suadebat: Orationi instate, vigilantes in ea in gratiarum actione; sine intermissione orate».® Ac praeterea libenter Nostra facimus verba, quibus proximus Decessor Noster, in ipsis Pontificatus exordiis, sacerdotibus quasi tesseram dabat: « Orate, magis magisque et instantius orate »?

2376 Precandi autem studium S. Ioannis M. Vianney, qui postremis triginta annis vitam suam fere in templo duxisse dici potest, ubi ingenti paenitentium multitudine detinebatur, peculiari distinguebatur nota, ad Eucharistiam nempe potissimum convertebatur. Credi vix potest, Christum Dominum Eucharisticis delitescentem velis qua flagranti prosecutus sit pietate. « Illic est — aiebat — qui nos tantopere diligit; cur eum non re-

---

1 **Cfr. Archiv. Sect. Vat. t. 227, p. 29.**
* **Cfr. Ibid., p. 976.**
’ **CIC c. 125.**
* **Ibid. c. 135.**
* **Cfr. Archiv. Seer. Vat. t. 227, p. 36.**
* **Exhort,** *llaercnl Animo: Acta Pii X,* **4, 248-219.**
’ *Sermo* **d. 21 iunii 1939: AAS 31, 249. [Cfr. n. 2015].**

damemus? [1] Ipse adorabile altaris Sacramentum profecto incensa caritate prosequebatur, eiusque animus ad sacrum Tabernaculum superno quodam, cui obsistere non poterat, rapiebatur impulsu. Ita autem orandi rationem suos christifideles edocebat: « Verbis pluribus minime opus est, ut recte procemur. Fide credimus illic, in sacro Tabernaculo, benignissimum Deum praesentem esse; ipsi animum pandimus; quod nos coram admittit, gaudemus; en optima precandi ratio [2]. Nihil reliqui faciebat, ut christifidelium reverentiam atque amorem erga Christum in Eucharistiae Sacramento latentem excitaret, cosque ut se divina Synaxi reficerent, advocaret; exemplo autem pietatis suae ipse ceteros anteibat. [3] Ut quis de hoc sibi persuaderetur — rettulerunt testes — satis erat eum cernere sacra peragere ac vel tantum genua flectere, cum ante Tabernaculum transiret

«Mirifica S. Ioannis Mariae Vianney exempla — ut Decessor Noster imm. rec. Pius XII testatur — nostris etiam temporibus integram vim suam retinent [4]. Sacerdotalis enim precatio diutissime producta ante adorabile Altaris Sacramentum tali pollet dignitate atque efficacitate, «piae a sacerdote nulla alia ratione haberi, nullo alio modo substitui possit. Sacerdos igitur, sive cum Christum Dominum adorat eidemque gratos agit, sive cum satisfactiones pro suis aliorumque admissis exhibet sive denique cum incensissime precatur ut sibi creditas causas Deo commendet, ferventiore usque caritate incenditur erga Divinum Redemptorem, cui fidem professus est, atque erga homines, quibus pastorales adhibet curas. Atque ex Eucharistica pietate, quae flagrans, studiosa, operosa sit, id prorsus efficitur, ut is intimam animi sui perfectionem alat ac foveat, eique in apostolico obeundo munere affinant supernaturales vires, quibus semper fortissimi Christi operarii praediti esse debent.

Silentio praeterire nolumus etiam beneficiorum vim, quae exinde in ipsos proficiscuntur christifideles, pietatis sacerdotum testes, eorumque exemplis allectos. Etenim, ut opportune Decessor Noster fel. rec. Pius XII, almae huius Urbis clerum alloquens, animadvertit: « Si excupitis, ut christifideles vobis erediti pie libenterque precentur, opus est ut eis vestrum in templo praeluceat exemplum, ac vos ipsi procantes conspiciant. Sacerdos qui ante Sacrum Tabernaculum genibus positis, decoro corporis habitu, intensissimoque animo Deo preces fundit, praeclaro exemplo christiano populo est, cui quidem ad aemula pietatis studia incitamentum ct invitamentum praebet [5]. His nimirum praesidiis in apostolico officio obeundo novensilis Arsiensis Curio usus est, quae, sine cuiuspiam dubitatione, iu omnibus temporis et loci adiunctis semper validissima sunt.

-377 Numquam tamen e memoria excidat, praecipuam Eucharisticae precationis formam sacrosancto altaris Sacrificio absolvi et contineri. Id vero

[1] Cfr. Archiv. Sccr. Vat. t. 227, p. 1103.
[2] Ibid. p. 45.
[3] Ibid. p. 459.
[4] Cfr. Nuntius scripto datus d. 25 iunii a. 1956: AAS. 48, 579.
[5] Cfr. Alloc. 13 mart. a. 1943: AAS 35, 114-115.

diligentius considerandum esse, Venerabiles Fratres, opinamur, cum sacerdotalis vitae caput quoddam attingat, quod maxime est necessarium.

Nobis propositum non est in praesens fusius Ecclesiae a maioribus traditam explicare doctrinam, quae Sacerdotium et Eucharisticum Sacrificium complectitur. Decessores Nostri fel. rec. Pius XI et Pius XII gravibus iisque luculentis documentis haec argumenta explanarunt quae vos hortamur ut sedula etiam cura vestra a sacerdotibus et christifidelibus, moderationi vestrae commissis, diligentius dignoscantur. Ita enim quorundarn evanescent incerta; audaciora vero ad rectiorem reducentur ordinem, quae de his rebus, in disceptationem vocatis, interdum enunciata sunt.

Verumtamen hac etiam de re admodum salutare ducimus per Encyclicas has Litteras ostendere, quanam praecipua ex causa sanctus Alsiensis Curio, ut heroas addecet, sacerdotalium officiorum observantissimus, plane dignus sit, qui animorum moderatoribus voluti praeclarissimae virtutis proponatur exemplum, atque eorum caelestis Patronus recolatur. Si hoc plane verum est, sacerdotem scilicet ut altaribus inserviret, sacerdotio auctum esse, et huic perfungendo muneri per Eucharisticum Sacrificium esse initiatum, item veritati congruens est Eucharisticum Sacrificium Dei administro, quoad vixerit, manere voluti principium ac fontem tum sanctitatis, quam sibi comparet, tum apostolicae actionis, cui se tradat. Haec omnia in S. loanne Vianney optime contigerunt.

Quidnam est enim sacerdotalis apostolatus fastigium, si modo cius actionis summa ob oculos ponatur, nisi ubicumque Ecclesia vivit, circa sacrum altare populum congregare, tidei vinculis coniunctum, sacro baptismate regeneratum, culpis emundatum? Tunc enim sacerdos, sacra accepta potestate usus, divinum Sacrificium peragit, ubi Christus lesus unicam immolationem renovat, quam humani generis redimendi et caelesti Patri gloriae comparandae causa in Calvariae loco perfecit. Tunc christiani, una simul coalescentes, sacerdotis ministerio, summo sempiternoque Deo divina Victima litant ac se ipsos offerunt *hostiam viventem, sanctam, Deo placentem (Ii.* 12, I). Ibidem populus Dei, fidei institutis et praeceptis eruditus atque Christi Corpore enutritus, id invenit quod supernaturalem vitam sibi indat, provehat et. si opus sit, unitatem instauret. Ibidem praeterea ubique terrarum, per aetatum decursum, Mysticum Corpus Christi, quod est Ecclesia, spiritualibus incrementis succrescit.

2378 lamvero, cum S. Ioannes Vianney magis magisque labentibus annis in religionis veritates praedicandas et in animos noxarum maculis expurgandos alterna tempora apprime impenderet, cumque quovis in actu sacri sui muneris ad Dei altare se verteret, iure meritoque ipsius vita insigniter sacerdotalis et pastoralis dicenda est. Procul dubio ad Arsiensem sacram aedem turmatim libentissimeque peccatores affluebant, sancti Curionis fama allecti, cum contra sacerdotes haud pauci magnis haereant difficultatibus ut populum moderationi suae creditum apud se colligant atque, Missionalium more, vel prima Christianae doctrinae principia impertire possint. Hi autem apostolici labores, qui necessarii et interdum ardui obeuntur, ne impediant, quominus viri Dei in memoriam revocent sum-

mi momenti (.•ausarn, (piani ipsi semper adspicere debent et quarn S. Ioannes Vianney assequebatur, curn in hurnili agresti templo praecipuis apostolicae vitae muneribus totum sese vovebat,

I<l autem potissimum animadvertendum est: sacerdotem nempe, quidquid animo intendit, vult, agit ut sanctus fiat, exempli forrnam supernaniquo vim ex Eucharistico Sacrificio, quo litat, sumere debere, hortamentis obsecutum Pontificalis Romani: « Agnoscite quod agitis: imitamini quod tractatis». Quam ad rem fel. ree. proximi Decessoris Nostri verba quae in Adhortatione Apostolica, quae inscribitur *Menti Nostrae,* leguntur, opportune hic afferre placet: « Quemadmodum omnis Salvatoris nostri vita ad sui ipsius sacrificium ordinata fuit, ita pariter sacerdotis vita, (pii Christi imaginem in se referre debet, cum eodem, in eodem, per eundemque grat um fiat sacrificium oportet ... Quamobrem Eucharisticum Sacrificium non modo celebret, sed etiam intima quadam ratione vivat oportet; ita enim supernam vim illam haurire potest, (pia liat ut penitus transformetur atque piacularem Divini ipsius Redemptoris vitam participet ... »[1] Itemque: « Necesse est igitur ut. quod in sacrificali ara agitur, sacerdotalis animus in se referre studeat: quemadmodum nempe lesus Christus semet ipsum immolat, ita eius administer una cum illo se immolare debet; quemadmodum lesus expiat peccata hominum, ita sacerdos per excelsum christianae asceseos iter ad propriam perveniat necesse est proximorumque purificationem •?

Il oc excelsae doctrinae caput prospectat Ecclesia, cum materna invitatione suos sacrorum administros ad ascesim colendam et ad Eucharisticum Sacrificium summa cum religionis observantia celebrandum propellit. Nonne causae huic tribuendum est, sacerdotes a prima illa in sacra ordinatione accepta caritate paulatim descivisse, quod nempe non omnino perspectum habuerunt mutuum vinculum, quo donum sui et sacrificalis oblatio una simul coniungantur oportet ? Hoc S. Ioannes Vianney experiundo didicit atque hisce verbis asseveravit: « Causa cur sacerdotum mores remissiores fiunt, inde oritur quod attento pieque sacris non litant ». Ipse vero, cui excelsae virtutis mos erat sese piaculariter pro sontibus offerendi [2],* lacrimas fundebat, « cum infelices sacerdotes, sanctitati impares suo muneri debitae, animo considerabat [3].

Paterno hortatu a dilectissimis Nobis sacerdotibus expetimus, ut certo statoque tempore in se inquirant, quomodo divina mysteria celebrent, quonam animi affectu et habitu altare scandant et quemnam inde fructum sibi acquirere studeant. Saecularia sollemnia, in honorem peragenda praeclari huius et mirandi sacerdotis, qui « ex solatio et felicitate divina hostia litandi [4] ad devovendum se ardentissimos spiritus hauriebat, ipsos ad id impellant: ac deprecatio eius — id certo fore confidimus — ipsis lumina viresque libertini deposcat.

‘ AAS 42, 666-667; [cfr. n. 22041.
* Ibid. 667-668; [ofr. n. 2205].
’ Cfr. Arch. Secret. Vat., t. 227, p. 319.
• Ibid. p. 47.
» Ibid. pp. 667-668.

2379 Quae hucusque eximia sacerdotalis aséeseos precationisque specimina vobis, Venerabiles Fratres, ante oculos proposita sunt, eadem hoc etiam luculenter ostendunt, quonam scilicet ex fonte S. loannes M. Vianney suam hauserit pastoralem sollertiam, eiusque profecta sit mira illa ministerii sacri superna efficacitas. Quam ad rem sapienter monebat Decessor Noster fel. rec. Pius XII: «Animadvertat sacerdos gravissimum sibi creditum ministerium eo fructuosius fore, quo arctius ipse cum Christo coniunctus eiusque spiritu ductus operetur »? Re quidem vera Arsiensis Curionis vita novo eoque praeclaro argumento illam apostolici laboris supremam comprobat normam, quae hisce innititur lesu Christi verbis: *Sine me nihil potestis facere (I.* 15, 5).

Procul dubio hic recensenda non sunt omnia humilis huius agrestis pagi Curionis mira facinora, qui per triginta annos in tribunali Paenitentiae adeo innumeris stipabatur turbis, ut a quibusdam per contemptum appellatus sit « veduti undevicesimi saeculi vulgi turbator »;' neque de peculiaribus omnibus rationibus agendum putamus, quibus suo fungebatur munere, et quae haud semper possunt nostris accommodari temporibus. Ad rem quod spectat, hoc tantummodo memorare libet, hunc Caelitem nempe suis temporibus pastoralis studii exemplar exstitisse in humili pago, qui Christianae fidei morumque iacturas, saeviente Gallica rerum perturbatione factas, adhuc referebat. Hoc enim accepit mandatum, antequam paroeciale munus iniret: « Parum Dei amoris in paroecia illa invenies; fac ut per te excitetur »? Cum autem se ipse probaverit indefatigatum Dei operarium, sollertem ac sagacem ad iuventutem sibi conciliandam familiasque christiania moribus conformandas, de humanis suarum ovium necessitatibus impigre sollicitum, eisdem consuetudine vitae proximum, ad curas et ad labores omne genus ita paratum ut christianae instituerentur scholae sacraeque ad populum missiones haberentur: haec omnia ostendunt S. loannem M. Vianney apud parvum sibi creditum gregem veram in se rettulisse boni pastoris imaginem, qui suas oves cognoscit, procul a periculis avertit, fortiter suaviterque moderatur. Suas profecto ipsius laudes inscius praedicavit, cum populum al-Joquena olim in haec verba prorupit: « Bonum pastorem! O pastorem, qui lesu Christi mandatis votisque omnino respondet! En beneficium, quod maximum paroeciae conferre potest benignissimus Deus »?

Cum autem sancti huius viri exempla tria capita praesertim nos recolere iubeant, quorum vis atque momentum ad omnia pertinent tempora, in eadem potissimum cupimus, Venerabiles Fratres, vestrum intentum animum convertere.

2380 Nos tangit imprimis summa, quae ipsi inerat, pastoralis muneris aestimatio. Tanta fuit eius animi demissio, tantopere ipsi per fidem innotuit humanae salutis pretium, ut numquam sine timore paroecialis mune-

1 **Adhort. 3f£n/i** *Nostrae:* **AAS 42, G76. [Cfr. n. 221ÜJ.**
1 **Cfr. Arohiv. Secr. Vat. t. 227, p. 629.**
• *Ibid.* **p. 15.**
4 **Cfr. Semions,** 1. **c., t. II. p. 8G.**

ris partes sustinere potuerit. « Amico mi ita cuidam collegae animi sui sensus aperiebat · - nescis quam tremenda res sit. sacerdotem ab animarum cura ad Dei tribunal transferri ⅜. Ceterum in comperto est - ut iam diximus - quam diu flagrantissimis optaverit votis, ut in solitudinem secederet, ibique miseram — ut aiebat — vitam suam defleret riteque expiaret; itemque constat eum oboedientia alienaeque salutis studio unice compulsum esse, ut relictum apostolatus campum repeteret.

Quodsi adeo gravem sibi hanc oneris granditatem persentiebat, ut interdum quasi opprimi videretur, ex eo causa petenda est, quod ipsius in *menti insidebat tam eximia officii sui onerumque pastoralium forma, quae nonnisi strenua animi fortitudine contingi possit. Enimvero sub exordium paroecialis muneris ita supplices ad Caelum admovebat preces: «Mi Deus, fac ut creditae mihi oves ad bonam frugem revertantur. Toto vitae meae tempore, omnia quae tibi placuerint, perpeti paratus sum ›.[3]* Quibus quidem incensis precibus Deus benigne annuit, quandoquidem posteriore tempore confitendum ipsi fuit: «Si, cum ad Arsiensem pagum perveni, dolores, qui me subinde manebant, mihi innotuissent, eorum metu procul dubio statini interemptus essem».' Apostolicorum virorum omnium temporum vestigiis insistens, is probe noverat, se per crucem potissimum efficacem conferre posse operam in eorum salutem, qui suis ipsius curis essent demandati. Pro eis, sine querela, calumnias, praeiudicatas opiniones, adversitates omne genus toleravit; pro eis, animi corporisque molestias sane acerbissimas libenter suscepit, quas cotidiana seenni ferebat Paenitentiae Sacramenti administratio, per triginta annorum spatium fere numquam intermissa; pro eis, ut athleta Christi, adversus infernos hostes dimicavit; pro eis denique corpus voluntaria afflictatione in servitutem redegit. Quam ad rem vulgatissimum est eius responsum sacerdoti illi datum, qui cum eo apostolicam suam navitatem fructuum sterilem esse conquestus erat: «Supplices Deo preces admovisti, flevisti, ingemuisti, suspiria duxisti. Adiecistine etiam ieiunium. vigilias, chameunias, corporis castigationem? Donec ad haec non deveneris, ne putaveris te omnia expertum esse ».[4]

Ad sacrorum administros, quibus animorum cura incumbit, rursus convolat mens Nostra, cosque enixe rogamus, ut gravium horum verborum insitam vim percipiant. Unusquisque, supernaturali ea prudentia ductus, qua actiones nostrae omnes conformandae sunt, de sua ipsius vitae ratione seenni recogitet, utrum nempe talis sit, qualem postulat crediti populi pastoralis sollicitudo. Fiducia freti, humanae infirmitati fore defutura numquam miserentis Dei praesidia, sacri administri seenni considerent suscepta onera et officia, in S. loannem M. Vianney tamquam in speculum oculos conicientes. « Nobis curionibus magna profecto accidit calamitas conquerebatur sanctus hic vir eum animus desidia languo-

1 **Cfr. Arohlv. Secr. Vat. t. 227, p. 1210.**
' *Ibid.* **p. 53.**
* *Ibid.* **p. 991.**
4 *Ibid.* **p. 53.**

reque torpescit »; quibus verbis ad detrimentosum animi habitum spectabat eorum pastorum, quos iam minime tangit tot sibi commissas oves in peccali servitute sordescere. Immo, si pressius Curionem Arsiensem imitari excupiunt, cui ita « persuasum erat amandos esse homines, ut eis benefacere possimus»,[1] iidem sacerdotes in se inquirant, qua caritate eos diligant, quorum curam Deus ipsis demandavit et pro quibus Christus mortuus est!

Procul dubio humanae libertati itemque eventibus, qui ex hominum arbitrio nequaquam pendent, tribuendum est, quod nisus sanctissimorum quoque virorum interdum in irritum cadunt. Nihilominus sacerdos reminisci debet, ex arcanis Divinae Providentiae consiliis aeternam plurimorum hominum sortem indivulsam esse a sua ipsius pastorali sollertia suaeque sacerdotalis vitae exemplis. Vis autem huiusmodi considerationis, nonne tanta est, ut torpentes salutariter permoveat, alacres vero Christi operarios ad fiagrantiora excitet studia?

2381 Cum autem, ut memoriae traditur, « ipse omni tempore animorum necessitatibus praesto fuerit », S. Ioannes M. Vianney, nipote bonus pastor, hoc etiam egregie praestitit, ut ovibus suis christianae veritatis alimoniam abunde suppeditaret. Revera quovis vitae suae tempore sacrum contionatorem egit et catecheseos magistrum.

Ut huic explendo muneri par esset, quod primum et maximum officium a Concilio Tridentino nuncupatum est, norunt omnes quam impenso constantique labori ipse vacaverit. Nam studiorum curriculum, aetate iam provecta peractum, onerosum profecto illi fuit; ac primi ad populum habiti sermones noctes pervigiles bene multas postularunt. Quantum inde verbi Dei administri sumere possunt, quod imitentur! Equidem sunt qui, dimissa fere omni studiorum cura, nimis facile ab eius exigua eruditionis copia perperam excusationem sibi quaerant. Hi potius in exemplum sibi proponant strenuam animi constantiam, qua Arsiensis Curio se aptum grandi huic perfungendo ministerio reddidit pro sui ingenii dotibus; quae quidem non ita tenues fuerunt, ut fert vulgaris opinio, cum mentis perspicuitate rectoque iudicio polleret.[3]

Ceterum sacri Ordinis viri communes eas rerum humanarum notitias, eamque doctrinae sacrae copiam comparare sibi debent, quae ingenio atque officio suo apte conveniant. Atque utinam animorum pastores hac in re tantam industriam collocent, quanta Arsiensis Curio nisus est, ut discendi salebras difficultatesque devinceret, memoriam exercitatione firmaret, ac praesertim scientiam hauriret a Cruce Domini, quae librorum maximus est. Qua de causa ipsius Episcopus obtrectatoribus quibusdam respondit: « Nescio an sit eruditus: tamen superno lumine nitet».

1 **Cfr. Archiv. Sect. Vat. t. 227, p. 1002.**
* **Cfr.** *Ibid.* **p. 580.**
* *Ibid.* **t. 3897, p. 144.**
* *Ibid.* **p. 272.**

Iure igitur meritoque Decessor Noster fel. rec. Pius XII non dubitavit sacris l rbis contionatoribus veluti exempli formam humilem hunc ruriculam Curionem proponere: « Sanctus Arsiensis Curio minime fuit praeditus insita oratoris virtute, quali P. Segneri aut B. Bossuet praestitere. At illa sententiarum lumina, quae viva, clara, alta eius menti inerant, referebantur in sonitum vocis, ex oculorum intuitu elucebant atque audientium cogitationi et sensui notiones imagines aptas, accommodas, ac leporis plenas similitudines subiciebant, quae Sanctum etiam Franciscain Salesium in admirationem rapere potuissent. Ili sunt oratores, qui ehristilidelium animos sibi conciliant. Qui plenus est Christi, haud difficulter praesidia viasque invenit, quibus ceteros Christo adiungat ».* Hisce verbis Arsiensis Curio nipote calecheseos magister ac sacer contionator mirum in modum depingitur. Cum autem, terrestris vitae exitu properante, vox eius nimis languida audientes attingere non posset, ignito oculorum coniectu, lacrimis, gemitibus divinum amorem testant ibus, acerbi maeroris significationibus, cum vel tantum culpae cogitatio in animum subibat, ad frugem bonam convertebat fideles, qui ipsius cathedram circumsaepiebant. Quomodo enim poterant non omnes vehementer commoveri, cum eiusmodi vita, omnino Christo dedita, ipsis tam luculenter praeluceret ?

Caque ad pientissimum obitum suum S. loannes 31. Vianney officii retinentissimus fuit in docendo sive ehristifideles curis suis commissos, sive pios advenas, qui eius stipabant templum, cum denuntiando *opportune, importune* (2 *T.* 4, 2) mala omnia, sub qualibet laterent specie, tum praesertim ad Deum animos sublime erigendo; nam « magis optabat virtutis speciosa, quam vitii demonstrare deformia». Omnino enim intellegebat humilis hic sacerdos, quanta esset verbi Dei magisterii dignitas et granditas. « Dominus Noster — aiebai — qui ipsa est veritas, non minoris aestimat suum verbum quam suum Corpus ».

Facile igitur animadvertitur, magno gaudio Decessores Nostros affectos esse, cum christianae plebis moderatoribus huiusmodi exemplum ad imitandum indicarent; nam profecto plurimi interest, sacrum clerum docendi munus sedula diligentia exercere. ı Hic praestat — hae de re inquit S. Pius X — hoc unum consectari atque urgere, nullo sacerdotem quemlibet graviore officio teneri, nullo arctiore nexu ligari •? Hoc igitur monitum, quod Decessores Nostri firma constantia iteraverunt et in Codicis quoque luris Canonici ‘ praescripta insertum est, vobis, Venerabiles Fratres, iterum adhibemus, saecularibus Sancti Arsiensis catechista? et contionatoris vertentibus sollemnibus. Quam ad rem, laudando incitamus studia, in quae auspicio ductuque vestro, circumspecte et prudenter compluribus in regionibus incumbitur, ut religiosa institutio inveitili et adultae aetati, multiplici forma eademque locorum adiunetis apte imper-

l **Alloc, d. 16 mart. 1946: AAS 38. 186.**
l **Cfr. Archiv. Socr. Vat., t. 227, p. 185.**
* **Litt. Encycl.** *Acerbo nimie; Actu Pii N,* **2, p. 75.**
‘ **CIC cc. 1330-1332.**

tienda, in melius usque succrescat. Sunt haec conamina quidem utilia; at, dum haec saecularis commemoratio celebratur, Deus novo in lumine vult collocatam miram apostolici afflatus vim, cui omnia cedunt, huius sacerdotis, qui verbis atque vitae suae operibus Christi cruci adfixi testimonium reddidit *non in persuasibilibus humanae sapientiae verbis, sed in ostensione spiritus et virtutis* »(1 C. 2, 4).

2382 Reliquum Nobis est, ut S. Ioannis Al. Vianney pastorale ministerium fusius recolamus, quod in diut urno vitae ipsius spatio adsiduuin fuit velati martyrium, et in quo perfungendo sacramenti Paenitentiae administratio peculiari laude refulsit atque uberrimos salutaresque edidit fructus. « Cotidie quindecim fere horas aures admissa fatentibus patienter praebebat. Tantus labor summo mane incohabatur et usque ad multam noctem producebatur».1 Cum autem defatigatione fracto quinque diebus ante obitum ei defuere vires, ad lectum, ubi moriturus iacebat, postremi paenitentes accesserunt. Numerus eorum, qui sub exitum vitae eius singulis annis ad eum visendum contendebant, ad hominum octoginta milia, uti fertur, supputatur.2

Vix cogitatione perpendi possunt acerbitates, incommoda, corporis molestiae viri huius, qui interminabili diuturnitate in tribunali Paenitentiae sacris excipiendis Confessionibus assidebat, eo vel magis quod ieiuniis, macerationibus, infirmitatibus, vigiliis, somni ademptione confectus erat. At praesertim animi angoribus, qui eum penitus opplcbant, vexabatur. Audite gementis voces: ◊ Tanta — aiebat — in Deum impie committuntur, quae ad huius mundi finem poscendum nos interdum permoveant!... Arsiense oppidum petendum est, ut peccatorum gravitas ac paene infinita multitudo compertae habeantur... Quid agendum sit, pro dolor, ignoramus, nihil aliud faciendum putamus, nisi ut lugeamus et Deo admoveamus preces ». Ac praeterea sanctus hic vir adicere poterat se noxarum expiationis partem sibi ultro suscipere. Etenim iis, qui de hac re eum consulebant: « Parvum tantum — respondebat — paenitentiae onus peccata rite confitentibus impono; cetera eorum loco ipse perago »?

Profecto S. Ioannes Al. Vianney ◊ miseros peccatores », ut aiebat, in oculis et in animo semper gerebat, spe motus fore, ut cerneret eos ad Deum tandem se convertere et fletus ob sua ipsorum admissa fundere. Huc omnes eius curae et cogitationes spectabant, itemque ad id pertinebat opus, in quod tempus omne et vires fere totas impendebat? Experientia et usu sacri Paenitentiae tribunalis, in quo noxarum vincula solvebat, intellexit quanta culpis inesset malitia et quam saevam vastationem hominum animis peccatum afferret. Id taetris coloribus depingere solebat: ◊ Si nos — ut asseverabat — fide praediti, animum mortali noxa maculatum penitus intueremur, terrore capti emoreremur »?

1 **Cfr. Archiv. Secr. Vut., t. 227, p. 18.**
• *Ibid.*
• *Ibid.* **p. 1018.**
‘ *Ibid.* **p. 18.**
• *Ibid.* **p. 290.**

Ad ipsius autem doloris verborumque vim augendam, inferorum poenae animis obfirmatis in peccatis luendae minus valebant, quam angor oh divinum amorem aut. oblivione neglectum aut offensa violatum. Quae quidem scelerum pervicacia tantaeque Dei bonitatis ingrata oblivio efficiebant, ut uberes ex eius oculis lacrimae profluerent. « Amice mi — aiebat — lugeo quia non luges »? At contra, quanta benignitate sollertem operam dabat, ut peccatorum animi paenitentia compulsi ad spem bonam erigerentur! Nullis parcebat laboribus, ut se iisdem praeberet divinae administrum misericordiae; quae quidem, ut ipsius verbis utamur, • instar fluminis exundant is seenni omnes trahit animos »? ac plus quam materna palpitat caritate, ‹ cum Deus citius det veniam, quam ex igne mater natum eripiat»?

2383 Arsiensis Curionis exemplis excitati animorum moderatores curent, ut huic tantae gravitatis officio alacres debitaque doctrina instructi se dedant, cum illic potissimum divina misericordia tandem humanae malitiae victrix emergat, atque illic sceleribus abluti homines Deo reconcilientur. Iidem reminiscantur etiam oportet, a Decessore Nostro fel. ree. Pio XII «gravissimis verbis» eorum reprobatam esse opinionem, qui parvi faciant crebrum Sacramenti Paenitentiae, usum, eum de venialibus admissis agatur; hic enim Summus Pontifex edixit: • Ad alacriorem cotidie per virtutis iter progressionem faciendam, maxime commendatum volumus pium illum, non sine Spiritus Sancti instinctu ab Ecclesia inductum, crebrae confessionis usum »? Itemque fore omnino confidimus, ut sacrorum administri prae ceteris fideliter obtemperent luris Canonici praescriptis? quae Paenitentiae Sacramentum, assequendae sanctimoniae tantopere necessarium, pie cortoque tempore frequentari iubent; ac maxima, ut oportet, instantes illas adhortationes aestimatione et usu prosequantur, quae ab eodem Decessore Nostro de hac. re haud semel «dolenti animo» impertitae sunt?

Dum Encyclicae hae Nostrae Litterae ad exitum properant, vobis Venerabiles Fratres, asseverare cupimus qua suavissima spe teneamur, fore ut saecularia haec sollemnia, divina favente gratia, sacerdotum omnium acrius exacuant studium ad sacrum ministerium incensiore alacritate peragendum, ac praesertim ‹ ad primum sacerdotum officium, hoc est officium suae ipsius procurandae sanctitatis »?

Cum ex hoc Supremi Pontificatus fastigio, ad quod arcano Dei Providentis consilio evecti sumus, sive ad ea mentem convertimus, quae in spe expect at ioneque animorum sunt, sive ad tot terrarum orbis regiones nondum Evangeli! luce collustratas, sive denique ad innumeras christia-

' *Ibid.* **p. 999.**
' *Ibid.* **p. 978.**
• *Ibid.* **t. 3900, p. 1554.**
‘ **Litt.** *Mystici Corporis:* **AAS 35, 235. (Cfr. n. 2108].**
• **CIC. c. 125, 1.**
• **Cfr. Litt. Encycl.** *Mystici Corporis:* **AAS 35, 235; Litt. Encycl.** *Mediator Dei:* **AAS 39, 585; Adhort. Apost.** *Menti Nostrae:* **AAS 42, 674. (Cfr. n. 2208],**
' **Adhort. Apost.** *Menti Nostrae:* **AAS 42, 677. (Cfr. n. 2210].**

nao plebis necessitates, semper oculis obversatur Nostris sacerdotis imago. Si sacerdos deesset. vel cotidiana ipsius opera deficeret, apostolica incepta omnia, ea etiam quae praesenti huic aetati maxime idonea videntur, quid tandem prodessent? Quid valerent vel ipsi e laieorum ordine viri, qui generoso animo adiutricem in apostolato navant operam? Hos igitur omnes sacrorum administros, quos Nos tantopere diligimus et in quibus Ecclesia tantam spem positam habet, hos sacerdotes, dicimus, leso Christi nomine paternoque animo appellare non dubitamus, ut fidelitate summa ea omnia praestent, quae ab ipsis ecclesiasticae dignitatis gravitas expostulat. Appellationi huic Nostrae vim addant haec S. Pii X sapientissima verba: « Ad lesti Christi Regnum in orbe promovendum, nihil magis necessarium est, quam ecclesiasticorum virorum sanctimonia, ut exemplo, verbis, doctrina christifidelibus praeeant »? Quod quidem hisce verbis cohaeret, a S. loanne M. Vianney coram Episcopo suo prolatis: «Si vis Dioecesim totam ad Deum converti, curiones omnes oportet sancti fiant ».

Vobis autem, Venerabiles Fratres, in quos potissimum cleri vestri sanctitudinis grave recidit onus, hos dilectissimos filios enixe commendatos volumus, ut difficultatibus interdum gravibus, quibus vel eorum vita vel explenda munera premuntur, solliciti obviam eatis. Quid efficere non valet Episcopus, qui clerum suae vigilantiae creditum adamat, sibi devinctum habet, revera cognoscit, adsidua cura prosequitur, forti ac paterno animo moderatur? Si universae dioecesis pastoralis sollicitudo vobis incumbit, eorum tamen singularis omnino cura gerenda est, quos in sacro ordine constitutos muneris vestri tam proximos adiutore» habetis ac tam sacris vinculis vobismet ipsis consociatos sentitis.

Christifidelibus etiam universis paternas adhortationes adhibere volumus, saecularis huius celebritatis opportunitatem nacti, ut pro sacerdotibus suis instantes ad Deum admoveant preces, atque adeo ad ipsorum sanctimoniam iuvandam pro sua cuiusque parte conferant opem. .Multa hodie cum spe exspectationeque ii, qui flagrantiore pietate praestant, ad sacerdotem suos oculos animosque convertunt. In eo enim, cum ubique late vigeant et pecuniae dominatus, ct sensuum illecebrae, et elata nimis technieae disciplinae aestimatio, virum intueri volunt, qui Dei nomine loquatur, qui firma animetur fide, et qui, sui ipsius quasi immemor, incensa flagret caritate. Animadvertant igitur omnes, multum se afierre posse auxilium, ut sacrorum administri hanc excelsam assequantur metam, si modo sacerdotali dignitati debitam reverentiam adhibeant, si qua par est aestimatione eorum pastorale munus eiusque difficultates perspecta habeant, et si denique adiutricem operam actuosiore usque studio iisdem praestent.

2384 Facere autem non possumus, quin peculiari modo paternum animum ad iuvenes convertamus Nostrum, quos incensiore caritate complectimur et in quorum opera spem futuri aevi collocat Ecclesia. .Messis qui-

1 **Cfr. Epist.** *La Ristorazione* *Acta Pii X* **1, 257; [cfr. n. 1168].**

tieni inulta, seti operarii pauci.* Quot in regionibus Evangelicae vernati praecones laboribus confecti eos summo desiderio exspectant, qui in suas partes sufficiantur! Haud desunt populi, qui supernae magis quam terrenae alimoniae farno misere languescant. Quis caelestem vitae veritatisque dapem eis afferat? Fore utique omnino confidimus, ut aetatis nostrae iuvenes, haud minus quam anteactis temporibus, Divini Magistri invitationi, ad necessariam hanc causam provehendam quod attinet, generose respondeant.

Arduis profecto in rerum adiunctis saepe sacerdotes versari solent. Nec mirandum hoc est; nam Ecclesiae osores primum sacrorum administros vexationibus et insidiis hostiliter petunt, quia, ut ipse Arsiensis (urio fatebatur. qui religionem evertere volunt, primo sacerdotes odio lacessunt.

Attamen, hisce etiam in gravissimis difficultatibus, excelsa verique nominis felicitas oritur sacerdotibus, religionis studio flagrantibus, ex sui ipsius muneris conscientia, cum se noverint a Divino Servatore idcirco vocatos, ut rei sanctissimae auxiliatricem operam navent, quae nempe ad hominum redimendos animos et ad -Mystici Christi Corpori incrementum spectat. Christianae igitur familiae excelsum munus considerent donandi scilicet Ecclesiae sacerdotes; atque adeo laeto gratoque animo sacris ministeriis offerant filios.

Sed cum adhortatio haec Nostra vestrum quoque animum vehementer commoveat, Venerabiles Fratres, haud necessarium est in ea diutius immorari. Pro certo enim habemus vos sollicitudinem animi Nostri chisque suadendi vim penitus intellegere, ac data opera participare, interea autem S. loannis M. Vianney deprecationi hoc committimus tanti momenti negotium, cum quo innumerabilium hominum salus coniungitur quam maxime.

Ad Deiparam etiam, cuiuslibet labis ab origine expertem, oculos nostros convertimus. Paulo antequam Sanctus Arsiensis Curio diuturnum aetatis suae curriculum, caelestibus meritis onustum, complevit, alia in Galliae regione ipsa conspiciendam se praestitit innocenti humilique puellae, ut per eam ad precum et christianae paenitentiae studium homines materno invitaret hortatu; quae quidem augusta vox, post exactum saeculum adhuc animos percellens, longe lateque quasi in immensum resonat. Profecto ea quae gessit et locutus est ille ad Caelitum Sanctorum honores evectus sacerdos, cuius saecularem celebramus memoriam, praevio quodam caelesti lumine supernaturales veritates collustrarunt, quae in Lapurdensi specu insonti puellae patefactae sunt. Ipse enim qui labis expertem conceptum Deiparae Virginis religiosissimo colebat obsequio, anno mdcccxxxvi paroeciale templum Mariae sine culpa Conceptae dicavit, ac summo pietatis et gaudii affectu, anno mdcccliv, catholicum dogma, quo huiusmodi veritas falli nescio indicio sancita est, venerabundus excepit?

AAS 51, 548-678.

• **Cfr.** *AH.* **9, 37.**

1 **Cfr. Archlv. Sccr. Vat., t. 227, p. 90.**

Quid nostrae aetatis gentes in sacerdotibus requirant

(Ex Epist. *Centum qui* **ad Excmuin. P. D. Martinurn I. O'Connor, Archiopisc. tlt. Lnodlccnuin in Syria, Pontificii Collegii Foederatarum Americae Sept. Civitatum in Urbe Rectorem: saeculo exeunto ab eodem Collegio condito, 28 aug. 1959).**

2385 Nova haec domus pro spatii sui amplitudine maiorem excipit numerum sacrorum alumnorum, qui ecclesiasticis disciplinis imbuantur, cum vetus domus destinata sit aptiori hospitio sacerdotum, qui penitius sacras doctrinas perdiscere volunt.

Probe novimus Sacram Foederatarum Americae Civitatum Hierarchiam indesinenti studio et omni contentione rebus istius Collegii prospicere. At huiusmodi sollicitudines uberi optandoque fructu non carebunt, cum solidis bene auspicandi et providendi rationibus innitantur.

Etenim fiorentissima et inclita patria vestra, ubi Catholica Ecclesia altrix salutis et felicitatis viget, communem civium movens respectum, pro ipsa magnitudine sua adulescentem clerum poscit ampliore eruditione instructum, catholici vigoris sensu, indita sibi natura universa amplectente, praeditum atque illa praeclare cogitandi et agendi sapientia exornatum, quam adsiduum studium Christianae antiquitatis parit vel innutrit.

At ubinam id genus institutio securius suppeditari potest nisi hac in Urbe, quam divinae Providentiae decreta non uno nomine ceteris praetulerunt?

Singulari prorsus Dei muneri tribuendum est, si Romae, quae est *urbs caput rerum* [1] et *civitas *acerdotalis,* apud Petri Cathedram ex illimi fonte Apostolico illustrata praeconio sincera hauritur fides, et Christianae litterae perfectius ediscuntur.

AAS 51, 702.

Mirabile spectaculum iuventutis Deo dicatae

(Ex Epist. Encycl. *Graia recordatio,* **de mnriali Rosario per octobrem praesertim mensem pio recitando, 26 sept. 1959).**

2386 ... Mirandum eiusmodi spectaculum ab his iuvenibus praebitum, qui, innumeris superatis difficultatibus atque incommodis, se totos Deo dedunt ut ceteri etiam homines Christum lucrifaciant,[3] sive in longinquis terris, quibus nondum affulsit veritas, sive in immensis illis concitatis, negotiosisque urbibus, in quibus cotidiana impensaque operositas tam verticosa et turbinea est, ut animos interdum aridos et quasi in terrena bona ingurgitatos reddat, tale profecto est ut spem bonam commoveant feliciorum temporum.

AAS 51, 675.

[1] Tacitus, *Hist.* **2, 32.**
[2] **S.** Leo Magxus, **Sermo, 82 in Nat. App. Petri et Pauli: ML, 54, 423.**
[3] **Cfr.** *Ph.* **3. 8.**

Nihil prorsus est omittendum nd aptiorem sacerdotum institutionem

(Ex Allocut. *Plura casque gratissimas* ad Moderatores ot Alumnos Pontificii Collegii Foederatarum Americae Sept. Civitatum in Urbe, saeculo exeunte ab eodem Collegio condito, 11 oet. 1959).

2387 Novum enim hoc erigendo Collegium, omnibus artis ac technicae rationis utilitatibus praeditum, ac vetus illud sacerdotibus destinando, luce darius ostendistis velle vos potiora ac flagrantiora studia in *Dei ministros* rite formandos conferre. Ac iure meritoque: etenim, inter cetera nobilissima opera et consilia, ad Dei regnum constabiliendum et prolatandum apta, hoc princeps est opus, princeps est consilium.

Verum enim quanta est presbyterorum dignitas, quanta virtus atque efficacia! Sicut iam in Encyclicis Nostris Litteris, quibus index *Sacerdotii Nostri primordia,* scripsimus, « semper oculis obversatur Nostris sacerdotis imago. Si sacerdos deesset, vel cotidiana ipsius opera deficeret, apostolica incepta omnia, ea etiam (piae praesenti huic aetati maxime idonea videntur, quid tandem prodessent! »?

Cum igitur multa hodie ai) Ecclesiae sacerdotibus requirantur, nihil prorsus est omittendum, quod ad auctiorem usque eorum institutionem conducat.

Praeterea, sacrum hoc condendo Ephebeum, ostendistis vos sacerdotes *Romana institutione* imbutos efficere voluisse: sacerdotes, dicimus, qui in Alma Urbe degentes, rei catholicae scilicet capite, ex ea virtutis fortitudinisque numquam cessuram hauriant undam.

In hac enim Urbe, ut ait Decessor Noster S. Leo Magnus, imperium illud a Deo praeparatum est, «cuius ad eos limites incrementa perducta sunt, quibus cunctarum undique gentium vicina et contigua esset universitas ».a In ea Romanorum adhuc iura, instituta ac magnificentissima manent vestigia. In ea potissimum Petri fides adhuc Sanctam conglutinat Ecclesiam; in ea Martyrum fulgent sepulcra, qui « gloriosum sanguinem fuderunt pro Domino ».3

Qua de re, qui sacrorum alumni hac in Urbe degerint — et ea quidem aetate, qua futurae semina virtutis plena manu sparguntur — dubium non est quin mentem animumque non modo ad perfectum humanitatis cultum, qua haec Urbs in exemplum floruit, sed potissimum ad plenum Ecclesiae sensum componant, quo germana sacerdotalis alitur dignitas.

Discorsi **1, 468 s.**

‘ **AAS 51, 575 8. (Cfr. n. 2382).**
* *Scrm.* **82: ML 54. 423.**
’ *Prêt. Poni., llesp. in Comm. plur. Mari.*

Puritas cordis, virilis animus, ardor caritatis: ornamenta contendentium ad sacerdotium

(Ex Allocut. *L'incontro* nd sacrorum alumnos ex quibusdam Italicis Seminariis, 22 nov. 1959).

2388 Questo programma, che amiamo proporvi, si ispira alle tre grazie, che continuamente chiediamo a Dio per intercessione della Vergine Immacolata, Madre del Buon Consiglio, dei Santi Apostoli Pietro o Paolo, di S. Carlo Borromeo, o di tutti i santi Patroni delle diocesi c dei seminari: e cioè la purezza del cuore; la robustezza del carattere; c l'ardore della carità. Queste grazie sono come tre fiori, che debbono abbellire la profumata c promettente giovinezza dei chiamati, e renderla perenne per tutta la vita, anche quando gli anni c lo fatiche apostoliche nc avranno indebolito il tisico vigore.

1. Anzitutto la *purezza del cuore;* quella che, attraverso una vigile e costante attenzione, diviene ordine e trasparenza di tutta la vita, di ogni parola, di ogni atto. Questa virtù è l'incanto delle famiglie cristiane, da cui fiorisce come nel suo naturalo ambiente; cd è il fascino irresistibile delle anime. Passando come neve immacolata sul fango, che purtroppo ricopre tanta parte di questo povero mondo, che è *totus in maligno positus* (1 /. 5, 19), essa si impone al rispetto anche dei lontani, anche di chi a parole può averla qualche volta derisa, ma che la esige intatta e luminosa nei rappresentanti di Dio.

La purezza del cuore è l'atmosfera serena di cui vive ogni seria vocazione, il terreno in cui debbono germogliare e svilupparsi tutte le altre buone disposizioni. Certo, essa non è la prima virtù, nel senso che, qualora mancasse l'amore di Dio e del prossimo, essa diventerebbe freddo esercizio di perfezione naturale: ma essa è il respiro dell'amore di Dio, e la condizione insostituibile per il servizio disinteressato del prossimo nel sacerdotale ministero. È essa che prepara le gioie incomparabili dei lunghi colloqui ai piedi del Tabernacolo; che nutre i fervidi pensieri di apostolato o di carità; che ispira una serenità continua, che non si abbatte nelle avversità, nò trasmoda nella gioia. Essa conferisce uH'agire dei seminaristi e dei sacerdoti, alle loro parole, al loro tratto, un'impronta inconfondibile di serena delicatezza, di geloso riserbo, e anche di signorile discrezione; cd attira le anime col fascino stesso di Gesù.

Vivete di questa virtù con la freschezza dei vostri giovani anni; c custoditela nella preghiera, nella mortificazione, c nello studio. Perchè è ancora essa che conserva c accresce la gioia dello studio ecclesiastico, sentito come preparazione ai doveri del ministero, e aggiornamento continuo della propria cultura: studio teologico, pastorale, ascetico, di cui — come dicevamo ai dilettissimi sacerdoti del patriarcato Veneziano, celebrando con essi il Sinodo — [1] non manca tutta una letteratura moderna copiosa c ricchissima in varie lingue, e di facile accesso. Questi sono gli studi che convengono ai sacerdoti del Signore, ben più che le soporifero e velenose letture che corrodono le giovani coscienze, e sotto il velo di far conoscere tutto per tutto giudicare, per erudire la moderna generazione, diventano una scuola c un esercizio del *subtiliter foni icore:* esse tolgono alle anime sacerdotali il fascino che trascina gli innocenti verso le visioni o i propositi più alti, e clic conserva agli apostoli della verità e del bene la gioia interiore, la purezza degli occhi o il sorriso •?

2389 2. Da questo proposito di purezza consapevole e luminosa, prende origino ciucila *robustezza di carattere,* che vi abbiamo presentata come la seconda dote della vostra vocazione. La Chiesa vuole degli uomini saldi e solidi, ben formati nella mente e nel cuore. Fortunatamente è passato il tempo in cui, non conoscendo la forte e roborante realtà della Chiesa, se ne presentavano i tigli come esseri monchi e deboli, quasi senza spina dorsale. L'appartenere alla Chiesa esige invece tempra adamantina di carattere c di volontà, continua lotta

[1] *Sinodo diocesano di Venezia, Discorsi del Cardinale Patriarca,* Città del Vaticano 1959, p. 49.

contro passioni cd egoismi, superamanto di hc wte-sl con l'aiuto del Signore, Se questo ♦ vero per chi vuole vivere du sincero cattolico, è tanto più vero per chi si è dedicato ad un altissimo idealo, qual è la vocazione sacerdotale, a cui soltanto è chiamata una eletta schiera di uomini risoluti e forti, cho sappiano seguire la voce del Signore senza infingimenti, ne compromessi, rinunziando anche alle gioie lecite per vivere già fin nel mondo terreno una vita celeste.

Ebbene la Chiesa vi vuole cosi. I futuri sacerdoti debbono essere capaci di resistere (die attrattive e seduzioni del secolo: debbono saper moderare la loro sensibilità, per essere sempre padroni di sò, in ogni circostanza; e avere in grado eminente anche le virtu naturali, perchè invano corcheremmo il cristiano ed il Sacerdote degni della loro vocazione, se non fossero altresì dotati di virtù naturali: ecco quindi il dovere della sincerità, delfiniparzialità, imitando la condotta di Dio. dinanzi al Quale non v'è accettazione di persone,l il mantenere hi parola data; Tessere lineari e retti, non seguendo le vie tortuose della confusione e delTimprecisione, nè giustificando intenzioni meno belle con pretesti di carità e di culto. A questa condotta di veri figli di Dio si riferisce un tratto della bella Epistola della Messa di oggi, che tutti esorta a camminare in maniera degna di Dio, piacendo a Lui in ogni cosa, fruttificando in ogni opera buona, e crescendo nella scienza di Dio; corroborati con ogni sorta di fortezza dalla gloriosa potenza di Lui, ad ogni pazienza e longanimità con gaudio •?

Î390 3. In ultimo, vi è necessario *Vardore della carila.* che dà il coronamento c la perfezione ad ogni nostra azione.

Questa virtù sublime «è la pienezza della Leggo essa è dunque necessaria per Tadcmpimento ordinato e fedele dei doveri quotidiani, dai piu piccoli ai più grandi: essa sostiene l'obbedienza cordiale al proprio Vescovo, e fa desideraro ardentemente il servizio della diocesi, dimenticando ogni preoccupazione di indole terreno» di umani riconoscimenti, di effimere lodi. Il seminarista che arde di questa carità non si spaventa delle difficoltà, che talvolta si frappongono nella sua vita di preghiera c di studio: si abbandona fiducioso alla volontà di Dio. che lo ha chiamato, o a cui non vuole portare dispiaci re alcuno; si distingue nella disciplina e nelTordine; compie quasi senza accorgercene i sacrifici inerenti alla sua vita, ed offre sorridendo al Signore la mortificazione di ogni spirito mondano, che talvolta lo vorrebbe sommergere; e soprattutto, animato da questa carità» fa della preghiera e dei Sacramenti il centro luminoso della sua vita.

In fastigium illud, ubi sanctissima Christiani cultus mysteria peraguntur, intentis oculis intuetur adulescens sacrorum alumnus, ex eodemque, postquam per gradus congruam praeparationem adeptus erit, olim ad christ Mídele se convertet, qui quidem tunc solummodo sacerdotem hoc nomine dignum exist imant. si nempe circumfusum sese exhibent superna illa luce supernaque gratia, quae e divino sacrificio Missae proficiscuntur.

Suavis animi indoles, doctrinae copia, expolitus serum, urbanitas pertinent ad eas dotes, quibus tamquam pulcherrimo pallio obtegitur atque exornatur humana sacerdotis dignitas; at supernaturalis illa virtus. quae eum aptum reddat ad divina mysteria et apostolatufi opera digne peragenda, apud altare hauriri debet. Locus ille sacerdotem in primis addecet. Illinc is Christiano populo divina impertit praecepta. At cum christifldeles alloquitur. eius sermo, interiore cogitatione paratus, templi Dei consuetudinem sapiat omnino oportet ; atque sacra Missalls, Breviarii at que libri Ritualis verba ipsius animi penetralia imbuere debent, antequam resonent intra sacrarum aedium parietes.

Sive aegrotis adest, sive in sacrae Paenitcntiae tribunali sedet, sive Baptismum administrat, sive in coemeterio funebres ritus celebrat, sacerdos semper liturgici cultus divitias incomparabilcmque pulchritudinem ostendit.

Magis quam lampas, quaè ante Eucharisticum altare ardet, fulgida sacrorum administrorum exemplo efficiunt ut christifldeles ad lesum Christum cogitationes, animi affectus suosque oculos convertant. Quam ad rem apte scripsit Eminentissimus Cardinalis Manning: ▮ Augustum Eucharistiae Sacramentum sacrum reddit tabernaculum, altare, templum nec non ipsius sacerdotis domum. Ardebat quidem rubetum in monte Horeb; sed Ssihau Eucharistiae supernus fulgor supernaque vis sacerdotem ipsum atque omnia, quae ad eum pertinent, quodammodo afficiunt •.

2405 Si igitur ad disserendum de sacro illo administro devenimur, qui ab antiquis sacerdotibus praenuntiabatur, magis magisque putet oportere omnino eius vitam summa sanctitate exornari. Hac sanctimonia enitentem Petrus Apostolus eum proponit in exordio primae epistulae suae, cum scribit *citetis advenis dispersionis Ponti. Galatiae, Cappadociae, Asiae*

1 Seas. **XXIII**, c. 2

d Bithyniae (1 *P.* 1, 1), quarum regionum populi Nobis sane carissimi sunt, sed lam pro dolor a lesu Christo abstracti, quamvis adhuc eius sectatores, qui illuc appulerint, quadam observantia humanitatisque ottìciis prosequantur. Ad cos enim Apostolorum Princeps divinae gratiae nuntium mittit *in sanctificationem Spiritus. in obedientiam, in aspersionem Sanguinis lesu Christi: gratia robis ct pax multiplicetur (ibid.* 2) Ium vero quid aliud significat haec «aspersio sanguinis . nisi Sacrificium corporis et sanguinis, ad quod faciendum lesu (’liristi sacerdos destinatur et consecratur? Quam dictionem non modo in se veram, sed etiam arcanum aliquid Quasi in auspicium portendentem, recentior Ecclesiae doctor hisce verbis interpretatus est: Christus magna sacerdotum tunica ». Divinus nempe Redemptor quadam significatione sacerdotis tunica dici potest, quatenus sacer administer lesu Christi ‡anctitati penitus imbui et informari debet secundum illud Apostoli Pauli: *Induimini Dominum lesum Christum* (/?. 13, 11).

Deinde vero in eadem epistula Beatus Petrus suos omnes electos filios, qui, ut ipse ait, gustarent quoniam dulcis est Dominus,[1] incensissimo apostolici animi sui studio quasi ad excelsum sanctitudinis apicem adhortaos. hisce verbis allocutus est: *Ad quem (Dominum) accedentes lapidem virum, ab hominibus quidem reprobatum, a Deo autem electum d honorificatum: d ipsi tamquam lapides rivi superaedificamini, domus spiritualis, sacerdotium sanctum offerre spirituales hostias, acceplabilcs Deo per lesum Christum* (1 *P.* 2, 1-5). Ac denique: Pos *autem genus electum* asseverat — *regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis: ut virtutes annuntietis eius, qui de tenebris vos vocavit in admirabile lumen suum (Ibid.* 2, 9).

Ut facile animadvertitis, Venerabiles Fratres ac dilecti filii, haec Apostoli verba non ad sacerdotale munus peculiariter pertinent, sed ampliore significat ione ad universum Christianorum populum, quandoquidem etiam singuli christifldcles debent sernet ipsos offerre Deo. Ex quo S. Thomas Aquinas hanc sapientem eduxit sententiam: - Totus ritus Christianae religionis derivatur a sacerdotio (’liristi. Et ideo manifestum est quod character sacramentada specialiter est character Christi; cuius sacerdotio configurantur fideles secundum sacramentales characteres; qui nihil aliud sunt quam quaedam participationes sacerdotii Christi, ab ipso Christo derivatae »?[2]

2406 Nunc autem, quae diserte hae de re S. Paulus Apostolus admonet, audiamus. In epistula enim ad Hebraeos et in secunda ad Timotheum excelsam Presbyterorum sacerdotii dignitatem summis laudibus effert, qui quidem ex hominibus assumpti, pro hominibus constituuntur in iis quae sunt ad Deum, ut offerant dona ct sacrificia pro peccatis? Ob quam excelsam dignitatem gravibus hisce verbis eos admonet: *Nemo militans Deo implicat se negotiis saccularibus: ut ei placeat, cui se probavit (2 T.* 2, I). Quae perspicua sententia, cum sacram esse sacerdotis personam claro satis asseveret, praecipuas indicat causas luoulentasque notas, quibus olus sanctitas inniti ac conformari debeat. O utinam nos, Dei sacerdotes haec verba semper consideremus, immo semper recto prompteque exaudiamus! lesu Christi exemplum imitemur, qui duodecim annos natus anxiae Aiatri suae ac Sancto losepho, qui vehementer dolentes se praebebant quod cum amisissent, hanc edidit admonitionem futuris etiam sacerdotibus meditandam: — *Nesciebatis quia in his. quae Patris mei sunt, oportet me esset (L.* 2. 49).

Ut profecto nostis. S. Lucas Evangelista, qui hanc refert narrationem, aliis etiam in Evangeli! sui paginis de generosa sacerdotum animi abalienatione agit a terrente rebus, ac de serena et tranquilla eius mentis condicione et statu inter varias huius mundi vices ac procellas. Debet utique sacrorum administer inter homines vivere et Qonvorsari, tum praesertim cum pastorali sollicitudine tenetur ct angitur, ct cum caritatis munere premitur, quod etsi grave ei mandatum et officium est, interdum tamen potest pericula apponere sacerdotalis vius sanctitati vitae.

[1] Cfr. 1 *P.* 2, 3.
[2] *Sum. Theol.* III, q. 63, a. 3 c.
• (fr. *IIb. b.* 1.

No gravemini, Venerabiles Fratres ac dilecti filii, duodecimum Evangeli! S. Lucae caput integrum diebus hisco legere ac meditari, quod illustris Biblioram exegeta. P. Hetzenauer, hoc generali titulo « De institutione discipulorum ct turbarum interpretando explanandoque, de hisce magni ponderis argumentis tractat: • De sinceritate et animo impavido — De avaritia vitanda — De sollicitudine superflua — De vigilantia — De dispon-satione fideli — De separatione hominum — De probatione temporis

Gravia huius generis monita audiens, quae, ut diximus, In S, Lucae Evangelio legantur. Apostolus Petrus candida illa, qua praestabat, animi simplicitate lesum hisce verbis interrogavit: *Domine, ad nos dicis hanc parabolam, an ct ad omnes l (L.* 12, 41). Divinus vero Redemptor sermonem non intermisit, sed monitiones suas ad prudentiam, ad moderationem adhibendam instanter impertiens iis praesertim, qui gravibus onerantur muneribus, et qui ad ardua obeunda ministeria, ut Petrus elusque socii, divinitus vocantur. Ex quo luculenter colligitur non modo necesse esse ut sacerdos, qui verum lesu Christi apostolum agere velit, virtutibus illis reapse eniteat, quibus omnes christ Mídeles exornentur oportet, ut ipsorum *vivendi modus* postulat, sed etiam ut praeclaro exemplo suo ceteris praeluceat, et ad Christianorum promovendum incrementum viribus omnibus contendat, (pii quidem iure meritoque in sua cuiusque paroecia sacerdotem sanctum requirunt, qui singulas familias ad caelestia munera, ad pacem, ad concordiam ad sanctitatemque sua doctrina suisque moribus revocet.

Atque hele opportunum ducimus ad S. Pauli praecepta satius enucleanda redire.

In Breviario, quod canonicas preces continet, diebus qui Natalicia Sollemnia subsequuntur, Ecclesia epistulam S. Pauli ad Romanos nobis legendam gustandamque proponebat.[1] O quam miro, quam magnifico ac praeclaro modo refulget ex ca apostolici ac pa«toralis studii doctrina! Haec autem doctrina in duas dispertitur partee, quae quasi candidao alae supra divinae Redemptionis filios panduntur. In priore parte de Evangelio agitur, quatenus declarat ac revelat Dei iustitiam, cui nos omnes satisfacere debemus, non oriri neque demonstrari ex hominum philosophia vel ex Vetero Lege, sed lusu Christi 'erbo ostendi; in altera vero de Evangeli! virtute, quae credentes salvos facit, quae ab originali peccato, a peculiaribus commissis nostris, a Veteris Legis servitute et a mortis damnatione nos liberat; idque ob nobis impertitam lesu Christi vitam, ob eius nempe gratiae vitam, et ob Sancti Spiritus auxilium, qui infirmitatibus medetur nostris, et qui *postulai jiro nobis gemitibus inenarrabilibus (11,* 8, 26). Ex hac luculentissima doctrina novi sacerdotis sanctificatio pendet: ex divino nempe afllatu ot gratia Spiritus Sancti, *quia secundum Deum postulat pro sanctis (Ibid.* S, 27). Etenim *diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum[9] iis qui secundum propositum vocali sunt sancti (Ibid.* 8, 28); idque ex eo fit quod Spiritus Sanctus voluntatem nostram confirmat uosque ad sanctitatem assequendam compellit. Haec autem verba ad mysterium meditandum nos provocant sacerdotalis muneris, ad quod suscipiendum vocati sumus, et quod nos ad excelsa evehit. *Sam quos pracscicd cl praedestinavit conformes fieri imaginis Filii sui, ut sit ipse primogenitus in multis fratribus. Quos autem praedestinavit, hos ct vocavit; ct quos vocavit, hos ct iustificavit; quos autem iustificard. illos et glorificanti. (Ii.* 8, 29, 30).

‘107 Intento recogitate animo. Venerabiles Fratres et dilecti filii, quale privilegium et quam celsissimus honor sacerdotali animo nostro uostracquo vitae collabi sint; quod quidem grave nobis parit otllcium nos imprimis ao deindo eos omnes, quos proximos habemus, ad sanctitatem revocandi!

lesus Dei Filius ac sacerdos aeternus, primogenitus frater noster factus est; quamobrem cum simus una cum eo idcirco sacerdotes, ut Redemptionis opus per saeculorum decursum ac per omnes terrarum orbis partes propagemus, id humili nomini nostro nostroque

[1] Hfttzenaukb, *Novum Testamentum,* Sumptibus Pustet. 1922.
[9] Cfr. c. 8 ss.

animo splendorem incomparabilem ac dignitatem confert. Si Doua Pater chisque Filius leans Christus pro nubis sunt— id animadvertit Doctor gentium in eadem epistula ad maio res nostros Romae commorantes data — si Dei Filius, dicimus, cuius sacerdotium participamus, pro nobis est, *quis contra nosl (Ibid.* 8, 31) Quis nos separabit a caritate Christi Patri supplicantis pro nobis? *Trilndatiol an angustiai an farnesi an nuditasl an periculum! an persecution an (jladiusl (Ibid.* 8, 35).

Ne timeamus igitur. Victores semper erimus; imino aliquid magis quam victores ob cius auxilium ct operam, qui nos ut fratres ad sacerdotium vocavit, nosque semper amavit ac diligit.

Paulinus nuntius, hac epistula datus, in parte altera, quae, ut diximus, quasi candida ala supra Redemptionis filios panditur, et quae mirandis hortamentis ao suasionibus renidet, ad officia nostra quod attinet erga Deum, erga proximos, erga nosmet ipsos, nos sapienter officacitcrque admonet, ut noxia omnia vitemus: ac nominatilo indicia inluste vel temere edita, pusillorum offensionem seu scandalum, et alia non pauca. Itemque nos adhortatur, ut *imbecillitates infirmorum (Ibid.* 15, 1) sustineamus et adiuvemus; cui hortamento haec suavis et ad permovendos animos aptissima sententia respondet: *unusquisque vestrum proximo suo placeat in bonum ad aedificationem (Ibid.* 15, 2); itemque nos admonet, ut, ICbU Christi exempla secuti, *per patientiam et consolationem Scripturarum spem habeamus (Ibid.* 15, I).

Venerabiles Fratres ac dilecti filii, cupimus admodum unumquemque vestrum paterno adhortari animo, ut hanc Pauli epistulam, mirandum prorsus apostolici sui studii opus, intente legatis ac meditemini. Procul dubio novae atque antea reconditae luces ex hac lectione scatebunt, quae animos vestros ineffabilibus consolationibus afficient.

Postremis hisce diebus, primo mane, cum mens Nostra iam ea recogitaret, quae hoc in colloquio, fidenter vobiscum habendo, diceremus, hoc est do sacerdotali animo per vitae sanctitatem Deo sacrando, quadam perturbatione trepidationequo paulisper affecti sumus, eam actionem caque verba, a lesu Christo prolata, quaerendo pervestigandoque, ex quibus id oritur ut Episcoporum omniuinque sacerdotum consecratio rite habeatur. Eucharistici Sacrificii canonem legebamus. Dictiones omnes, itemque benedictionis et crucis signa ad sacrae liturgiae praescripta diligenter peracta erant; ac pietatis fervore, etsi non seraphico, humili tamen ac sincero commovebamur. Haec arcana verba super candidam hostiam et super calicem *parum elevatum* voce submissa ct intenta edebamus: *Hoc est corpus meum* et *hic est calix sanquinis mei....* Sed res dulcis ac memoria retinenda subito eluxit Nobis, cum cetera verba demissiore etiam voce elicuimus, antequam genua flecteremus, ct calicem in populi conspectum attolleremus: id est: *Haec quotiescumque feceritis, in mei memoriam facietis* quibus quidem verbis ea S. Lucae Evangelisti^ respondent: *Hoc facite in meam commemorationem (L.* 22, 19). Facile interdum. Venerabiles Fratres ao dilecti filii, ut Nobis ita vobis etiam, sacras caerimonias agentibus, contingere potest ut mint horum verborum significatio non penitus perspiciatur.

Vota Igitur facimus — atqUO unum hoc quoque sit e Romanae huius Synodi memorandis monitis — ut nos singuli cotidianam Eucharistici Sacrificii celebrationem impenso cum pietatis studio agere pergamus. Itemque angelum vitae nostrae custodem rogamus, qui sacris ritibus propitius adest, ut nos haec sacra verba *secrete* ad liturgiae praescripta, pronuntiantes, sed fidenter, sed amanter, sed quasi timide ac trepide, benigne suaviterque adiuvet; haec sacra dicimus verba, quae divini erga nos lesu Christi amoris testamentum quasi obsignantia, eius nostrumque sacerdotium reapse indicant ac voluti consecrant, at<iue ineffabilia sempiternaque gaudia, in hac ct in perenni vita fruenda, nobis pollicentur.

Cum ad aram Divina Hostia cotidie litamus, tunc potissimum sacerdotali munero perfungimur. Circa nos tunc omnia silent atque exiguae humanae nostrae vires, quas totas uni aeterno atque summo Sacerdoti dicavimus, ab Ipso adhibentur ad suum renovandum sacrificium.

Alia autem dantur adiuncta, quae cum vividiorem fidem expostulent atque ad prae-

6tantlores divini cultus, magisterii cnritattequc significationes pertineant, requirunt ut sacerdotis persona sacra sit chisque vita sanctitate refulgeat.

Duo haec, scilicet persona et vita sacerdotis, ex quibus minim in modum perfecta sacerdotis imago coalescit, lucem et vim suam c divina Liturgia percipiunt.

Hanc sacerdotalis vitae disciplinam, quae cotidianum doctrinae studium virtutisquo exercitationem complectitur, vobis enixe commendamus.

1'berrima haec doctrinae, sapientiae ac pulchritudinis copia, si quidem sacerdotis mentem, animum et labia penitus afficiant, eidem faciliorem reddit animarum curam, atque interdum solacia suppeditare potest, quae vel flagrantissima ipsius optata sancta exsuperent.

Dilecti filii! Quemadmodum vobis patefecimus animi Nostri votum, ut pientissime sacris operemini, rubricis diligenter servatis, ita pariter vos adhortamur, ut in sacrae Liturgiae studium incumbatis alacriter, eamque impenso amore prosequamini.

Amen, amen!

AAS 52, 204-211.

Virtutes dignitati sacerdotum necessariae: caput, cor et lingua sacerdotis

(Alloc. *Ad vobiscum,* in secunda Synodi Romanae sessione habita, 2G ian. 1960).

Quamobrein sic decet omnino — quae verba decet omnino » potius quam quoddam decus, necessitatem et praeceptum indicant — clericos in sortem Domini vocatos vitam moresque suos omnes componere, ut habitu, gestu, incessu, sermone aliisque omnibus rebus nil nisi grave, moderatum ac religione plenum prae fie ferant. Levia etiam delicta, quae in ipsis maxima essent. effugiant, ut eorum actiones cunctis afferant venerationem »?

Quibus Sacri Concilii Tridentini verbis haec monitu adiciuntur: « Quo maiore, in Ecclesia Dei, utilitate et ornamento haec sunt, ita etiam diligentius sunt observanda •?

Hisce sententiis delineatur ac describitur perfecta imago veri lesu Christi Sacerdotis et quasi speculum eidem proponitur, in quod ipse intuens, aut delectamentum et solacium demisso animo sibi sumit, aut rubore perturbatlonvque afficitur. Ac revera talis moderatio vitae et morum, quae habitu, gestu, loquendique modo componitur, talis serena, grata, animosque alliciens agendi gravitas, religione pietateque parfusa, observantiam ac venerationem subito omnibus commovent. Quamobrem hanc pulcherrimam ornamentorum summam, quae magno Ecclesiae decori est, christiildelibus autem exemplo, omnes oportet diligenti studio sibi comparent, caque semper eniteant.

Verumtamcn hae exteriores dotes, de quibus diximus, et quas sacrorum omnes administri adipisci necesse est, qui Ecclesiae Dei inservire velint ad salutem omnium procurandam, per se nihil aliud sunt, nisi quaedam facies aedificii; etenim felix et consentaneus se habendi, conversandi, agendique modus tum solummodo salutarem vim eheit, cum voluti pretioso vestis esse videtur quae absconditum tliesaurum exornat earum virtutum, quas divina gratia alit atque fecundat, ct quibus tota nititur ac solidatur sacerdotalis sanctitas.

In quo sacerdotalis sanctitudinis natura et vis consistat

Ne gravemini, Venerabiles Fratres ac dilecti filii, sed Nobis secundos praebeatis aures, qui praecipuas eiusmodi virtutes breviter attingere cupimus, humanae personae ac dignitati sacerdotum necessarias, ad mentis doctrinam quod attinet, ad castos animi affectus, et ad opportunum sermonis usum.

1 Conc. Tkid., Sees. XXII, can. 1. (Cfr. n. 288J.

2409 De Sacerdotis capite seu de eius mentis doctrina

Initium autem a mento facimus; quandoquidem *a capile* exordium. Etenim in mente insideant oportet et doctrina et rectum indicium, quibus sacri Ecclesiae administri polleant nccesso est.

Sed nomo doctrinam adipisci potest, nisi in disciplinarum studia incumbat. Harum igitur studium necessarium est; necessarium dicimus indo a iuvonilibus annis, cum sacerdotalis institutionis praecepta traduntur; necessarium, cum sacrum obitur munus; necessarium etiam usque ad postrema vitae tempora, cum gratior subit animum earum lucubrationum memoria, in quas dorons incubuit aetas, et cum earum usus sapiontlores et pretiosiores fructus edero solet.

Hodie, si umquam alias, ut omnino patet, sana animorum cultura sacri administri indigent. Qui ignorantia vel nimia mentis debilitate laborat, Ls ad sacerdotale capessendum munus promoveri nequit. Sacra Seminaria, Synodi, Concilia, Summorum Pontificum acta, itemque scripta a Ss. Patribus et a Theologis odita, ingenii exercitationem a sacerdotibus postulant ad adipiscendum doctrinae ornamentum. In disciplinarum igitur studia incumbere oportet; idquo per omne vitae tempus, quandoquidem ros novae semper pervestigationi nostrae proponuntur.

Magni tamen momenti est in seligendis disciplinis carumquo libris debita uti prudentia eautequo agere. Etenim non omnia, quae typis eduntur, probata doctrina enitent; non omnia integram et illimem referunt Bvangelicam veritatem, chisque rectam interpretationem ab iis auctoribus datam, quorum magisterium tuta auctoritate pollet.

Hac recta institutione quilibet sacerdos, laude dignus, instruendus est, eamque fideliter exhibere debet; nam eius agendi prudentia eiusque virtus hac ratione comprobatur.

Idque eo vel magis quod nimium succrescens hodie librorum ephemeridumque copia, ad disciplinas et ad res omnes quod attinet, id saepenumero efficit ut nonnullorum mentes a recto itinere aberrent, et ad rationes inconsultas amplectendas non sine discrimino alliciuntur, quibus quidem ii facile moventur, qui, ducendae vitae experientia destituti, sibi nimis praefidentes sunt.

Cognitio Sacrorum Bibliorum Veteris et Novi Testamenti, Ss. Patrum ac perillustrium doctorum philosophiae ct theologiae, inter quos princeps excellit S. Thomas Aquinas; scientia sacrae Liturgias et modus eam ad effectum deducendi, quasi amoenissimus quidam hortus halantibus floribus et proceris arboribus consitus: ac demum intelligentia et usus legum universarum Codicis luris Canonici, qui ordini inservit sociali sive quod ad causas domesticas attinet, hoc est ad dioecesium administrationem, sive ad rationes cum hominibus ac rebus externis: tres voluti fontes sunt doctrinae, disciplinae ot sanctificationis, quibus refecti optimi quique sacerdotes, mento alta ot animo firmo insignes, veri nobilesque offecti sunt administri Ecclesiae et animarum. Nonne quivis vir ecclesiasticus, licet mediocri ingenio praeditus, hanc animi oblectationem potest alTectarc, quae dlvlnao gratiae munero iis solet impertiri, qui, bona ducti voluntate, recto aluntur et roborantur mentis cultu, non tenuibus comparato subsidiis, sed ex operibus eximiis hausto, quae haec etiam aetas condere valet, aemulans. Christiana cum humilitate et animorum vi. egregia doctrinae monumenta maiorum, scilicet Patrum, Scriptorum, Doctorum Ecclesiae, quae per omnium saeculorum decursum numquam non fuit magistra veritatis?

S. Petrus in altera epistula sua de peculiari monet cautione in divinorum librorum studio adhibenda, hac usus sententia; *cui benefacilis attendentes, quasi lucernae lucenti in caliginoso loco, donec dies elucescat, ct lucifer oriatur in cordibus vestris: hoc primum intelligentes, quod omnis prophetia Scripturae propria interpretatione non fit* (2 *P.* 1, 19-20).

Hoc idem indicium, quo ingenii fit quaedam temperantia ct moderatio, omnes oportet ad cetera transferant studia, caventes, nc induci se sinant, ut singulares videantur ct novi; scilicet eo Judicio utantur oportet, quo fidem habeant Ecclesiae Sanctae docenti,

cuín mentes dirigit ot corrigit errata? Peropportune hic subeunt ea, quae scriptor quidarn ecclesiasticus c rccentioribus» perquam conspicuus et pastor animarum perdiligens, ad oerdotes suos scripsit, sic cos de hoc periculo monens: ‹ Eorum ratio, qui, ad theologiam quod pertinet, imi nia in sua ipsorum ponunt cogitatione, haereticos parit; in re ascetica homines nutrit ac fovet, qui se fallunt; in canonicis vero disciplinis gignit indociles, hoc est cos. qui, a recto deerrantes itinere, nihil pro sua parte conferunt ad opera Dei *.

Gratias igitur benignissimo Deo agamus atque in veritatem rerum semper intueamur. *Lex supplicandi* luculenter testatur *legem credendi;* ius vero canonicum, eo quod *letiem vivendi* tradit, summa est caque praeclarissima ct gravissima vitae Christianae et sacerdotalis, pietatis impulsione actuosae.

Nunc vero, Venerabiles Fratres ct filii dilectissimi, transire Nos iuvat ad animum -eu, uti vulgo appellamus, ad *cor*. Cum sacerdos aliquis esse dicitur homo benignus et suavis, scilicet in quo animi sensus praeponderant, prima iam laudabilis significatur proprietas, a qua exordium ducit praeconium, cui multi homines conspirantes solent assentici. Qua in re eo saepe progrediuntur, ut nimios quosdam mentis motus, qui mimi- recti sunt minusque opportuni, eidem ignoscant. Atquo multum tribuitur sententiae, quae auctoritate viri litterati potius innititur quam philosophi niorurnque praeceptoris, (piacque plurimum invaluit, scilicet saepe animi seu cordis proprius esse rationes, quas mens ignoret. Dignitas autem ministerii nostri impellit nos. ne levi haec aestimemus momento, nam etiam rationes cordis, quas diximus, studiose» sunt considerandae ct probandae aut corrigendae.

Animus seu cor sacerdotis amore oportet inflammetur, quemadmodum ingenium veritate ac doctrina debet refulgere. Tesu dicimus amorem, flagrantem, piissimum. vehementem, promptum ct paratum ad mysticam illam cum Deo familiaritatem, qua gratissima efficitur exercitatio pietatis sacerdotalis ct precationis, sive publicae, quae nomine fit universalis Ecclesiae, sive privatae, culus rationes opportuno consilio deligantur atque serventur; cui precationi qui dedita opera vacet, oblectationem ct alimoniam spiritus sapidam ct validam capit. Ilie est fons perennis, undo fortitudo et solacium rebus in artis» interdum in acerbitatibus vitae et ministerii sacerdotalis ac pastoralis, ubertiin hauriuntur.

Amorem dicimus erga Ecclesiam et animas, maximo erga eas. quae nostris curis commissae sunt religiosissimo cum officii nostri onero et ratione; erga animas, ad quemvis civium ordinem pertinentes, praesertim vero erga animas, peculiari studio nostro ac sollicitudine dignas, peccatorum, pauperum cuiusvis generis, eorum, qui numero comprehenduntur hominum, quibus opera misericordiae sunt impendenda. Cum quibus quidquid rationis habetur, n caritate evangelica oportet proficiscatur.

Quam praeclare haec dicta sunt a S. Petro: *Animas* res/ros *rastificantes, in oboedientia caritatis, in fraternitatis amore, simplici ex corde invicem diligite attentius* (1 F. 1. 22). Quae quidem verba caritatem ct fraternam voluntatum coniunctionom Inducunt in purificationis opus, quod non modo animum, verum etiam corpus et carnem attingunt, siquidem omnes sumus *renati non ex semine corruptibili sed incorruptibili per verbum Dei rivi et permanentis in aeternum (Ibid.* 1, 23).

Hunc post locum primae suae Epistulae, S. Petrus fugaci similitudinum et verborum traicctu rapit sensa mentis ad id perpendendum, quod singillatim sacerdotii nostri vitam pertingit, linee autem sacerdotalis nostra vita impletur quidem et communitur caelesti gratin, quae angelos et sanctos caelites format ct fingit, at minimo a carnis temptationi-

l Cfr. Litt. Enc. *Humani generisi* AAS 42, 561-578.
l Card. Schuster.

bus secura est. quae cotidianam periclitationem et numquam relaxatas insidias aninífe, ad bonitatem proclivibus, parat. O quantum sollicitudinis animus amare cupiens ct cnro parere solent, ut integra a nobis serventur magna illa ct sacrosancta promissa, quae sacerdotalis ordinationis die dedimus! Tunc a nobis audita est vox: *Adhuc Uberi estis,* et post aliquantulum silentii progressi sumus ad consecrationem vitae nostrae peragendam, quao in caelesti aula rata habita, in terris etiam coram Ecclesia et universa hominum societate obnuntiata est.

Etiam cor carneum est: cor et caro una simul iter facere debent. Audite, quid S. Petrus eodem suae Epistulae loco dicat: *Omnis caro foenum: ci omnis gloria cius tamquam flos forni. Exaruit foenum, ct flos cius decidit* (1 P. 1, 24).

Venerabiles Fratres et dilecti filii, in ferendo onere pontificalium et pastoralium obligationum nostrarum praesidiis cumulamur Domini, qui indigno famulo suo abunde succurrit. Hortamur vos, ut animo Nostro haereatis et benedicatis Domino. Nostis, quid dies Nostros crebro ct acerrime contristati Gemitus est, qui e propinquo et o longinquo, a Romana scilicet Urbe et c variis orbis terrarum locis ad Nos pervenit, gemitus scilicet sacerdotum, quibus cor ct caro simul terrestre iter percurrentia, etiam in parum evigilata perfunctione sacri muneris, magnum detrimentum attulerunt, atque coram Deu et Ecclesia et ante oculos fidelium dedecus itemque acutas et acerbissimas aegritudines pepererunt. Cumprimis moeromus, quod ad amissi sui decoris particulam reparandam, nonnulli, allucinationi cuidam indulgentes, putant Ecclesiam cat holicam velle aut opportunum ducere ab ecclesiastici caelibatus lege desistere, quae per saeculorum decursum fuit et est sacerdotii praeclarum ct nitidissimum ornamentum. Sacri caelibatus nempe lex atque impendenda cura, ut ea diligenter servetur, in mentem semper reducunt memoranda gloriosaque certamina eorum temporum, quibus Ecclesia Dei ad aspera praelia vocata fuit ct triplicem rettulit triumphum: nam hoc est insigne victoriae Ecclesiae Christi, connlti ut sit *libera, casta, universalis.*

Ad praecavenda autem et refrenanda peccata, quae cordis Illecebris contrahuntur, S. Petrus suum resumit eloquium, quod ad illud *flos forni* abruptum est, ct pergit instantius proferens invitamentum sacerdotibus suis, ut caritatem exerceant. Nam curitate se munir̈i debent ut miseros casus a se arceant in quos sensuum debilitas inducit, quasi ad Inexorabilem castigationem mali sermonis usus.

2411 De Sacerdotis lingua seu de recto sermonis usu

Ad tertiam ita pervenimus alloquii Nostri partem in assequendo proposito, quod suscepimus, ut scilicet de sacerdotali nostra sanctificatione cura habeatur. O mira verba! Ad omnes ea spectant, ut singulari ratione sacerdotibus salutaria sunt. Agitur nunc non de cogitando aut de sentiendo, sed de eloquendo. Semper res ad doctrinam caritatis, ad caritatis mores pertinent. Verumtamen praecipue ea refertur ad proprietatem, quam homo a Deo sibi muneri datam accepit, sonanti voce ea caelo terrisquo palam faciendi quao in penetralibus animi concepit.

In fine autem — ita S. Petrus Roma scribebat ad christitideles longinquae illius Asiae regionis, quam hodie Anatolians appellant — *omnes unanimes, compotientes, fraternitatis amatores, misericordes, modesti, humiles: non reddentes malum pro malo nec maledictum pro maledicto, sed e contrario benedicentes, quia in hoc rorati estis, ut benedictionem hereditate possideatis. Qui enim vult vitam diligere ct dies videre bonos coerceat linguam suam a malo, et labia eius ne loquantur dolum, declinet a malo ct faciat bonum, inquirat pacem et sequatur eam; quia oculi Domini super itisi0S, et aures cius in preces eorum; vultus autem Domini super facientes mala* (1 *P.* 3, 8-12).

O Venerabiles Fratres et dilecti filii, ne concidant vestri animi propter ea quae modo dicturi «unius. In moderanda lingua plus minus, ut Nobis videtur, aliquantulum omnes

offendimus; qui ecclesiasticus vir recte tacere noverit ac sermone uti suo tempore atque erga alios benigno, is revera magna sapientia et perfecta abholutaquc sacerdotali virtute ornatum animum ostendit.

in praeclaro opere, quo Decessoris Nostri Pii XI inirn. mem, intimi animi sensus patefiunt? scriptum legimus, magnum illum Pontificem, qui tanta doctrina fuit praeditus ac dignitate gravitateque muneris sui penitus afficiebatur, adeo ab aliis temere indicandis alienum fuisse, ut numquam loquendo proximorum famam offenderet, ac si forte aliquem obtrectantem audiret, licet cum eo familiariter colloqueretur, vel n-s in bonam parti in acciperet, vel medium illico abrumperet sermonem. Ex cotidianae vitae usu discant omnes, serenae animi beatitati multo magis consuli posse, bonum in rebus perspiciendo studioseque considerando, quam, quod malum et vitiosum est, inquirendo; idque vel animi levitate vel, quod peius est, malitia in lucem proferendo. S. Petri doctrina de hac re nobis probe comperta est. Paulus Apostolus multo etiam severius loquitur; ipsius tamen verba nunc afferre opus non est. At praesertim loquendi modo percellimur S. lacobl, qui cum damna atque calamitates perscribit, quae effrenam sermonis licentiam contra veritatem et caritatem consequuntur, monita adhibet quam ('eteri scriptores graviora. Locus cius Catholicae Epistulae, qui ad rem pertinet, dignus prorsus videtur, qui integer memoriae mandetur atque in domesticis ecclesiasticorum virorum parietibus insculpatur. Qui quidem locus, qui in Sacrarum Scripturarum editione, cura clarissimi IletzenautT in lucem edita, rapite tertio continetur, hisco verius distinguitur: «De ambitione docendi *: Xolile plores magistri fleri, fratres mei, scientes quoniam maius indicium sumitis, in multis enim offendimus omnes. Si quis in verbo non offendit, hic perfectus est vir: potest etiam freno circumducere totum corpus... Lingua modicum quidem membrum est, ct magna exaltat. Eccr quantus ignis, (piam magnam sileam incenditi Et lingua ignis est, universitas iniquitatis, Lingua constituitur in membris nostris, quae, maculat totum corpus, ct inflammat rotam nativitatis nostrae, inflammata a gehenna. Omnis enim natura bestiarum et volucram et serpentium ct cáeterarum, domantur et domita sunt a natura humana: linguam autem nullus hominum domare potest, inquietum malum, plena veneno mortifero. In ipsa benedicimus Deum et Patrem, et in ipsa maledicimus homines, qui ad similitudinem Dei facti sunt. Ex ipso ore procedit benedictio et maledictio. Xon oportet, fratres mei, haec ita fleri... Quis sapiens ct disciplinatus inter ✾os Ostendat ex bona conversatione operationem suam in mansuetudine sapientiae. Quod si zelum amarum habetis, et contentiones sint in cordibus vestris, nolite gloriari, ct mendaces esse adversus veritatem. Xon est enim ista sapientia desursum descendens, sed terrena, animalis, diabolica. Ubi enim zelus et contentio, ibi inconstantia et omne opus pravum. Quae autem desursum est sapientia, primum quidem ¡nidica est, deinde pacifica, modesta, suadibilis, bonis consentiens, plena misericordia ct fructibus bonis, non indicans, sine simulatione. Eructus autem justitiae in pace seminatur, facientibus pacem (la.* 3, 1-lS). Verba magni sane momenti ct quasi ignitu haec sunt, quae cuiusvis aetatis ct cuiusvis nationis sacerdotum alto insideant animis oportet.

Absit, Venerabiles Fratres et dilecti filii. ut quis putet eiusmodi apostolica monita non iam ad nostra tempora, sed ad veneranda antiquitatis monumenta pertinere: vel satis existimet, ut doctrina ibidem proposita consideretur tantummodo utpote fido dignum testimonium, quo nobis aetatis praeteritae acerbitates ac vitae difficultates referantur. At contra, si Ss. Patrum atque ecclesiasticorum scriptorum volumina pervolvantur, colligi sano facile poterit, iterum itcruinque per saeculorum decursum eiusdem veteris doctrinae resonuisse monitorium vocem. Cetorum Romani cives S. Bernardi vocem satis cognitam et exploratam haboro debent, quae quidem non modo ad edocendum de illius aetatis condicionibus, verum etiam ad omnium temporum sacerdotes commonendos plurimum valet. Nec vobis mirum videatur, si postremus Venetiarum Patriarcha, qui utpote • servus servorum Dei » universae Ecclesiae regimini est praepositus, adhuc operum incliti

l Carlo Confalonier!, *Pio XI visto da vicino,* Ed. S.E.I.. Torino 1957, cap. II, p. 105.

decessoris sui S. Laurentii Justiniani, in illa Patriarchal! dignitate primi, consuetudinem servet» quae quidem opera illimi Christiana sapientia sunt referta; atque adeo libeller oblatam sibi occasionem arripiat proponendi vobis ad meditandum quasdam breves sed pulcherrimas praeclari illius asccseos magistri sententias, quae rem nostram opportuno attingunt, scilicet rectum vel improbandum sermonis usum.

In libro, qui inscribitur « De disciplina et perfectione monasticae conversationis », postquam Epistulae Catholicae S. Jacobi Apostoli doctrinam exposuit, ita prosequitur: « Nihil ita iucongruum homini Deo famulanti, et ad perfectionem tendenti roperitur, sicut effrenata lingua, nullo considerationis moderamine religata, quae omnem mentis unitatem dissipat ct occidit. Ideo qui Deo vacare et inhaerere elegit hanc regat, hanc refrenet, hanc sul> rationis dominium subigere conetur. Est namque ianua per quam saepe diabolus ingreditur ad cor, et per quam patet omnis interioris hominis status. I bi enim incomposita c^t lingua. Ibi nil potent esse occultum. Haec si moderetur reddit hominem moribus ornatum. mente tranquillum, conscientia sincerum et cunctis amabilem. Nemo sapiens existimandus est, qui verborum suorum pondus non discernit. Priusquam proferantur, diligenter examinanda sunt verba: cum enim indiscussa emittantur, sine reprehensione esse vix possunt. Prout suggerit animus imprudens loquitur. Qui vero Deo placere cupit taciturnus erit. Non est aeternae sapientiae verus amator qui procaciter loquitur ».

Ac sententiam suam illustrando explicare pergit, aptis hortamentis extollens beneficia linguae, quam gemina in Deum et homines caritas inflammet. Itcmque suavissimis verbis sententiarumqur luminibus orationem suam distinguens, de Virgine Maria perbelle agit, quae, dum ab Angelo salutatur, in cogitatione defixa tacet: sed apud sanctam cognatam Elisabeth in illum hymnum * Magnificat • erumpit, ut canora hac voce carrnen, per saeculorum aetates concinendum, incohat in Christi lesu Servatoris honorem, qui saeculorum est Rex immortalis et invisibilis.[1]

Fratres ac filii dilectissimi! Quotiescumque pio colloquio do exercendis virtutibus deque divinae caritatis contemplatione agitur, mens quidem eorum, qui caelestia intellegere et sapore norunt, hic diutius morari cupit, quem ad modum Sanctus Benedictus eiusque pia soror Scholastica ad Montis Casini coenobium, ut traditur, experti sunt. Attamen haec pauca, quae nunc vobis, ut hesterno die, simplici alloquio diximus, ca communi omnium utilitati atque solatio satis esse putamus.

Quam ob rum liceat Nobis vota pro omnibus vobis suscipere, ut ex his, quae diximus, laetam capiatis voluptatem, quae, snave voluti obsonium cibarium panem singulariter condiens, Synodalium Constitutionum lectionem studiumque iucundo sapore delectet, in quibus perpendendis hi festivi gratique dies, horis praesertim matutinis, praeteribunt, quibus fraterno more Romani sacerdotes una simul congregantur.

Ut iam probe novistis, ex hortamentis Capituli, in vicesima et altera Sessione Tridentini Concilii exarati, cui index « De Reformatione » — in quo fundamenta voluti ponuntur colendae sacerdotum sanctitatis — tres potissimum locos excerpsimus, ad uniuscuiusque ecclesiastici viri atque ad omnium simul vitam proprietatesque attinentes: qui scilicet de capite, de corde, de lingua agebant.

Quae autem sive diximus, sive audivimus, sive Nobiscum consideravimus, ea magis perspicuum atque aestimabilem Nobis reddiderunt verborum vim ct significationem, quae in Tridentini Concilii decretis inveniuntur, quaeque hic iterum proferimus voluti consiliorum Nostrorum summarium et caput: « Levia etiam delicta, quae in ipsis maxima essent, effugiant: ut eorum actiones cunctis afferant venerationem ».[3]

Hacc prorsus est praecelsa Christiani sacerdotii forma, hoc augustum sacerdotum pro-

[1] Pag. 89, 1. 47.
[1] Cfr. [1] *T.* 1, 17.
[3] [Cfr. n. 288].

positum: ut scilicet tam absolutae virtutis exemplo, Christi lumine ⁽ imitatione, fidelium populo praeluceant, ut simul venerationem ct amorem consequantur.

Ecce igitur vota ominaquo Nostra: haec sane ct in singulis ct in omnibus vobis feliciter, Venerabiles Fratres et dilecti lilii, nunc ct in posterum, impicantur.

AAS 52, 221-230.

De pasturali sacerdotis officio

(Ex Alloc. *Catholicus sacerdos* in tertia Synodi Romanae sessione habita, 27 ian. 1960).

2412 Catholicus sacerdos hoc sibi peculiare habet, ut in pastorale munus obeundum incumbat. Quilibet sacrorum administer, ut probe nostis, Christianus est, sed non solummodo Christianus: recte enim ei haec sententia tribuitur: *Christianus sibi, sacerdos abis.*

Non ii tantum, qui sacerdotali dignitate fruuntur, ut patet omnibus, ad sanctitatem adipiscendam vocantur. Etenim etiam c laicorum ordine non pauci lᴷn tissimi v iri ac mulieres habentur, qui divina gratia enutriti, etsi per commune vitae iter gradiuntur, ob eximiam tamen excelsamque virtutem, admiratione, imitatione veru rationeque u populo honorati sunt, et ab Ecclesia ut sancti caelites probati et conclamati.

In sacerdotalem autem ordinem nemo cooptari potest, qui peculiari supernoque instinctu ad hoc munus vocatus non sit. ct ad extraordinarium suscipiendum Dei mandatum. qui suis electis edicit: *Tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Mclrhisedech (Ps.* 109, 5). Apostolus Paulus in sua ad Hebraeos epistula eloquio incomparabili ad miram celsitudinem novum sacerdotium extollit, lesu Christi nempe sacerdotium, cuius virtus ct dignitas quodam modo impertiuntur sacro administre», cui haec verba tribuuntur. *Ex hominibus assumptus pro hominibus constituitur in iis guac sunt ad Deum, ut offerat dona et sacrificia pro peccatis (Db. 5,* 1).

Ut aeternam hominibus procuraret salutem Del Verbum *caro factum est* (Z. 1, 14); atque idem Dei Filius praelinito tempore a ℙatri *cum hominibus conversatus est (Bar.* 3. 38). Ut suam autem misericordiam ob innumeras miserias nostras magis nobis ostenderet, *et ipse circumdatus est infirmitate (Db.* 5, 2) omnibusque miseriis nostris absque peccato.[1] Atque caelestis doctrinae magister non modo exsistens, sed incomparabilis etiam patientiae in acerrimis vitae doloribus tolerandis, crucis patibulum libens ascendit: unde semet ipsum Divino Patri holocaustum obtulit, nosque suae gratiae haeredes constituit. ut suis ipsius vestigiis insistentes, nos quoque *pro peccatis et ad redemptionem tetius mundi* offeremus nosmet ipsos quasi sacrificium ad salutiferum suum consummandum opus?

Sacerdotes igitur cum primi electi sint haeredes lesu Christi gratiae, magisterii ac sacrificii, hodie quoque, post fere duo milia annorum, impertitis muneribus honoribus ac privilegiis, omne per aevum perpetuandis, utuntur. Quamobrcm celsissimi huius honoris et beneficii perennitate nos quoque fruimur; reclinata igitur ad humum usque fronte, immortales Deo grates agamus.

Ac praeterea intento consideremus animo, Icsum Christum, Divinum Magistrum, cum mortalis suae vitae aequalibus traderet praecepta, imaginibus usum esse simplicibus quidem, sed audientium montes allicientibus; et cum hoc modo loqueretur, divinos cius oculos, saeculorum cursum praetergredientes, ad futuram etiam Feclesiam et ad universos populos, ad Regnum nempe suum, quod ex hac occidua aetate ad aeternitatem usque protenditur, procul dubio conversos esse. Haec autem Imagines hisce verbis voluti effingebantur: *Ego sum vilis, vos palmites — Ego sum panis vitae — Ego sum via, veritas et vita — Ego sum lux mundi — Ego sum ostium ovium (/.* 15, 5; 6, 35; 14. 6; 8, 12; 10, 7).

Harum autem imaginum series hac sententia voluti concluditur, quae pulcherrima omnium videtur, et Quae ad cos peculiari modo pertinet, qui ad sanctissimum Hedemptionis

1 **Cfr.** *Ibid.* **4, 15.**
1 **<'fr.** *C.* **1, 21.**

opiis persequendum destinati sunt. Haec imago, quam sibi tribuit, hifico verbis exprimitur: *Ego sum Pastor bonus.*

Animadvertendum nutem est has duas imagines, quae verbis enuntiantur: *Ego sum ostium ovium,* et *Ego sum Pastor bonus* inter se consociari, atque alteram (¡musi pari gradu consequi alteram in sermone lesu; qui bis profert: *Ego sum ostium,* atque bis itidem: *Ego sum Pastor ovium* (/, 10, 7-9; 10, 11-11): ita quidem ut videatur altera mutua quadam ratione alteri respondere.

Quae peculiaris nota loannem, familiarissimum eius, minimo fugit. Ostium, ut ipso scribit, nporitur ct clauditur ovibus, quarum ingressui et exitui pastor invigilat et moderatur.

Venerabiles Fratres ac dilecti filii! Nonne mysterium sacerdotalis muneris nostri hic declaraturi Nonne luce, quae a Divino manat Pastore, vultus cuiusque invenis levita© inaugurati perfunditur, cum ab altari, ubi Sacrae Ordinationis Sacramento donatus est, exsurgit, vitae suae viam ingressurus quasi sub oculis lesu Christi, qui ad ovium stat ostium, quo oves intrant et egrediuntur, cius nutui obtemperantes?

2413 De clero romano ac de variis muneribus ipsi commissis

Nonne tu levita, fortasse humilium ac tenuium sed honoratorum parentum illius, nutui lesu obsecutus, qui animum tuum permovit cum forte innocenti floreres aetatula, ct ad sacram capessendam militiam te vocavit, sacerdos factus es? Nonne propterea, ut lesu totus adhaereres et cum eo consociareris ad perficiendam propagationem spiritualis regni ipsius in terra? Quid ergo contigit tibi? Quomodo evenit, ut post prima sacerdotalis vitae experimenta alio mentem converteres quam ad salvandas animas, ad peculiare ministerium, propter quod sacerdotium est institutum, scilicet ideo conditum, ut pastoralis cura animis directo adhiberetur, regimen obiretur animarum?...

Ecclesia vero, ut incrementis augeatur, ut Romae suo regimini consulat, ut prosperos assequatur eventus, altioribus bonis inservientes et in toto terrarum orbe efficiendos, multiplici sacerdotum indiget numero, praeter ipsos Sacramentorum ministros. Ecclesia magno momento aestimare debet officium, quo — *ore et calamo* — traditur et impertitur caritas, imprimis caritas caque vehemens, apostolica, latissime patens, secundum varias hodiernae vitae condiciones et praeceptum Dominicum: *euntes docete omnes gentes* (Jf/. 28, 19), eandem spem multam oportet possit habere repositam in variis familiis religiosis, quae cum clero sacculari operam socient, in omnibus familiis religiosis, antiquitus vel recentlorc aetate constitutis, sive virorum aut mulierum, sive caelestium rorum contemplationi deditis aut vitae actioni. Vcrumtamen universa haec, quae diximus, ct alia plurima, quae iis addi possunt ubcriusque explicari, traduci debent et converti ad fervidum ardorem vitae ct studii pastoralis atque ad perutilem auxiliatricem operam curae animarum praebendam, quarum salus efficit, ut mysterium Incarnationis Verbi, Evangelium, Crux Christi, Sanctissimae Eucharistiae Sacramentum, quo *Nobiscum Deus,* clara refulgeant luce, vi et significatione polleant, ac voluti triumphi ornentur honore.

Haec est enim Christi Ecclesia: hic vultus eius verus ac splendidissimus est; haec eius laus praecipua.

Hinc facile eruitur actionem pastoralem *directam* ct *indirectam* natura ipsa sua distingui, quamvis eaedem actiones adiutricem sibi invicem ac veram propriamquo operam praestare debeant sacro provehendo ministerio.

Contingit tamen — iis non modo qui inventate adhuc (ruuntur» sed iis etiam qui provecta sunt aetate — idcirco quod natura nostra humana est, non autem angelica, ideoque non est *sicut flamma ignis* semper parata ad Dei praeceptis obtemperandum, contingit dicimus ut inter ministerium directum et indirectum et adiutricem invicem praestandam operam, plures ad ministerium Indirectum potius quam ad directum se dedant, atque prius minorem vim habeat, utraquo vero podetemptim languescant. Necesse igitur est ut nos singuli universi ea magis existimemus, quae magis coram Deo valeant ad praesentis vitae nostrae bonum procurandum ct ad futuram felicitatem *in aeternum* assequendam.

Noh sacerdotes Excelsi omnes homines sumus, quos Deus singularibus privilegiis exornavit; attamen, donec Dominus permiserit nos hic degere suae addictos gloriae, sanctae Ecclesiae et Christiano populo inservientes» monitum illud nobis tribuendum habemus *omnis caro foenum* (1 P. 1, 21). do quo heri Beatissimus Petrus, primus Romanas Episcopus et Pastor universalis Ecclesiae locutus est...

Jmen, *(¡niai dico vobis, qui... intrat per ostium, pastor est ovium* (/. 10, 1-2). Quibus verbis ostium quodammodo patefieri videtur ac por illud pastor intrare, qui universa» Binis cognoscit oves casque nomino vocat. O dilecti sacerdotes, qui paroeciale munus obitis! Si evangelica haec solacii plena verba in vos cadere vultis, ❦edula adhibite curas christifidcliuin vestrorum rationario apparando ac semper diligenterque perficiendo; quod quidem magni momenti est ad paroeciae regimen recte moderandum. Ovr> libenter praeeuntem pastorem obsequuntur; eius enim, praesentia tutas eas ac securas a quibusvis periculis reddit.

Ego sum ostium. Per mc si quis introierit, salvabitur: et ingredietur. et egredietur, et pascua inveniet... Ego veni ut vitam habeant, ct abundantius habeant (Ibid. 10, 9-10). i'unguito putamus dictiones severas omittere, quae omnibus hisce \crbis intermiscentur; quae quidem ad ea pertinent, quae de mercenario pastore dicta sunt, de sacerdote scilicet, qui pastoralem paroeciae curam quidem suscepit, sed cum adventantem lupum videt ovibus insidias minaciter struentem, dormit vel fugit, non autem clamorem attollit, ut invadens lupus aliorum etiam collato auxilio propulsetur atque arceatur. Mercenarius enim pastor non suarum ovium caritate movetur, neque de iisdem sollicitus est.

Venerabiles Fratres ac dilecti filii, ut Nos experrecti simus animnsque augeamus nostros, Divinus Redemptor iterum iterumque asseverat: *Ego sum Pastor bonus.* Haec repetita verba nos alliciunt ac monent ut eius ❦otigli animosi insistamus. atque nullis laboribus nullisque parcamus jacturis, eodem nempe modo, quo ipse lesus. Pastor reapse bonus, Pastor vigilans, Pastor pius, c crucis patibulo pendens suam vitam pro nobL? obtulit, atque per omne tempus in Eucharistia, maximo suae caritatis Sacramento, mystice offerre pergit.

Peculiari modo animadvertendum est, sub illius parabolae exitum, qua de bono Pastore agitur. Christum lesum eadem iterare verba, Divinumque memorare Putrem, cuius luce suffusa mens nostra ad excelsa panditur et extollitur: *Sicut novit mc Pater, ct ego agnosco Patrem: ct animam meam pono pro ovibus meis... Propterva me diligit Pater: quia ego pono animam meam (I.* 10, 15). Ac denique huic boni Pastoris imagini Ipse, pictoris instar, extremam admovens manum, haec addit: *Et alias ores habeo, quae non sunt ex hoc ovili ct illas oportet me adducere, ct vocem meam audient, et fiet unum ovile, et unus pastor (Ibid.* 10, 1G). Quali gaudio haec asseverantia verba Nos alliciunt, quibus futurus hic eventus clare affirmateque portenditur: • *1'occm meam audient,* ct fiet *unum ovile ct unus Pastor (Ibid.).*

Ex hae pagina voluti caelestis luminis radii eliciuntur, qui populos nondum Christiano nomini adiunctos attingunt, et quasi praenuntiare videntur primos lucis fulgores proxime celebrandi Oecumeniri Concilii, quod arcana quadam et anxia exspectatione Christianorum animos totius terrarum orbis vehementer Iam permovet.

2) Censores ecclesiastici magnam adhibeant cautelam in recensendis ac indicandis libris et ephemeridibus, in quibus agitur de sexto Decalogi praecepto.

3) Clericis et Religiosis interdicitur ne munere psychoanalystarum fungantur, ad mentem can. 139, par. 2.

4) Improbanda est opinio eorum qui autumant praeviam institutionem psychoanalyticam omnino necessariam esse ad recipiendos Ordines Sacros, vel proprie dicta psychoanalytic» examina et investigationes subeunda esse candidatis sacerdotii et professionis religiosae. Quod valet etiam si agitur de exploranda aptitudine requisita ad sacerdotium vel religiosam professionem. Similiter Sacerdotes et utriusque sexus Religiosi psychoanalystas ne adeant nisi Ordinario suo gravi de causa permittente.

AAS 53, 571.

Formatio seminaristarum ad vitam vere sacerdotalem praesentibus condicionibus accommodatam

(Ex Allocut. *L'incontro odierno* ad Seminariorum Rectores ex tota Italia conventos, 29 iul. 1061).

2465 **1. La *formazione* dei giovani seminaristi alla *vita sacerdotale.***

Voi avete approfondito i principi essenziali della pedagogia e delle sue scienze ausiliario, come la biologia, la psicologia e la sociologia, por completezza di informazione nell'esercizio dei vostri alti o delicati compiti. Di fatto, in questi giorni, tutto è stato rivolto ad illustrare la formazione delle vocazioni ecclesiastiche o i sussidi che le si impongono.

Desideriamo pertanto sottolineare l'importanza di questo problema nei confronti della vita della Chiesa, di cui esso è hase e presupposto insostituibile. Un clero ben formato — testa, lingua, cuore ' — è ciò che dà aUldainento di buon apostolato o di ordinato energie poste a servizio della Chiesa. Il *depositum fidei* ' è intangibile ed infrangibile. Ma esso po-

[1] Cfr. CIC c. 129.

[*] Cfr. Alloeut. *Ad vobiscum* in secunda sessione Synodi Romanae: AAS 52, 231 ss. (Cfr. nn. 2408 ss.).

[•] Cfr. 1 *T.* 6, 20.

trobbe non venire trasmesso con assoluta fermezza e sicurezza, qualora nel clero venire a indebolirsi quella fedeltà alla tradizione quel vigile senso di moderazione c rispetto, quella dirittura mentale che sono espressione di Integrità e coraggio, Non si può far fronte allo spirito disgregatore e indipendente, che una erudizione superficiale, priva di ba-i filosofiche, diffonde purtroppo con leggerezza c pertinacia, se nel giovane clero si allentasse la vigilanza contro le smanie di certe divagazioni e di curiosità *f/uat ad reni non pertinent.*[1] La scienza del clero deve progredire su lo studio della Scrittura, dei Padri, delle grandi correnti della spiritualità, della sociologia cristiana.

A questo proposito Ci pince qui ripetere quanto avemmo occasione di dire a Castelfranco Veneto il 18 settembre del 1958, nel primo centenario della ordinazione sacerdotale di San Pio X: « È diffusa negli ambienti del laicato la impressione... — Ci venne di dire con gravità — che qualche ecclesiastico dei nostri giorni non sappia resistere alle tentazioni dell'ora presente: tentazioni che sono di maggiori e più raffinati? comodità di vita: di superficialità di studio, di giudizio, di parola: di esagerato interesso per ciò che fa rumore: di disagio innanzi ai doveri quotidiani che impongono abnegazione. distacco, pazienza, mitezza.

Non lasciamoci uv\ ilire — dicevamo allora —: non adattiamoci al comodo letto della *routine* quotidiana senza letizia e senza entusiasmo, al rezzo mondano dell'ora che passa e travolge: non costringiamo il Vangelo di Gesù e gli insegnamenti della sua Chiesa negli angusti spazi dell'egoismo personale c del tornaconto. Dilatiamo i padiglioni della carità e infervoriamoci qui al bene e al meglio ».

Non si può venire incontro alle necessità del popolo cristiano, 'specialmente alle » vigenze di perfezione del laicato più virino c sensibile se il clero non è per primo nutrito di profonda vita spirituale, se la sua luce non brilla sul candelabro di una irraggiatile e conquidente perfezione.

Tale formazione completa e armoniosa tanto necessaria negli anni fecondi del Seminario. che ne è l'ambiente ideale, appositamente creato dalla lungimirante sapienza dei Padri del Concilio Tridentino, dipende da tutti coloro, che hanno la responsabilità della educazione dei giovani: ma possiamo dire che essa si assomma nella figura del Rettore. È a lui che, come a un buon padre di famiglia, fanno rapo i vari rami della ordinata vita del Seminario, c dalla sua oculatezza dipende la efficienza dell'istituto nelle sue complesse attività.

Ora, la formazione che viene impartita dai singoli superiori, ciascuno al suo posto di responsabilità, sotto la direzione del Rettore, ha un duplice aspetto: intellettuale e religioso-morale; aspetto che si integra armoniosamente per dare il suo risultato pieno e completo. La prima non deve essere di ostacolo o, Dio non voglia, di danno per la seconda, c questa vuole permeare ed equilibrare la prima...

2466 2. *Formazione alla santità di rita,* senza debolezze nè compromessi, secondo la buona tradizione nostra che mira alla virtù, al sacrificio, alla rinuncia. I sodi principi ascetici sollevano il giovane dallo stato di immaturità, di indecisione, di timidezza, che in soggetti predisposti può anche condurre a formo psico-patologiche.

D'altra parto, la formazione cosi intesa mira a debellare alla radice lo spirito di indipendenza, di insofferenza, di critica, alimentato da una affermazione della personalità» che — almeno nelle espressioni di una male intesa educazione — accampa solo diritti e pochi doveri: gravissimo pericolo che può soffocare le energie di un giovane, v prcgiudicart» la soprannaturale efficacia del suo futuro apostolato.

La (’htcsa, fin dai primi anni del Seminario, vuol radican profondamente negli adolescenti, chiamati al sacerdozio, la stima profonda, soprannaturale, della missione» che il

[1] *E. 5,* 4.
[1] Card. A. G. Roncalli» *Scritti c Discorsi* 3, 654 s.

Signore ha fatto balenare ni loro sguardo: *sic nos existimet homo ut ministros Christi, et dit pensatore mysteriorum Dei* (1 *C.* 4. 1). Questo chiedo il popolo cristiano: ministri, dispensatori. sacerdoti dell'Altissimo, compresi della propria dignità, o della responsabilità di riportare a Dio tutte lo forme della umana società.

Fin dal Seminario, il candidato al sacerdozio *è* qualche cosa di sacro, di distinto, di separato: il contegno stesso esteriore, anche nella letizia della ricreazione, non lui mai nulla di dissipato, tanto meno di grossolano o di secolaresco, ma denota qualcuno che si prepara a consacrarsi a Dio: senza affettazione. senza pose, ma come *habitus* che esprime l'intcriore armonia dell'anima.

In questa luce prendono rilievo i punti basilari della formazione religiosa: la pietà Eucaristica, che porta con naturalezza il giovano verso Faltare e le anime; pietà profonda, continua, centro di attrazione e di aspirazione per la mente e il cuore, così da diventare in seguito il fulcro dell'attività apostolica; con essa, le devozioni al Santissimo Nomo di Gesù, al suo Sacro Cuore e al suo Preziosissimo Sangue, alle quali — come abbiamo detto il 30 giugno scorso, parlando nella Basilica di San Paolo — « è buona cosa incoraggiare sacerdoti e fedeli, avviare specialmente i futuri maestri della generazione a noi contemporanea e di quella che ci seguirà dappresso, a dignità e ad elevazione di alta e più penetrante catechesi, di cui si scorgono qua o là indicazioni interessanti o fervorose »?

La devozione alla Madonna, Madre di Gesù e Madre nostra, vuol essere coltivata in senso cattolico, cosi da moderare la tendenza al soffermarsi nelle piccole effusioni del sentimento, a cui si abbandona talora il popolo nostro: esaltando particolarità locali, piuttosto che i titoli di onore preclari o preminenti di Maria: la sua verginità, la divina maternità, il posto suo accanto alla croco.

E come verso Maria Ssma, cosi vogliate suggerire ai giovani seminaristi una speciale confidenza verso San Giuseppe, la cui presenza — che abbiamo voluto più risonante nel massimo tempio della cristianità — si rivela assai opportuna nella Santa Chiesa tra gli splendori delFapostolato universale e dei più insigni dottori e martiri della fede.

Mite, silenzioso, discreto: San Giuseppe è modello perfetto da imitarsi in circostanze che si ripetono in ogni tempo e che esigono abnegazione di sè e abbandono totale in Dio.

Accanto a queste devozioni insostituibili per formare un clero santo e santificatore, ecco ancora la Confessione settimanale, che, unita alla direzione spirituale, ò fonte di purificazione e di santificazione, alimento e stimolo di costanti ascensioni spirituali; ecco la meditazione quotidiana, la lettura spirituale, condotta specialmente sui Sacri Testi, gli esami di coscienza, la contemplazione c meditazione dei misteri del Rosario.

24G7 3. Quando la preparazione religioso-morale è fondata su queste basi sicure e luminose. allora la *preparazione intellettuale* ne diventa corno un aspetto complementare, inserendosi armonicamente in essa, e raggiunge il massimo rendimento per le multiformi esigenze della vita pastorale. Anzitutto una soda formazione filosofica cristiana, secondo i principi, la dottrina e il metodo di San Tommaso, che dia all'alunno di oggi e all'uomo di domani equilibrio di giudizio, profondità di vedute, buon senso e maturità intellettuale. Alla luce di quei principi chiarificatori potranno essere giudicati nel loro giusto valore i vasti movimenti culturali c letterari, le correnti del pensiero moderno, le lacuno e i pericoli del tecnicismo. Como infatti osserva il Nostro Predecessore Pio XII di v. in.. • aemulatio in veritate quaerenda ct propaganda per commendationem doctrinae sancti Thomae non supprimitur, sed excitatur potius ac tuto dirigitur »•. Tutto ciò cho di bello e di grande ha prodotto e continua a crearo lo spirito umano, sarà giudicato cos) nel suo giusto valore, acquisterà nuovi riflessi per l'azione apostolica, che deve essere mossa dal grande annunzio paolino: *omnia vestra sunt... ros autem Christi, Christus autem Dei* (1 C. 3, 22-23).

1 OR 2 iul. 1961.

1 Alloc. *Sollemnis conventus* ad sacrorum alumnos, 24 iun. 1939: AAS 31, 217. [Cfr. n. 20421.

E per questa visione totale Alla luce del piano di Dio, ceco lo studio della teologia, nei suoi meravigliosi **trattati, che** dischiudono sempre nuovi splendori alTintcllctto assetato di verità; **studio che viene compiuto** nel filiale ossequio al Magistero della Chiesa, cioè del Sommo Pontefice e dei Vescovi **uniti con Lui,** regola prossima di verità. Ecco i tesori del Libro Divino, nelle **armonie congiunte** dell'Antlco o del Nuovo Testamento; il pensiero dei Padri e dei Dottori; lo **splendore** dei rit i liturgici, approfonditi nella loro genesi *e* nel loro significato; lo **studio** della sociologia alla luce dei documenti dei Romani Pontefici; ecco il dispiegarsi della storia della Chiesa, e insieme le altre scienze ausiliario degli studi teologici, cho danno alle menti quella formazione completa, che illumina **tutta** una vita, e da cui potranno trovare certezze sovrumane tante anime disorientato, confuse, desiderose di verità.

AAS 53, 561-565«

De curii interna et externa Seminariorum
De momento Directoris spiritus, deque sanctitate et studio

(Ex Epist. *Pater misericordiarum* ad Em.mum P. D. Rutinum Card. Santos, Archlep. Manilcnsem, ccterosque Ordinarios Insularum Phllippinarum, 22 aug. 1961).

2468 Ante omnia sollertiam et diligentiam laudamus, quibus moti apta domicilia Seminariis vestris comparastis: ex iis pleraque ampla, salubria, loco edita ac ne numero quidem aedium imparia. Ferule omnes ecclesiasticae diciones apud vos de suo Seminario gloriari merito possunt, quod quidem aemula certatione unusquisque vestrum in oculis fert, ne congruentibus suae vitae praesidiis unquam carent. Procul dubio si eo quae ad corpora attinent attente prosequenda sunt, ad ea tamen quae mentium animorumque cultum fovent, sacrorum alumnis congruentem, maxime conferendae sunt curae. Etenim Christi sensus, pietas, disciplinae sanctitas, doctrinae studium. Christianae humanitatis nitor veri nominis decora Seminariorum sunt, quae ita voluti sacra cenacula constituuntur, ubi spes et flos Ecclesiae abscondito maturescunt aevo. Talia ista isse pro certo habemw- ibmquo hortamur, ut praeclara id genus ornamenta et solidiora usque flant et sui amphflcatione nobiliora, vigilantibus moderatoribus et exemplo vitae suae praelucentibus. Potissimum enim expedit et decet, ut hi adulescentibus animatum flant exemplar virtutum. Quapropter annitendum vobis summopere est, ut Seminariorum vestrorum rectores et doctores dotibus animi eximii, moribus honorabiles, delectu spectabiles sint...

O b id minime necesse est. fusius vos commoneamus, quantum operae pretium sit. ut in quolibet Seminario spiritualis, **quem nuncupant, pater** viis Domini expertissimus, doctus et navus sit, qui adolescentes **sibi** commissos in sacerdotii ascensum quasi manu porrecta perducat **et** in conscientiae foro de **eorum** ecclesiastica vocatione indicium ferat. Suum ceterorumquc **moderatorum** munus **erit** sargentía **ingenia** tenerasque mentes ab illecebris **novitatum,** a sacculo **in voluptates** verso amoveri', priscis virtutibus, christiaua sanitate fulgentibus, eadem imbuere, scilicet devovendi se studio» voluntaria corporis castigatione, lirina oboedientia, scientia (.>11018, **ndsidua** eum Deo familiaritate.

Numquam ex animo decidat evangelico sapore insignis sententia, sacerdotes vitae sanctimonia salem terrae, doctrina autem lucem esso mundi, cum praesertim veritatis a Deo revelatae magistri sint oportvat. Qua do causa libentissime percepimus postremis hisco annis istic haud exiguas progressiones in studiorum provincia contigisse ob id potissimum, quod studiorum curriculum generat im in unum coactum est ordinem. Quod autem ad humanas litteras attinet, expedit in memoriam revocare ea quae proximus fel. ree. Decessor Noster Pius **XII** in Apostolica Adhortatione • Menti nostrae edixit: • Cupimus cumprimis ne litterarum doctrinarumque studiis ii qui futuri sint sacerdotes iis nihil saltem cedant

qui e laicis iuvenibus paris sint disciplinae auditores .l .Sollicitudo tamen impensior adhibenda est, ut, studiorum ratione quae in publicis adhibetur scholis ob oculos habita, maiore honore et pondero putentur eae disciplinae — pracsortlm Latinae linguae cultus — quae ecclesiasticae institutioni singulari modo congruant et eius magisterio natura sua propriores sint.

Post haec in peculiari laudo vestra ponimus, quod sollertes cogitationes ad Praeseminaria et Postseminaria, ut aiunt, pressim constituenda confertis. Quidnam utilitatis praebeant huiusmodi ad rem deducta incepta, diuturno rerum usu comprobata, commonere fusius minimo nunc attinet: ita procul dubio tutior delectus adulescentium, qui in Seminariis hospitio excipiendi sunt, et novensilium sacerdotum conformatio in re morali, ascetica, sociali absolutior et sacro ministerio, gradatilo obeundo, accommodatior fieri solet.

AAS 53, 676-677.

De musica sacra et de usu linguae Latinae in liturgia deque canticis lingua vernacula

(Ex Epist. *Ineunda laudatio* ad Rev. P. D. Hyginum Anglés Pamies, Pracsidem Pontificii Instituti Musicae. Sacrae, 8 dec. 1961).

2469 Profecto ei spiritualis hereditas servanda et augenda concredita est, quam nemo unus non videt in Ecclesia inaestimabilis esse momenti et pretii. Spectatissimam profecto causam id agit, cum ad formandos alumnos musica sacra, liturgico addante spiritu, dot operam, qui in divino cultu moderando consilio et actu praecipuas partes sustinebunt. Praeterea ex mandatu et suo excolendorum studiorum genere Romanae liturgica© musices documenta integra servat, incontaminata tradit, diligenter investigat, plane porfectcquc docet. Quamquam latius commissa provincia patet, tamen iure moritoquo apprimo nobilem attribuit locum cantui chorali, mirae et unisonae voci plebis sanctae Dei, qui, a S. Gregorio Magno eius instauratore Gregorianas appellatus, a S. Pio X musicae sacrae fundamentum constitutus est, nec minore sollertia et peritia ad polyphonicum cantum vocalem, sacculis XV et XVI perfectionis fastigia assecutum, ad cantum nostra aetate usitatiorem pluribus vocibus concinnatum et ad instrumenti, quod organum dicitur, pulsandi disciplinam ct artem discentium convertit Ingenia.

Fcl. ree. Decessores Nostri Pius XI per Constitutionem Apostolicam *Divini cuUus sanctitatem* l et Pius XII per Encyclicas Litteras, quibus initium *Musicae Sacrae disci-plina* religionis studio moti et rerum provisu optimo hac super re complura praescripserunt, quae attente considerari semper oportet ab iis universis, qui commisso sibi odíelo tenentur: itemquo diligenter ponderanda est *Instructio de musica sacra et sacra liturgia,*l quam Sacrum Consilium legitimis ritibus cognoscendis die ur Septembris anno mcmlviu promulgavit.

Delectat Nos ad nonnulla «ingillatim «poetare. Valde id Nobis perplacet, quod istic Latinae linguae in sacra liturgia sollemni secundum praescriptas normas honor exquisita diligentia colitur, tuitio sumitur: haec enim, praeter sibi tribuenda decora, cum Romanae

l AAS 42, 687. [Cfr. n. 2218].
• Cfr. AAS 21, 33-41. (Cfr. nn. 1705 s.].
• Cfr. AAS 48, 5-25.
‹ Cfr. AAS 50, 630-663. (Cfr. n. 2345).

Ecclesiae sacris modulaminibus arctissimo conlungatur. perspicuum est veimstumque unitatis signum. Venerandus et augustus sermo, Ecclesiae flliin maternus, indole sn » musicis numeris tractabilis, gravis et canorus, incorruptis verbis suis condens veritatis et pietatis thesauros, in sacra liturgia auctoritate acceptus, locum principem obtintn pergat non uno ex nomino oportet. Aptius usque impertienda liturgica catechesis, et ‹ a quae invalescit consuetudo manualium libellorum, quos legentes fideles ♔acro ritus intellegenter devoteque sequuntur, causam sano praebent, cur publicae proces suos pandant etiam humilibus sensus; atque ita litúrgicas progressus apto itinere sincera studia sibi conciliat.

Valde Nobis probandum erit, si apud Institutum Istud singulari cum eunt excolentur et docebuntur religiosa cantica, vulgari sermone composita, maiorum usu et more recepta aliaque nova elaboratione musicis notis exornata. In liturgia cium non sollemni huiusmodi et formulae precum et mutica, intra templi saepta iam diu hospitio quodam recepta» spirituales utilitates haud modicas partant. Attamen in liturgia sollemni, sive in templis dignitate praecellentibus, sive in parvis aedibus sacris oppidulorum, Latinae linguae n gale sceptrum et nobile exercere imperium fas semper erit.

Haud absimili ratione si excitandus est in sacris aedibus multitudinis fidelium popularis concentus — vox una unius caritatis significantísima imago — tamen dignas laude ducimus sollicitudines, quibus tu ct bene multi ♔rudente navique ferimini, ut scholae cantorum in honore habeantur et . ubi lapsae sint vel languerint, restaurentur: scholae? cantorum scilicet maiorum templorum et coenobiorum, saepenumero laudibus et memoriis inclitae, et eae quoque, quae in paroeciis, in Seminariis, in ephebeis constitutae ♔nt aut felici omine constituentur.

Haud tenuis Insumendus est labor, sed haud tenuis est messis, quae inde ad Dei amplificandam gloriam ct ad christianae vitae provehendum profectum maturescent.

Hactenus haud pauca istic bene peracta sunt, quae meliora quoque et potiora futura haud dubia spe spondent. Valde siquidem gratulamur tibi, ♔ilecte fili, de incrementis, quae, annitente studiosa diligentia tua Musicae Sacrae Institutum istud suscepit.

Praeter alia oblectamenti Nobis causa est. quod nuper, magnifice opitulante viro, cui pro merito Deus praemia attribuat, peculiare istic constitutum est magisterium musicae pro missionalibus regionibus excolendae. Namque populi, quibus Evangeli! praecones Dei regnum et lumen allerunt, saepe antiquos musices thesauros possident et nativis cantilenis summopere lactantur. Quare provido consilio prospicitur, cum certatur in eorum spirituale emolumentum Illic ortas modulationes colligere, polire et in catholicae religionis usum convertere: ita liet quoque, ut autochthonae religiosae musicae fundamentum laciatur.

AAS 53. 811-813.

Institutio "Dici national» pro vocationibus ecclesiasticis fovendis"

[Litt. S. C. Sem. et Stud. Univ. *L'Ecc.mo Signor* ad Ordinarios Italiae, 20 febr. 1962].

2470 La Sacra Congregazione dei Seminari, nell'accogliere l'unanime e fervente voto per l'istituzione delia Giornata, elevato in occasione del Primo Congresso Nazionale Italiano per le Vocazioni Ecclesiastiche, aveva ben presenti le preoccupazioni di Coloro a cui è confidata la responsabilità delle anime, e nel prendere l'iniziativa per realizzarla, ha inteso offrire una nuova felice opportunità per stringere attorno ad essi, in un cuore ed in un'anima sola, tutti i Sacerdoti od i Fedeli della Nazione, per una approfondita riflessione sull'ineffabile Mistero del Sacerdozio Cattolico e per un'intensa comune preghiera in favore delle Vocazioni Ecclesiastiche.

La Giornata Nazionale trae infatti la sua ispirazione ila queste altissime finalità soprannaturali, che già affermate da Pio XII, di f. ni., nel Motu Proprio « Cum Nobis»,l istitutivo della Pontificia Opera delle Vocazioni Ecclesiastiche, sono state più recentemente riconfermate mediante la paterna parola di S.S. Giovanni XXIII, il quale si compiaceva di dire:

1) « Spetta principalmente al Sacerdote, che è a contatto con la parto sana e aperta del gregge cristiano, far balenare agli occhi dei fedeli, specialmente degli adolescenti e dei giovani, la sublime bellezza dello stato sacerdotale, superiore ad ogni altra pur nobile ed ardua mansione ... Più che lamentare la scarsità e l'insufficienza delle vocazioni in tante parti del mondo, conviene illustrare ai giovani l'ampiezza del campo che attendo gli operai della messe, la bellezza dell'ideale sacerdotale ».2

2) « E soprattutto pregare c far pregare, secondo l'invito suadente di Gesù: ‘‘Pregate il padrone della messe, che mandi operai nella sua messe ’’.a

La stessa data della Giornata per le Vocazioni, suggerita da più parti e definitivamente fissata per la seconda Domenica dopo la Pasqua, chiamata anche, nel rito romano, del « Buon Pastore », è apparsa come una favorevole circostanza atta ad avvicinare maggiormente ai Fedeli le verità sul Sacerdozio, con l'ausilio della soave immagine prescelta dal Signore e presentata dalla Sacra Liturgia.

I pastori di anime, quindi, nella predicazione, si sentiranno quasi condotti per mano a infondere nei Fedeli quanto essi ben conoscono circa il Sacerdozio Cattolico e la Vocazione Ecclesiastica, sia per profondità di personale meditazione, sia per esperienza di vita esemplare.

L'avere sottolineato le finalità eminentemente soprannaturali della Giornata Nazionale non significa porre in dimenticanza le altre giornate generalmente denominate « Pro-Seminario », che si svolgono in ogni Diocesi, in diversi tempi, secondo le provate consuetudini locali. Anche la carità ben fatta, soprattutto se presentata al Vescovo per aiutare la formazione del nuovo Clero, è atto di grande valore soprannaturale. Riteniamo tuttavia auspicabile che la Giornata o le Giornate destinate a raccolta di offerte rimangano distinte dalla Giornata Nazionale per le Vocazioni Ecclesiastiche, come peraltro già avviene in numerose Diocesi.

In ogni caso gli Ecc.mi Ordinari conservano la facoltà di procedere gradualmente, per ragionevoli motivi, al passaggio dallo tradizionali Giornate Diocesane alla celebrazione della Giornata Nazionale; come pure all'eventuale distinzione di questa dalle Giornate. Pro-Seminario.

Ci piace frattanto ricordare che tra i favori spirituali benevolmente concessi dal Santo Padre di recente e con maggiore ampiezza alla Pontificia Opera delle Vocazioni Ecclesiastiche ed alle Opere Diocesane canoni-

’ [Cfr. n. 1093].

*** Ex Allocut. *E arande* convenientibus I Conventui Nutlonali Itnllco Vocationum Ecclesiasticarum, 21 apr. 1961: ¿VAS 53, 308. (Cfr. n. 2458J.**

*** Ibidem; [cfr. u. 2460]; cfr. *L.* 10, 2.**

camente erette e ad essa aggregate, ve ne sono alcuni che possono in modo particolare interessare la celebrazione della Giornata Nazionale:

1) Indulgenza Plenaria, alle solite condizioni, per gli Iscritti all'opera Diocesana, nella ricorrenza della Giornata Nazionale;

2) Indulgenza Plenaria per gli Iscritti all'opera Diocesana che partecipano ad un ritiro spirituale, come di sovente avviene in preparazione alle Giornate per le Vocazioni;

3) Indulgenza Parziale di trecento giorni per ogni atto di pietà compiuto in favore delle Vocazioni Ecclesiastiche, come nel caso delle speciali preghiere durante la Giornata Nazionale;

4) Facoltà per gli Eoe.mi Vescovi di impartire la Benedizione Papale, alle solite condizioni, al termine di funzioni sacre in occasione di riunioni diocesane indette dall'Opera delle Vocazioni, come per lo più avviene nella Giornata per le Vocazioni?

Poiché la preparazione della Giornata Nazionale per le Vocazioni, soprattutto della prima, richiederà una particolare attenzione, rivolgiamo preghiera all'Ecc.za Vostra Rev.ma di volere cortesemente trasmettere a) Rev.mo Direttore Diocesano dell'opera per le Vocazioni ed al Rev.mo Rettore del Seminario alcuni suggerimenti pratici che ci permettiamo di accludere.

Ex Archivo S. C. dc Semin, el Stud. Univ.

Do lingua Latina in Ecclesia

(Ex Alloc. *L'incontro coi parroci* ad Urbis curiones saorosque temporis quadnurcsimali-concionatovi», 22 febr. 1962).

2471 Tutte le lingue hanno avuto nei secoli diritto di cittadinanza nella Chiesa. Dalie antiche lingue orientali delle regioni che furono culla del Cristianesimo, al greco, che fu primo, potente veicolo di diffusione missionaria nel bacino del Mediterraneo; dal latino alle lingue slave, che rivestono forme di singolare solennità e bellezza nelle splendenti Liturgie di <iuci paesi; tutte le lingue, ripetiamo, furono e restano rappresentato nella Chiesa.

Ala particolari circostanze storiche hanno dato un tocco di speciale rilievo alla lingua latina, che fu nobile espressione della civiltà romana, e potè apparire, o di fatto in gran parte lo fu, vincolo di unificazione ed avviamento a pacificazione. Aneh'essa fu strumento della diffusione del Vangelo, portato sulle vie consolari, quasi a simbolo provvidenziale della più alta unità del Corpo Mistico. Lo afferma concisamente il Nostro Predecessore — ancora lui — San Leone Magno: * Deposito no/n-</iic *divinitus operi maxime congruebat, ut multa regna uno confoederarentur imperio, et cito pervios haberet populos praedicatio generalis, guos unius*

1 **Cfr. Rescriptum S. Poonitoutlariac Apostolicae, clic 9 iun. 1961.**

teneret regimen deitatis ».: E anche quando le nuove lingue delle singole individualità nazionali europee si fecero strada tino a sostituire l'unica lingua di Horna, questa è rimasta nell'uso della Chiesa Romana, nelle saporose espressioni della Liturgia, nei documenti solenni della Sede Apostolica, strumento di comunicazione dei diversi popoli col centro augusto della cristianità.

Motivi storici e affettivi inducono alla fede e al culto della lingua latina, come è detto nella Costituzione « Veterum sapientia »; ma soprattutto piace qui ricordare l'importanza e il prestigio di questa lingua nel presente momento storico, in cui, insieme con una più sentita esigenza di unità e di intesa fra tutti i popoli, non mancano tuttavia espressioni di individualismo. La lingua di Roma, usata nella Chiesa di rito latino, particolarmente fra i suoi sacerdoti di diversa origine, può ancora oggi rendere nobile servizio all'opera di pacificazione e di unificazione. Lo può rendere anche ai nuovi popoli, che si affacciano fiduciosi alia vita internazionale. Essa infatti non è legata agli interessi ili alcuna nazione, è fonte di chiarezza e di sicurezza dottrinale, è accessibile a quanti abbiano compiuto studi medi e superiori; e soprattutto è veicolo di reciproca comprensione, « magni pretii vinculum », secondo le parole di Pio XII.§

AAS 54, 173-175.

De lingua latina rite excolenda in Ecclesia et in Seminariis

(Const. Apost. *Veterum Sapientia,* **22 febr. 1962).**

2472 Veterum sapientia, in Graecorum Romanorumque inclusa litteris, itemque clarissima antiquorum populorum monumenta doctrinae, quasi quaedam praenuntia aurora sunt habenda evangelicae veritatis, quam Filius Dei, *gratiae disciplinaeque arbiter et magister, illuminator ac deductor generis humani,*3 his nuntiavit in terris. Ecclesiae enim Patres et Doctores, in praestantissimis vetustorum illorum temporum memoriis quandam agnoverunt animorum praeparationem ad supernas suscipiendas divitias, quas Christus lesus *in dispensatione plenitudinis temporum {E.* 1, 10), cum mortalibus communicavit; ex quo illud factum esse patet, ut in ordine rerum Christianarum instaurato nihil sane perierit, quod verum, et iustum, ct nobile, denique pulchrum ante acta saecula peperissent.

Quam ob rem Ecclesia sancta eius modi sapientiae documenta, et in primis Graecam Latinamque linguas, sapientiae ipsius auream quasi vestem, summo quidem honore coluit: atque etiam venerandos sermones alios, qui in orientis plagis floruerunt, quippe cum ad humani generis profectum et ad mores conformandos haud parum valerent, in usum re-

‘ *Sermo* **82: ML 54, 423.**
* **Alloc.** *Maffia quam,* **23 sept. 1951: AAS 43, 737.**
’ Tertuil., *.4pol.* **21: ML. 1, 394.**

cepit; iidemque sive in religiosis caerimoniis sive in Sacrarum Scripturarum interpretatione adhibiti, usque, ad praesens tempus in quibusdam regionibus, perinde ac vivacis antiquitatis numquam intermissae voces, viguerunt.

Quarum in varietate linguarum ea profecto eminet, quae primum in Latii finibus exorta, deinde postea mirum quantum ad Christianum nomen in occidentis regiones disseminandum profecit. Siquidem non sine divino consilio illud evenit, ut qui sermo amplissimam gentium consortionem sub Romani Imperii auctoritate saecula plurima sociavisset, is et proprius Apostolicac Sedis evaderet 1 et, posteritati servatus, Christianos Europae populos alios cum aliis arto unitatis vinculo coniungeret.

Suae enim sponte naturae lingua Latina ad provehendum apud populos quoslibet omnem humanitatis cultum est peraccommodata: cum invidiam non commoveat, singulis gentibus se aequabilem praestet, nullius partibus faveat, omnibus postremo sit grata et amica. Neque hoc neglegatur oportet, in sermone Latino nobilem inesse conformationem et proprietatem; siquidem *loquendi genus pressum, locuples, numerosum, maiestatis plenum et dignitatis* 8 habet, quod unice et perspicuitati conducit. et gravitati.

2473 His de causis Apostolica Sedes nullo non tempore linguam Latinam studiose asservandam curavit eamque dignam existimavit, *qua tamquam magnifica caelestis doctrinae sanctissimarumque legum reste* 3 uteretur ipsa in sui exercitatione magisterii, eademque uterentur sacrorum administri. Hi namque ecclesiastici viri, ubicumque sunt gentium. Romanorum sermone adhibito, quae sunt Sanctae Sedis promptius comperire possunt, atque cum ipsa et inter se expeditius habere commercium.

Eam igitur, adeo cum vita Ecclesiae conexam, *scientia et usu habere perceptam, non tam humanitatis et litterarum, quam religionis interest,** quemadmodum Decessor Noster imm. mem. Pius XI monuit, qui, rem ratione et via persecutus, tres demonstravit huius linguae dotes, cum Ecclesiae natura mire congruentes: *Etenim Ecclesia, ut quae et nationes omnes complexu suo contineat, et usque ad consummationem saeculorum sit permansura..., sermonem suapte natura requirit universalem, immutabilem, non vulgarem.*3

Nam cum ad Ecclesiam Romanam neeesse sit *omnem convenire ecclesiam.*6 cumque Summi Pontifices potestatem habeant *vere episcopalem, ordinariam et immediatam tum in omnes et singulas Ecclesias, tum in omnes et singulos pastores et fideles*l cuiusvis ritus, cuiusvis gentis,

1 **Epist. S. Cong. Stud.** *Vehementer sane,* **ad Epis, universos.** 1 **iul. 1908; [cfr. n. 1'260]; Cfr. etiam Epist. Ap. Pu XI,** *Unigenitus Dei Filius,* **19 mart. 19*24: AAS 16, 141.**

‘ **Plus XI, Epist. Ap.** *Officiorum omnium,* 1 **aug. 19'22: AAS 14, 45*2-403. [Cfr. n. 15941.**

• **Pius XI, Motu Proprio** *Litterarum Latinarum, '20* **oct. 1924: AAS 16, 417. [Cfr. n. 1631].**

• **Pius XI, Epist. Apost.** *Officiorum* **omnium: AAS 14, 452. [Cfr. n. 1594).**

• *Ibid.*

• **S.** Then., *Adv. liacr.* **3, 3, 2: MG 6, S4S.**

’ **Cfr. CIC c. 218, § 2.**

cuiusvis linguae, consentaneum omnino videtur ut mutui commercii instrumentum *universale* sit et aequabile, maxime inter Apostolicam Sedem et Ecclesias, quae eodem ritu Latino utuntur. Itaque tum Romani Pontifices, si quid catholicas gentes docere volunt, tum Romanae Curiae Consilia, si qua negotia expediunt, si qua decreta conficiunt, ad universitatem fidelium spectantia, semper linguam Latinam haud secus usurpant, ac si materna vox ab innumeris gentibus accepta ea sit.

Neque solum universalis, sed etiam *immutabilis* lingua ab Ecclesia adhibita sit oportet. Si enim catholicae Ecclesiae veritates traderentur vel nonnullis vel multis ex mutabilibus linguis recentioribus, quarum nulla ceteris auctoritate praestaret, sane ex eo consequeretur, ut hinc earum vis neque satis significanter neque satis dilucide, qua varietate eae sunt, omnibus pateret; ut illinc, nulla communis stabilisque norma haberetur, ad quam ceterarum sensus esset expendendus. Re quidem ipsa, lingua Latina, iamdiu adversus varietates tuta, quas cotidiana populi consuetudo in vocabulorum notionem inducere solet, fixa quidem censenda est et immobilis; cum novae quorundam verborum Latinorum significationes, quas Christianarum doctrinarum progressio, explanatio, defensio postulaverunt, iamdudum firmae eae sint rataeque.

Cum denique catholica Ecclesia, utpote a Christo Domino condita, inter omnes humanas societates longe dignitate praestet, profecto decet eam lingua uti *non vulgari,* sed nobilitatis et maiestatis plena.

Praetereaquo lingua Latina, quam *dicere catholicam vere possumus,*[1] utpote quae sit Apostolicae Sedis, omnium Ecclesiarum matris et magistrae, perpetuo usu consecrata, putanda est et *thesaurus ... incompa-randae praestantiae,*[2] et quaedam quasi ianua, qua aditus omnibus patet ad ipsas christiauas veritates antiquitus acceptas et ecclesiasticae doctrinae monumenta interpretanda;[3] et vinculum denique peridoneum, quo praesens Ecclesiae aetas cum superioribus cumque futuris mirifice continetur.

2474 Neque vero cuique in dubio esso potest, quin sive Romanorum sermoni sive honestis litteris ea vis insit, quae ad tenera adulescentium ingenia erudienda et conformanda perquam apposita ducatur, quippe qua tum praecipuae mentis animique facultates exerceantur, maturescant, perficientur; tum mentis sollertia acuatur iudicandiquo potestas; tum puerilis intellegentia aptius constituatur ad omnia recte complectenda et aestimanda; tum postremo summa ratione sive cogitare sive loqui discatur.

Quibus ex reputatis rebus sane intellegitur cur saepe et multum Romani Pontifices non solum linguae Latinae momentum praestantiamque in tanta laude posuerint, sed etiam studium et usum sacris utriusque cleri administris praeceperint, periculis denuntiatis ex eius neglegentia manantibus.

1 **Cfr. Píes XI, Epist. Ap.** *Officiorum omnium,* 1 **aug. 1922: AAS 14, 453; [cfr. n. 1591).**

* **Pius XII, Alloc.** *Maqis quam,* **23 nov. 1951: AAS. 43, 737.**

• Leo **XIII, Epist. Encycl.** *Depuis le jour,* **8 sept. 1899;** *Acta Leonis XIII* **19, 166. [Cfr. n. 1111).**

Iisdem igitur adducti causis gravissimis, quibus Decessores Nostri et Synodi Provinciales,[1] Nos quoque firma voluntate enitimur, ut huius linguae, in suam dignitatem restitutae, studium cultusque etiam atque etiam provehatur. Cum enim nostris temporibus sermonis Romani usus multis locis in controversiam coeptus sit vocari, atque adeo plurimi quid Apostolica Sedes hac de re sentiat exquirant, in animum propterea induximus, opportunis normis gravi hoc documento editis, cavere ut vetus et numquam intermissa linguae Latinae retineatur consuetudo, et, sieubi prope exoleverit, plane redintegretur.

Ceterum qui sit Nobismetipsis hac de re sensus, satis aperte, ut Nobis videtur, declaravimus, cum haec verba ad claros Latinitatis studiosos fecimus: J'ro *dolor, sunt sal multi, qui mira progressione artium abnormiter capti, Latinitatis studia et alias id genus disciplinas repellere rei coercere sibi sumant ... Hac ipsa impellente necessitate, contrariam prosequendum- iter esse putamus. Cum prorsus in animo id insideat, quod magis natura et dignitate hominis dignum sit, ardentius acquirendum est id, quod animum colat et ornet, ne miseri mortales similiter ac eae, quas fabricantur, machinae, algidi, duri et amoris expertes exsistant.*[1]

Quibus perspectis atque cogitate perpensis rebus, certa Nostri muneris conscientia et auctoritate haec, quae sequuntur, statuimus atque praecipimus.

2475 1. Sacrorum Antistites et Ordinum Religiosorum Summi Magistri parem dent operam, ut vel in suis Seminariis vel in suis Scholis, in quibus adulescentes ad sacerdotium instituuntur hac in re Apostolicae Sedis voluntati studiose obsequantur omnes, et hisce Nostris praescriptionibus diligentissime pareant.

2476 2. Paterna iidem sollicitudine caveant, ne qui e sua dicione, novarum rerum studiosi, contra linguam Latinam sive in altioribus sacris disciplinis tradendis sive in sacris habendis ritibus usurpandam scribant, neve praeiudicata opinione Apostolicae Sedis voluntatem hae in re extenuent vel perperam interpretentur.

2477 3. Quemadmodum sive Codicis luris Canonici (can. 1364) sive Decessorum Nostrorum praeceptis statuitur, sacrorum alumni, antequam studia proprie ecclesiastica inchoent, a peritissimi magistris apta via

1 **Cfr.** *Collectio Laccnsis,* **praesertim: vol. III, 1018 s. (Cone. Prov.** *iresbnonasterirust.* **a. 1859); vol. IV, 29 (Cone. Prov.** *Parisiense.* **a. 1819); vol. IV. 149» 153» (Cone. Prov. Rhomense, a. 1819); vol. IV, 359, 361 (Cone. Prov.** *Avenionensc»* **a. 1849); vol. IV, 394, 396 (Cone. Prov.** *Burdiqalcnse.* **a. 1850); vol. V. 61 (Cone.** *Strigoniense.* **a. 1358); vol. V, 664 (Cone. Prov.** *Colócense,* **a. 1863); vol. VI, 619 (Synod. Vicariatus** *Suchnenxis.* **a. 1803).**

1 **Ad Conventum internat. « Ciceronianis Studiis provehendis s 7 sept. 1959; in** *Discorsi Messami Colloqui* **del Santo Padre Giovanni XXIII. I, pp. 234-235; Cfr. et inni AUoc. Ad cives dioecesis Placentinae Romani peregrinantes habita. 15 apr. 1959: OH. 16 apr. 1959; Epist.** *Paler Misericordiarum.* **22 uug. 1961: AAS 53, 677; Alloc, in sollemni auspicatione Collegii Insularum Philipplnanirn do Vrbo habita, 7 oct. 1961: OR, 9-10 oct. 1961; Epist.** *lucunda laudatio.* **8 dee. 1961: AAS. 53, 812.**

ac ratione congruoque temporis spatio lingua Latina accuratissime imbuantur, *hanc etiam ob causam, ne deinde, cum ad maiores disciplinas accesserint ... fiat ut prae sermonis inscitia plenam doctrinarum intellegentiam assequi non possint, nedum se exercere scholasticis illis disputationibus, quibus egregie iuvenum acuuntur ingenia ad defensionem veritatis.*[1] Quod ad eos quoque pertinere volumus, qui natu maiores ad sacra capessenda munia divinitus vocati, humanitatis studiis vel nullam vel nimis tenuem tradiderunt operam. Nemini enim faciendus est aditus ad philosophicas vel theologicas disciplinas tractandas, nisi plane perfecteque hac lingua eruditus sit, eiusque sit usu praeditus.

2478 4. Sicubi autem, ob assimulatam studiorum rationem in publicis civitatis scholis obtinentem, de linguae Latinae cultu aliquatenus detractum sit, cum germanae firmaeque doctrinae detrimento, ibi tralaticium huius linguae tradendae ordinem redintegrari omnino censemus; cum persuasum cuique esse debeat, hac etiam in re, sacrorum alumnorum institutionis rationem religiose esse tuendam, non tantum ad disciplinarum numerum et genera, sed etiam ad earum docendarum temporis spatia quod attinet. Quodsi, vel temporum vel locorum postulante cursu, ex necessitate aliae sint ad communes adiciendae disciplinae, tunc ea de causa aut studiorum porrigatur curriculum, aut disciplinae eaedem in breve cogantur, aut denique earum studium ad alimi reiciatur tempus.

2479 5. Maiores sacraeque disciplinae, quemadmodum est saepius praescriptum, tradendae sunt lingua Latina; quae ut plurium saeculorum usu cognitum habemus, *aptissima existimatur ad difficillimas subtilissimasque rerum formas et notiones valde commode et perspicue explicandas;* cum superquam quod propriis ea certisque vocabulis iampridem aucta ait, ad integritatem catholicae fidei tuendam accommodatis, etiam ad inanem loquacitatem recidendam sit non mediocriter habilis. Quocirca qui sive in maximis Athenaeis, sive in Seminariis has profitentur disciplinas, et Latine loqui tenentur, et libros, scholarum usui destinatos, lingua Latina scriptos adhibere. Qui si ad hisce Sanctae Sedis praescriptionibus parendum, prae linguae Latinae ignoratione, expediti ipsi non sint, in eorum locum doctores ad hoc idonei gradatim sufficiantur. Difficultates vero, si quae vel ab alumnis vel a professoribus afferantur, hinc Antistitum et Moderatorum constantia, hinc bono doctorum animo eae vincantur necesse est.

2480 6. Quoniam lingua Latina est lingua Ecclesiae viva, ad cotidie succrescentes sermonis necessitates comparanda, atipie adeo novis iisque aptis et congruis ditanda vocabulis, ratione quidem aequabili, universali et cum veteris linguae Latinae ingenio consentanea quam scilicet rationem et Sancti Patres et optimi scriptores, quos *scholasticos* vocant, secuti sunt — mandamus propterea S. Consilio Seminariis Studio-

1 **Pius XI, Epist. Ap.** *Officiorum omnium:* **AAS 14, 453; (cfr. n. 1594).**
1 **Epist. S. Studiorum** *Vehementer sane,* 1 **iul. 1908; [cfr. n. 1201).**

rumque I'niversitatibus praeposito, ut Academicum Latinitati» Institutum condendum curet. Huic Instituto, in quo corpus Doctorum confletur oportet, linguis Latina et Graeca peritorum, ex variisque terrarum orbis partibus arcessitorum, illud praecipue erit propositum, ut haud secus atque singularum civitatum Academiae, suae cuiusque nationis linguae provehendae constitutae — simul prospiciat congruenti linguae Latinae progressioni, léxico latino, si opus sit, additis verbis cum eius indole et colore proprio convenientibus; simul scholas habeat de universa cuiusvis aetatis Latinitate, cum primis de Christiana. In quibus scholis ad pleniorem linguae Latinae scientiam, ad eius usum, ad genus scribendi proprium et elegans ii informabuntur, qui vel ad linguam Latinam in Seminariis et Collegiis ecclesiasticis docendam, vel ad decreta et indicia scribenda, vel ad epistolarum commercium exercendum in Consiliis Sanctae Sedis, in Curiis dioecesium, in Officiis Religiosorum Ordinum destinantur.

2481 7. Cum autem lingua Latina sit eum Graeca quam maxime coniuncta et suae conformatione naturae et scriptorum pondere antiquitus traditorum, ad eam idcirco, ut. saepe numero Decessores Nostri praeceperunt, necesse est qui futuri sunt sacrorum administri iam ab inferioris et medii ordinis scholis instituantur; ut nempe, cum altioribus disciplinis operam dabunt, ac praesertim si aut de Sacris Scripturis aut ile sacra theologia académicos gradus appetent, sit ipsis facultas, non modo fontea ‹truecos philosophiae scholasticae, quam appellant, sed ipsos Sacrarum Scripturarum, Liturgiac, Ss. Patrum Graecorum primiformes codices adeundi probeque intellegendi.[1]

2482 8. Eidem praeterea Sacro Consilio mandamus, ut linguae Latinae docendae rationem, ab omnibus diligentissime servandam, paret, quam qui sequantur eiusdem sermonis iustam cognitionem et usum capiant. Huiusmodi rationem, si res postulaverit, poterunt quidem Ordinariorum coetus aliter digerere, sed eius numquam immutare vel minuere naturam. Verumtamen iidem Ordinarii consilia sua, nisi fuerint a Sacra Congregatione cognita et probata, ne sibi sumant efficere.

Extremum quae hac Nostra Constitutione statuimus, decrevimus, ediximus, mandavimus, rata ea omnia et tirina consistere et permanere auctoritate Nostra Apostolica volumus et iubemus, contrariis quibuslibet non obstantibus, etiam peculiari mentione dignis.

AAS 54, 129-135.

1 Leo **XIII, Litt. Encycl.** *Providentissimus Drus,* **IS nov. 1S93:** *Ada Leonis X122,* **13, 342; Epist.** *Plane quidem intelliffis,* **20 mai. 1885,** *Ada* **5, 63-64; Plus XII, Alloc.** *Magis quam:* **AAS 43, 737.**

Sacerdotes congrue formentur pro hodierni temporis necessitatibus

(Ex Alloc. *Legentibus Nobis,* post, exactos labores IV Commissionis Centralis Concilio Occumenico Vaticano II apparando, 27 febr. 1962).

2483 Recens confectum rationarium, quod latissimas regiones Americae Latinae et etiam alias aliarum continentium terrarum spectat, sane causa est, cur magna trepidatio occupet pectora, ac perinde, actuosa excitet totius Ecclesiae studia, ut meliore quo fieri possit modo tantis necessitatibus consulatur. Ut feliciter attingatur culmen veri honoris, ad sacerdotalem dignitatem spectantis, cui Dominus lesus Christus absolutae consecrationis indelebile signum impressit — dicimus morum innocentiam, caritatis et alacritatis excitos sacros ignes, adsidue precandi et se devovendi consuetudinem — oportet sane variae quaestiones ad ecclesiasticam vocationem, ad temperationem et structuram Seminariorum et ephebeorum, novae aetati consentaneam, probe ct plane exsolvantur.

Prospiciendum est, ut sacrorum alumni doctrinas sacras sibi acquirant, et moderate etiam saeculares disciplinas et litteras discant, itemque ut congruenter rei ea omnia excogitentur et disponantur, quibus quam maxime Evangelii diffusio et progressio continetur.

Hodierni tamen temporis condiciones atque adversa rerum adiuncta haud raro Christianis praeteritarum aetatum institutis et moribus prorsus adversantur: quin immo in eo esse videntur, ut multos e sacerdotali ordine ad vehementissimos maerores cruciatusque perpetiendos perducant, qui a Sancto Ignatio Antiocheno in epistula ad Romanos tam significanter descripti sunt: «Ignis, crux, bestiae, confractio ossium, membrorum divisio et totius corporis contritio et tota tormenta».[1]

Haec, quae nunc breviter commoto animo attingimus, Nobis suadet *caritas Christi,* quae in omnibus apostolici muneris praegravibus oneribus *urget Nos,*[2] quaeque nos monet ad ea aperto in lumine collocanda, unde Sanctae Ecclesiae prospera futura condicio quasi e primario capito proficiscitur: inter quae priorem obtinent locum nova, frequentissima, sanctoque vigoreXpraedita agmina sacerdotum, qui sancti sint ceterosque sanctificent.

Communia studia et sollicitudines Nostris plane coniungi debent, ut adulescentes, in sortem Domini vocati, opportuna inveniant auxilia ad capessenda munera, quae eos manent: sacerdotes, qui animorum curam agunt, sacras vocationes ut oculorum pupillam custodiant atque foveant; sodales ab actione catholica; scholae conformandis ad Christiana praecepta pueris; ac praesertim patres matresque familias, in quorum tutela tenella germina crescunt. Hic referre Nobis liceat, quae in epistula scripsimus ad saecularem memoriam recolendam beatae mortis Sancti Gabrielis a Virgine Perdolente: « Si in domestico convictu pietas viget, vitae into-

1 **MG 5, 692 A.**
2 **Cfr. 2 C. 5, 14.**

gritas floret, Christianae legis auctoritas obtinet, facile ibi, divina operante gratia, semina ponuntur vocationis ad vitam sacerdotalem et religiosam, ct fundamenta taciuntar sanctitatis [1]

AAS 54, 176-177.

Ordinationes ad Constitutionem AposL " Veterum Sapientia " rite exsequendam

(Ex Decreto S. *C. dc Sctn. el Stud. Univ.t* 22 apr. 1962).

2484 Sackum Latinae Linguae depositum, quod Petri Cathedra a primi sabulis -ancte semper custodiit habuitquo perspicuum venustumque unitatis signum ac veritatis Christianae integre tuendae propagandaeque ac rituum sacrorum validissimum instrumentum, SSmus Dominus noster Joannes Pp. XXIII a neglectu et impugnationibus firmiter vindicavit, ac ratum in Ecclesia confirmatiinique edixit. Apostolica enim Constitutione «Veterum sapientia »,• quam sollemni ritu die 22 Februarii sua ipsius manu subsignavit in Petriana Basilica, fundamenta iacit traditquo praecepta. quibus ha< c lingua Ecclesiae propria ct cum Ecclesiae vita perpetuo voniuncta, in antiquum gloriae et honoris locum restituatur.

Quantum vero difficultatis ct laboris instauratio haec praestantissima ct necessaria habeat , cum ex praesenti studii ususque latinan linguae infelici condicione, tum ex locorum, temporum hominumque udiunctis, nemo equidem ignorat, coque minus hoc Sacrum Studiorum Concilium, ut iam in Epistola ad Excellentissimos locorum Ordinarios die 27 Oct. 1957 data,' animadvertit.

At vero non ditllcultatibus vinci, sed vas vincere nos docet vita fidesque Christiana, ubi ardui aliquid, sed nobile et necessarium, est assequendum. Si quid icitur adsidui operis ct laboris hac instauratione efficiendum proponitur, id erit nostris conatibus incitamentum ad eos percipiendos fructus, quos merito Ecclesia a prompto et alacri singulorum animo — at eorum potissimum, qui ad haec suo tenentur oilicio — exspectat, his praesertim gravissimis vitae temporibus, quibus per universale Concilium Vaticanum II ad Christiani populi unitatem assequendam confirmandamquc tota adlaborat. « Nunc maxime meminisse iuvat — aiebat Summus Pontifex in sermone quo et Constitutionem de lingua latina promulgabat [4] — huius linguae momentum et praestantiam, cum ea decurrant tempora, quibus unitatis mutuaequo populorum coniunctionls necessitas acrius sentitur, nec desunt tamen imprudentes ad eam infringendam conatus. Etenim latina lingua, a Latina Ecclesia adhibita, etiamnunc potest, praesertim vero inter eius sacros diversarum gentium administros. magno esso usui ad animos, exstinctis dissensionibus, reconciliandos. Magno et novis populis esso potest usui, qui civilem gentium consortionem fidentes ingrediuntur, cum nullius gentis commodis bonisvv sit peculiariter adstriota vel (aveat, fons omnibus exstet perspicuae tutaeque doctrinae, sit lis ad intellegendum facilis, qui humanitatis studia peregerint, sit praecipue mutuae intellegentiae instrumentum atque *magni pretii vinculum* ».

Edocet nos Ecclesiae historia nullis ditllcultatibus non praesto esse remedium, dummodo eius necessitatis habeatur persuasio et omnium, sacrorumque praesertim ministrorum, prompta doalllsquo accedat voluntas ad illud adhibendum. Quod idem ipsa latinac linguae

[1] Ep. *Sanctitatis altrix:* AAS 54, 164.
[1] AAS 54, 129-135; [cfr. nn. 2472-2482).
[3] Epist. *iMtinam excolere linguam,* 27 oct. 1957: AAS 50, 292-296; [cfr. nn. 2335-2338).
[4] AAS 54, 173-175; [cfr. n. 2471).

vita probat luculentissime. lacuit enim pluries latina lingua, temporum iniquitate voluti oppressa, at rursus floruit renovata semper, cum eam tota ipsa Ecclesia quasi commune patrimonium, sanctum ac venerandum, sollicito defenderet ac strenuo sustentaret.

Instaurari potuit pluries, cum magis etiam quam nostra aetate iacebat, ut, post merovingiam barbariem, potuit in Gallia per Pipinum et Carolimi Magnum albescente sacculo IX; potuit iterum sacculo xji altius insurgere ac fieri mirabile Philosophiae ac Theologiae vehiculum; potuit praecipue saeculis xv-xvi ita renasci et extolli perfectissima, ut Ciceronis Augustiquo actas reddita nobis fuisse videretur.

Potest igitur etiamnunc Instaurari, si debitum huic studio tempus ac potiores partes tribuantur nec tot aliis obruatur ac paene suffocetur disciplinis, quae in publicis scholis succrevero; si ratio docendi magis ad illam antiquitus traditam accedat, ita ut usus loquendi seribendi<iue latino comparetur; si praeceptores bene parati, latinae linguae cognitione et usu experti et pacdagogicis dotibus instructi, ex dissitis etiam locis — ut a latinitatis instauratoribus saepe factum esse constat — accorsiti, ad hoc munus designentur, si latinae linguae exercitatio privntim et in peculiaribus scholis continuetur etiam inter altiora studia ecclesiastica, et in Ids praescriptus huius linguae usus religiose servetur; si omnis in ea docenda dlsccndaquc ponatur cura, industria, alacritas, quales in rebus maximi momenti et pretii solent ac debent adhiberi; si, denique ac praecipue, summum Ecclesiae bonum spectetur et certa ac firma Summorum Pontificum voluntas attendatur ciquo prompta oboedientia ac debito obsequio obtemperetur.

Hoc Sacrum Consilium Seminariis et Studiorum Universitatibus praepositum, prompto animo obtemperans mandato Constitutionis Apostolicae « Veterum sapientia . omni sedulitate accuravit huius linguae docendae disccndaeque rationem, idoneam sane ad vius instaurationem plene et efficaciter consequendam.

Has igitur Ordinationes Seminariis, Universitatibus et Facultatibus studiorum ecclesiasticorum tradit casdemquo religiose servandas praescribit.

CAPUT I

Normae Generales

2485 Aht. I. * *Dc rationibus studiorum singularum (jentium ad normas « Ordinationum » accommodandisJ*

§ 1. Cum variae studiorum rationes in singulis gentibus earumque ecclesiasticis scholis vigentes, interdum, quod ad latinae linguae studium attinet, impares sint ad plenam huius linguae scientiam et usum consequendum, vario modo erunt, ad normas ab Ids Ordinationibus constitutas, accommodandae, ut plene finem assequi possint neque ulla detur excusatio de non obtento proposito.

Partim igitur cedat oportet publica studiorum ratio, si componi nequeat cum plena ct propria studiorum ecclesiastici viri institutione et cum ca in latina lingua formatione quae u Constitutione Apostolica et Ordinationibus in omnibus sacris administris requiritur et praecipitur.

5 2. Ut hae Ordinationes fideliter serventur, atque ut vigentes in singulis gentibus studiorum rationes ad easdem rite accommodentur, uniuscuiusque Nationis Episcopi quibusdam peritis viris hoc munus committant, ut, pro locorum adiunctis, una eadomque sit, In eadem Natione, huius studii ratio, utique Sacrae Congregationi recognoscenda ct probanda.

l *Consi. Apost.* n. 8: AAS 51, 135; [cfr. 2182).

j 3. Cum vero in Aduli Apostolica# Constitut*oni et baratri Ordìnationurn «x-^cutiono, primis praesertim temporibus. variae pro locorum teniporumquo condicionibus oriri possint dlilicuitutes, Sacra Studiorum Congregatio peritorum Coctum constituet, culmi auxilio Ciis ad mentem Constitutionis et Ordinationum solvet. dubia definiet, *e pon.-a et concilia dabit, totamquo buina rei exsecutionem prosequendam curabit.

2486 Aut. II. - *De latinae linguae magistris.*[1]

§ 1. Quod attinet ad linguae latinae professores in scholia inferioribus ct mediis seu humanitatis quas vocant (atque in scholis celsioris ordinis — Seminariis Maioribus et Facultatibus Ecclesiasticis — pro peculiaribus cursibus dc interpretatione SS. Patrum, Theologorum, Documentorum Ecclesiae), primum et omnino requirendum est, ut hi uptl ac periti in hac lingua sint dcbltisqvie praediti pacdagogicis dotibus, cum cx ipsis procul dubio pendent pars maxima felicis exitus huius institutionis.

§ 2. Antistitum igitur Modoratorumque cura sit eos clerico- tempestive deligere, qui ad hoc munus apt iores propensioresque videantur, ac de ii> probe *formandi parandl-qne sint solliciti, ut sunt do ceterarum disciplinarum professeri bus.

§ 3. Semper in magistris designandis non quant ubicumque, sed *peculiari huius linguae scientia in eiusque usu peritia requiratur.

Quam ob rem antequam docere incipiant, debitam doctoris lauri am in litteris classicis consecuti sint in aliqua studiorum 1'niversitate. ct aptam linguae ac litterarum latinarum scientiam acquisierint sintque iri eiusdem sermonis usu probe exercitati. Quod si in propria natione huiusmodi Facultates non dentur vel minus aptae sint, od optima- studiorum Universitates in exteras gentes mittantur.

5 1. Cum autom in plerlsque civilibus studiorum Universitatibus fere una philologies eruditio, parum vero usus latinae linguae spectetur, curent sacrorum Antistites, ut iuvenes professores, etiam publica laurea donatos, et laudabiliter eos etiam qui m altioribus disciplinis fontes commentari debebunt,[1] mittant ad aliquod ex Institutis ab hac Sacra Congregatione inni probatis vel constituendis. praesertim vero ad Acidimicim Latinitatis Institutum cx Constitutione Apostolica «Veterum sapientia» Romae condendum,[2] ut comparare sibi possint non modo vivum huius linguae usum in loquendo et scribendo. sed pleniorem etiam Latinitatis Christianae et Medii Aevi cognitionem.

§ 5. Professores latinae linguae a suo munere ne amoveantur sine gravi causa, at in eo stabiles sint, ut docendo so pcrtlccro ct excellentiores flori in dies possint.

§ (>. Iidem no nimiis horis docendi onerentur, quare complures numero -mt; neque aliis cuiusvis generis occupationibus distineantur.

§ 7. Qui inepti quavis do causa agnoscantur, quique pramertim huic linguae adversentur. tempestive amoveantur, ne, ex falsa indulgentia vel neglegentia improbanda, prima adolescentium institutio detrimentum, forte sine remedio, capiat.

§ 8. Ubi periti latina# linguae professorvs pauciores in quibusdam locis sint, curent Antistites, donec illorum numorus aeque augeatur, ut cos etiam ab nilis Dioecesibus wl a Religiosis petant. Quod mutuum auxilium inter varias, etiam diverso# nationi-. Dioeceses ct inter utrumque Ulcrum, plurimum conferet et ad instaurat Ionem latinae linguae iuvaudam et ad vinculum solidandum caritatis.

[1] *Ibidem,* nn. 3. 6, p. 133. 131; (cfr. nn. 2477. 2180].
• Cfr. Cap. III, Art. 1, § 3; Cap. IV, Art. 1, § 3.
[2] *Const. Apost.* n. 6: AAS 54, 134; (cfr. n. 2480].

2487 Atct. **III.** • *De examinibus.*

§ 1. Examina — quibus et alumnorum debita huius linguae scientia ct docentium in suo munere industria ac peritia comprobatur ‘— summa cum diligentia momentiquo conscientia habenda sunt. Quaevis igitur indulgentia omnino vitetur in admittendis ad superiores sellólas vel ad gradus académicos vel ad ipsum magisterium qui imparati sint vel non satis probati: quaevis enim hac in re facilitas vel remissio detrimentum et illis ipsis atteri, eum postea majores inveniant difficultates elaudicantesque semper sint, et ipsi Ecclesiae, cum cius linguam minus intellegant et ament, vel etiam spernant.

§ 2. Propria igitur examina habeantur post singulos annos scholares, iteranda si non fuerint superata, antequam ad superiorem classem fiat accessus; in iis autem habeatur semper oportet (praeter exercitationem componendi, postremis annis) *translatio* ex latina in vernaculam et ex vernacula in latinam linguam, ad verbum primis annis, dein usque expolitius secundum utriusque linguae proprietates gonusquo dicendi.

§ 3. Pariter examen habeatur post absolutum curriculum studiorum mediorum, idque eiusmodi sit, ut praeter debitam latinac linguae scientiam, comparatum etiam eius sufficientem usum comprobent, ut alumni reapse parati accedant ad superiores disciplinas discendas, casque latine intellegere et proponere valeant.

§ 1. Qui ad Seminarium Maius vel ad Facultates ecclesiasticas admitti cupiunt, neque studia classica peregerint in aliquo Seminario Minore, sed vel in civili aliqua schola vel in aliquo alio collegio, in quo alumni non ad sacerdotium, sed ad publica munia parantur, severius in scientia et usu linguae latinac examinentur, ut non minus parati, quam qui in Seminario Minore studia peregerint, admittantur. Quod si requisitam latinac linguae scientiam non habeant, per conveniens tempus studia classica resumant atque rite perficiant,

§ 5. Ab alumnis, qui ex aliis Institutis vel Seminariis admittuntur in Seminaria interdioecesuna ct regionalia ad maiores disciplinas discendas, peculiare examen, ad modum colloquii latini vel per aptam scriptiunculam, a Moderatoribus Seminariorum Maiorum exquiratur. Qui haud satis parati inveniantur, non ante admittantur, quam per congruum tempus suppleverint quae non perfecerint.

§ G. Peculiaris adhibenda est cura atque muneris conscient ia in iis rite in latina lingua instituendis, qui *natu maiores* ad sacerdotium vocati sunt et nihil vel parum admodum latine didicerunt. Vix enim credi potest quantum haec studia ad maturiorum etiam animos atque ingenia informanda conferant; quantum, contra, tota eorum sacra institutio lacunosa sit, et quantae dein sollicitudini sint moderatoribus, si cursim ac leviter ca peregerint. Ceterum, ut aperte praescribit Constitut io: « Nemini ... faciendus est aditus ad philosophicas vel theologicas disciplinas tractandas, nisi plane perfcctcquo Ime lingua eruditus sit, eiusque sit usu praeditus •? — Ili igitur alumni:

I0 In scholis peculiaribus ad eos recipiendos destinatis ita integram huius studii rationem — etsi citatiore gressu, non tamen perfunctorie ac prope summis labiis — absolvant, ut nildl ex ea, aetatis causa, praetermittant.

2° Huiusmodi studium latinac linguae, antequam studio Philosophiae Scholasticae Initientur, saltem per biennium protrahant.

3° Examen subeant ac superent, antequam in Seminarium Maius mittantur; huius autem erit comprobare utrum sufficienti scientia ct usu instructi sint.

l Const. Apost. n. 3: AAS 54, 133; (cfr. n. 24 771

2188 Aut. IV. - *De Ialina? linquas pronuntiatione.*

Quod nd pronuntiandi rationem attinet, quamvis nihil detrahendum Mt ei, quam • classicam » vocant, quaeque, cum sit in pluribus celsioribus praesertim scholis recenter restituta, utique cognoscenda est, attamen, ut iam S. Pius X l ct Pius XI l monuere, ea pronuntiatio, uniformitatis causa, in usu retineatur, quae • romana » dicitur, quippe quæ non modo • intime conexa sit cum instauratione cantus gregoriani, ad cuius numero modosque formandos inultum valuit usitata eo tempore ratio accentuum et pronuntiationis linguae latinac », ct maxime apta • ad unitatem liturgicam in dies solidandan sed etiam sit in usu numquam intermisso in Ecclesia et in plurium gentium scholis a sacculo circiter quarto, ita ut fere internationalis seu communis evaserit; sltque Insuper pronuntiatio, qua legebantur ecclesiastica documenta cum exarata sunt, qua igitur legi ctiamnunc debent.

CAPUT II

De eo numini ratione studii linguae latinac in scholis Humanitatis

2489 Art. I. • *De fine huius studii et ratione cum assequendi.*l

$ 1. Xemo ignorat latinac linguae et humaniorum litterarum vim propriam ad insurgentia Ingenia conformanda. His enim potiores mentis animiquo dotes exercentur, explicantur, perficiuntur; acuitur ingenii acies ct indicandi vis; mens ad omnia recte amplectenda et aestimanda redditur aptior; lucidior comparatur ordo in cogitando et loquendo; verborum dicendiquc proprietas et elegantia suppeditatur; animus non ad unam utilitatis conquisitionem, sed ad altiorcm cultum veramque humanitatem efficaciter excolitur; plenior solidiorque acquiritur scientia non romanicarum modo linguarum, sed aliarum etiam cultiorum.

Haec tamen formandae mentis bona, quae una fero a studio latinitatis exspectantur in publicis scholis, non eadem una sunt, quae in clericorum Institutione attenduntur, quippe in his praecipua ratione spectetur peculiaris illa mens informanda, quae requiritur ad futura munia ecclesiastica rite obeunda.

J 2. Latinae linguae studium in scholis Humanitatis clericorum eo pariter praecipuo tendit, ut sacri ordinis tirones adire possint sacrae Traditionis fontes, ipsa intellegere Pontificum, Conciliorum, Liturgiao monumeta; denique, ut hac lingua uti valeant in maioribus discendis disciplinis, in conscribendis ecclesiasticis documentis et epistolis, in epistolarum commercio habendo cum fratribus ex clero aliarum gentium, denique in disceptationibus ecclesiasticis circa fidei et disciplinae catholicae capita, quae limit in conciliis et conventibus ecclesiasticis ex omni gente habendis.

§ 3. Ut autem hunc finem, seu debitam huius linguae scientiam et usum sacri tirones consequantur, huiusmodi studium accommodatum esse debet tum quod ad temporis spatium insumendum attinet, tum ad Auctorum explicandorum quantitatem qualitatemque, tum ad rationem docendi discendi(pie.4

1 Epist. *Votre lettre* ad Ludovicum Ernestum Dubois, Archiep. Bituricensem, 10 iul. 1912: \ \S 4, 678; (cfr. n. 1300].

• Epist. ad Ludovicum Card. Dubois, Archiep. Parisien., 28 nov. 1928.

1 S. Pius X, Epist. *Votre lettre.* 1. c.

4 Const. Apost. $ • Ncquo voro »: AAS 54, 132; [cfr. n. 2474],

2490 ABT. II. • *De temporis spatio huic studio tribuendo.'*

§ 1. Cum tempus huic studio assignatum in variis gentibus, inultis do causis tanta porc? variet, sive anni spectentur, sive horae singulis hebdomadis ei tributae, tantum temporis in ecclesiasticis scholis erit huic disciplinae dandum, quant um in praesentibus adlunctte necessarium ac sufficiens ad finem eius consequendum censetur. — Hac igitur in re statuitur:

I0 Huius studii tempus por annos saltem *septem* est protrahendum pro adulescentibus qui latinitatis scholas in Seminariis incohant. horas vero non minus *sex* primis quinque annis, non minus *quinque* reliquis duobus.

2° Ubi laudabiliter vigeat ratio dandi *orto* vel plurcs annos litteris latinte, haec Ibi omnino retineatur. Quo tempore Auctores deligantur vel secundum propriam loci rationem studiorum, vel secundum schema infra propositum (Art. III. §3).

Neque praescriptum tempus putetur inutiliter insumptum: si enim alte nunc adulescentes non egerint in his disciplinis radices, nunquam imbuentur solidioribus, quae sequentur, doctrinis, neque ecclesiasticae institutionis fructus plene percipient.

? 2. Sio igitur variae disciplinae disponendae contrahcndaeque sunt (nisi etiam aliqua vel omnino relinquenda vel ad aliud tempus differenda sit), ut hoc praescriptum temporis spatium latinae linguae tribuendum omnino servetur.

§ 3. Qui Seminarium vel scholam ecclesiasticam ingrediuntur post unum pluresve annos in hoc studio impensos in publicis scholis, ei cursui assignentur, qui cum eorum vero scientiae gradu conveniat, non autem simpliciter cum numero annorum.

§ 4. - In ite denique gentibus, apud quas Seminaria ex peculiaribus historiae adjunctis habentur quoque pro Collegiis, in quibus et sacri tirones et alii alumni eadem ratione studiorum instituuntur, omnino curandum erit ut haec communis studiorum ratio compleatur rite pro iis, qui ad sacerdotium contendunt, ita ut quae Ordinationes praescribunt circa spatium temporis studio latinae linguae tribuendum ct circa explanandorum Auctorum quantitatem, prorsus serventur et eo, quo ecclesiastica haec institutio spectat, perveniatur.

2491 Art. **III.** - *Auctores explicandi.*l

5 1. In deligendis explicandisque auctoribus, haec fere attendenda sunt: ut gressus fiat a facilioribus ad difficiliores; ut ii seligantur qui probatiore sint latinitate, qui nihil, saltem in delectis ad interpretandum locte, contineant quod adulescentium aures animosque offendat, qui, contra, aliquid contineant, quod et elegantia dictionis et rebus contentis plus conferat ad veram animi iudiciiquc formationem: ut ea varietate sumantur, qua possit voluti prospectus aliquis sat amplus haberi in praecipua Romanorum documenta atque adeo in totas latinas litteras: ut ea quantitate explanentur, quae sufficiat ad veram latinae linguae scientiam suppeditandam; denique, ut cum reccntioribus Ecclesiae Scrlptorumquo documentis gradatilo coniungantur, quo melius possint alumni puram latinam linguam discere camdcmque ad res novas exprimendas optime accommodatam.

5 2. Ilis ducti principiis, delectum quemdam Auctorum exhibemus cosque ordine plus minus in scholis recepto disponimus per singulos annos, itu tamen, ut cum Auctorum delectus, tum eorum per annos distributio possit, justis de causis (ut ex diu inducta consuetudine, ex accommodatione ad publicam Imius studii rationem, etc.), aliquantulum mutari, dummodo definita haec *quantitas,* minima et sufficiens, nihil immutetur.

l *Consi. Apost.* nn. 3-4: AAS 54, 133-134; [cfr. nn. 2477-2478]. – Cfr. S. C. de Som., Eptet. *Latinam excolere,* 27 oct. 1957; n. **III**: AAS 50, 295; (cfr. n. 2338].

1 Cfr. S. C. do Scm. Eptet. *Latinam excolere,* 27 oct. 1957, n. **II**: AAS 50, 295; (cfr. n. 23371.

I 3. Ili Auctores, igitur, ot hac mensura fere deliguntur pro ⁂iuguli annis:

7 *anno:* primurn, sententiae integrae et elegantes, cx Auctoribus decerptae; quaedam proverbia et effata memoriter retinenda; altera anni parte, sumi poterunt quaedam cx Vetere et Novo Testamento (ut creatio mundi, narratio de septem fratribn- Mùcbabaeifi, parabola filli prodigi, ovis perditae, ote.), saltern 100 versiculi, quorum nnnnulli etiam memoriae mandandi sunt; forte addi poterit aliqua Phaedri brevior fabella vel brevissima Ciceronis epistula;

H anno: saltem 10 Phaedri fabulae, una alteravo Nepotis vita, circiter 20 Ciceronis epistulae, nonnulli breviores dialogi latini (ex Erasmo, Vives, Jae. Pontana, etc.);

J11 anno: saltem liber ex Caesare» quaedam Ciceronis epistulae. 300 versus ex Ovidio, aliquot hymni Breviarii Romani, quaedam capita ex Catechismo ad Parochos;

7 E *anno:* 3 eclogae Vergilii, 5 elegiae ex Tibullo et Propertio, -altem liber ex Livio, aliquot Ciceronis epistulae et aliquot capita ex Catechismo ad Parochos;

E *anno:* aliqua oratio Ciceronis, 30 capita ex Sallustio, liber unus ex Aeneide, et alius ex Georgicis; quaedam capita Catechismi ad Parochos;

VI anno: aliquis liber philosophicus Ciceronis (vg. De Amicitia, Dc Senectute, cx Tusculanis, etc.); 10 carmina Horatii. 5 ex Catullo, liber unus ex Annalibus vel monograpbicus Taciti; quaedam capita Catechismi ad Parochos.

E77 *anno:* Ars Poètica Horatii; commoedia aliqua Plauti vel Terentii; excerpta ex Lucretio (saltem 300 versus); liber aliquis ex De Officiis Ciceronis, vel rhetoricus Ciceronis aut Quintiliani.

[E777-7.V *anno:* 1Taeter opera quae vel ex superius tradita distributione restant interpretanda (quod amplius tempus suppetat), vel cx propria loci ratione studiorum explananda sunt, addantur selectae quaedam epistulae ex Plinio et Seneca; selecta cx Christianis latinis Scriptoribus et SS. Patribus (Minucio. Lactantio, Ambrosio, Augustino etc.); ex Documentis Romanorum Pont ilicum; ex optimis Scriptoribus latini- recentioribus].

§ 4. *Calechismum ad Parochos,* qui saepissime a Summis Pontificibus et Conciliò Provincialibus commendatus, in scholis, ad sacculum usque elapsum, adhibitus est ut liber aureae latinitatis idemque optimus discendae Christianae doctrinae textus, semper in manibus habeant alumni a tertio latinitatis anno, quo fiet ut sensim discant aureum latinum sermonem conjungere cum propria et perspicua lingua documentorum dlsciplinarumque Ecclesiae.

§ 5. Etsi de vita et scriptis singulorum Auctorum, qui in scholis interpretandi cxplicandique sunt, iam aliqua notitia exhibita est a Professore antequam opus explicandum aggrederetur, hic tamen debet totum Intinse rei littcraria.0 contextum dare, a quinto anno. Recenseantur praecipuorum scriptorum vita, opera, argumenta, momentum historicum vel philosophicum vel poeticum, genus dicendi proprium, imitationes mutuationesque ex antiquioribus, alia huiusmodi. Haec autem omnia latine explicentur et librum auditores possideant, qui si latine conscriptus desit, professor poterit vel aliquid dictaro vel scripta folia distribuere.

Caveant hac in re no nimis indulgeant eruditioni, sed ea modo exquirant, quae reapse ad Auctoris vitam, artem, linguam, momentum proprium et ad formationem iudicd aniinìque spectent.

^92 ART. IV. • *Dc ratione docendi disccndiquc linquam latinam.*l

$ 1. Cum latinae linguae studium postulet praeviam partirmi orationis seu, quam vocant, ‘ *analysis grammaticalis* vel *logicae* • cognitionem, alumni rudimenta huiusmodi.

l Coiisl. Apost. n. 3; AAS 51, 133; [cfr. n. 2477], – Cfr. S. C. do Sem. Epist. *Illinam excolere.* 27 oct. 1957, n. II: AAS 50, 294; [cfr. n. 2337].

omnino necessaria, per congruum tempus ante doceantur, quam ipsum huius linguae studium incipiant.

§ 2. Ratio docendi latinam linguam sit oportet *ad eius usum assequendum* accommodata. Quare nimia illa phllologica farrago, quae in scholis litterariis, altioribus praesertim, prope una viget neque optatos fert huius studii fructus, amputanda erit atque ad veterem docendi rationem redeundum, cuius praecipua capita in memorimi! infra revocabimus (fi 8-10).

§ 3. Cum in latina sacrorum tironum institutione, huius linguae plena scientia et usus spectanda et assequenda sint, *grammatica institutio* non perfunctorio ac leviter tradenda est, sed plene et recte; gradatili! quidem pro auditorum captu, ct semper cum ipsa textuum comparatione et lectione coniuncta.

§ 4. *Pars* igitur *theorica-* ita fero dividi potest, ut I0 anno tradatur phonetica ct morphologia integra, etsi summario modo; accedat 2° anno repetitio generalis morphologiae, quae complenda erit in sua parte magis anomala, et praeterea pars syntaxis, quae concordantium casuum spectat; 3° anno absolvatur syntaxis temporum et modorum; 4° anno syntaxis resumatur et perficiatur in partibus etiam difficilioribus; 5° anno prosodia et metrica plene, etsi summario modo, doceatur, ncque interim syntaxis repetitio neglegatur; G° et 7° anno, non modo stili praecepta tradantur breviter, sed etiam grammatica, syntaxis et metrica (hcxametrica, horatlana ct hymnica) in Auctoribus ipsis legendis, commentandis, vertendis detegatur et resumatur.

§ 5. Praecepta grammaticae (quae omnia, praeter ea quae interim prudenter praetereunda sunt, memoria sunt bene tenenda) facili ac perspicua ratione magister explicet, sine quaestionibus do nugis, at crebris eorumdem rerum repetitionibus. In exemplis, quibus pueri doccantur quemadmodum illa sint ad loquendi scribcndiquo usum accommodanda, magister occupetur, potius quam in omnibus, utilibus, inutilibus, hic inde magno studio congerendis; quare summo studio seligat quae admodum significantia ct utilia sint, ita ut cius schola sapientia eluceat.

§ 6. *In deligendis grammaticis magna adhibeatur cura,* ut cum certam et perspicuam, tum plenam etiam contineant doctrinae tractationem. Non igitur, praesertin in primis scholis, sint nimis eruditione minutiisque refertae; neque tamen simpliciores levioresque, cum usus linguae, in scribendo et loquendo, perspectam admodum requirat eius doctrinam atque naturam. Perutile autem erit unam tantum sequi pro integro curriculo, ut discipuli eam perspectam et deinde semper comitem fidelem habeant, quam consulant cum dubium aliquod oriatur.

§ 7. Secundum antiquitus traditam rationem docendi, iam diu fere ubique non sine detrimento intermissam (quae tamen nostris diebus magis magisque aestimatur atque, ad reccntiora scientiae pacdagogicae praecepta scite accommodata, apte excolitur), *usus latine loquendi in ipsas praelectiones, interrogationes, repetitiones inducatur.*

Textus ipse syntaxis latine conscriptus sit, vel ipse magister breviter praecepta latine tradat, quae ut memoriter a discipulis retineantur ac recitentur curabit.

§ 8. Magni Igitur facienda est *exercitatio,* quae varia ratione in scholis latinitatis haberi potest, gradatili! tamen et congruenter ad doctrinae gradum uniuscuiusque scholae.

1) Discipuli exerceantur In *declinandis* primum formis regularibus, dcin formis etiam anomalis usitatissimis, quas memoriae omnes mandent.; in cisque diligentissime, diversorum generum et nominibus et verbis ad declinandum propositis, Insistant.

2) Altera exercitatio erit *memoriae,* ita ut non modo grammaticae praecipua saltem praecepta ad verbum (ut clare ct firmiter retineantur, quasi artis cuiusdam formulae), sed etiam selectae sententiae ct dicta, lectissimi tum pogtanun tum oratorum loci memoriae mandentur ac recitentur.

3) Pariter exerceantur *interrogationibus* de praeceptis grammaticae, etc., de argumento Auctorum, de explanatione significationum verborum: in primis autem scholis vernacula lingua, dein latine; primum, eorum quae explicata et adontata sunt, iisdem prope verbis, dcin propriis.

4) Plurimi fiat exercitatio *loquendi,* bene tamen et polite, ita ut, -i in aliqua re peccarmi alumni, statini a magistro corrigantur; qui ct selecta de rebus communioribus verba suppeditabit.

5) *Scriptio,* quae praecipua ratio est perveniendi ad plenam linguae scientiam et usum, fiat nunc inter scholaa extemporaliter, nunc inter privatum studium: in superioribus autem scholis, alternis soluta et ligata oratione bis saltem in hebdomada: argumentum proponatur vel iam explicatum vel simpliciter enuntiatum: in carminibus metrice pangendis (qui maximus labor maximos etiam, si non ip-ius poeseos, certe -altem scientiae linguae et metricae latlnac fructus atTerre solet), primum magister versus aliquos, dissoluto ordine verbonnn proponat, quos discipuli adstrlngaut rursus; dem ipsi, suis viribus, et certo aliquo motro pangant.

6) *Numquam desit conversio ex vernacula lingua in latinam rl rx latina in vernaculam,* quae si fiat proprie et secundum utriusque genus dicendi, plurimum confi rt ad utriusque linguae pleniorem scientiam acquirendam, indolem dvt< gendarn, ct ad mentes reapse informandas.

7) *Auctorum explicatio,* ad modum praelectionis professoris, ab uno. ceteris audientibus, facienda.

§ Ô. *Praelectio,* in qua professoris eruditio, peritia, industria, ethrneitas maxime elucent. instrumentum est praecipuum ad felicem huius institutionis exitum assequendum. Ea sit in primis scholis simplex et vulgari tantum sermone, post, ad vulgarem accedat Interserta latina explicatio; a *quarto* anno sit tantum latina et uberior.

Sic autem magister procedere fere potest, ut primum praecedat *argumentum* libri vel orationis vel loci in singulis scholis explicandi vel breviter resumendi; dein sequatur *explanatio,* quae, in scholis grammaticae, exponet verborum ordinem, orationis structuram ct vocabula obscuriora; in superioribus scholis, latine idem exponet, sed ornatius et uberius; tum accedat *grammatica,* pro scholis inferioribus, in qua perpendentur singula verba ct uniuscuiusque genus, declinatio, conlugatio. modi, tempora, etc., vel *rhetorica,* pro scholis superioribus, seu observatio earum rerum, quae, prout Auctor explicandus erit orator vel poeta, ad eloquentiam, ad po&im, ad grammaticam, syntoxim et orationis structuram pertinent; tum *eruditio,* quae in scholis inferioribus erit plenior explicatio (per exempla, similitudine, descriptiones, etc.), quam suggerunt quaedam vocabula, narrationes, etc.; in scholis superioribus, eodem modo procedet, sed uberius et adductis notionibus historicis, mythologicis, poeticis, etc.; denique *latinitas,* quae in scholis inferioribus pueros dnecbit. quomodo verborum ordo mutetur, alia aliis praeponantur, haec et non illa vocabula usurpentur, etc.; in superioribus scholis explicabit metaphoras proprias, vim verborum et significantiam, diversam vim ex diverso ordine et artificio, proprietates utriusque linguae in eadem re exprimenda, denique omnia, quao ad eloquentiam, poësim, genus dicendi pertinent.

§ 10. *Interpretatio Auctorum* fiat primum, saltem ex parte, nb alumnis in cotidianis pensis (eiusque rationem professor in scholis ot interdum corrigat in proprio cubiculo, ut melius certior fiat de uniuscuiusque profectu); dein a professore in scholis, qui vocabula, modos dicendi, constructiones difficiliores, notitias historicas et geographicas, etc. explicabit variis modis latino vel vernacula lingua, sed quam lectissimis verbis et ratione dicendi propria, ut utriusque linguae color proprius eluceat. luvat autem alternis scholis poetam et oratorem interpretari, ne. deficiente varietate, fastidio auditores afficiantur.

CAPUT III

De studio et usu latinae iineruae in Seminariis Maioribus

2493 Abt. **I.** • *Dc studio linguae latinae.*

§ 1. Seminarii Maioris alumni studium latinae linguae non omnino deponere debent, at illud prosequi ac perticare in iis praesertim. quae sunt propria ac peculiaria latinitatis fontium ‡acrat Traditionis, documentorum Ecclesiae et disciplinarum, quibus operam navant.

§ 2. Non modo igitur privata classicorum chrlstianorumque Auctorum lectione hanc linguam excolant, sed, ut haec quasi vernacula, quasi materna ac nativa evadat, varia ratione in ea assidue exerceantur, quomodo ollm flebat ac iit etiamnunc in recentium linguarum studio, quae ipsa collocutione, potius quam praeceptis discuntur. Quare commendanda erunt latina colloquia cortis diebus inter animorum relaxationem et cum professoribus in privatis explicationibus; neque neglegenda latina compositio, cuius fructus, sollemnioribus praesertim diebus, in publicis academiis recitari vel exponi possunt.

‹ 3. Ut alumni qui maioribus disciplinis operam navant studium latinae linguae constanter prosequantur ac paulatim introducantur in peculiarem fontium latinitatem, praecipitur ut:

I0 a perito professore peculiaris huius latinitatis cursus pro omnibus alumnis latine habeatur, qui horam saltem in hebdomada complectatur per integrum Theologiae curriculum;

2° in eodem cursu, variarum disciplinarum praecipua documenta et fontes — ut scripta S3. Patrum, ct Theologorum, documenta Pontificum et Conciliorum, textus Liturgiae — ex communi cum singulis professoribus consensu delecta, legantur ct explicentur;

3° ab hoc cursu frequentando nemo eximatur, et eo absoluto, examen omnes subeant, ftc repetant qui plene non satisfecerint.

Sic flet ut ex perspectis proprietatibus suae cuiusque latinitatis, non modo solidum ponatur fundamentum ad exegesim doctrinae, sed etiam augeatur directa fontium cognitio et vera eorum percipiatur interpretatio — sine qua nulla dari potest tuta ac sincera institutio ecclesiastica — et simul complementum magni pretii addatur scholasticis praelectionibus.

2494 Abt. **II.** • *Dc usu linguae latinae.*[1]

§ 1. In maioribus disciplinis ecclesiasticis tradendis latinae linguae usus prompte et plene instaurandus ubique est, quibusvis superatis difficultatibus; nulliquo Antistiti vel Moderatori iam liceat arbitrio suo aliquid indulgendo permittere contrarium.

§ 2. Disciplinae latine tradendae erunt Philosophia thcorctica, Theologia univorsa, dogmatica et moralis, generalis et specialis Introductio in S. Scripturam, Ius Canonicum. Eximi ideo possunt disciplinae quae ad doctrinam pastoralem proprie dictam, ad catechctiearn et eloquentiam sacram pertinent; item Historia Philosophiae, Historia Ecclesiastica et reliquae disciplinae.

§ 3. Quavis contraria reprobata consuetudine, praecipitur:

I0 ut libri disciplinarum latine tradendarum in usum scholae (‘diti et in schola adhibiti, sieuti etiam privata professorum scripta in auditorum usum multiplicata, quibus quaedam doctrinae capita opportunum censeant illustrare, semper sint latine exarata.

[1] *Const. Apost.* n. 5: AAS 54, 134; (cfr. n. 2479).

2° ut. auditores singuli non modo librum dc singulis disciplinis latino tradendi-. latine conscriptum possideant, sed etiam integram 3, Scripturam Iuxta editionem Vulgatam, (’odirem luris Canonici ct varia documentorum Enchiridia latina.

3° Index librorum in scholis adhibitorum Sacrae Studiorum Congregationi significetur, secundum eiusdem praescriptum?

§ 1. Assuefiant praeterea alumni, quae latino legerint vel audierint, latine etiam in mente evolvere, perpendere, repetere, retinere; vocabula locutionesque cuiusque disciplinae propria bone intellegere ac memoriae mandare, ut doln in repetitionibus et examinibus usque expeditius et polite eloqui possint.

6 5. Examina sive scripto sive ore habenda dc disciplinis latine tradendis, latine fiant; idem autem dicatur do publicis disputationibus ct praelectionum repetitionibus.

§ G. Professores quibus superiores ecclesiasticae disciplinae latine docendae sunt:

Io omnia latino parent accurate, dilucide, emendate, ut dignitas ipsa harum disciplinarum postulat, nec formam dicendi relinquant extemporali afllatui;

2° quare ita deligantur, ut in cis non tantum in propria disciplina pentia. etiam singularis, attendatur, sed ratio quoque habeatur debitae eorum scientiae et usus linguae latinae: *

3° tempestive igitur moneantur, ut in hac etiam parte parar» se possint, et eis congrua ad hanc praeparationem suppeditentur auxilia;

4° si voro praescriptum latinae linguae usum In habendis praelectionibus neglegant et contemnant. ne ct doct rina et exemplo auditoribus noceant, a munire amoveantur?

§ 7. Moderatores Seminariorum sollicite curent quae de bibliotheca apte instruenda, etiam ad linguam latlnam et graneani quod attinet, infra edicuntur (Cap. IV, Art. II. 5 14).

CAPUT IV

De studio et usu latinae linguae in Universitatibus et Facultatibus studiorum ecclesiasticorum

'H95 Ar t . I. - *De studio linffuae latinae.*

§ 1. Cum altiorum praecipue studiorum munus sit auditores • ad fontium cognitionem, ad investigationis laborisquo scientifici usum atque ad magisterium exercendam instruere »? putet huiusmodi auditores peculiari etiam instructos esse deboro scientia ct usu latini sermonis, qui scientiae sacrae clavis est necessaria.

§ 2. Nemo igitur in Universitatem vol Facultatem ad gradus académicos adipiscendos ascribi potest, nisi curriculum medium studiorum classicorum rite absolvent; l quod utique probandum erit documentis authenticis, firmo iure Universitatis vel Facultatis imponendi examen, quandocumque documenta allata non sudicene censeantur. Falsa enim hac in ro indulgentia aliacquo humanae rationes non poterunt gravi non esse detrimento et studiis ipsis et debitae horum auditorum institutioni?4

1 Cfr. infra Cap. VII, § 3. 2.
▮ Const. Apost. n. 5: AAS 54, 134; [cfr. n. 2479).
’ Const. Apost. nn. 2 ct 5: AAS 54, 133-134; [cfr. nn. 2470 et 2479).
4 Const. Apost. *Deus scientiarum Dominus,* Tit. I. Art. 2: AAS 23, 247; (cfr. n. 1763).
4 Const. Apost. *Veterum sapientia,* n. 3: AAS 54, 133; (cfr. n. 2477).
4 Const. Apost. *Deus scientiarum Dominus,* Tit. II, Art. 25; « Ordinationes », Art. 14: AAS 23, 252 et 267; [cfr. 1786 et 1833).

5 3. Quo latius et fructuosius alumnis patent aditus nd fontes (quorum cognitionem, ex Art. 2 Const. Apost. « *Deus scientiarum Dominus* », spoetano debent Universitates et Facultates studiorum ecclesiasticorum) et eorum accuratior habeatur exegesis philologica cuiusvis ulterioris exegesis fundamentum primum ac necessarium — et inde plena certaque intellegentia, praescribitur:

Io ut in Facultate Philosophiae et in Facultatibus atque Institutis superioribus disciplinarum sacrarum peculiaris habeatur cursus, (pio alumni do propria fontium lingua (gracea et latina) edoceantur;

2° ut huiusmodi cursus unam minimum horam in hebdomada duobus annis saltem pcr semestre complectatur;

3° ut haec disciplina computetur inter *auxiliares,* ad normas Const. Apost. « *Deus scient. Dominus* * (Art. 33, §1,3; Art. 34)? Quare ab hoc cursu frequentando nerno eximatur, et eo absoluto, examen est ab omnibus subeundum, ac repetendum ab iis qui plene non satisfecerint.

§ 4. Poterunt cum hac disciplina coniungi peculiares illae exercitationes, quae in doctrinali selectorum textuum interpretatione versantur? dummodo horarum numerus (iuxta praescriptum § 3, n. 2°), augeatur, ita ut distincta explanatio philologica et doctrinalis detur vel ab eodem professore, si sit in utraque parte peritus, vel a diversis.

§ 5. In hoc cursu, post traditas praecipuas proprietates grammaticas et lexicales latinitatis documentorum quae explicanda veniunt, philologice et semantico explanentur delecti loci, qui et lingua et argumento possunt auxilio esso praecipuis disciplinis illustrandis. Sic verbi gratia, in Philosophia, quaedam hac catione exponantur ex praecipuis antiquis philosophis et praesertim ex S. Thoma; in Theologia seligantur, congruenter cum variis tractatibus theologicis et ex eorum professorum consilio, loci SS. Patrum, praecipuorum Theologorum, Doctorum Ecclesiae, Conciliorum et Documentorum Pontificum, textuum dogmaticorum S. Scripturae, partes Liturgiae, etc.; in Iure Canonico et Romano, introducantur alumni in cognitionem lexici ac generis dicendi proprii harum disciplinarum, illustrando vim propriam praecipuarum vocum, et exponendo delectos locos antiquos et recentes.

2496 Art. II. - *De usu latinae linguae.*

§ 1. Usus latinae linguae in studiorum Universitatibus et Facultatibus, quavis superata difficultate integre restituatur, nulli facta potestate ex arbitrio hac in re dispensandi.

§ 2. Disciplinae latine tradendae erunt Philosophia theoretica, Theologia universa, Sacra Scriptura, Ius Canonicum et Romanum?

§ 3. Reliquae disciplinae vernacula lingua tradi possunt, nisi ex necessitato — quod nimirum auditores ad varias pertineant gentes et linguas — vel ex laudabili consuetudine aliter cautum sit.

§ 4. Publicité pariter disputationes et praelectionum repetitiones latino fiant.

§ 5. Quod ad examina attinet, haec praecipiuntur:

Io Examina slvo scripto sive ore habenda dc disciplinis latine traditis, latine fiant;

2° peculiari ratione latine pariter fiant examina praeponenda cuivis gradui académico in dictis disciplinis suscipiendo, ‹ lectio coram » et thesis defensio;

l [Cfr. nn. 1794. 1795].

’ Cfr. Const. Apost. *Deus scientiarum Dominus,* Tit. **Ill,** Art. 30 § 1, et cius « Ordinationes », Art. 22-23: AAS 23, 251 et 169; (cfr. nn. 1791. 1841 et 1842).

• Cfr. « Ordinationes » ad Const. Ap. *Deus scient. Dom.t* Art. 21: AAS 23, 268; [cfr. n. 1840).

3° in his latini examinibus indicium etiam dc latinitate no leviter feratur. Red de bita severitate, ut reapse, praeterquam de doctrina, dc examinatorum etiam expedito ct emendato huius linguae usu constet; qui vero non satis, hac etiam in parte, instituti ac periti videantur, ad gradus no promoveantur.

§ 6. Experimentum ad licentiam consequendam requisitum ad normam Art. 37 « Ordinationum » ad Const. Apost. *Deus scientiarum Dominus,*[1] in disciplinis de quibus supra (\$ 2), latino sermone exarandum est.

§ 7. Thesis ad doctoris lauream assequendam in disciplinis de quibus in eadem i 2, suadendum valde est ut latine conscribatur.

Quod si Universitatum vel Facultatum statuta decernunt vel decernent in posterum latinae linguae usum in conscribendis thesibus, hic firmiter retineatur.

§ 8. Cum thesis lingua aliqua ex vernaculis, quae ex Statutis cuiusque Universitatis vel Facultatis admittuntur, conscripta est, ei congruens summarium latine exaratum praemittatur.

§ 9. Quod autem attinet ad professores tum mature designandos parandosque ut in usu quoque latinae linguae bene sint exercitati, tum amovendos si inepti in hac parte sint vel renitentes, eadem valent, quae pro Seminariorum Maiorum professoribus dicta sunt Cap. III, Art. **II,** § G).

§ 10. Auctoritates academicae Universitatum et Facultatum ecclesiasticarum in professorum nominibus Sanctae Sedi proponendis, quibus disciplina aliqua latine tradenda erit, declarent etiam, praeter ea quae praescribuntur in Const. Apost. « *Deus srienL Dominus* * (Tit. II, Art. 21),[1] utrum ii debitis latinae linguae scientia et usu praediti sint.

§ 11. Ex iis quae in Constitutione Apostolica dicta sunt de praestantia latinae linguae pro Catholica Ecclesia, cuius iure meritoque dicitur et est lingua propria, valde optandum est ut, qui in Actis periodicis de sacris disciplinis scientificas commentationes conscribunt ad clerum destinatas, id latino faciant, hoc est lingua harum disciplinarum propria, quo periculum vitetur inducendi, pro cuiusque arbitrio, profanas vocum novitates et, per eas. in dogmata varietates et ambiguitates atque etiam perversiones, et quo plures cuiusvis gentis et linguae sacerdotes eas legere et intellegere valeant.

Quod si id fieri non possit, saltem congruum commentationis summarium latine addatur.

§ 12. Enixe pariter commendatur usus latinae linguae in criticis apparandis editionibus documentorum primaevae Aetatis cliristianae et Medii Aevi, et in versionibus scriptorum Ecclesiarum Orientalium. Hoc enim non modo cum huiusmodi documentorum natura consentaneum est, sed plurimum etiam confert ad universalitatem doctrinae provehendam facilioremquo reddendam eruditionis acquisitionem.

§ 13. Idem dicendum est de latinae linguae usu in ecclesiasticis coetibus, qui ad quaestiones sacrae disciplinae, doctrinae vel pastoralis muneris tractandas coaguntur ex gentibus et linguis diversis. Plurimum enim communis omnibus lingua confert ad mutuam animorum coniunctioncin, ad faciliorem promptiorvmque communicationem, quam tot linguarum multitudo impedit, etllcitque ut magis in dies intra cuiusque gentis confinia sacri Universalis Ecclesiae ministri conclusi ct constricti, omnia prope ignorent etiam sciro neglegant, quae alibi a sodalibus in eodem implendo munere fiant.

§ 14. Curent pariter Seminariorum et Facultatum seholarumque ecclesiasticarum Moderatores ut bibliotheca, etiam quod attinet ad bitinani graeeamque linguam, diligenter

1 **[Cfr. n. 1861].**
’ **[Cfr. n. 1782].**

instruatur ac ditetur, ne desint, professoribus praesertim, debita auxilia ad propri nn institutionem perficiendam et ad opera etiam critice conscribenda. Si enim debita librorum suppelex desit, nullus etiam erit stimulus ad investigandum ct scribendum, nulla curiosa conquisitio et progressio, at modo inertia animi et. confidens ignorantia.

CAPUT V

Do studio linguae graecael

2497 5 1. Etsi Apostolica Constitutio spectat praecipue instaurationem studii ct usus linguae latina?, minime tamen neglegit claram deflnitamquc dare normam de studio etiam linguae graecac. Maxima igitur cura addiscatur oportet, cum et ipsa non modo multum conferat ad adulescentium mentes informandas, et sit cum latina lingua peculiari affinitate coniunota, ita ut ad plenum veramque illius scientiam requiratur, sit praeterea in quavis fere civili ratione classicorum studiorum recopta, sed etiam necessaria prorsus sit tum alumnis omnibus qui maiores disciplinas in Seminariis aggrediantur, ac praesertim iis qui in Universitatem vel Facultatem ecclesiasticam ad gradus académicos adipiscendos ascribi velint; l tum ecclesiastico cuique viro, cui ex munere docendi Philosophiam vel Sacras disciplinas, veteres ipsi fontes sacri et profani adeundi sunt.

§ 2. Quare praescribitur:

I0 **ut** in illis quoque gentibus, ubi in publicis scholis, scientiarum institutionem praecipue spectantibus, non traditur gracca lingua, tradatur in Seminariis et aliis scholis ecclesiasticis, no alumni ad superiores disciplinas discendas imparati admittantur.

2° Tempus, tum quod attinet ad annorum tum ad horarum numerum in hebdomada, huic linguae discendae tribuatur, quod ad debitam eius praescriptam cognitionem pro rerum locorumque adiunctis necessarium requiratur.

3° Quod spectat ad Auctores cum profanos tum sacros explicandos atque ad graocae grammaticae cognitionem, proportione facta, ea ratio minima et suffirions servetur, quae pro latina lingua praecipitur in harum Ordinationum Capite II (Art. III, §§ 1-3; Art. IV, $$ 2-6).

4° Professor linguae graecae sit reapse peritus et in litteris doctoris laurea in Studiorum Universitate donatus.

5° Ratio etiam docendi enarrandique Auctores accommodatu sit oportet ad debitam utilemque huius linguae cognitionem, iuxta ea quae traduntur in his Ordinationibus (Cap. II. Art. IV).

Quare in scholis peculiaris impendatur cura in verborum etymis detegendis, in illustrandis vocabulorum familiis, quae ex illis derivantur in recentes etiam linguas et artes, ut apprehensis etymis eorumque vi, plures indo voces intellegantur ac vera utilitas habeatur pro altioribus studiis.

§ 3. Constituenda peritorum Commissio ad studiorum rationem in singulis gentibus secundum Pontificis Constitutionem ct has Ordinationes aptandam/ in hac quoque parte rationem definiat, ab hac Sacra Studiorum Congregatione probandam.

l Const. Apost., n. 7: AAS 54, 135; [cfr. n. 24811.

l Cfr. Const. *Deus scient. Dom.,* Tit. II, Art. 25; Ordinationes, Art. 14: AAS 23, 252 et 267; (cfr. nn. 1786 et 1833].

l Cfr. supra, Cap. I, Art. I § 2.

§ I. Quod attinet ad linguam hellenistico-biblicarn, praecipitur:

I0 ut in Seminariis habeatur inter studia theologica peculiaris cursus unius horae in hebdomada per annum, examine absolvendus;

2° ut in Facultatibus theologicis quoad omnes effectus religione servetur pra< scriptum Ordinationum ad Const. Apost. *Deus nctenliurum Dominus*. quo huiu-rnodi disciplina *auxiliaribus* adnumeratur (Art. 27, I, 2)?

CAPUT VI

De Visitatoribus

2498 § 1. Constituitur munus Visitatorum, quorum erit, certis temporibus, inspicere utrum, ad sedulam exsecutionem Constitutionis Apostolicac/ omnes et singulae Ordinationes cum debita promptaque diligentia atque etiam cum fructu, qui iure exspectandus est, religiose serventur.

§ 2. Secundum propriam constitutam Visitationis rationem. Visitatores praesertim inquirant: de docentium numero et debita praeparatione ac diligentia; de studiorum rationibus, prout fuerint a constitutis peritis digestae secundum has Ordinationes; dc omnibus quae ad debitum t ribuendum tempus, ad Auctores explanandos, ad ration» m docendi, ad exercitationes faciendas, ad adhibendas industrias, pertinent.

§ 3. Poterunt etiam quibusdam praelectionibus interesse, discentes Interrogare, pensa videre, aliquid scripto vel ore declarandum proponere, omnia denique experiri, quibus certiores flant do vera ot plena huius studii efllcacitate.

§ 4. Nec Maiora Seminaria et Ecclesiasticas Facultates neglegant» in quibus inspicient utrum alumni debite parati in latinae linguae scientia et usu veniant ex Inferioribus scholis; utrum latinae linguae usus servetur in praescriptis tradendis disciplinis; utrnn textus ct Enchiridia documentorum Ecclesiae, latine conscripta sint et a singulis alumnis possideantur; utrum cursus latinitatis christianae institutus sit. et quanta cum utilitate proficiat; utrum examina quoquo latine habeantur, et exerceantur alia ratione alumni in usu et cultu latinae linguae.

5 5. Visitatione peracta, de vero latinae linguae statu referent ad Sacram studiorum Congregationem; remedia, quae lis aptiora videbuntur, eidem proponent; signillcabunt pariter quae laudanda et imitatione digna invenerint.

§ 6. Singula in explendo munere fusius inquirenda Visitatores inspiciant in Appendice Ia his Ordinationibus adnexa.

CAPUT VII

Dc Relatione ad Sacram Congregationem de Seminariis et Studiorum Universitatibus mittenda

2499 $ 1. Relatio de ratione ct statu instaurationis linguae latlnae mittatur:

1) singulis annis ad Quinquennium (nisi pro locorum condicionibus S. Congregatio ad longius tempus eam mittendam exquirat), ut constet utrum Ordinationes plene iam inductae sint, vel aliquid cunctationis adhuc remaneat, et possint postrema impedimenta definitive amoveri;

» [Cfr. u. 1847}.
• Const. Apost., nn. 1-2: AAS 54, 133. [Cfr. nn. 2175; 2467).

2) dcin relatio erit quinquennalis, una simul mittenda cum relatione generali do statu Seminariorum;

3) Universitates vero et Facultates ecclesiasticae, post primum quinquennium, relationem ex more mittent triennalem.

2529 Verum, quod ad sacerdotalis militiae incrementum attinet, primae christ itidelium partes sunt, preces Deo admovere, Christo Domino praecipiente: *Messis quidem multa, operarii autem pauci; rogate ergo Dominum messis, ut mittat operarios in messem suam (Mt.* 9, 37-38). Ex quibus divini Redemptoris verbis explicate efficitur, ipsius Dei misericordem ac liberrimam voluntatem primum fontem putandum esse, unde animi inclinatio ad sacra capessenda munera proficiscitur. Hac enim de causa Christus Apostolos suos hisce vocibus monebat: *Non vos me elegistis; sed ego elegi vos, et posui vos, ut eatis et fructum afferatis, et fructus vester maneat (I.* 15, 16). Atque S. Paulus, quamquam statuerat sacerdotium lesu (liristi sacerdotio veteris Testamenti dignitate antecellere, docebat tamen, potissimum ex divina voluntate quemlibet legitimum sacerdotem pendere, nipote qui suapte natura mediator inter Deum et homines constitutus sit: *Omnis namque Pontifex ex hominibus assumptus pro hominibus constituitur in iis quae sunt ad Deum ... Nec quisquam sumit sibi honorem, sed qui vocatura Deo tamquam Aaron (lib.* 5, 1-4). Longe igitur potiore iure excellens et gratuita habenda est divina vocatio ad Christi sacerdotium participandum, de quo idem Apostolus scribit: *Sic et Christus non semetipsum clarificavit ut Pontifex fieret; ... et consummatus factus est omnibus obtemperantibus sibi causa salutis aeternae, appellatus a Deo pontifex iuxta ordinem Mclchisedech (Ibid.* 5. 5-9). Recte igitur S. loannes Chrysostomus, de sacerdotio agens, haec habet: *Sacerdotium enim in terra peragitur, sed caelestium, ordinum classem oblinet: et iure quidem merito. Non enim homo, non angelus, non archangelus, non alia quaepiam creata potestas, sed ipse Paracletus hoc officium ordinavit: qui manentibus in carne auctor fuit, ut angelorum ministerium animo conciperent.*[3]

2530 Invai tamen animadvertere divinam hanc vocationem ad sacerdotalia munia ineunda, non tantum ad animi dotes, hoc est ad mentem et liberam candidatorum voluntatem spectare, verum etiam ad sensus atque ad ipsum corpus; ita quidem ut homo totus habilis exsistat ad ardua suscipienda sacri muneris officia, quae saepe cum asperis incommodis sunt coniuncta, et quandoque, ut exemplo utamur Boni Pastoris lesu Christi, vel ipsius iacturam vitae eos facere iubent. A Deo idcirco ad sacerdotium pueri vel adulescentes vocari nequaquam putandi sunt, qui. cum ingenii atque voluntatis dotibus non satis praediti sint, aut ingenita quadam animi infirmitate vel corporis vitio laborent, non apti propterea existimandi sunt, ad digne explenda complura sui muneris officia,

[1] **Cfr.** *Hi»,* **io. 38.**
[2] **Cfr.** *1 Cr. 2,* **16.**
[3] *Dc. Sacerdotio,* **lib. III, n. 4: MG 18, 642.**

atque ad ecclesiastici ordinis onera ferenda. Contra, solacii plena est Angelici Doctoris sententia, qui confirmat, ad singulos sacerdotes ea pertinere, quae ab Apostolo de primis Evangelii praeconibus dicta sunt. Etenim scribit S. Thomas: *Illos quos Deus ad aliquid eligit, ita praeparat et disponit ut ad id ad quod eliguntur inveniantur idonei, secundum illud 2 Cor.,* 3-6: Idoneos nos fecit ministros Novi Testamenti.[1]

Quamobrem parentes, sacri pastores iique omnes, in quos puerorum iuvenuinque educandorum officium recidit, non solum condiciones parent oportet, iis aptas, qui ad sacerdotium vocantur, atque ad eorum augendum numerum supernas Dei gratias precibus impetrent, sed etiam sollerter pro viribus enitantur, ut adulescentuli Seminarium vel aliquod Religiosum Institutum ingrediantur, statini atque iidem palam significaverint et ostenderint, se sacerdotium reapse appetere, et ad illud esse habiles. Nam tunc tantum, cum hoc factum erit, iidem tutius saeculi illecebras praecavere, atque aptissimo in loco divinae vocationis semen excolere poterunt. Tunc pro officio quisque suo moderatores, pietatis magistri praeceptoresque incipient primum signa diligentius dignoscere, quibus constet utrum Christus hos iuvenes re vera elegerit administros suos, deinde sacerdotii candidatis praesentes adesse, ut iidem ad huiusmodi excelsum munus idoneos se praestent. Quod magnum et difficile educationis opus, intra Seminarii parietes perficiendum, quod adulescentium corpus, pietatem, mores, ingenium attingit, apprime declaratur illo decreti Tridentini capite, cuius verba haec sunt: *Alere ac religiose educare et ecclesiasticis disciplinis instituere.*[2]

2531 Sed hoc loco summi momenti haec quaestio proponitur: quo videlicet peculiarissimo ac necessario indicio divina ad sacerdotium vocatio dignoscenda sit, quove propterea indicio potissimum ducendi sint qui in Seminario sacris tironibus educandis instituendisque vacant, ac praesertim pietatis magister. Quod indicium haud dubie in recto proposito ponendum est, hoc est in manifesta et firma voluntate, qua quis in divinum famulatum se totum dedere exoptet; idque cogitur ex eiusdem 'fridentini canonis praescripto, quo statuitur in Seminarium eos dumtaxat iuvenes esse accipiendos: *quorum indoles et voluntas spent afferat, cos ecclesiasticis ministeriis perpetuo inservituros.*[3] Quare Decessor Noster fel. rec. Pius XI, de recto huiusmodi proposito agens, in praeclaris Litteris Eneyclicis, quibus initium *Ad catholici sacerdotii,* asseveraro non dubitavit: *Qui ad sacrum huiusmodi institutum ea una nobilique de causa contendat, ut divino famulatui animarumque saluti se dedat, simulque et solidam pietatem et probatam vitae castimoniam, et consentaneam, ut diximus, doctrinam assecutus sit vel assequi nitatur, is profecto, ut perspicue patet, ad sacerdotale ministerium a Deo ✻ocatur.*

[1] *Sum. Thcol.* **III, q. 27, art. le.**

[2] Mansi **23, 147. [Ctr. n. 290].**

[3] *Concit. Occumen. Dtcr.* **Centro di Documentazione, Istituto per le Scienze Religiose, Herder 19G2, p. 72G, 38-39; Sess. 23,** *De lief..* **Can. 18; [Cfr. n. 290].**

[4] **Litt. Encycl.** *Ad catholici sacerdotii:* **AAS 27, 40.**

Attamen, si ad iuvenes in Seminarium recipiendos satis est eos saltern prima indicia ostendere recti propositi atque indolis ad sacerdotale munus ciusque onera habilis, nihilo tamen secius sacrorum alumni, ut rite ad sacros Ordines ac praecipue ad Presbyteratum promoveantur. Episcopo vel ^Moderatori Ordinis religiosi talem praebere debent sanctorum propositorum maturitatem, ut hi ex animi sui sententia certum habeant, coram se adesse, quos elegit Deus.[1]

Ex quo consequitur, ut formidandum gravissimumque onus atque periculum in Ordinarios cadere dicendum sit, nipote ad quos pertineat tum munus ultimum faciendi indicium de divinae electionis indiciis in sacrorum Ordinum candidatis, tum ius pertineat eos ad sacerdotium vocandi, atque adeo ratam habendi coram Ecclesia efficacemque reddendi divinam ad sacerdotium vocationem, quae in iuvenibus pedetemptim ad maturitatem venit. Haec vis est illis Catechismi Concilii Tridentini verbis subiecta: *Vocari a Deo dicuntur qui a legitimis Ecclesiae ministris vocantur.*[2] Nostra quoque aetate, cum Nobis dolendum est nonnullos Ecclesiae administros ab officiis suis defecisse quae calamitas severiore adhibita diligentia in sacerdotii tironibus deligendis atque instituendis praecaveri forsitan potuisset sacri dioecesium Pastores peropportune secum gravia verba perpendent, quibus S. Paulus Timotheum monebat: *Mantis cito nemini imposueris, neque communicaveris peccatis alienis* (1 *T.* 5, 22).

2532 Postquam igitur id summatim memoravimus, quod prorsus requiritur in iis, qui divino afflatu ad sacerdotium vocantur, hoc est manifestam, promptam atque firmam voluntatem sacra munera capessendi, spectatis potissimum Dei gloria amplificanda et sui ipsius fratrumque aeterna salute exquirenda, imo et omnium pretiosissimo divini Servatoris Sanguine redemptorum, non alienum esse arbitramur et alia breviter attingere, quae ad sacerdotii candidatos perfecte absoluteque instituendos prosunt. Quas res. cum summopere ad ipsam conducant Ecclesiae vitam, saepenumero Decessores Nostri pertractatas habuerunt, quorum recentiora scripta, omnibus sane nota, hic recordari iuvat, scilicet: Pii XI Litteras Encyclicas a verbis incipientes *Ad catholici sacerdotii,*[3] Pii XII Adhortationem Apostolicam, cui initium: *Menti Nostrae,*[4] et loannis XXIII Litteras Encyclicas, quibus index: *Sacerdotii Nostri primordia.*[5] Praeterea ad Oecumenicum Concilium Vaticanum Il lata est Constitutio *De sacrorum alumnis formandis,* quae, cum probata erit, opportuna Concilii Tridentini decreta, aliaque subsequentia Apostolicae Sedis praescripta perficiet, et sine ulla dubitatione id dabit, ut valde, procedat opus ad sacerdotii tirones conquirendos

‘ Cfr. *i na.* 1G, fi.
’ *Calech. Concit. Trid.,* p. 111. *de Ordine,* 3.
’ AAS 28, 5-53. (Cfr. nn. 1955 s.].
‘ AAS 42, C57-702. [Cfr. nn. 2198 6.].
‘ AAS 51, 545-579. [Cfr. nn. 2369 8.).

spectans, atque, quod sane maioris momenti est, ad eosdem sive ad sacerdotalium virtutum amorem et exercitationem, sive ad sacrorum rituum studium, sive ad ingenii culturam, sive ad pastoralem, quam vocant, disciplinam informandos.

Dum igitur praeclaras normas, quae de Seminariis a Concilio Oecumenico edentur, exspectamus, supremi muneris Nostri partes esse putamus, omnes hortari, qui sacrorum alumnis erudiendis dant operam, ut pariter pericula acri animo perpendant, quae artem educandi, in Seminariorum usum nunc receptam, eiusque efficacitatem extenuare possunt, atque pariter ea prospiciunt, quae in eorumdem institutione alumnorum impensiore studio sunt accuranda.

2533 De insidiis vero, quae, non secus atque fallaces herbae, nostris hisce temporibus plus quam olim, adulescentium animum, quasi agrum cuilibet semini expositum, incedere videntur, voluntatem illam omnes reprehendendi, omnia carpendi indicamus, quae eorum inficiat mentem. Illud praeterea incusandum est, vel minimos natu nullum ferre vinculum velle, sive a lege naturae, sive ab auctoritatibus vel ecclesiasticis vel civilibus iniectum; atque adeo eos effrenatam agendi libertatem affectare. Nihil igitur mirum si, viribus animi infirmatis et ascensibus ad verum rectumque cohibitis, cum interiores tum exteriores iuvenum sensus debitam rectae rationis bonaeque voluntatis moderationem defugiunt; quippe qui se a continua efficacique gratiae et superimi uralium virtutum vi removerint. Ex quo illud natura consequitur, ut saepe saepius adulescentes loquendi agendique generi nonnihil permittant, quod ab humilitatis, ab oboedientiae, a modestiae atque a castitatis normis abhorreat, rationabilis creaturae dignitati omnino congruentibus ac praesertim christiani hominis, cuius etiam corpus, caelestis gratiae ope, lesu Christi membrum ac Spiritus Sancti templum factum est. Etenim ex hisce iuvenilis levitatis atque etiam intemperantiae indiciis, quis fore non prospicis!, ut iidem in venes in posterum mulla quidem iura sibi vindicent, pauca vero officia recipiant? Quis non vereatur ne has ob causas apparere desinant conscii generosique iuvenes sacerdotium percupientes? Quocirca ea omnia prohibere oportet, quae sano iuvenum cultui officiant, eorumque. maxime, qui a Christo lesu eo vocantur, ut ipsius Redemptionis opus pergant.

2534 Sed quibus subsidiis haec obtinenda erunt ? Ad hoc potissimum est a parentibus et a praeceptoribus nitendum, ut eorum filii vel alumni, iiquo praesertim qui mitiore et alacriore ornentur indole, ad sacerdotium inclinata, imbuantur humilitate, oboedientia atque orandi seque devovendi studio. Praeterea Seminariorum moderatorum et magistrorum partes sunt, non tantum eas, quas diximus, virtutes in sibi commissorum adulescentium animis custodire et augere, verum etiam curare, ut in sacerdotii candidatis progrediente aetate aliae quoque animi dotes eluceant ac firmentur, quae prorsus necessariae sunt habendae ad solidam plenamque formationem morum.

In quibus dotibus praecipuum obtinere locum existimamus tum animi

inclinationem ad meditandum, tum rectam in agendo voluntatem, tum facultatem libere et per se eligendi id quod bonum, immo melius est, tum suae voluntatis suique corporis moderationem. Haec enim moderatio valet adversus immodicum sui ipsius amorem, ædversu mala aliorum exempla, et adversus proclivitatem ad malum, quae vel ex humana natura oritur, hereditaria labe infecta, vel ex improborum hominum societate, vel e spiritu illo maligno et perdito, qui nostra hac aetate acriore videtur rabie insidias struere, si eos perdere possit, quo> Deus singulari prosequitur amore.

Ad proximos autem quod attinet, ii qui eum Christo et pro Christo coram hominibus testes esse cupiunt evangelicae veritatis, quae homines liberat atque salvos praestat,[1] informentur oportet ad veritatis studium in loquendo et in agendo, atque adeo ad animi sinceritatem, ad probitatem, ad constantiam, ad fidelitatem; ita S. Paulo dilectum Timotheum hortante: *Noli contendere verbis: ad nihil enim utile est, nisi ad subversionem audientium. Sollicite cura teipsum probabilem exhibere Deo, operarium inconfusibilem, recte tractantem verbum veritatis* (2 *T.* 2, 14-15).

2535 Ut autem efficaciter adulescentium animi emendentur, ut mala noxarum vitiorumque germina ipsi praecaveant, ut que bona in iis sparsa semina in salutares arbores erumpant, debita ratio habeatur opus est etiam sanarum virium, quae in hominis natura insitae sunt; ita quidem ut ecclesiasticae perfectionis opus in virtutibus naturalibus tamquam in solido fundamento innitatur.

In quam rem opportune quadrare videntur haec Doctoris Angelici verba, sapientiae plena: *Cum enim gratia non tollat naturam, sed perficiat, oportet quod naturalis inclinatio intellectus subserviat fidei, sicut et naturalis inclinatio voluntatis subsequitur caritati.*[2]

Verum tamen sanae hominis vires atque naturales virtutes plus aequo non sunt extollendae, quasi veri et permansuri apostolicae alacritatis fructus sint potissimum humanis nisibus tribuendi. Atque illud pariter animadvertere necease est. non posse iuvenum animos ad ipsas virtutes naturales recte apteque educari atque institui, ad prudentiam nempe, ad iustitiam ad fortitudinem, ad temperantiam, ad modestiam, ad lenitatem ad ceterasque virtutes cum his conexas, si rectae rationis principia dumtaxat adhibeantur et humanarum disciplinarum normae, cuius sunt generis psychologia experimentalis, et paedagogia, quas vocant.

Catholica enim disciplina edocemur, neminem, vacuum a gratia Servatoris Nostri, quam sanantem appellant, omnia ipsius naturalis legis praecepta servare posse, neque idcirco perfectas solidasque virtutes adipisci.[3]

Quo firmissimo principio posito, illud sequitur, quod in ecclesiasticae vitae usu magni esi ponderis, humanam nempe educationem pari gradu

1 **Cfr. *I.* 18, 37; 8, 32.**
2 ***Sum. Theol.*** **q. 1, a. 8 c.**
3 **Cfr. *Ib.* IMI", q. 109. a. I c.**

procedere oportere cum educatione, quae christianuni hominem et sacerdotem addeceat, ut naturae humanae vires evehantur ac roborentur, sive ope precationis, supernaeque gratiae, quae per Paenitentiae et Eucharistiae sacramenta saepe suscepta confertur, sive supernaturalium virtutum pulsu, quibus quidem exercendis naturales virtutes praesidio sint et auxilio.

Neque haec satis. Etenim, ut Apostolus monet, necesse praeterea est, ut hominis vires cum ingenii tum voluntatis fidei normis caritatisque motibus obsecundent; ita quidem ut actiones nostrae ob Domini Nostri lesu Christi amorem positae, valeant ad sempiternam mercedem promerendam.[1]

Quae exposuimus, uti patet, bene expendant opus est, qui divinitus vocati sunt, ut cum Redemptore nostro coniuncti pro hominum salute voluti amoris et oboedientiae hostias se devoveant; itemque ut castam, quemadmodum virgines decet, vitam ducant, atque a fluxis huius mundi bonis re et animo abalienatam. Ita enim sacrum ipsorum munus dignius evadet, salutariumque fructuum fecundius. Hac de re ab iis aliquando postulabitur ut, sacri muneris causa, non tantum omnes praestantiores suas dotes commodent, sed etiam ut hinc legitimas quasdam naturae necessitates posthabeant, hinc aerumnas et vexationes perferant, ut Boni Pastoris partes fideli generosoque animo agant. Par namque est quemlibet fidelem lesu Christi administrum de se ipso dicere posse, quod S. Paulus de se dicebat: *Factus sum infirmis infirmus, ut infirmos lucrifacerem; omnibus omnia factus sum, ut omnes facerem salvos. Omnia autem facio propter Evangelium, ut particeps eius efficiar* (1 *O*. 9, 22-23).

Non aliam agendi rationem secuti sunt tot Episcopi totque sacerdotes, quos Ecclesia omnibus viris, qui rebus divinis praesunt, in exemplum proponit, cum eos in Sanctorum caelitum numerum adscribit.

Haec sunt summa ac praecipua capita, quibus, si de disciplina et de vita spirituali agatur, gravissimum educandi munus continetur, quod, sub Episcopi supremo moderamine, Seminarii rectori pietatisque magistro demandatur.

In id tamen adiutricem conferre curam debent variarum quoque disciplinarum magistri, quod spectat ad sacerdotii tironum ingenii vires congrua via excolendas atque perficiendas.

Ex hac autem socia opera, a Seminarii moderatoribus et praeceptoribus sapienti concordique consilio collata, illud commodi profecto consequetur, ut iuvenibus educatio impertiatur omni ex parte perfecta, iidemque excelsae eiusmodi dignitatis gradum attingant, qui non tantum in communi homine vel in christifideli, sed maxime in sacerdote convenit, ut pote qui divinae revelationis lumine penitus sit imbuendus; cuius

[1] Cfr. *C*. 3, 17: *1 C*. 13, 1-3.

praesertim rei gratia iiet, ut ipse *perlectus sil horno Dei ad omne opus bonum instructus* (2 *'1.* 3, 17). Etenim meminisse operae est quae S. loannes (,'hrysostornus scribit: *Animum sacerdotis instar lucis totum orbem illustrantis splendere oportet.*[1]

2536 In studiorum denique supellectile, qua adulescens clerus ornari oportet, sane, ponenda est non exigua variarum linguarum scientia, in primisque Latinae, si maxime de sacerdotibus agatur Latini ritus; scientia praeterea ponenda est praecipuarum rerum, quae ad historiam, ad physica, ad mathematicas disciplinas, ad terrarum descriptionem, ad formas atque figuras pertinent, quibusque omnes nostrorum temporum homines doctrina exculti, pro populorum diversitate, instruuntur atque informantur. At praestantiores sacerdotalis animi divitiae in illa continentur humana atque christiana sapientia, quae in firma ac certa philosophiae et theologiae institutione constat, secundum S. Thomae rationem, doctrinam atque principia, veritatibus divinitus traditis atque docentis Ecclesiae praeceptis studiose religioseque servatis. Quam pariter institutionem vel efficiunt vel complent hae quae sequuntur disciplinae: Sacrarum litterarum interpretatio iuxta catholicae Ecclesiae hermeneumatis artem atque praecepta, sacra Liturgia, Musicae sacrae disciplina, lus canonicum, Ecclesiasticarum rerum historia, Archaeologia, Patrologia, Dogmatum historia, Theologia ascetica ac mystica, Hagiographia, sacrae Eloquentiae institutiones, ingenuarum artium praecepta, et id genus alia.

Cum autem maioribus Ordinibus, quos vocant, sacrorum alumnus proxime initiandus erit, primisque deinde annis post initum sacerdotium, ei theologiae, quam pastoralem appellant, opera danda erit, atque omni cura officiendum, ut cotidie laboriosius in partem veniat, tamquam auctor, negotiorum suae dioecesis, hoc est, divini cultus exercendi, Christianae doctrinae tradendae, sacrarum denique expeditionum iuvandarum et incitandarum; ita ut, qui futurus est animorum pastor, munus suum atque officium paulatim quidem sed tempestive cognoscat, et se ad illud apte et congruenter accingat. Qua in re magno erit illi auxilio non exiguus Gregoriani cantus sacrique concentus usus atque exercitatio. Tum demum sua studia in unum convertet aspectum suosque labores ad animorum salutem diriget, cum ei persuasum esse debeat, eo omnem industriam esse convertendam, ut (liristi et Dei Regnum adveniat, iuxta S. Pauli monitum: *Omnia enim vestra sunt, cos autem Christi, Christus autem Dei* (1 C. 3, 22-23). Quo enim magis nostrae aetatis homines omnia ad Deum pertinere oblivisci videntur, eo magis ut *alter Christus* et *homo Dei* (1 *T.* 6, 11) debet in inundo enitere sacerdos.

2537 Sanctitate igitur ac scientia ornetur necesse est, qui a Deo vocatur, ut Verbi Dei, omnium hominum Redemptoris, nuntius ac minister exsistat; sanctitate, dicimus, in primis eximia, quae sanctitati scilicet praestet sive laieorum hominum sive Religiosorum, sacris non initiatorum, quia.

[1] *)c Sacerdotio,* lib. VI n. 4: MG 48, 6S1.

ut Doctor Angelicus merito monet: *Si religiosus ordine careat, sic manifestum est excellere praeeminendam ordinis, quantum ad dignitatem. Quia per sacrum ordinem aliquis deputatur ad dignissima ministeria quibus ipsi Christo servitur in sacramento altaris.*[1] Quapropter incensissima erga sanctissimam Eucharistiam pietate eius vita fulgeat opus est, qui augusti huiusmodi Sacramenti consecrator atque dispensator aliquando fieri exoptat; quem quidem Corporis et Sanguinis Christi cultum par est alias pietatis formas coniunctas habere apprime consentaneas: hoc est, pietatem erga venerabile Christi nomen eiusque Cor sacratissimum.

2638 Hisce demum adhortationibus finem facientes, paterna caritate iis gratulamur omnibus, ex utroque clero, qui summa diligentia nec sine magnis iacturis contendunt, ut iuvenes ad sacerdotium inclinatos et reperiant et congregent et instituant. Praecipua vero laude eos Nobis ornare placet, qui iisdem funguntur officiis in illis regionibus, quae graviore clericorum penuria laborant, et ubi maiores difficultates suscipere, atque pericula saepe subire coguntur qui novos sacrorum administros Ecclesiae parare student. Illis etiam gratulari exoptamus qui, Sacrae Seminariorum atque Studiorum Universitatum Congregationis incitamentis praeceptisque obsequentes, summa ope conantur, scriptis editis et conventibus peractis, sacrorum alumnorum institutionem ad exactiorem rationem adducere eum temporum locorumque necessitudine cumque progressibus artis educandi consentaneam, sanctae semper sacerdotalis vitae proposito ac natura servatis. Id enim quam maxime ad Ecclesiae utilitatem decoremque conducit.

Vobis denique, filii dilectissimi, qui intra sacros Seminarii parietes, haud secus atque olim Apostoli in Cenaculo, in maternis oculis Apostolorum Reginae, omni vos diligentia paratis ad potestatem illam, quae omnem humanum modum excedit, adipiscendam, Corpus scilicet et Sanguinem Christi Dei consecrandi et condonandi peccata, et ad Sancti Spiritus largiorem gratiae profusionem accipiendam, quae expeditiores vos reddat ad *reconciliationis ministerium.* (2 *C.* 5, 18) digne perficiendum, verbis usi Apostoli dicimus: *Unusquisque in qua vocatione vocatus est, in ea permaneat* (1 *C.* 7, 20). Omnes enim qui pariter hominum salutem cum Christo coniuuctissimi quaerere volunt, pariter fulgidam sibi aeternae gloriae coronam parare, eos omni docilitate et constanti oboedientia divino instinctui respondere oportet.

Mirabile Dei donum cum animo reputate, et inde a iuvenilibus annis illi *in laetitia et in exsultatione servite.*[2]

AAS 55, 979-995.

[1] ***Sum. Theol.*** 1P-1P-, q. 184, a. 8 c.
[2] Cfr. Fs. 99, 2.

De sacrae vocationis inaestimabili praestantia

(Ex Alloc. *Il grande rito,* quarto exacto flacculo post constituta a Trid. Synodo «acra .seminaria, I nov. 1963).

2539 *Le Nostre labbra si aprono verso di voi* vi diremo, cari alunni dei nostri Seminari, con San Paolo, — *il Nostro cuore a voi si effonde (2 Cor.* 6, 11). Noi vogliamo ora vedere in voi gli esponenti più autentici e più generosi della gioventù, di quella gioventù che tra le scelte supreme, le quali, nella prima lucida chiaroveggenza della vita e nella prima rivelazione dell'amore genuino, bisogna pur fare, ha scoperto l'ottima scelta, che decide per t otte: ricordate:... *il regno dei. cieli è simile ad un tesoro nascosto nel campo; l'uomo, che l'ha trovalo, lo nasconde di nuovo, e tutto contento va, vende tutto quello ch'egli ha e compra quel campo (Mt.* 13,44). Di quella gioventù, che tra i doni, di cui la vita è prodiga, e di cui la gioventù è avidissima, ha compreso che un dono vale per tutti; ricordate ancora: ...*il regno dei cieli è simile ad un ricercatore di perle bellissime; e, trovata una di gran pregio, va, vende guanto possiede, e la compra (Mt.* 13, 45). Di quella gioventù, che ha individuato tra tutte le voci, che risuonano intorno a lei e la frastuonano e la incantano, una con un accento singolarissimo, misterioso, ma inconfondibile, grave e soave insieme, mito e potente, una voce piana ed arcana, che risuona dentro, quasi tormentando, nel segreto della coscienza, e risuona fuori, quasi pacificando, nella confidenza di un consiglio sereno e autorevole, d'un richiamo, che, interpretando quella voce interiore, la dice divina, e la dice, si, proprio rivolta a lei, alla gioventù, che non ha paura delle cose grandi e che teme piuttosto le cattive e le mediocri; una voce, ch'è insieme invito e comando, una voce semplice come un sospiro e profonda come un dramma, la voce di Cristo, che ancor oggi, ed oggi più. che mai. dice: *Vieni e seguimi (Mt.* 19, 21).

Giovani, che Ci ascoltate: avete voi udito quella voce: vieni e seguimi? Essa continua: *Io sono la luce del mondo; chi mi segue non camminerà nelle tenebre, ma avrà la luce della vita (Gv.* 8, 12).

Voi sapete bene come cotesto dialogo si chiama. Si chiama la vocazione. Ognuno di voi la custodisce nel cuore, come il segreto delia sua vita, come la direzione del suo avvenire, come la forza del suo operare: * Vieni e seguimi ».

Lasciate che qui, lasciate che oggi, lasciate che Noi. proprio come Vicario di quel Gesù, che primo si rivolse ai discepoli, che dovevano diventare suoi apostoli, la ripetiamo a voi, qui presenti, ai vostri compagni, e a quant'altri giovani, di oggi e di domani, che abbiauo la grazia ed il coraggio di ascoltarla: *Venite dietro a me, e ri farò pescatori di uomini (Mr.* 1, !?)•

2540 Che è quanto dire: l'opera della redenzione non si compie nel mondo e nel tempo senza il ministero di uomini votati, di uomini, che mediante un'oblazione di totale carità umana, attuano il piano di salvezza del-

l'infinita carità divina. Questa carità divina avrebbe potuto, se Dio lo avesse voluto, diffondersi da sè, salvare direttamente da sè. Il disegno di Dio è diverso; Dio salverà in Cristo gli uomini mediante nn servizio di uomini. Dio non ha dato al mondo soltanto una rivelazione, una religione; ha dato una Chiesa, una società organica, una comunità articolata, dove alcuni fratelli operano per la salvezza degli altri fratelli; ha istituito una gerarchia, ha istituito un sacerdozio: là arriva il messaggio e la virtù della salvezza di Cristo, dove arriva il sacerdozio di Cristo. Il Signore ha voluto far dipendere la diffusione del Vangelo dal numero e dallo zelo degli operai del Vangelo.

Ecco perchè la chiamata al servizio del Vangelo assume un'importanza incalcolabile. Il dramma della salvezza del mondo vi è interessato. Il dono della vocazione è segreto di Dio, sì; ma non sia viltà, non sia pigrizia, non sia pusillanimità, non sia sordità, non sia impurità, figli carissimi, quella che ne priva anime giovanili, che il pensiero di Dio avrebbe fatte pure e forti per il ministero del suo Regno.

Beati voi, figlioli, che conoscete queste verità e ne fate ardimentosa e umile esperienza. Beati voi, che sapete quale aspetto assuma, oggi, l'attrattiva della vocazione ecclesiastica: non è la consuetudine dinastica, certamente, non l'interesse del quieto vivere in un buon beneficio, non la prospettiva di onori clericali, non la volontà altrui che si sostituisca o prevalga su quella del candidato, e nemmeno il disgusto pessimista d'un mondo insopportabile, o la delusione di speranze cadute, che vi tracciano la via che conduce al Seminario; e neppure quelle più nobili della cultura, o dell'arte, che possono per sè comporsi in via subordinata con le attrattive autentiche che oggi spingono un giovane a farsi prete. Le attrattive autentiche, che fanno di voi gli alunni del Seminario, sono quelle paradossali del seguace di Cristo, che ha detto: *Chi vuol venire dietro a me, rinneghi se stesso, prenda la sua croce e mi segua* (*Mr.* 8, 34). La vocazione oggi vuol dire rinuncia, vuol dire impopolarità, vuol dire sacrificio. Vuol dire la preferenza della vita interiore a quella esteriore, vuol dire la scelta d'una perfezione austera e costante in confronto con una mediocrità comoda e insignificante; vuol dire la capacità di ascoltare le voci imploranti del mondo, le voci delle anime innocenti, di quelle sofferenti, di quelle senza pace, senza conforto, senza guida, senza amore, e insieme la forza di far tacere le voci lusinghiere e molli del piacere e dell'egoismo; vuol dire comprendere la dura, ma stupenda missione della Chiesa, oggi più che mai impegnata ad insegnare all'uomo il suo vero essere, il suo fine, la sua sorte, e a svelare agli spiriti fedeli le immense, le ineffabili ricchezze della carità di Cristo.

Vuol dire, giovani, essere giovani: avere l'occhio limpido e il cuore grande, vuol dire accettare per programma di vita l'imitazione di Cristo, il suo eroismo, la sua santità, la sua missione di bontà e di salvezza. Nessuna prospettiva sulla vita offre ideale più vero, più generoso, più umano, più santo che l'umile e fedele vocazione al sacerdozio di Cristo.

Non è enfasi, figlioli carissimi, non è retorica, soprattutto non è suggestione, non è bugia, che dà alla Chiesa l'ardimento di parlare così.

È la conoscenza che la Chiesa ha dei vostri cuori, delle grazie che il Signore ha riversate nelle vostre anime; è la stima che essa nutre per voi; è la speranza che essa pone nei vostri verdi anni e nei vostri sogni generosi.

E forse sapete, figlioli, che la Chiesa non oserebbe esprimere su di voi vaticini così alti e così dillìeili, se le mancasse la pratica possibilità di esservi vicina nell'annunciarli e sollecita nell'aiutarvi a raccoglierli e nel seguirvi. Se la Chiesa non avesse sviluppato la sua arte di maestra delle anime e mancasse della sede e degli strumenti per esercitarla, non potrebbe parlarvi con tanta franchezza. Ma oggi la Chiesa si è resa idonea, e più ancora lo sarà certo domani, ad esercitare la sua sublime missione di educatrice di futuri sacerdoti, perchè la Chiesa ha istituito a tal fine i suoi Seminari. Il Seminario è la scuola per il silenzio interiore, in cui parla la voce misteriosa di Dio, è la palestra per l'allenamento alle virtù dillìeili, è la casa dove abita Cristo, il .Maestro. Ricordate? Due discepoli di Giovanni, udito ch'egli diceva di Gesù, che passava sulla riva del Giordano: ecco l'Agnello di Dio!, andarono dietro a Gesù. Gesù si voltò, e notato che lo seguivano, domandò loro: Chi cercate? Essi gli dissero: Rabbi (che tradotto vuol dire Maestro), dove abiti? Egli rispose loro: *Venite e vedrete (Gv.* 1, 38-39).

Se mai, giovani, la stessa domanda salisse dal fondo incerto e commosso delle vostre anime, che hanno intuito essere Gesù il solo salvatore del mondo, ed essere Lui Colui che cercate e Colui che vi cerca, e venisse alle vostre labbra: Maestro, dove abiti?, dove poterti incontrare, o Cristo Signore, dove conoscere, o Gesù, dove ascoltare, dove a Te unirsi, per rivestire poi la tua stessa missione?, ricordate che per la bocca della Chiesa, por quelle dei vostri Vescovi, dei vostri Superiori, dei vostri Maestri, la risposta è sempre quella: venite e vedrete. E la porta benedetta del Seminario si aprirà davanti a voi. Così sia!

AAS 55, 1032-1035. Cfr. ***Insegnamenti*** 1, 288 s.

De admittendis illegitimis in Seminarium

(Ex Motu Proprio ***Pastorate munus***, 30 nov. 1963).

2541 *[Episcopis conceditur facultas}* 31 « Admittendi in Seminario filios illegitimos, si qualitates praebeant, quae pro admissione in Seminarium requiruntur, dummodo ne agatur de adulterinis aut sacrilegis ».

AAS 56, 10.

CONCILIUM ŒCUM. VATICANUM II (1962-1965)

Sessio III (4 dec. 1963)

De Sacra Liturgia a Concilio instaurata clericis tradenda

(Ex Const, de Sacra Liturgia, *Sacrosanctum Concilium,* 1 **dec. 1963).**

2542 **Cap. I-II. · 15. Magistri, qui sacrae Liturgiae disciplinae in seminariis, studiorum domibus religiosis et facultatibus theologicis docendae praeficiuntur, ad munus suum in institutis ad hoc speciali cura destinatis probe instituendi sunt.**

2543 **16. Disciplina de sacra Liturgia in seminariis et studiorum domibus religiosis inter disciplinas necessarias et potiores, in facultatibus autem theologicis inter disciplinas principales est habenda, et sub aspectu cum theologico et historico, tum spirituali, pastorali et iuridico tradenda. Curent insuper aliarum disciplinarum magistri, imprimis theologiae dogmaticae, sacrae Scripturae, theologiae spiritualis et pastoralis ita, ex intrinsecis exigentiis proprii uniuscuiusque obiecti, mysterium Christi et historiam salutis excolere, ut exinde earum connexio cum Liturgia et unitas sacerdotalis institutionis aperte clarescant.**

2544 **17. Clerici, in seminariis domibusque religiosis, formationem vitae spiritualis liturgicam acquirant, cum apta manuductione qua sacros ritus intellegere et toto animo participare queant, tum ipsa sacrorum mysteriorum celebratione, necnon aliis pietatis exercitiis spiritu sacrae Liturgiae imbutis; pariter observantiam legum liturgicarum addiscant, ita ut vita in seminariis et religiosorum institutis liturgico spiritu penitus informetur.**

2545 **18. Sacerdotes, sive saeculares sive religiosi, in vinea Domini iam operantes, omnibus mediis opportunis iuventur ut plenius semper quae in functionibus sacris agunt intellegant, vitam liturgicam vivant, eamque cum fidelibus sibi commissis communicent.**

2546 **Cap. III. · 51. Quo ditior mensa verbi Dei paretur fidelibus, thesauri biblici largius aperiantur, ita ut, intra praestitutum annorum spatium, praestantior pars Scripturarum Sanctarum populo legatur.**

2547 **52. Homilía, qua per anni liturgici cursum ex textu sacro fidei mysteria et normae vitae Christianae exponuntur, ut pars ipsius liturgiae valde commendatur; quinimmo in Missis quae diebus dominicis et festis de praecepto concurrente populo celebrantur, ne omittatur, nisi gravi de causa.**

2548 **53. « Oratio communis » seu « fidelium », post Evangelium et homiliam, praesertim diebus dominicis et festis de praecepto, restituatur, ut, populo eam participante, obsecrationes fiant pro sancta Ecclesia, pro iis qui nos in potestate regunt, pro iis qui variis premuntur necessitatibus, ac pro omnibus hominibus totiusque mundi salute.**[1]

[1] *Ctr. 1 T.* 2. 1-2.

2549 54. Linguae vernaculae in Alissis cum populo celebratis congruus locus tribui possit, praesertim in lectionibus et «oratione communi-,ac. pro condicione locorum, etiam in partibus quae ad populum spectant, ad normam art. .36 huius Constitutionis.

2550 57. § 1. Concelebratio, qua unitas sacerdotii opportune manifestatur, in Ecclesia usque adhuc in usu remansit tam in Oriente quam in Occidente. Quare facultatem concelebrandi ad sequentes casus Concilio extendere placuit:

I0 *a)* feria V in Cena Domini, tum ad Missam chrismatis, tum ad Missam vespertinam:

b) ad Missas in Conciliis, Conventibus Episcopalibus et Synodis;

c) ad Missam in Benedictione Abbatis.

2° Praeterea, accedente licentia Ordinarii, cuius est de opportunitate concelebrationis indicare:

a) ad Missam conventualem et ad Missam principalem in ecclesiis, cum utilitas christilidelium singularem celebrationem omnium sacerdotum praesentium non postulat;

b) ad Missas in conventibus cuiusvis generis sacerdotum tum saecularium tum religiosorum.

§ 2. I0 Ad Episcopum vero pertinet concelebrationis disciplinam in dioecesi moderari.

2" Salva tamen semper sit cuique sacerdoti facultas Missam singularem celebrandi, non vero eodem tempore in eadem ecclesia, nec feria V in Cena Domini.

2551 Cap. IV. - 83. Summus Novi atque aeterni Testamenti Sacerdos, Christus lesus, humanam naturam assumens, terrestri huic exsilio hymnum illum invexit, qui in supernis sedibus per omne aevum canitur. Universam hominum communitatem ipse sibi coagmentat, eandemque in divino hoc concinendo laudis carmine secum consociat.

Illud enim sacerdotale munus per ipsam suam Ecclesiam pergit, quae non tantum Eucharistia celebranda, sed etiam aliis modis, praesertim Oilicio divino persolvendo, Dominum sine intermissione laudat et pro totius mundi salute interpellat.

2552 84. Divinum Officium ex antiqua traditione Christiana ita est constitutum ut totus cursus diei ac noctis per laudem Dei consecretur. Cum vero mirabile illud laudis canticum rite peragunt sacerdotes aliique ad hanc rem Ecclesiae instituto deputati vel christifldeles una cum sacerdote forma probata orantes, tunc vere vox est ipsius Sponsae, quae Sponsum alloquitur, immo etiam oratio Christi cum ipsius Corpore ad Patrem.

2553 85. Omnes proinde qui haec praestant, tum Ecclesiae officium explent, tum summum Sponsae Christi honorem participant, quia laudes Deo persolventes stant ante thronum Dei nomine Matris Ecclesiae.

554 86. Sacerdotes sacro pastorali ministerio addicti eo maiore fervore Horarum laudes persolvent, quo vividius conscii erunt sibi observandum esse monitum Pauli: «Sine intermissione orate» (1 *Th.* 5, 17); operi

enim in quo laborant Dominus solus efficacitatem et incrementum dare potest, qui dixit: «Sine me nihil potestis facere» *(io.* 15, 5); propterea Apostoli, diaconos instituentes, dixerunt: « Nos vero orationi et ministerio verbi instantes erimus» **(J.** (5, 4).

2555 87. Ut autem divinum Officium, sive a sacerdotibus sive ab aliis Ecclesiae membris melius et perfectius in rerum adiunctis peragatur, Sacrosancto Concilio, instaurationem ab Apostolica Sede feliciter inceptam persequenti, de Officio iuxta ritum romanum ea quae sequuntur placuit decernere.

2556 88. Cum sanctificatio diei sit finis Officii, cursus Horarum traditus ita instauretur ut Horis veritas temporis, quantum fieri potest, reddatur, simulque ratio habeatur vitae hodiernae condicionum in quibus versantur praesertim ii qui operibus apostolicis incumbunt.

2557 89. Itaque, in instauratione Officii, hae normae serventur:

o) Laudes, ut preces matutinae, et Vesperae, ut preces vespertinae, ex venerabili universae Ecclesiae traditione duplex cardo Officii cotidiani, Horae praecipuae habendae sunt et ita celebrandae;

b) Completorium ita instruatur, ut fini diei apte conveniat;

c) Hora quae Matutinum vocatur, quamvis in choro indolem nocturnae laudis retineat, ita accommodetur ut qualibet diei hora recitari possit, et e psalmis paucioribus lectionibusque longioribus constet;

d) Hora Prima supprimatur;

c) In choro, Horae minores Tertia, Sexta, Nona serventur. Extra chorum e tribus unam seligere licet, diei tempori magis congruentem.

2558 90. Cum praeterea Officium divinum, utpote oratio publica Ecclesiae, sit fons pietatis et orationis personalis nutrimentum, obsecrantur in Domino sacerdotes aliique omnes divinum Officium participantes, ut in eo persolvendo mens concordet voci; ad quod melius assequendum, liturgicam et biblicam, praecipue psalmorum, institutionem sibi uberiorem comparent.

In instauratione vero peragenda, venerabilis ille romani Officii saecularis thesaurus ita aptetur, ut latius et facilius eo frui possint omnes quibus traditur.

2559 91. Ut cursus Horarum, in art. 89 propositus, reapse observari possit, psalmi non amplius per unam hebdomadam, sed per longius temporis spatium distribuantur.

Opus recognitionis Psalterii, feliciter inchoatum, quamprimum perducatur ad finem, respectu habito latinitatis christianae, usus liturgici etiam in cantu, necnon totius traditionis latinae Ecclesiae.

2560 92. Ad lectiones quod attinet, haec serventur:

a) lectio sacrae Scripturae ita ordinetur, ut thesauri verbi divini in pleniore amplitudine expedite adiri possint;

b) lectiones de operibus Patrum, Doctorum et Scriptorum ecclesiasticorum depromendae melius seligantur;

c) Passiones seu vitae Sanctorum fidei historicae reddantur.

2561 93. Hymni, quantum expedire videtur, ad pristinam formam restituantur, iis demptis vel mutatis quae mythologiam sapiunt aut Christianae pietati minus congruunt. Recipiantur quoque, pro opportunitate, alii qui in hymnorum thesauro inveniuntur.

2562 9-1. Praestat, sive ad diem revera sanctificandum, sive ad ipsas Hora> cum fructu spirituali recitandas, ut in Horarum absolutione tempus servetur, quod proxime accedat ad tempus verum uniuscuiusque Horae canonicae.

2563 95. Communitates choro obligatae, praeter Missam conventuale™, tenentur Officium divinum cotidie in choro celebrare, et quidem:

a) totum Officium, Ordines Canonicorum, Monachorum et Monialiurn, aliorumque Regularium ex iure vel constitutionibus choro adstrictorum;

h) Capitula cathedralia vel collegiali», eas partes Officii, quae sibi a iure communi vel particulari imponuntur;

c) omnes autem illarum Communitatum sodales, qui sunt aut in Ordinibus maioribus constituti aut solemniter professi, conversis exceptis, debent eas Horas canonicas soli recitare, quas in choro non persolvunt.

2564 96. Clerici choro non obligati, si sunt in Ordinibus maioribus constituti, cotidie, sive in communi, sive soli, obligatione tenentur totum Officium persolvendi, ad normam art. 89.

2565 97. Opportunae commutationes divini Officii cum actione liturgica a rubricis definiantur.

In casibus singularibus iustaque de causa, Ordinarii possunt subditos suos ab obligatione Officium recitandi ex toto vel ex parte dispensare vel id commutare.

2566 98. Sodales cuiusvis Instituti status perfectionis, qui, vi constitutionum, partes aliquas divini Officii absolvunt, orationem publicam Ecclesiae agunt.

Item, publicam Ecclesiae orationem agunt, si quod parvum Officium, vi constitutionum, recitant, dummodo in modum Officii divini confectum ac rite approbatum sit.

2567 99. Cum Officium divinum sit vox Ecclesiae seu totius Corporis mystici Deum publice laudantis, suadetur ut clerici choro haud obligati ac praesertim sacerdotes conviventes vel in unum convenientes, aliquam saltem divini Officii partem in communi persolvant.

Omnes autem sive in choro sive in communi Officium persolventes munus sibi concreditum quam perfectissime, tam interna animi devotione quam externa agendi ratione, peragant.

Praestat insuper ut Officium in choro et in communi, pro opportunitate, cantetur.

2568 100. Curent animarum pastores ut Horae praecipuae, praesertim Vesperae, diebus dominicis et festis sollemnioribus, in ecclesia communiter celebrentur. Commendatur ut et ipsi laici recitent Officium divinum, vel cum sacerdotibus, vel inter se congregati, quin iinmo unusquisque solus.

2569 101. § 1) Iuxta saecularem traditionem ritus latini, in Officio divino lingua latina clericis servanda est, facta tamen Ordinario potestate usum versionis vernaculae ad normam art. 3G confectae concedendi, singulis pro casibus, iis clericis, quibus usus linguae latinae grave impedimentum est quominus Officium debite persolvant.

§ 2) Monialibus, necnon sodalibus, sive viris non clericis sive mulieribus, Institutorum statuum perfectionis, in Officio divino, etiam in choro celebrando, concedi potest a Superiore competente ut lingua vernacula utantur, dummodo versio approbata sit.

§ 3) Quivis clericus Officio divino adstrictus, si Officium divinum una cum coetu fidelium, vel cum iis qui sub § 2 recensentur, lingua vernacula celebrat, suae obligationi satisfacit, dummodo textus versionis sit approbatus.

2570 Cap. VI. - 115. Magni habeatur institutio et praxis musica in Seminariis, in Religiosorum utriusque sexus novitiatibus et studiorum domibus, necnon in ceteris institutis et scholis catholicis; ad quam quidem institutionem assequendam, magistri, qui Musteae sacrae docendae praeficiuntur, sedulo conformentur.

Commendantur insuper Instituta Superiora de Musica sacra pro opportunitate erigenda.

Musicae vero artifices, cantores, imprimis pueri, etiam germana institutione liturgica donentur.

Cap. VII. - 129. Clerici, dum philosophicis et theologicis studiis incumbunt, etiam de artis sacrae historia eiusque evolutione instituantur, necnon de sanis principiis quibus opera artis sacrae inniti debent, ita ut Ecclesiae venerabilia monumenta aestiment atque servent, et artificibus in operibus efficiendis congrua consilia queant praebere.

AAS 56, 104-105; 114-116; 121-125; 129; 133.

De instituendis alumnis ad rectum usum instrumentorum communicationis socialis

(Ex Dccr. dc instrumentis communicationis socialis, *Inter mirifica,* I dec. 1963).

2571 16. Cum rectus instrumentorum usus communicationis socialis, (piae receptoribus praesto sunt aetate cultuque diversis, accommodatas et proprias requirat eorumdem receptorum institutionem atque exercitationem, incepta quae huic fini consequendo sint apta - praesertim si ¡unioribus destinentur — in scholis catholicis cuiusve gradus, in Seminariis necnon in apostolatus laicorum coetibus foveantur, multiplicentur atque iuxta morum Christianorum principia dirigantur. Quod ut promptius efficiatur, doctrinae et disciplinae catholicae de hae re propositio ac explicatio in catechismo tradatur.

AAS 56, 151.

1><' erectione Seminariorum in Rep. Vcnetiolae

(Ex Coment, cum Republica Vcnetiolae, 6 mart. 1964).

2572 Art. XIV. - La Chiesa potrà fondare liberamente Seminari Maggiori e Minori, tanto Diocesani che Interdiocesani, ed altri Istituti destinati aliti formazione del Clero Secolare e Religioso, i quali dipenderanno unicamente dalla Autorità Ecclesiastica nella loro direzione, regime e programmi di studio.

Riconoscendo lo Stato i fini specifici dell'educazione impartita in tali Seminari ed Istituti, è disposto a concedere l'equivalenza degli studi dell'educazione secondaria sempre che il piano di detti studi contenga, a parità di condizioni, i programmi dell'educazione secondaria.

Art. XIV. - La Iglesia podrá libremente establecer Seminarios -Mayores y Menores, tanto Diocesanos como Intertliocesanos, y otros Institutos destinados a la formación del Clero Secular y Religioso, los cuales dependerán únicamente de la Autoridad Eclesiástica en su dirección, régimen y programas de estudio.

Reconociendo el Estado los fines específicos de la educación impartida por tales Seminarios e Institutos, está dispuesto a conceder la equivalencia de los estudios de educación secundaria siempre que el plan dc dichos estudios contenga, en igualdad de condiciones, las asignaturas que integran el de educación secundaria.

AAS 56. 930 8.

De sana doctrina rectaque methodo in ecclesiasticis studiis servanda

(Ex Alloc. *Incensissimo desiderio,* ad Pont. Univ. Grcporianue Moderatores. Professores et alumnos, 12 mart. 1961).

2573 Attamen Nobis in animo non est laudibus tantummodo extollere, quae meritis virtutique vestrae debentur; sed etiam utilia quaedam sermone Nostro placet proferre, unde vobis pateat, quo animo Christi Vicarius in Universitatem vestram intueatur, et quid Ecclesia nostris hisce temporibus ab ea potissimum exspectet.

Imprimis id Nobis summopere cordi est, ut in iuniore clero instituendo semper sacra lex sit doctrinae incolumitati consulere. Etenim ecclesiastica Romana Athenaea, quibus omnibus vestrum tempore antecedit, non aliam ob causam hac in alma Urbe condita sunt, nisi ut prope Petri Cathedram constituta, eius vocem ac monita fidelius perciperent. Apud vos igitur integra maneat haec antiqua laus, qua potissimum praemii dignos vestros censemus labores, ut nempe hinc alumni proficiscantur ad

plenum imbuti romana illa fide, quam laudavit Apostolus,[1] ex qua normas haurire necesse est catholice agendi atque sentiendi.

Quandonam autem doctrina tuta censenda est *t* Profecto si constet, eam omnino cum veritate esse concordem. Fatemur tamen id non semper facile obtineri posse. Etenim doctrinae cultores, dum veritatem inquirunt, ad investigationis cardinem tandem perveniunt, in quo discrimen adest, idque eo gravius, quo magis ipsi ingenio praestant, quo gravior est res ad considerandum proposita, et quo maioris momenti est consilium quod tunc ipsi capiunt, quod attinet sive ad indicium ferendum de rei veritate, sive ad methodum in subsequentibus investigationibus retinendam: quae methodus hanc ob causam ab iisdem scientifica appellabitur. Id autem tunc contingit, cum vir doctus aut ea vera esse atlirmat, quae vera reapse non sunt, sed eius opinioni, vel privatae interpretationi vel mentis habitui respondent: aut vera atlirmat, quae cum veritate reapse concordant, quaeque humanae intelligentiae lumen et vires exsuperare possunt, atque interdum revera exsuperant. (Jum autem de verbo Dei agitur, is, qui in ipsius studio versatur, quomodo sese gerere debet? Agnoscere ipse debet verbo Dei incommensurabilem amplitudinem supremamque veritatem, an ipsi fas est verbum Dei intra humanae mentis fines coercere atque propriae interpretationi obnoxium facere? Vir doctus qui fatetur verbum Dei supra humanam naturam esse, eique supremam auctoritatem supernamque virtutem agnoscit, sine dubio catholicus appellandus est. De homine autem, qui aliter se habet, nescimus an idem sit dicendum; is profecto nec veri nominis doctus habendus est, neque veri nominis christifidelis.

2626 5. Cum alumnorum institutio et a sapientibus legibus et maxime quidem ab idoneis educatoribus pendeat, Seminariorum moderatores et magistri ex optimis viris seligantur[2] atque solida doctrina, congrua experientia pastorali et peculiari institutione spirituali et paedagogica diligenter praeparentur. Instituta igitur ad hunc finem assequendum vel saltem cursus apta ratione disponendi necnon Moderatorum Seminariorum conventus statutis temporibus celebrandi promoveantur oportet.

-Moderatores vero et magistri persentiant quant opero a suipsorum cogitandi agendique ratione pendeat alumnorum formationis exitus; sub Rectoris ductu arctissimam spiritus et actionis consortionem ineant atque inter semetipsos et cum alumnis eam familiam constituant quae Domini orationi *Ut sint unum (io.* 17, 11) respondeat et in alumnis propriae vocationis gaudium nutriat. Episcopus autem assidua praedilectio-

[1] Cfr. Coxc. Vat. It. Const, dogm. de Ecclesia, *Lumen Gentium,* n. 28: AAS 57, 31. [Cfr. n. 2589 J.

[2] Cfr. Pius XI. Litt. Encycl. *Ad Catholici Sacerdotii,* 20 dec. 1935: AAS 28 (1936), p. 37: Diligens imprimis esto moderatorum magist rorumque delectus... Sacris eiusmodi contagila sacerdotes tribuite maxima virtute ornatos; nequo gravemini cos o muneribus abstrahere, specie quidem maioris ponderis, quae tamen eum hac capitali ro, cuius partes nulla alia susceperit, comparari nequeunt ». Quod seligendi optimos principium iterum inculcatur a l'io XII in Litteris Apostolici» ad Ordinarios Urasiliae directis die 23 aprilis 1917, *Discorsi e liadiomessaggi* 9, 579-580. [Cfr. nn. 1959; 2152).

nis cura animet cok qui in Seminario laborant ac ipsis alumnis se demonstret verum in Christo Patrem. Omnes denique sacerdotes cor dioecesis Seminarium considerent eique propriam adiutricem operam libenter praestent.l

2627 6. Vigilanti cura, pro singulorum aetate eorumque progressu, inquiratur de candidatorum recta intentione ac libera voluntate, de idoneitate spirituali, morali et intellectuali, de congrua physica ct psychica valetudine, consideratis quoque dispositionibus a familia forsan transmissis. Expendatur quoque candidatorum capacitas sacerdotalia onera ferendi et ollicia pastoralia exercendi.: In universa autem alumnorum selectione et probatione debita semper adhibeatur animi firmitas etiamsi lugenda sit sacerdotum penuria,3 cum Deus Ecclesiam suam ministris carere non sinat, si digni promoveantur, non idonei tempestive ad alia munera obeunda paterne dirigantur atque inventur ut vocationis suae Christianae conscii, alacriter apostolatum iaicalem ineant.

2628 7. I bi singulae dioeceses proprio Seminario rite instruendo impares sint, erigantur ac foveantur Seminaria pluribus dioecesibus vel universae regioni vel nationi communia, ut solidae alumnorum institutioni, quae in hac re suprema lex est habenda, efficaciore ratione consulatur. Haec vero Seminaria, si regionalia sint vel nationalia, regantur iuxta statuta ab Episcopis quorum interest 4 condita et ab Apostolica Sede probata.

In Seminariis autem ubi multi sunt alumni, retenta regiminis et scientilicae institutionis unitate, alumni apta ratione distribuantur in coetus minores ut singulorum conformationi personali melius provideatur.

IV. De institutione spirituali IMPENSIUS EXCOLENDA

2629 8. Institutio spiritualis eum doctrinali et pastorali arcte connect at ur et, directore spiritus praecipue adiuvante,5 ita impertiatur, ut alumni cum Patre per Filium Eius desum Christum in Spiritu Sancto familiari et assidua societate vivere discant. Per sacram ordinationem Christo Sa-

1 **De communi officio Seminariis auxillatriccm operam navandi cfr.** Paulus **VI. Ep. Apost.** ***Summi Dei Verbum,*** **4 nov. 1963: AAS 55, 984. (Cfr. n. 25281.**

* **Cfr. Pius XII, Adhort. Apost.** ***Menii Nostrae,*** **23 sept. 1950: AAS 12, 6S4; S.** Congb. **DE** Sack amentis, **Litt, circulares A/apna** ***equidem*** **nd locorum Ordinarios, 27 dee. 1955, n. 10, Pro religiosis cfr.** ***Statuta Generalia*** **adnexa Constitutioni Apostolicae Sedes** ***Sapientiae,*** **31 mail 1956, art. 33. [Cfr. nn. 2216; 3227 s.** J.

PAULUS **Vi, Ep. Apost.** ***Summi Dei Verbum,*** **4 nov. 1963: AAS 55. 987 s. (Cfr. n. 2531].**

* **Cfr. Pii** s **XI, Litt. Encycl.** ***Ad Catholici Sacerdotii,*** **20 dee. 1935: AAS 28, 41. (Cfr. n. 1968].**

* **Statuitur, ut in determinandis Seminariorum regionalium vel uationalium Statutis omnes Episcopi quorum interest partem habeant, derogando praescripto canonis 1357, par. 4 CIC. (Cfr. nn. 1461; 32171.**

* **Cfr. Pius XII, Adhort. Apost.** ***Menti Nostrae,*** **23 sept. 1950: AAS 42, 674; S.** Congii, de Sem. et Stud. Univ., **La** ***Formazione spirituale del candidalo al sacerdozio.*** **Città del Vaticano 1965. [Cfr. n. 22081.**

cerdoti configurandi, etiam intima totius vitae consortione, ut amici, Ei adhaerere assuescant.[1] Eius Mysterium Paschale ita vivant ut in illud initiare sciant plebem sibi committendam. Christum quaerere edoceantur in verbi Dei fideli meditatione, in actuosa cum sacrosanctis Ecclesiae Mysteriis communicatione, imprimis in Eucharistia et in officio divino;[2] in Episcopo, qui eos mittit et in hominibus ad quos mittuntur praesertim pauperibus, parvulis, infirmis, peccatoribus et incredulis. Beatissimam Virginem Mariam, quae a Christo Iesu in cruce moriente discipulo data est uti mater, filiali fiducia diligant et colant.

Enixe foveantur pietatis exercitia venerando Ecclesiae usu commendata; curandum vero est ne formatio spiritualis in iis solis consistat nec solum affectum religiosum excolat. Discant potius alumni secundum formam Evangelii vivere, in fide, spe et caritate firmari, ut in earum exercitio spiritum orationis sibi acquirant,[3] vocationis suae robur et munimen consequantur, ceterarum virtutum vigorem obtineant et zelo omnes homines Christo lucrifaciendi crescant.

2630 9. Mysterio Ecclesiae ab hac Sancta Synodo praecipue illustrato alumni ita imbuantur ut Christi Vicario humili et filiali caritate devincti atque, sacerdotio aucti, proprio Episcopo tamquam fidi cooperatores adhaerentes et sociam cum fratribus operam praestantes, testimonium exhibeant illius unitatis qua homines ad Christum attrahuntur.[4] Dilatato corde participare discant in totius Ecclesiae vita secundum illud S. Augustini: *Quantum quisque amat Ecclesiam Christi, tantum habet Spiritum Sanctum*.[5] Clarissime intelligent alumni, se non dominatui nec honoribus destinari, sed totos servitio Dei et pastorali ministerio mancipari. Peculiari sollicitudine in sacerdotali oboedientia, in pauperis vitae ratione et in sui abnegandi spiritu ita excolantur,[6] ut etiam ea quae licita sunt, seti non expediunt, prompte abdicare et Christo crucifixo se conformare assuescant.

De oneribus ab ipsis suscipiendis alumni reddantur certiores, nulla vitae sacerdotalis difficultate Felicita; ne tamen in futura operositate

[1] **Cfr. S. Pius X, Exhort, nd Clerum,** *Haerent animo,* **4 aug. 1908: S. Pii -V** *Acia* **4, 242-214; Pius XII, Adhort. Apost.** *Menti Nostrae,* **23 sept. 1950; AAS 12, 659-661;** Ioannes **XXIII, Litt. Encyel.** *Sacerdotii Nostri Primordia,* **1 aug. 1959: AAS 51, 550 s. [Cfr. nn. 2201; 2369].**

[2] **Cfr. Pius XII, Litt. Encycl.** *Mediator Dei,* **20 nov. 1917; AAS 39, 547 ss. et 572 s.;** Ioannes **XXIII, Adhort. Apost.** *Sacrae Laudis,* **6 hin. 1962: AAS 54, 69; CONC.** Vat. **II, Const, de Sacra Liturgia,** *Sacrosanctum Concilium,* **art. 16 et 17: AAS 56, 104 s.; S. CONOR.** Rituum, *Instructio ad cjrsecutioncm Constitutionis de Sacra Liturgia recte ordinandam,* **26 sept. 1964, nn. 14-17: AAS 56, 880 s. (Cfr. nn. 2543 a.; 2581 a.].**

[3] *** Cfr.** IoaNNES **XXIII, Litt. Encycl.** *Sacerdotii Nostri Primordia:* **AAS 51, 559 a. [Cfr. n. 237**1 **s.].**

[4] **‘ Cfr. CONC.** Vat. **II, Const, degni, de Ecclesia,** *Lumen Gentium,* **n. 28: AAS 57, 35 a. (Cfr. n. 2589].**

[5] **‘ S.** Augustinus, *In Ioanncm tract.* **32, 8: ML 35, 1616.**

[6] **• Cfr.** Pius **XII, Adhort. Apost.** *Menti Nostrae:* **AAS 42, 662 a., 685, 690;** Ioannes **XXIII, Litt. Encycl.** *Sacerdotii Nostri Primordia:* **AAS 51, 551-553; 556 a.;** Paulus **VI, Litt. Encycl.** *Ecclesiam suam,* **G aug. 1964: AAS 56, 634 s.; Cotte.** Vat. **II, Const, dogm. dc Ecclesia,** *Lumen Gentium,* **imprimía n. 8: AAS 57, 12. [Cfr. nn. 2198 s., 2369 a.].**

periculi rationem fere unice conspiciant, sed potius ad vitam spiritualem ex ipsa eorum pastorali actione quam maxime roborandam conformentur.

2631 10. Alumni qui secundum proprii ritus sanctas firmasque leges venerandam coelibatus sacerdotalis traditionem sequuntur, diligenti cura educentur ad hunc statum, in quo societati coniugali propter regnum caelorum renuntiantes (cfr. *Mal.* 19, 12), Domino adhaerent amore indiviso l novo Foederi intime congruente, futuri saeculi resurrectionis testimonium exhibent (cfr. *Lc.* 20, 36) 3 et aptissimum consequuntur auxilium ad eam perfectam caritatem continuo exercendam, qua in ministerio sacerdotali omnia omnibus fieri valeant.3 Alte persentiant quam grato animo ille status suscipi debeat non quidem solum ut lege ecclesiastica praeceptus, sed ut pretiosum donum Dei humiliter impetrandum, cui gratia Spiritus Sancti excitante et aditivante, libere et generose respondere properent. Officia et dignitatem Christiani matrimonii, quod amorem inter Christum et Ecclesiam repraesentat (cfr. *Eph.* 5, 22-23), alumni debite cognoscant; perspiciant autem virginitatis Christo consecratae praecellentiam, ita ut optione mature deliberata ac magnanimi, integra corporis et animi deditione Domino se devoveant.

De periculis quae eorum castitati maxime in praesentis temporis societate occurrunt, moneantur;8 aptis praesidiis divinis humanisque adititi, matrimonii renuntiationem ita integrare addiscant ut ipsorum vita et operositas ex coelibatu non modo ullum patiatur detrimentum, sed potius ipsi altius animi corporisque dominium pleniorisque maturitatis profectum acquirant atque Evangeli! beatitudine!» perfectius percipiant.

2632 l 1. Christianae educationis normae sancte serventur, ct recentioribus sanae psychologiae et paedagogiae inventis rite compleantur. Institutione igitur sapienter ordinata in alumnis excolenda est etiam debita maturitas humana, praecipue comprobata in quadam animi stabilitate, in facultate ferendi ponderatas decisiones atque in recta de eventibus et hominibus indicandi ratione. Alumni propriam indolem recte componere assuescant; ad animi fortitudinem formentur et in universum illas virtutes aestimare discant quae inter homines pluris fiunt et Christi ministrum commendant,6 cuiusmodi sunt animi sinceritas, assidua iustitiae cura, promissis servata fides, in agendo urbanitas, in colloquendo modestia cum caritate coniuncta.

Vitae Seminarii disciplina aestimanda est non solum validum vitae communis caritatisque praesidium, sed totius institutionis necessaria

1 Cfr. Pius XII, Litt. Encycl. ***Sacra Virginitas,*** 25 nuirt. 1954: AAS 46, 1G5 ss.

' Cfr. S. Cyprianus, ***De habitu virginum,*** 22: ML 4, 475; S. Ambrosiis, ***Dc virginibus*** I, 8, 52: ML 16, 202 s.

' Cfr. Pius XII, Adhort. Apost. ***Menti Nostrae:*** AAS 42, 663. [Cfr. u. 2202].

‘ Cfr. Pius XII, Litt. Encycl. Sacra ***Virginitas, l.c.,VV.*** 170-174. [Cfr. n. 2244 s.].

• Cfr. Pius XII, Adhort. Apost. ***Menti Nostrae, l. c.,*** 664 et 690 8. [Cfr. nn. 2202; 2221).

‘ Cfr. Pauius VI, Ep. Apost. ***Summi Dei Verbum,*** 4 nov. 1963: AAS 55, 991. [Cfr. n. 25361.

pars ad sui dominium acquirendum, ad solidam personae maturitatem promovendam ceterasque animi dispositiones efformandas quae ordinatam et fructuosam Ecclesiae operositatem maxime invanì. Ita tamen exerceatur ut fiat alumnorum interna aptitude qua auctoritas superiorum ex intima persuasione seu propter conscientiam (cfr. *Poni.* 13, 5) et propter supernaturales rationes suscipiatur. Disciplinae vero normae iuxta alumnorum aetatem ita applicentur ut ipsi, dum gradaiim sibimetipsis moderari addiscant, libertate sapienter uti, sponte naviterque agerel et cum confratribus et laicis sociam praestare operam assuescant.

Tota Seminarii ratio, pietatis et silentii studio atque mutui adiutori! sollicitudine perfusa, ita ordinetur oportet ut iam quaedam initiatio sit futurae vitae a sacerdote ducendae.

2633 12. Ut spiritualis institutio solidiore ratione innitatur et alumni vocationem optione mature deliberata amplectantur, Episcoporum erit congruum instaurare temporis intervallum pro impensiore tirocinio spirituali. Eorundem quoque erit opportunitatem perpendere quondam studiorum interruptionem statuendi vel aptum tirocinium pastorale disponendi ut sacerdotii candidatorum probationi satius consulatur. Pro singularum regionum condicionibus Episcoporum pariter erit decernere de protrahenda aetate a iure communi in praesenti pro sacris ordinibus expostulata necnon deliberare de opportunitate statuendi ut alumni, expleto cursu theologico, per congruum tempus diaconalem exerceant ordinem, antequam ad sacerdotium promoveantur.

V. De studiis ecclesiasticis recognoscendis

2634 13. Antequam sacrorum alumni st udia proprie ecclesiastica aggrediantur. ea humanística et scientifica institutione ornentur, qua iuvenes in sua cuiusque natione superiora studia inire valeant; ae praeterea eam linguae latinae cognitionem acquirant, qua tot scientiarum fontes et Ecclesiae documenta intelligere atque adhibere possint.[2] Studium linguae liturgicae unicuique ritui propriae necessarium habeatur, cognitio vero congrua linguarum Sacrae Scripturae et Traditionis valde foveatur.

2635 14. In ecclesiasticis studiis recognoscendis eo imprimis spectandum est ut disciplinae philosophicae ct theologicae aptius componantur et concordi ratione conspirent ad alumnorum mentibus magis magisque aperiendum Mysterium ‹ liristi quod totam generis humani historiam allicit, in Ecclesiam iugiter influit ct ministerio sacerdotali praecipue operatur.[3]

Ut haec visio ab institutionis limine cum alumnis communicetur, studia ecclesiastica inchoentur cursu introductorio per congruum tempus protrahendo. In hac studiorum initiatione Mysterium salutis ita pro-

‘ Ctr. Pros XII, Adhort. Apost. Afenft *Nostrae, l. c.,* **p. 686. (Cfr. n. 2217].**

’ Cfr. Paulus **VI, Ep. Apost. Summi** *Dei Verbum, l. c.,* **»93. [Cfr. n. 2536).**

’ Cfr. Conc. Vat. **II, Const,, dogni. de Ecclesia,** *Lumen Gentium* **nn. 7 ct 28: AAS 57, 9-11; 33. [Cfr. n. 2589].**

ponatur ut alumni studiorum ecclesiasticorum sensum, ordinem eorumque finem pastoralem conspiciunt tumuique ad propriam vitam universam fide fundandam et penetrandam inventor atque in vocatione deditione personali et laeto animo amplectenda firmentur.

2636 15. Philosophicae disciplinae ita tradantur ut alumni imprimis ad solidam ot cohaerentem hominis, mundi et Dei cognitionem acquirendam manuducant ur. innixi patrimonio philosophico perenniter valido,l ratione quoque habita philosophicarum investigationum progredientis aetatis, praesertim earum quae in propria natione maiorem influxum exercent, necnon recent inris scientiarum progressus, ita ut alumni hodiernae aetatis indole recte percepta ad colloquium cum hominibus sui temporis opportune praeparentur?

Historia philosophiae ita tradatur ut alumni, dum variorum systematum principia ultima attingunt, ea quae ibi vera probantur teneant, errorum radices detegere eosque refellere valeant.

In ipsa docendi ratione excitetur in alumnis amor veritatis rigorose quaerendae, observandae, demonstrandae simul cum honesta agnitione limitum cognitionis humanae. Sedulo attendatur ad necessitudinem inter philosophiam et vera problemata vitae necnon quaestiones quae alumnorum mentes movent; ipsi quoque adiuventur ad perspiciendos nexus qui intercedunt inter argumenta philosophica et mysteria salutis quae in theologia superiore lumine fidei considerantur.

263" 16. Disciplinae theologicae, in lumine fidei, sub Ecclesiae Magisterii ductu3 ita tradantur ut alumni doctrinam catholicam ex divina Revelatione accurate hauriant, profunde penetrent, propriae vitae spiritualis reddant alimentum l eamque in ministerio sacerdotali annuntiare, exponere atque tueri valeant.

Sacrae Scripturae studio, quae universae theologiae voluti anima esse debet,5 peculiari diligentia alumni instituantur; congrua introductione praemissa, in exegeseos methodum accurate initientur, maxima divinae Revelationis themata perspiciunt et in Sacris Libris quotidie legendis et meditandis incitamentum et nutrimentum recipiant?

‘ **Cfr. Pius XII, Litt. Encycl.** *lluniani Generis,* **12 aug. 1950: AAS 42, 571-575.** [Cfr. n. 21115).

• **Cfr.** Paulüs **VI, Litt. Encycl.** *Ecclesiam suam,* **6 aug. 1964: AAS 56, 637 ss.**

1 **Cfr. Pu s XII, Litt. Encycl.** *Humani Generis,* **12 aug. 1950: AAS 42, 567-509; Allocutio Si** *diligis,* **31 muli 1954: AAS 46, 311 s.;** Paitas **VI, Allocutio in Gregoriana Pontificia Studiorum Universitute habita, 12 mart. 1964: AAS 56, 364 8.;** Conc. Vat. **11. Const, dogm. dc Ecclesia,** *Lumen Gentium* **n. 25: AAS 57, 29-31. [Cfr. nn. 2193; 2573 «.).**

‘ **Cfr. S. Box**aventiba, *Itinerarium mentis in Deum,* **Prol., n. 4: ı (Nemo) credat quod sibi sufficiat lectio sine unctione, speculatio sine devotione, investigatio sine admiratione, circumspectio sine exsultatione, industria sine pietate, scientia sine charitute, intelligentia sine humilitate, studium absque divina gratia, speculum absque sapientia divinitus inspirata • (S.** Bonavextvba, *Opera Omnia,* **V, Quaracehl 1891. p. 296).**

• **Cfr.** Leo **XIII, Litt. Encycl.** *Drovidentissimus Deus.* **18 nov. 1893: AAS 26, 283. (Cfr. n. 1036).**

• **Cfr.** Pontificia Commissio de **Re** Bibuca, *Instructio dc Sacra Scriptura recte docenda,* **13 maii 1950: AAS 42, 502. [Cfr. n. 2183].**

Theologia dogmatica ita disponatur ut ipsa themata biblica primum proponantur; quid Patres Ecclesiae Orientis et Occidentis ad singulas Revelationis veritates fideliter transmittendas et enucleandas contulerint necnon ulterior dogmatis historia considerata quoque ipsius relatione ad generalem Ecclesiae historiam alumnis aperiatur;[1] deinde ad mysteria salutis integre quantum fieri potest illustranda, ea ope speculationis, S. Thoma magistro, intimius penetrare eorumque nexum perspicere alumni addiscant;[2] eademque semper in actionibus liturgicis[3] et universa Ecclesiae vita praesentia et operantia agnoscere doceantur; atque humanorum problematum solutiones sub Revelationis luce quaerere, eius aeternas veritates mutabili rerum humanarum condicioni applicare easque modo coaevis hominibus accommodato communicare discant.[4]

Item ceterae theologicae disciplinae ex vividiore cum Mysterio Christi et historia salutis contactu instaurentur. Specialis cura impendatur Theologiae morali perficiendae, cuius scientilica expositio, doctrina S. Scripturae magis nutrita, celsitudinem vocationis fidelium in Christo illustret eorumque obligationem in caritate pro mundi vita fructum ferendi. Similiter in iure canonico exponendo et in historia ecclesiastica tradenda respiciatur ad Mysterium Ecclesiae, secundum Constitutionem dogmaticam *De Ecclesia* ab hac S. Synodo promulgatam. Sacra Liturgia quae primus, isque necessarius fons spiritus vere Christiani habenda est, doceatur ad mentem articulorum 15 et 16 Constitutionis de Sacra Liturgia?

Variarum regionum condicionibus opportune consideratis, marniducantur alumni ad plenius cognoscendas Ecclesias et Communitates ecclesiales a Sede Apostolica Romana seiunctas, ut unitatis redintegrationi inter universos Christianos secundum huius S. Synodi praescripta promovendae conferre valeant?

---

[1] Cfr. Pius XII, Litt. Encycl. *Humani Generis,* 12 aug. 1950: AAS 12, ¿>68 s.: ...sucrorum fontium studio sacrae disciplinae semper iuveneeeunt; dum contra speculatio quae ulteriorem sacri depositi inquisitionem neglegit, ut experiundo novimus, sterilis *•%adit •. (Cfr. n. 219 i].

[2] Cfr. Pius XII, Sermo ad Alumnos Seminariorum, 24 iunii 1939: AAS 31, 247: ▮ Aemulatio ... in veritate quaerenda et propaganda per commendationem doctrinae S. Thomae non supprimitur, sed excitatur potius ac tuto dirigitur». Paulus VI, Allocutio in Gregoriana Pont. Studiorum Univ. habita, 12 mart. 1964: AAS 56, 365: · (Magistri) ... vocem Ecclesiae Doctorum reverenter auscultent, inter quos Divus Aquinas praecipuum obtinet locum; Angelici enim Doctoris tanta est ingenii vis, tam sincerus veritatis amor, ac tanta sapientia in altissimi» veritatibus pervestigandis, illustrandis aptissimoquo unitatis nexu colligendis, ut ipsius doctrina efflcacissimum sit instrumentum non solum ad Fidei fundamenta in tuto collocanda, sed etiam ad sanae progressionis fructus utiliter et secure percipiendos». Cfr. etiam Allocutio coram VI Congressu International! Thomistico, 10 sept. 1965: AAS 57, 788-792. (Cfr. nn. 2042, 2573, 2615 8.1.

[3] Cfr. Cose. Vat. II. Const, do Sacra Liturgia, *Sarrosanetum Concilium,* nn. 7 ct 16: AAS iun B. et IUI - (fi n. 2543)

[4] Cfr. Paulus VI. Litt. Encycl. *Ecclesiam Suam,* 6 aug. 1964: AAS 56, 640 s.

[5] Cfr. ('<>SC. Vat. II, Const, de Sacra Liturgia, *Sacrosanctum (Concilium,* nn. 10, 14, 15, 16; S. CONGit. Rituum, *Instructio ad exsecutionem Constitutionis de Sacra LUuryia recte ordinandam,* 26 sept. 1964, nn. 11 ct 12: AAS 56, 879 s. [Cfr. nn. 2542, 2543, 2583].

[6] Cfr. Cono. Vat. II, Decr. de Oecumenismo, *Unitatis Hcdinteuralio* nn. 1, 9, 10: AAS 57. 90 et 98 s. (Cfr. nn. 2598 8.].

Introducantur etiam ad alias religiones cognoscendas in singulis regionibus magis vulgatas, quo melius id quod boni et veri, Deo disponente, habent, agnoscant, errores refellere discant et plenum veritatis lumen non habentibus communicare valeant.

2638 17. Cum vero doctrinalis institutio non ad meram notionum communicationem, sed ad veram intimamque alumnorum formationem tendere debeat, methodi didacticae recognoscantur tum ad praelectiones, colloquia et exercitationes quod attinet, tum quoad alumnorum studium sive privatum sive in parvis coetibus excitandum. Totius institutionis unitas ac soliditas sedulo curetur, vitata nimia disciplinarum et lectionum multiplicatione atque iis quaestionibus omissis, quae vix ullum momentum retinent vel quae ad altiora académica studia remittenda sunt.

2639 IS. Episcoporum erit curare ut iuvenes indole, virtute et ingenio apti ad peculiaria Instituta, Facultates vel Universitates mittantur ut in scientiis sacris necnon in aliis quae opportunae videantur, sacerdotes praeparentur altiere ratione scientifica instructi, qui variis apostolatus necessitatibus satisfacere valeant; eorum vero institutio spiritualis et pastoralis, maxime si sacerdotio nondum sint aucti, nullo modo negligatur.

VI. De institutione
STRICTE PASTORALI PROMOVENDA

2640 19. Pastoralis illa sollicitudo quae integram prorsus alumnorum institutionem informare debet,l postulat etiam ut ipsi diligenter instruantur in iis quae peculiari ratione ad sacrum ministerium spectant, praesertim in catechesi et praedicatione, in cultu liturgico et sacramentorum administratione, in operibus caritatis, in officio occurrendi errantibus et incredulis, et in ceteris pastoralibus muneribus. Accurate instituantur in animarum moderandarum arte, qua universos Ecclesiae filios imprimis ad vitam christianam plene consciam et apostolicam atque ad sui status oflicia implenda conformare valeant; pari sollicitudine adiuvare discant

l **Perfecta pastoris forma potest deduci ex recentiorum Pontificum documentis quae de vita, dc dotibus ct dc institutione Sacerdotum distincte agunt, imprimis:**

S. Piüs X, Exhort, ad Clerum ***Haerent animo, S. Pii X Acta,*** **I, 237 ss.; (Cfr. nn. 1263 8.].**

Pius XI, Litt. Encycl. ***Ad Catholici Sacerdotii:*** **AAS 28, 5 ss.; (C'ir. nn. 1955 s.].**

Pius XII, Adhort. Apost. ***Menti Nostrae:*** **AAS 42, 657 88.; (Clr. nn. 2198 8.].**

Ioannes XXIII, Litt. EnoycL ***Sacerdotii Nostri primordia:*** **AAS 51, 545 ss.: [Cfr. nn. 369 s.l.**

Paulus VI, Ep. Apost. ***Summi Dei Verbum:*** **AAS 55, 979 ss.; (Cfr. nn. 2525 s.'.**

Non pauca do formatione pastorali inveniuntur etiam in Litt. Encycl. 3/ysHri ***Corporis*** **(1943),** ***Mediator Dei*** **(1947),** ***Evangclii Praecones*** **(1951),** ***Sacra*** **Pirpinitas (1954),** ***Musicae Sacrae Disciplina*** **(1955),** ***Princeps Pastorum*** **(1959), nccnon in Const. Apost.** ***Sedes Sapientiae*** **(1956) pro Religiosis.**

Pius XII, Ioannes XXIII et Paulus VI etiam in suis allocutionibus ad seminaristas et sacerdotes formam boni pastoris compluries illustrarunt.

religiosos et religiosas ut in propriae vocationis gratia perseverent et secundum variorum Institutorum spiritum proficiant.[1]

In universum in alumnis congruae aptitudines excolantur, quae maxime ad dialogum cum hominibus conferunt, uti sunt capacitas alios audiendi ct ad varia necessitudinis humanae adiuncta animum aperiendi in spiritu caritatis.[3]

2641 20. Subsidiis quoque uti edoceantur quae disciplinae sive paedagogicae, sive psychologicae, sive sociologicae[3] afferre valent, iuxta rectas methodos et Auctoritatis Ecclesiasticae normas. Item ad apostolicam laicorum actionem excitandam ac fovendam accurate instruantur,[4] necnon ad varias efficacioresque apostolatus formas promovendas; atque eo spiritu vere catholico imbuantur, quo propriae dioecesis, nationis vel ritus fines transcendere et totius Ecclesiae necessitates iuvare assuescant, animo parati ad Evangelium ubique praedicandum.[5]

2642 21. Cum vero opus sit ut alumni apostolatus exercendi artem non tantum thcoretice. sed etiam practice addiscant atque propria responsabilitate et consociata opera agere valeant, iidem iam per studiorum curriculum, feriarum quoque tempore, praxi pastorali initientur per opportunas exercitationes; quae vero pro alumnorum aetate ac locorum condicione, prudenti Episcoporum iudicio, methodice et sub virorum in re pastorali petitorum ductu fieri debent, praepollente supernaturalium auxiliorum vi semper memorata.[6]

VII. De institutione
POST STUDIORUM CURRICULUM PERFICIENDA

2643 22. Cum sacerdotalis institutio, ob recentioris potissimum societatis rerum adiuncta, etiam studiorum in Seminariis curriculo absoluto prosequenda atcpie perficienda sit,[7] ('onferentiarum Episcoporum erit in

1 **De momento status, qui professione consiliorum evangelicorum constituitur cfr. CONO. Vat. II, Const, (login, de Ecclesia,** *Lumen Gentium,* **cap. VI: AAS 57, 49-53; Decr. de accommodata renovatione vitae religiosae.** *Perfectae Caritatis:* **AAS 58, 702 s.**

' **Cfr. Paulus VI, Litt. Encycl.** *Ecclesiam Suam,* **6 aug. 1964: AAS 56, passim, imprimis 635 s. et 640 ss.**

' **Cfr. imprimis Ioannes XXIII, Litt. Encycl.** *Mater ct Magistra,* **15 mali 1961: LAS tOl ss. (Cfr. n. 2463J.**

• **Cfr. praecipite CoNC. Vat. II, Const, dogm. de Ecclesia,** *Lumen Gentium,* **n. 33: AAS '»7, 19**

1 **Cfr. Conc. Vat. II, Const, dogm. de Ecclesia,** *Lumen Gentium,* **n. 17: AAS 57, 20 8.**

• **Plurima documenta Pontificia pnwmoncnt contra periculum in actione pastorali neglegendi finem supernaturalem et parvipendendi saltem practice subsidia supernaturalia; cfr. imprimis documenta in nota 1, p. 1167 laudata.**

' **Recentiora S. Sedis documenta particularem de neosacerdotibus curam habendam urgent; commemoranda sunt imprimis;**

Pius XII, Motu Proprio *Quandoquidem,* **2 aprilifi 1919: AAS 41, 165-167; Adhort. Apost.** *Menti Nostrae,* **23 Septembris 1950: AAS 42, 657-702; Const. Apost. (pro Religiosis)** *Sedes Sapientiae,* **31 mail 1956 ct Statuta Generalia adnexa; Allocutio ad sacerdotes « Con-**

singulis nationibus aptiora inedia adhibere, cuiusmodi sunt pastoralia Instituta cum paroeciis opportune selectis coopérant ia, conventu- statis temporibus cogendi et. accommodatae exercitationes quarum ope iunior clerus sub aspectu spirituali, intellectuali et past orali in sacerdotalem vitam atque apostolieam operositatem gradation introducat tir casque in dies magis renovare ac fovere valeat.

Conclusio

Huius Sanctae Synodi Patres, opus a Concilio Tridentino inchoatum prosequentes, dum Seminariorum moderatoribus et magistris fidenter concredunt munus futuros Christi sacerdotes efformandi in spiritu renovationis ab hac Sacrosancta Synodo promotae, eos qui ad sacerdotale ministerium se praeparant, vehementer hortantur ut ipsi >pem Ecclesiae animarumque salutem sibi committi persentiant atque huius Decreti normas libenti animo suscipientes, fructus qui semper maneant, uberrimos afferant.

AAS 58, 713-727.

De Facultatibus Ecclesiasticis novis necessitatibus accommodandis

(Ex Declar. De educatione Christiana *Gravissimum educationis,* 28 oct.

2644 10. Altioris ordinis pariter scholas, praesertim Universitates et Facultates Ecclesia sedula prosequitur cura. Quin etiam in iis quae ab ipsa dependent, organica ratione intendit ut singulae disciplinae propriis principiis, propria, methodo atque propria inquisitionis scientiticae libertate ita excolantur, ut profundior in dies earum intelligent ia obtineatur et, novis progredientis aetatis quaestionibus ac investigationibus accuratissime consideratis, altius perspiciatur quomodo lides et ratio in unum verum conspirent. Ecclesiae Doctorum, praesertim S. Thomae Aquinatis vestigia premendo.l Ha quidem voluti publica, stabilis atque universalis praesentia cflieiatur mentis christianae in toto culturae altioris promovendae studio atipie horum institutorum alumni formentur homines doctrina vere praestantes, gravioribus olliciis in societate obeundis parati atipie fidei in mundo testes?

victus Barcinonensis , 14 iunii 1957: Discorsi *c liadiomessaoffi.* 19, 271-273. [Cfr. nn. 2222: 2286).

PAULUS VI, Allocutio eorum sacerdotibus Instituti Gian Matteo Giberti • dioecesis Veronensis, 11 inartii 1964: *L'Osservatore* /Coniano, 13 marzo 1964.

* Cf. Paulus VI, Allocutio coram VI Congressu Thoimstieo International!. 10 sept. 1965: AAS 57. 788-792. [Cfr. nn. 2615 s.].

' Cf. Pits XII, Allocutio ad magistros et alumnos Institutorum Superiorum Catholicorum Galliae, 21 sept. 1950: *Discorsi c Radiomessaggi,* XII, 219-221: Ep. ad XXII Congressum « Pax Romana », 12 aug. 1952: *Discorsi c Radiomessaggi,* XIV. 567-569; Ioannes XXIII, Allocutio ad Foederat lonem I nhersitatum Catholicarum. 1 apr. 1959: *Discorsi,*

2645 In Universitatibus Catholicis in quibus nulla Facultas S. Theologiae exstet, Institutum habeatur vel Cathedra S. Theologiae, in qua lectiones laicis quoque alumnis accommodatae tradantur. Cum scientiae per investigationes peculiares altioris scientifici momenti praecipue proficiant, in Universitatibus et Facultatibus catholicis Instituta maxime foveantur, quae primario investigationi scientiiicae promovendae inserviant.

2646 Sancta Synodus valde commendat ut Universitates et Facultates catholicae in diversis terrae partibus convenienter distributae, promoveantur, ita tamen ut non numero, sed doctrinae studio eniteant; eorumque aditus facile pateat alumnis maioris spei, etsi tenuioris fortunae, iis praesertim qui e novis adveniant nationibus.

2647 Quandoquidem sors societatis et ipsius Ecclesiae cum iuvenum altiora studia excolentium profectu intime connectitur? Ecclesiae Pastores non tantum impensam habeant curam de vita spirituali alumnorum qui Universitates Catholicas frequentant; sed de formatione spirituali omnium filiorum suorum solliciti, inter Episcopos consiliis opportune collates, provideant ut etiam apud Universitates non catholicas convictus et centra universitaria catholica habeantur, in quibus sacerdotes, religiosi et laici, accurate selecti et praeparati, inventati universitariae spirituale et intellectuale adiutorium praebeant permanens. Iuvenes autem melioris ingenii sive catholicarum sive aliarum Universitatum, qui ad docendum et investigandum apti videantur, peculiari cura excolantur et ad magisteria suscipienda promoveantur.

2648 II. A scientiarum sacrarum Facultatum operositate plurimum exspectat Ecclesia? Ipsis enim concredit gravissimum officium proprios alumnos praeparandi non solum ad ministerium sacerdotale sed maxime sive ad docendum in superiorum studiorum ecclesiasticorum sedibus sive ad disciplinas propria ope promovendas sive ad magis ardua apostolati^ intellectualis munera suscipienda. Ipsarum Facultatum item est varias sacrarum disciplinarum regiones altius pervestigare ita ut profundior in dies Sacrae Revelationis intellectus obtineatur, patrimonium sapientiae christianae a maioribus traditum plenius aperiatur, dialogus cum fratribus seiunctis et cum non Christianis promoveatur atque quaestionibus a doctrinarum progressu exortis respondeatur?

2649 Quare ecclesiasticae Facultates, propriis ipsarum legibus opportune recognitis, scientias sacras et cum sacris connexas impense promoveant

Messaaai, Colloqui, **I. Roma 1960, 226-229;** Paulub **VI, Allocutio ad Senatum Academicum Universitatis Catholicae Mediolanensis, 5 apr. 1964:** ***Encicliche e Discorsi di Paolo VI,*** **II, Roma 1964, 438-443.**

1 **Cf. Pius XII, Allocutio ad Senatum Academicum et alumnos Universitatis Romanae, 15 lunii 1952:** *Discorsi e liadiomcssaijoi* **XIV, 208: ' La direziono della società di domani è principalmente riposta nella mente o nel cuore degli universitari di oggi ».**

* **Cf. Pius XI, Const. Apost.** *Deus Scientiarum Dominus,* **24 mail 1931: AAS 23, 245-247. (Cfr. nn. 1761** b.J.

* **Cf. Pius XII, Litt. Encycl.** *liumani Generis,* **12 aug. 1950: AAS 12, 568 s., 578;** Paulus **VI, Litt. Encycl.** *Ecclesiam Suam,* **Pars 111, 0 aug. 1964: AAS 56, 637-659; Coxc.** Vat. **II, Decr. do Occumcnismo,** *Unitatis liedintearatio,* **AAS 57, 90-107. [Cfr. nn. 2194 ff. 2598 s.].**

ct recentiorîbuô quoque methodis et auxiliis adhibitis, ad altiores investigationes auditores instituant.

2650 12. Cum cooperatio, quae in ordine dioeceaano, nationali et internationali altius in dies urgetur et invalescit, etiam in re scholastica maxime sit necessaria, omni ope rurandum est ut inter scholas catholicas apta foveatur coordinatio, atque inter easdem ceterasque scholas provehatur collaborat io, quam universae hominum communitatis bonum requirit,[1] Ex maiore coordinatione sociaque opera praecipue in Institutorum academicorum ambitu uberiores fructus percipientur. In omni igitur l'ni versit ate variae Facultates mutuam sibi, prout obiectum siverit, praestent operam. Ipsae quoque Universitates mutua inter sese operae coni unci ione conspirent, couvent us internationales una simul promovendo, scientificas pervestigationes inter sese distribuendo, inventa vicissim communicando ac magistros ad tempus permutando inter se celera que quae ad maiorem adi u tricem operam conferunt provehendo.

AAS 58, 736-739.

De momento sacerdotalis formationis Komar percipiendae

(Ex Alloc. *Las bondadosas palabras.* occasione sollemnis caerimoniae, qua nova Collegii-Seminarii Hispanici sedes inaugurata est, 13 nov. 1965).

2651 La existencia de un Colegio o Seminario Sacerdotal en el centro do la cristiandad, por encima de todo, està condicionada por una nota dominante: la ejeinpiuridad cn su función formadora. Las cifras que el Señor Cardenal de Sevilla acaba de leer, poi si -olas ponen dc relieve lo brillantemente que ha cumplido con esta misión el Colegio de San José en el Palacio Altemps ‹duranti todos los años de su historia. Nos congratulamos de ello y felicitamos a la Hermandad de Sacerdotes Operarios Dioc<'sanos que ha rendido este preciado servicio a la Iglesia de España. Abrigamos la más tirine esperanza de que esta nueva sede, funcional, bella y moderna, facilite a Superiore- y Alumnos bajo la gula sapiente del Episcopado la tarea de continuar proporcionando a las Di iccsis españolas — ¿por qué no también al mundo hispanoamericano, a Africa, a las Misiones? — en el campo de la pastoral, de la ciencia y de la investigación eclesiásticas• del gobierno y de la administración diocesana o nacional, sacerdotes selectos que respondan a la expectativa del Obispo (tue los mandó a Doma y a la esperanza del mundo moderno.

Hoy como ayer la misión esprcillca del sacerdote es la de comunicar, como pedagogo dc la fe, el pan dc la palabra; la de distribuir, como ministro del culto, el perdón, la. gracia, la santidad. Podrán cambiar los tiempos, y, hasta cierto punto, lo» métodos en conformidad con la evolución de las costumbres. Pero el contenido del mensaje st güira siendo el mismo; el apostolado será siempre trasmisión de vida espiritual: *til vitam* /m-*bcanl (Jo* 3, 10) la etleucia fundamental del testimonio propio derivara de la misma fuente: la unión con Dios: el ideal deberá estar colocado en la misma meta: el acercamiento de los hombres a Dios.

• La navecilla apostólica decíamos on solemne ocasión al Sacro Colegio Cardenalicio — está compeñada en el doble problema de conservar la preciosa e intangible carga de su patrimonio religioso y do surcar el mar tempestuoso de este mundo: tiotur

[1] Cf. Ioanxes XXIII, Litt. Encycl. /Viccm ín *terri* 11 apr. 1963: A \S 55, 284 et passim.

y navegar es el doble cometido de la Iglesia Romana, la quo con cl doble simbolo de la piedra y de la nave expresa espléndidamente la dialéctica de los nuevos deberes y de los nuevos destinos. Establecer esta relación entre el elemento inmutable de nuestra fe y cd ambiente que cambia en grado sumo en nuestro tiempo es arte difícil, es sabiduría que requiere la luz divina, es caridad que supone distancia de todo cuanto no es interés real por el reino de Dios ... La hora presente exige tal virtud .I ¡Oh qué prodigio de fe, cuánto amor y sacrificio se pide al sacerdote que ha de sacar del evangelio palabras nuevas, energías nuevas, gracias nuevas! Cristo ha de estar vivo en el mundo dc hoy, sí, más vivo aún que en el mundo de ayer, a través de sus sacerdotes.

Y por otra parte, ¡cuántos problemas y peligros, cuántas angustias se evitarían en las existencias sacerdotales si se mantuviese y acrecentase esta vida interior, fuente dc serenidad personal y de eficiencia en el ministerio, la que encuentra su centro en la misa, que se sostiene con la meditación, con el coloquio de bus visitas eucarísticas, con la devoción filial a la Madre dc Dios y Madre nuestra, con la dirección espiritual abierta y confiada, con el ejercicio ascético incluso del pequeño sacrificio que dispone al heroísmo! ¡Séran éstas acaso, amadísimos sacerdotes y seminaristas, prácticas superadas y pasadas dc modal No; que son ahora, como antes lo fueron, la norma segura para poner en la propia persona y en la actividad el signo del alter Christus . Más aun. ellas ofrecerán manantial puro de renovación perenne, de progreso y desarrollo.

2652 Al sacerdote dc hoy se le confía un deber más difícil que el dc los llamados «siglos de fo », pues está encargado dc sostener y alimentar la fe amenazada y expuesta de los cristianos de nuestro tiempo, de extenderla a ambientes menos propicios al fermento evangélico, buscando incluso con espíritu misionero a los distantes y alejados. Cuando la vida religiosa del pueblo podía casi descansar en la pacífica posesión de la fe. al amparo dc un conjunto dc cosas que por si solas la mantenían despierta, las exigencias de la preparación no eran tan subidas. Lu responsabilidad del sacerdote de hoy es mucho más pesada y su ministerio más delicado: la responsabilidad viene de una más sentida conciencia de la profundidad que lia de dar a su intervención en las cosas santas: no sólo ha de repetir y reproducir fórmulas o ritos, sino que ha de traducir mayormente el mensaje que anuncia en palabras accesibles, en el *sermonem rectum el bene sonant' mJ* en el discurso que desenrede las intenciones y penetre hasta las entrañas ▮ *(Ilcbr.* I. 12) del hombre y de la vida moderna» cuidando al misino tiempo de encarnar en estilo de vida la realización ejemplar de cuanto predica y exhorta a los demás.

Por el hecho dc estudiar en Roma se os exige además — y con justa razón — una preparación científica en grado excelente. Tenemos la confianza de que este Colegio será un factor poderoso en la renovación dc las ciencias sagradas en Espana, dándole incluso en el terreno de la investigación, el rango que sus gloriosas tradiciones reclaman. Sea vuestro estudio una respuesta amorosa al Dios que se revela, obra y está presente en la historia de la salvación: alimente la ciencia vuestra vida espiritual y sirva de cauce al coloquio con el muudo de hoy y su iluminación en Cristo.

Y viene ahora una gran palabra que el mundo moderno casi no quiere oir: la obediencia. En el renacimiento que la Iglesia y la sociedad cristiana piden para dar una nueva faz al mundo contemporáneo se impone el trabajo comunitario, se necesita estar y vivir unidos; por lo tanto hay que ser obedientes. Hoy como ayer es de ley la actitud de respeto y obediencia, a ejemplo de Cristo *factus oboediens usque ad mortem (Phil.* 2, 8). Los poderes fundamentales del ministerio derivan de un mandato, prolongación y eco del *Puntes... docete omnes ... baptizantes ... (Mafth.* 28, 19). Cultivad esta disposición en hi zona íntima de vuestra personalidad: dad a vuestro servicio una intencionalidad sobrenatural de sumisión a la voluntad dc Dios, presente en toda ley justa y en toda legitima autoridad; seguid el lema del Divino Maestro *Pao qua» piacila sunt d facio semper (Jo.* 8, 29).

1 Cfr. AAS 56, 43 ss.
1 Ex S* Liturgia.

La regla sacerdotal *nihil sine Episcopo* lleva carga do eficacia certera en la salvación de las almas. « Crean que Dios rige a los que rigen, decía el Beato Mac-tro de Avila. ... tengan por gran merced de Nuestro Señor la obediencia ... y .-l f‹ tuvieren en ‹ j obedecer, gozarán de gran paz »?

AAS 57, 971-977. Cfr. *Insegnamenti* 3, 617 s.

CONCILIUM ŒCUM. VATICANUM II (1962-1965)

Sessio Vil! (is nov. 1965)

Dc normis in catholica oxeiresi servandis

(Ex Const, dogm. de divina revelatione *Dei verbum*, 18 nov. 1965).

2653 12. Cum autem Deus in Sacra Scriptura per homines more hominum locutus sit,2 interpres Sacrae Scripturae, ut perspieiat. quid Ipse nobi-cum communicare voluerit, attente investigare debet, quid hagiographi reapse significare intenderint et eorum verbis manifestare Deo placuerit.

Ad hagiographorum intentionem eruendam inter alia etiam *genera litteraria* respicienda sunt. Aliter enim atque alitor veritas in textibus vario modo historicis, vel propheticis, vel poeticis, vel in aliis dicendi generibus proponitur et exprimitur.

Oportet porro ut interpres sensum inquirat, quem in determinatis adiunctis hagiographus, pro sui temporis et suae culturae condicione, ope generum litterariorum illo tempore adhibitorum exprimere intenderit et expresserit.3 Ad recte enim intelligendum id quod sacer auctor scripto asserere voluerit, rite attendendum est tum ad suetos illos nativos sentiendi, dicendi, narrandive modos, qui temporibus hagiographi vigebant, tum ad illos qui illo aevo in mutuo hominum commercio passim adhiberi solebant.4

Sed, cum Sacra Scriptura eodem Spiritu quo scripta est etiam legenda et interpretanda sit? ad recte sacrorum textuum sensum eruendum, non minus diligenter respiciendum est ad contentum et unitatem totius Scripturae, ratione habita vivae totius Ecclesiae Traditionis et analogiae fidei. Exegelarnm autem est secundum has regulas adlaborare ad Sacrae Scripturae sensum penitius intelligendum et exponendum, ut quasi praeparato studio, indicium Ecclesiae maturetur, ('uncta enim

* **El B. Juan de Avila. *Obras completas*, BAC (Madrid 1952), vol. I, p. 1055.**

* **Cf. S. Augustinus, *lie Civ. Dei*, XVII, 6. 2: ML 41. 537; CSEL 40, 2. 22S.**

* **Cf. S. Augustinus, *De Doclr. Christ*, III, 18, 26: ML 34. 75-76: CSEL 80, 95.**

‘ **Cf. Plus XII, Litt. Eue. Divino *afflante Sp.*: Denz. 2294 (3829-3830); EB 557-562; AAS 35, 314.**

* **Cf Benedictus XV. Litt. Encycl. *Spiritus Paraclitus*, 15 sept. 1920: EB 469. S. Hieronymus, *In Gai.* 5, 19-21: ML 2G. 417 A.**

hace, de ratione interpretandi Scripturam, Ecclesiae indicio ultime subsunt, quae verbi Dei servandi et interpretandi divino fungitur mandato et ministerio.[1]

AAS 58, 823-824.

De revelatione divina tamquam principali scientiae sacrae fonte

(Ex Constit. tlogm. dc divina revelatione *Dei verbum,* 18 nov. 1965).

2654 23. Verbi incarnati Sponsa, Ecclesia nempe, a Sancto Spiritu edocta, ad profundiorem in dies Scripturarum Sacrarum intelligentiam assequendam accedere satagit, ut filios suos divinis eloquiis indesinenter pascat; quapropter etiam studium sanctorum Patrum tum Orientis tum Occidentis et sacrarum Liturgiarum rite fovet. Exegetae autem catholici, aliique Sacrae Theologiae cultores, collâtis sedulo viribus, operam dent oportet, ut sub vigilantia Sacri .Magisterii, aptis subsidiis divinas Litteras ita investigent et proponant, ut quam plurimi divini verbi administri possint plebi Dei Scripturarum pabulum fructuose suppeditare, quod mentem illuminet, firmet voluntates, hominum corda ad Dei amorem accendat.[1] Sacra Synodus Ecclesiae tiliis, biblicarum rerum cultoribus, animum addit, ut opus feliciter susceptum, renovatis in dies viribus, omni studio secundum sensum Ecclesiae exsequi pergant.[3]

2655 24. Sacra Theologia in verbo Dei scripto, una cum Sacra Traditione, tamquam in perenni fundamento innititur, in eoque ipsa firmissime roboratur semperque iuvenescit, omnem veritatem in mysterio Christi conditam sub lumine fidei perscrutando. Sacrae autem Scripturae verbum Dei continent et, quia inspiratae, vere verbum Dei sunt; ideoque Sacrae Paginae studium sit veluti anima Sacrae Theologiae.[4] Eodem autem Scripturae verbo etiam ministerium verbi, pastoralis nempe praedicatio, catechesis omnisque instructio Christiana, in qua homilía liturgica eximium locum habeat oportet, salubriter nutritur sancteque virescit.

2656 25. Quapropter clericos omnes, imprimis Christi sacerdotes ceterosque qui ut diàconi vel catechistae ministerio verbi legitime instant, assidua lectione sacra atque exquisito studio in Scripturis haerere necesse est, ne quis eorum fiat « verbi Dei inanis forinsecus praedicator, qui non est intus auditor »[5], dum verbi divini amplissimas divitias, speciatim in sacra Liturgia, cum fidelibus sibi commissis communicare debet.

AAS 58, 828-829.

[1] **Cf. Cose.** Vat. **I, Const, dogm. de tide catholica,** *Dei Filius,* **cap. 2:** Denz. **1788(3007).**

[1] **Cfr. Pius XII, Litt. Encycl.** *Divino afflante,* **30 sept. 1943: EB 551, 553, 567. Pont. Conun. Biblica,** *Instructio de S. Scriptura in Clericorum Seminariis et licliaiosorum Coilegiis recte docenda,* **13 mali 1950: AAS 42, 495-505. [Cfr. nn. 2116; 2183].**

[3] **Cfr. Pres XII,** *ibidem:* **EB 569.**

[4] **Cfr.** Leo **XIII, Litt. Encycl.** *Providentissimus Deus:* **EB 114;** Benedictus **XV, Litt. Encycl.** *Spiritus Paracllhu,* **15 sept. 1920: EB 483. [Cfr. n. 1036).**

[5] **S.** Augustinis *Serm.* **179, 1: ML 38, 966.**

De munere sacerdotis in apostolica laicorum actuositate fovenda

(Ex Deer, de apostolat ti laicorum ***Aposlolicam actuosilalcm,*** 18 nov. 1965).

2657 25. Prae oculis habeant Episcopi, parochi, ceterique sacerdotes utriusque cleri, ius et oilicium exercendi apostolatum esse commune omnibus fidelibus sive clericis sive laicis, et in aedificatione Ecclesiae etiam laicos proprias partes habere.[1] Quapropter fraterne curii laici-, operentur in Ecclesia et pro Ecclesia, specialemque curam habeant laicorum in eorum operibus apostolici»?

Diligenter seligantur sacerdotes apostolato» laicorum specialibus formis iuvandis idonei et apte formati? Qui vero huic ministerio vacant, missione accepta ab Hierarchia, hanc repraesentant in sua actione pastorali: congruas laicorum relationes eum ipsa foveant, semper spiritui et doctrinae Ecclesiae fideliter inhaerentes; seipsos in alenda vit i spirituali et sensu apostolico consociationum catholicarum sibi commissarum impendant; earum apostolicae operositati sapienti suo consilio adsint atqui incepta foveant. Continuo eum laicis instituto colloquio, attente inquirant quae sint formae ad magis frugiferam reddendam apostolicam actionem; spiritum unitatis intra ipsam consociationem et eam inter et cetera- promoveant.

Religiosi demum, sive fratres sive sorores, opera apostolica laicorum aestiment; secundum spiritum et normas suorum institutorum, operibus laicorum promovendis libenter se devoveant? munera sacerdotalia sustinere, adiuvare, complere studeant.

AAS 58, 857-858.

De solida formatione liturgica sacrorum alumnis impertienda

(Ex Alloc. ***Il Concilio,*** ad Conferentiam Episcopalem Italicam, 6 dec. 1965).

2658 Accenniamo appena, e al punto che Ci sembra principale; la formazione propriamente religiosa sia del Clero, che dei Fedeli. 11 Concilio ci ha dato una magnifica e ricchissima costituzione sulla sacra Liturgia. Superfino ora descriverla. Ricordiamo solo una cosa: essa non mira soltanto alla riforma del riti sacri; essa mira a condurre all'essenziale la nostra educazione c la nostra espressione religiosa: alla parola divina, al dogma, al sacramento, al corpo mistico, alla preghiera compresa ed espressa da tutta la comunità, a ('risto, a Dio. alla SS.nui Trinità. Ciò che e primo nella realtà obbiettiva della

* Cf. Plus XII, Alloc, *ad II Conventum ex Omnibus (lentibus Laicorum Apostola!ui provehendo, 5* oct. 1957: AAS 49. 927.

* Cf. Cono. Vat, II, Const, dogm. de Ecclesia, ***Lumen Gentium,*** n. 37: AAS 57, 12-43.

* Cf. PiUH XII, Adhort. Apost. ***Menti Nostrae,*** 23 sept. 1950: AAS 42, 660. (Cfr. n. 2209].

‘ Cf. Cono. Vat. Ii. Dccr. ***De accommodata renovatione vitae religiosae,*** n. 8: AAS 58, 706.

rivelazione deve ritornare primo nella devozione soggettiva della vita religiosa. Specialmente nella formazione degli Alunni dei Seminari. Temi questi ormai noti; ma che esigeranno commenti e sviluppi non pochi. Il Concilio ei apre questa strada: essa conduce al rinnovamento religioso del nostro tempo, alla conservazione della fedo e della pratica religiosa del nostro popolo, alla efficacia positiva e costruttiva del nostro ministero, alla apologia della nostra santa Chiesa, alla gloría di Cristo e di Dio.

AAS 58, 70. Cfr. *Insegnamenti* 3, 710.

CONCILIUM (ECUM. VATICANUM II (1962-1965)

Sessio IX (7 dec. 1965)

De peculiaribus necessitatibus respiciendis in inissionaiis cleri praeparatione promovenda

(Ex Dccr. De activitate mlsslonali Ecclesiae *Ad Gentes divinitus,* 7 dec. 1965).

2659 16. Gaudio magno Ecclesia gratias agit pro inaestimabili vocationis sacerdotalis dono, quod inter Gentes ad Christum recenter conversas tot iuvenibus Deus elargitus est. Firmiores enim radices Ecclesia in unoquoque coetu humano figit, cum variae communii ates fidelium ex suis membris proprios habent salutis ministros in ordine Episcoporum, Presbyterorum ac Diaconorum, fratribus suis inservientes, ita ut novellae Ecclesiae structuram dioecesanam cum proprio cloro paulatina acquirant.

Quae de sacerdotali vocatione et formatione ab hoc Concilio statuta sunt, sancte serventur ubi Ecclesia primo plantatur, et apud novellas Ecclesias. Maximi facienda sunt quae dicuntur do institutione spirituali cum doctrinali et pastorali arete connectenda, de vita secundum formam Evangelii gerenda sine consideratione commodi proprii vel familialis, de intimo sensu mysterii Ecclesiae excolendo. Inde mirabiliter discent totos se ipsos in servitium Corporis Christi et ad opus Evangelii dedicare, proprio episcopo tanquam fidi cooperatores adhaerere et sociam confratribus operam praestare.[1]

2660 Ad quem generalem finem assequendum, tota alumnorum formatio ordinetur sub luce mysterii salutis uti in Scripturis exhibet ur. Hoc mysterium Christi et salutis humanae in Liturgia praesens inveniant et vivant.[2]

Quae exigentiae communes sacerdotalis institutionis, etiam pastoralis et practicac, ad normam Concilii,[3] componantur cum studio obviam eundi peculiari cogitandi agondiquo modo propriae geniis. Alumnorum mentes ergo aperiantur et exacuantur ut bene cognoscant et indicare

[1] Cfr. CONO. Vat. II, Decr. De Institutione Sacerdotali, *Optatam totius,* nn. I. 8. 9: AAS 58. 716, 718-719. (Cfr. nn. 2625, 2629 s.].

[*] Cfr. Cono. Vat. II, Const. De Sacra Liturgia, *Sacrosanctum Concilium,* n. 17: AAS 56, 195. (Cfr. n. 2544].

[•] Cfr. CONO. Vat. II, Decr. Dc Institutione Sacerdotali, *Optatam totius,* n. 1: AAS 58, 711. (Cfr. n. 2622].

valeant suae gentis culturam: in disciplinis philosophicis et theologicis perspieiant rationes quae traditiones ac. religionem patrias inter et religionem christianam intercedunt.[1] Item institutio sacerdotalis necessitates pastorales regionis respiciat: alumni discant historiam, finem et methodum actionis rnissionalis Ecclesiae, et speciales condiciones sociales, oeconomicas, culturales proprii populi. In spiritu oeeumenismi educentur, et ad dialogum fraternum cum non-christianis rite praeparentur,- Haec omnia postulant, ut studia ad sacerdotium peragantur, quantum fieri potest, in consuetudine ct convictu cum sua cuiusque gente.[3] t ura tandem habeatur de formatione in ❡dministration ordinata ecclesiastica, imo etiam oeconomica.

2661 Insuper idonei sacerdotes seligantur qui, post praxim aliquam pastoralem, in studiorum Universitatibus etiam exteris, maxime in Urbe, aliisque Institutis scientificis studia superiora perficiant, ita ut Ecclesiis novellis ex clero locali praesto sint ad magis ardua munera ecclesiastica implenda, congrua scientia et peritia praediti.

2662 Ubi Conferentiis Episcoporum opportunum apparuerit, ordo diaconatus ut status vitae permanens restauretur ad normam Constitutionis De Ecclesia.[4] Tuvat enim viros, qui ministerio vero diaconali fungantur, vel verbum divinum tanquam ❡atechista praedicantes, vel nomine parochi et episcopi dissitas communitates Christianas moderantes, vel caritatem exercentes in operibus socialibus seu ❡aritativi per impositionem manuum inde, ab Apostolis traditam corroborari et altari arctius coniungi, ut ministerium suum per gratiam sacramentalem diaconatus efficacius expleant.

2663 19. Hae vero Ecclesiae, saepissime in pauperioribus orbis partibus sitae, gravissima plerumque sacerdotum penuria et subsidiorum materialium inopia adhuc laborant. Quare summopere indigent ut continuata totius Ecclesiae actio rnissionalis ea subministret adminicula quae Ecclesiae localis incremento vitaeque christianae maturitati praeprimis inserviant. Quae actio rnissionalis opem etiam ferat iis Ecclesiis, diu fundatis, quae in quodam statu regressionis vel debilitatis versantur.

2664 Attamen istae Ecclesiae commune pastorale studium aptaque opera instaurent, quibus vocationes ad clerum dioecesanum et ad Instituta religiosa numero augeantur, securius diiudicentur et efficacius excolantur,[5] ita ut paulatim sibimotipsis providere et aliis auxilium afferre valeant.

1 **Cfr. IOANNES XXIII, Litt. Ene. *Princeps Pastorum*. 28 nov. 1959: AAS 51, 843-811. (Cfr. n. 2392}.**

' **Cfr. CONC. Vat. 11, Decr. Dc Oecumenismo, *Unitatis Itcdinleffratio,* n. 4: AAS 57, 94-96. [Cfr. n. 2598}.**

• **Cfr. Ioaxnes XXIII, Litt. Ene. *Princeps Pastorum,* 28 nov. 1959: AAS 51. 842. [Cfr. n. 2391].**

‘ **Cfr. CONO, Vat. II, Const, dogm. De Ecclesia, *Lumen Gentium,* n. 29: AAS 57, 36. [Cfr. n. 2590].**

‘ **Cfr. Cono. Vat. II, Decr. Dc Presbyterorum Ministerio et Vita, *Presbyterorum Ordinis,* n. 11: A AS 58, 1008-1009; Decr. De Inst itutione Sacerdotali. *Optatam totius.* n. 2: AAS 58, 714-715. [Cfr. nn. 2706. 2623}.**

2665 20. Curent Conferei)tine Episcopales ut statis temporibus cursus renovationis biblieae, theologicae, spiritualis et pastoralis instituantur eo consilio, ut inter rerum varietates et mutationes clerus pleniorem cognitionem scientiae theologicae et methodorum pastoralium acquirat.

2666 22. Semen quod est verbum Dei, germinans ex terra bona, roro divino irrigata, succum trahit, illum transformat sibique assimilât ut denique fructum multum afferat. Equidem ad instar oeconomiae lucar, nationis, Ecclesiae novellae in Christo radicatae Apostolorumque fundamento superaedificatae, in admirabile commercium assumunt omnes divitias nationum quae Christo datae sunt in hacreditatem.1 Ipsae e suorum populorum consuetudinibus et traditionibus, sapientia et doctrina, artibus et disciplinis, ea omnia mutuantur quae ad gloriam Creatoris confitendam, ad gratiam Salvatoris illustrandam et ad vitam christianam rite ordinandam conferre possunt.2

2667 Ad hoc propositum assequendum necesse est, ut in unoquoque magno territorio socio-culturali, uti aiunt, ea consideratio theologica stimuletur qua, praelucente Traditione universalis Ecclesiae, facta et verba a Deo revelata, in Sacris Litteris consignata et ab Ecclesiae Patribus et Magisterio explicata, novae investigationi subiicianlnr. Sic clarius percipietur quibus viis fides, ratione habita philosophiae vel sapientiae populorum, quaerere possit intellectum, et quibus modis consuetudines, vitae sensus et socialis ordo, cum moribus revelatione divina significatis componi queant. Inde patebunt viae ad profundiorem aptationem in toto ambitu vitae christianae. Hoc agendi modo omnis syncretism! et falsi particolarismi species secludetur, vita Christiana ingenio indolique cuiusque culturae accommodabitur,3 traditiones particulares cum propriis cuiusque familiae gentium dotibus luce Evangeli! illustratis, in unitatem catholicam assumentur. Novae denique Ecclesiae particulares, suis traditionibus exornatae, locum suum habebunt in ecclesiastica communione, integro manente Primatu Petri Cathedrae, quae universo caritatis coetui praesidet.4

2668 Optandum est ergo, imo omnino convenit, ut Conferentiae Episcopales intra limites uniuscuiusque magni territorii socio-culturalis inter se ita coadunentur ut concordi animo communibusque consiliis hoc aptationis propositum prosequi valeant.

26. Quare omnes missionari! — sacerdotes, fratres, sorores, laici pro sua quisque condicione praeparandi et efformandi sunt, ne exigentiis futuri operis impares inveniantur.5 Ab ipsis iam initiis, formatio doctrinalis eorum ita instituatur, ut et universalitatem Ecclesiae et diversitatem gentium comprehendat. Quod do omnibus disciplinis valet, per

‘ **Cfr.** *Ps.* **2, 8.**

1 **Cfr. Coxc.** Vat. **II, Const, dogni. De Ecclesia,** *Lumen, Gentium,* **n. 13: AAS 57, 17-18.**

’ **Cfr. Alloc.** Paci.) **VI in Canon. Ss. Mart. Ugandans., 18 oct. 1964: AAS 56, 908.**

* **Cfr.** Cono. Vat. **II. Const, dogm. Do Ecclesia,** *Lumen Gentium,* **n. 13: AAS 57, 18.**

• **Cfr.** Benedictis **XV,** *Maximum illud,* **30 nov. 1919: AAS 11, 440; I’ics XII,** *Evanffelii Praecones,* **2 iun. 1951: AAS 43, 507.**

quas ad ministerium obeundum parantur, necnon de aliis scientiis, quibus utiliter edocentur, ut communem habeant populorum, culturarum, religionum cognitionem, non tantum ad praeteritum, sed et ad praesens tempus spectantem. Quicumque nempe alium populum aditurus est, magni aestimet eius patrimonium et linguas et mores. Futuro missionario apprime necessarium est studiis missiologicis incumbere, id est cognoscere doctrinam et normas Ecclesiae circa activitatem missionalem, scire quas vias nuntii Evangelii decursu saeculorum percurrerint, necnon praesentem missionum condicionem simul ac methodos, quae nunc temporis efficaciores censentur.1

2669 Etsi vero haec integra institutio pastorali sollicitudine imbuenda sit, peculiaris tamen et ordinata formatio apostolica praebeatur, tarn doctrina quam praeficis exercitationibus.2

2670 31. Conferentiae Episcopales communi consilio graviore- quaestiones et problemata urgentia tractent, quin tamen differentias locales negligant.3 Ne insufficiens personarum et subsidiorum copia dissipetur, neve incepta sine necessitate multiplicentur, commendatur ut opera bono omnium inservientia collatis viribus condant, uti e. g. seminaria, scholas superiores et technicas, centra pastoralia, catechetica, liturgica necnon instrumentorum communicationis socialis.

Eiusmodi cooperatio pro opportunitate etiam inter diversas ‹ onferentias episcopales instituatur.

2671 34. Cum rectum et ordinatum exercitium actuositatis missionaria? requirat ut operarii evangelici ad munera sua, praesertim ad dialogum cum religionibus et culturis non-christianis, scientifico praeparentur, et in ipsa exsecutione efficaciter adiuventur. desideratur ut in favorem missionum inter se fraterne et generose collaborent quaelibet Instituta scientifica quae colunt missiologiam ¡diasque disciplinas vel artes missionibus utiles, uti ethnologiam et linguist icam, historiam et scientiam religionum, sociologiam, artes pastorales et similia.

2672 39. Professores Seminariorum et Universitatum iuvenes veram condicionem mundi et Ecclesiae docebunt, ut necessitas impensioris evangelizal ionis non-christianorum eis appareat et eorum zelum nutriat. In tradendis vero disciplinis dogmaticis, biblicis, moralibus et historicis rationes missionales in illis contentas in lucem ponant, ut hoc modo conscientia missionaria in futuris sacerdotibus formetur.

AAS 58, 906-967; 970; 971; 973-97 1; 977; 981-982; 873; 987.

1 Benedictus **XV,** ***Maximum illud,*** **30 nov. 1919: AAS 11. 448; Decr. S. C. P. F., 20 mali 1923: AAS 15, 369-370; PIUS XII,** *Sacculo cxeunle,* **2 iun. 1910: VAS 32. 256:** *Evangelii Praecones,* **2 iun. 1951: AAS 43. 507;** Ioasxes **XXIII, Princeps** *Pastorum,* **28 nov. 1959: AAS 51, 843-844.**

' **Coxc. V vr. II, Decr. Dc Institutione Sacerdotali,** *Optatam lotius,* **nn. 19-21: AAS 58, 725-726; Cfr. etiam Const. Apost.** *Sedes Sapientiae cum* **Statutis generalibus. 31 rnaii 1956: AAS 48, 354-365. [Cfr. nn. 2610 s.; 2286).**

• **Cfr.** Conc. Vat, **II, Decr. Dc pastorali Episcoporum munere in Ecclesia.** *Christus Dominus,* **nn. 36-38: AAS 58, 692-693.**

uso

Paulus VI (1963-...)

De presbyterorum ministerio et vita huius temporis necessitatibus aptanda

(Decr. De presbyterorum ministerio et vita *Presbyterorum Ordinis,* 7 dee. 1905).

Prooemium

2673 1. Presbyterorum Ordinis in Ecclesia excellentiam iam pluries haec Sacrosancta Synodus in memoriam omnium revocavit? ('um tamen huic Ordini in Ecclesiae Christi renovatione partes maximi momenti et in dies quidem difficiliores assignentur, perutile visum est fusius et profundius de Presbyteris tractare: ea quae hic dicuntur omnibus Presbyteris applicantur, spedatilo iis qui curae animarum inserviunt, congrua congruis referendo ad religiosos Presbyteros quod attinet. Presbyteri enim, sacra Ordinatione atque missione, quam ab Episcopis recipiunt, promoventur ad inserviendum Christo .Magistro, Sacerdoti et Regi, cuius participant ministerium, quo Ecclesia in Populum Dei, Corpus Christi et Templum Spiritus Sancti, hic in terris, indesinenter aedificatur. Quapropter, ut in adiunctis pastoralibus et humanis persaepe tam funditus mutatis eorum ministerium efficacius sustineatur atque eorundem vitae melius provideatur, Sacrosancta haec Synodus quae sequuntur declarat ac decernit.

Caput I

PRESBYTERATUS IN MISSIONE ECCLESIAE

2674 2. Dominus lesus, *quem Pater sanctificabit et misit in mundum (Io.* 10, 36), unctionis Spiritus qua unctus est 1totum Corpus suum mysticum particeps reddit: in eo enim omnes fideles sanctum et regale sacerdotium efficiuntur, spirituales offerunt hostias Deo per lesum Christum, et virtutes annuntiant Eius, qui de tenebris eos vocavit in admirabile lumen suum? Nullum ergo datur membrum quod in missione totius Corporis partem non habeat, sed unumquodque sanctificare debet lesum in corde suo,4 et spiritu prophetiae testimonium de lesu reddere?

2675 Idem vero Dominus, inter fideles, ut in unum coalescerent corpus, in quo *omnia membra non eundem actum, habent (Poni.* 12, 4), quosdam

1 Conc. Vat. **II, Confit, de Sacra Liturgia,** ***Sacrosanctum Concilium:*** **AAS 56,** Ü7 **ss.; Const, dogni. De Ecclesia.** ***Lumen gentium:*** **AAS 57, 5 ss.; Decr. do pastorali Episcoporum munere in Ecclesia,** ***Christus Dominus;*** **Decr. do institutione sacerdotali,** ***Optatam totius.***

• **Cfr. Mt 3,** 1 ***tc.*** **4, 18;** ***tcL*** **i. 27; 10, 38.**

1 **Cfr.** *1* ***Pt.*** **2, 5 et 9.**

4 **Cfr.** *J* ***PL*** **3, 15.**

4 **Cfr.** ***Apoc.*** **19, 10;** Conc. Vat. **II, Const, dogni. do Ecclesia,** ***Lumen gentium»*** **n. 35: AAS 57, 40-11.**

instituit ministros, qui, in societate fidelium, sacra Ordinis potestate pollerent Sacrificium offerendi et peccata remittendi,[1] atque sacerdotali officio publice pro hominibus nomine Christi fungerentur. Itaque, rni~~is Apostolis sicut Ipse missus erat a Patre,[2] Christ us, per ipsos Apostolos, consecrationis missionisque suae participes effecit eorum successores, Episcopos,[3] quorum munus ministerii, subordinato gradu. Presbyteris traditum est,[1] ut in Ordine presbyteratus constituti, ad rite explendam missionem apostolica!!! a Christo concreditam. Ordinis episcopalis essent cooperatores.[5]

2676 Officium Presbyterorum, nipote Ordini episcopali coniuuctum. participat auctoritatem qua Christus Ipse Corpus suum exstruit, sanctificat et regit. Quare sacerdotium Presbyterorum initiationis christianae Sacramenta quidem supponit, peculiari tamen illo Sacramento confertur, quo Presbyteri, unctione Spiritus Sancti, speciali charactere signantur et sic Christo Sacerdoti configurantur, ita ut in persona ‹ liristi Capitis agere valeant.[6]

2677 Munus Apostolorum cum pro sua parte participent, Presbyteris gratia datur a Deo ut sint ministri Christi lesti in gentibus, sacro Evangeli! munere fungentes, ut fiat oblatio gentium accepta, sanctificata in Spiritu Sancto.[7] Per Evangeli! enim apostolicum nuntium convocatur et congregatur Populus Dei, ita ut omnes ad hunc Populum pertinentes, sanctificari cum sint Spiritu Sancto, seipsos offerant *hostiam viventem, sanctam, Deo placentem (Jiom.* 12, 1). Per Presbyterorum autem ministerium sacrificium spirituale fidelium consummatur in unione cum sacrificio Christi, unici .Mediatoris, quod per manus eorum, nomine totius Ecclesiae, in Eucharistia incruente et sacramentaliter offertur, donec Ipse Dominus veniat."

Ad hoc tendit atque in hoc consummatur Presbyterorum ministerium. Eorum enim ministratio, quae ab evangelico nuntio incipit, e Sacrificio Christi suam vim et virtutem haurit, atque eo tendit ut *tota ipsa redempta civitas, hoc est congregatio societasque sanctorum, universale sacrificium offeratur Deo per Sacerdotem Magnum. qui etiam se ipsum obtulit in Passione pro nobis, ut tanti Capitis corpus essemus.*[9]

• Cfr. Conc. Tum., Sess. XXIII. cap. 1 ct can. 1: Denz 957 et 961 (1764 et 1771).

• Cfr. *Io.* 20, 21; Conc. Vat. II, Const. Dogm. de Ecclesia, *Lumen gentium,* n. 18: AAS 57. 21-22.

• Cfr. Conc. Vat. 11, Const, dogni. de Ecclesia. *Lumen gentium,* n. 28: AAS 57. 33-36. (Cfr. n. 2589).

‘ Cfr. *ibid.*

‘ Cfr. *Pontificale romanum,* De Ordinatione Presbyterorum. Praefatio. Haec verba iam inveniuntur in *Sacramentario Veronensi:* cd. L. C. Mohlberg, Romae 1956. p. 122; item in *Missali Francorum:* ed. L. C. Mohlberg, Romae 1957, p. 9; item in *Libro Sacramento-rum liomanac Ecclesiae:* ed. L. C. MÔhlbcrg, Romae 1960, p. 25; item in *Pontificali romano-germanico:* od. Vogel-Elze, Città del Vaticano 1963, vol. 1. p. 34.

• Cfr. Conc. Vat. 11, Const, dogm. de Ecclesia, *Lumen gentium,* n. 10: AAS 57. 14-15. (Cfr. n. 2587).

’ Cfr. *Um.* 15. 16 gr.

• Cfr. *1 Or.* 11, 2G.

• Si At'UI’STINcs, *De civitate Dei,* 10, 6: ML 11, 281.

2678 Finis igitur (piem ministerio atque vita persequuntur Presbyteri est gloria Dei Patris in Christo procuranda. Quae gloria in eo est quod homines opus Dei in Christo perfectum conscie, libere atque grate accipiunt, illudque in tota vita sua manifestant. Presbyteri itaque, sive orationi et adorationi vacent, sive verbum praedicent, sive Eucharisticum Sacrificium offerant et cetera Sacramenta administrent, sive, alia pro hominibus exerceant ministeria, conferunt cum ad gloriam Dei augendam tum ad homines in vita divina provehendos. Quae omnia, dum ex Paschale Christi manant, in glorioso Eiusdem Domini adventu consummabuntur, cum Ipse tradiderit Regnum Deo ct Patri.[1]

2679 3. Presbyteri, ex hominibus assumpti et pro hominibus constituti in iis quae sunt ad Deum ut offerant dona et sacrificia pro peccatis,[2] cum ceteris hominibus tamquam cum fratribus conversantur. Sic et Dominus lesus, Filius Dei, homo ad homines a Patre missus, habitavit in nobis et voluit per omnia fratribus assimilari, absque tamen peccato.[3] Ipsum iam imitati sunt sancti Apostoli, et testatur beatus Paulus, Doctor gentium, *segregatus in euangelium. Dei (Rom.* 1. 1), omnia omnibus se facium esse ut omnes faceret salvos.[4] Presbyteri Novi Testamenti, vocatione quidem et ordinatione sua, quodam modo in sinu Populi Dei segregantur, non tamen ut separentur, sive ab eo, sive a quovis homine, sed ut totaliter consecrentur operi ad quod Dominus eos assumit? Ministri Christi esse non possent nisi alius vitae quam terrenae testes essent et dispensatores, sed neque hominibus inservire valerent si ab eorum vita condicionibusque[8] alieni remanerent. Ipsum eorum ministerium spe-

‘ Cfr. *1 Cor.* 15. 24.
* Cfr. *Hebr.* 5, 1.
’ Cfr. *Hebr. 2,* 17; 4. 15.
‘ Cfr. *1 Cor.* 9, 19-23 vg.
‘ Cfr. *Ad.* 13, 2.
• ▮ Huiusmodi vero religiosae ac rnoralis perfectionis studium magis magisque excitatur externis etiam condicionibus, in quibus Ecclesia vitam agit; nequit enim ea immobilis manere atque incuriosa vicissitudinis humanarum rerum, quae circa sunt ct multiplicem vim habent ad cius agendi rationem, eique modum ct condiciones imponunt. Pro comperto sane est, Ecclesiam ab humana consort ione non seiungi, sed in ea versari, ideoque ipsius filios ab eadem moveri ac duci, eiusquo cultum civilem Imbibere, legibus obtemperare, mores Induere. Haec vero Ecclesiae consuetudo cum humana societate continenter dilllciles parlt quaestiones, quae nunc potissimum praegraves sunL. (...) Gentium Apostolus ita suae aetatis Christianos hortabatur: *Nolite iuaum ducere cum infidelibus. Quae enim participatio iusliliae cum iniquitalel aut quae societas luci ad tenebrasi ... aut quae pars fitteli cum infideli l (2 Cor.* 6, 14-15). Hanc ob causam qui in praesenti educatores praeceptoresque in Ecclesia agunt, eos necesse est catholicam Juventutem commonefacere praestantissimae condicionis suae, atque otlleli, quod inde nascitur, vivendi in hoc mundo, non autem ad huius mundi sensum, convenienter ad hanc precationem, a Christo lesu pro discipulis suis factam: *Non ropo ut tollas eos dc mundo, scit ut screes eos a malo: de inundo non sunt, sicut ct cao non sum dc mundo i/o.* 17, 15-10). Quum precationem asciscit sibi Ecclesia.

Nihilominus tamen huiuscemodi discrimen non idem significat atque disiunct ¡onera; neque neglegentiam declarat, neque metum, neque contemptionem. Etenim cum Ecclesia se ab hominum genere discernit, adeo huic non obsistit, ut potius cum eo couiungatur •: Paulus vi, Litt. Encycl. *Ecclesiam suam,* (5 uug. 1961: AAS 50, 627 ct 638.

fiali titulo exigit ne huic saeculo se.se conforment;* simul tamen requirit ut in hoc saeculo inter homines vivant, et sicut boni pastores oves suas cognoscant, casque etiam quae non sunt ex hoc ovili adducere quaerant, ut et ipsae vocem Christi audiant et fiat unum ovile et unus Pastor?

2680 Quod ut consequi valeant multum conferunt virtutes quae in humano consortio merito aestimantur, ut sunt eordis bonitas, sinceritas, robur animi et constantia, assidua iustitiae cura, urbanitas aliaeque, quas Apostolus Paulus commendat, dicens: *Quaecumque sunt vera, quaecumque pudica, quaccumque iusla, quaecumque sancta, quaecumque amabilia, quaecumque bonae famae, si qua virtus, si qua laus disciplinae, haec cogitate (Phil.* 4, 8)?

Caput II

I* RESBYTERORUM MINISTERI CM

1. Presbyterorum miaera

2681 4. Populus Dei primum coadunatur verbo Dei ¥ivi, quod ex ore sacerdotum omnino fas est requirere.4 Cum enim nemo salvari possit, qui prius non crediderit,® Presbyteri, utpote Episcoporum cooperatores, primum habent officium Evangelium Dei omnibus evangelizandi,7 ut, mandatum exsequentes Domini: *Euntes in mundum universum praedicate evangeliom omni creaturae (Mc.* 16, ¥5), Populum Dei constituant

» **Cfr.** ***Horn.*** **12, 2.**

‘ **Cfr.** ***Io,*** **10, 14-16.**

• **Cfr. S.** Polycarpus, ***Epist. ad Philippenses,*** **VI, 1: « Et presbyteri sint nd commiserationem proni, misericordes erga cunctos, aberrantia reducentes, visitantes infirmos omnes, non neglegentes viduam aut pupillum aut pauperem: sed solliciti semper de bono coram Deo et hominibus, abstinentes ab omni ira, acceptione personarum, indicio inlusto, longe recedentes ab omni avaritia, non cito credentes adversus aliquem, non severi nimium in iudicio, scientes, nos omnes debitores esso peccati •: ed. F. X. Funk,** ***Paires Apostolici,*** **I, 273.**

‘ **Cfr.** ***1 Pt.*** **1, 23;** ***Act.*** **6, 7: 12, 24. «Praedicaverunt (Apostoli) verbum veritatis, ct genuerunt Ecclesias •: S.** Augustinus, ***Enarr. in Ps.***. **44, 23: ML 36. 50S.**

‘ **Cfr.** ***Mal.*** **2, 7;** ***1 Tim.*** **4, 11-13; 2** ***Tim*** **4. 5;** ***Tit.*** **1. 9.**

• **Cfr.** ***Me.*** **16, 16.**

’ **Cfr. 2** ***Cor.*** **11, 7. Do Presbyteris, utpote qui sint Episcoporum cooperatores, valent quoquo illa, quae do Episcopis dicuntur. Cfr.** ***Statuta Ecclesiae Antiqua,*** **c. 3 (ed. Ch. Munior, Paris 1960, p. 79);** ***Decretum Gratiani,*** **C. 6, D. 88 (ed. Friedberg, I. 307); CONC.** Trid., **Seas. V, Decr. 2, n. 9** ***(Cone. Occ. Decreta,*** **ed. Herder, Romae 1962. p. 645); Sess. XXIV, Doer,** ***de reform.,*** **c. 4 (p. 739); CONO,** Vat. **II. Const, dogm. de Ecclesia.** ***Lumen gentium,*** **n. 25: AAS 57, 29-31.**

• **Cfr.** ***Constitutiones Apostolorum,*** **II, 26, 7: ‘ (Presbyteri) sint doctores scientiae divinae, cum et ipse Dominus nos mundaverit dicens: Euntes docete... : ed. F. X. Funk,** ***Didascalia et Constitutiones Apostolorum,*** **1, Paderborn 1905. p. 105. —** ***Sacrarnenlarium leonianum*** **et cetera sacramentaria usque ad** ***Pontificale romanum,*** **Praefatio in Ordinatione Presbyterorum: • llac providentia, Domino, Apostolis Filii tui Doctores fidei comites addidisti, quibus illi orbem totum secundis praedicatoribus (vel: praedicationibus) impleverunt ’. -** ***Liber Ordinum Liturgiae Mozarabicac,*** **Praefatio ad ordinandum Presbyterum: « Doctor plebium et rector sublectorum, teneat ordinato catholicam fidem, et cunctis annuntiet veram salutem ▮: cd. M. Férotin.** ***Liber Ordinum en usage dans 1'Eglise Jl"isigolhiquc et Mozarabe d’Espagne: Monumenta Ecclesiae Liturgica,*** **vol. V, Paris 1904, col. 55, lin. 4-6.**

et augeant. Verbo enim salutari in corde non fidelium suscitatur et in corde fidelium alitur lides, qua congregatio fidelium incipit et crescit, secundum illud Apostoli: *Fides cr auditu, auditus autem per verbum Christi (Rom.* 10, 17). Omnibus ergo debitores sunt Presbyteri, ut cum eis communicent veritatem Evangelii[1] qua in Domino gaudent. Sive igitur, conversationem inter gentes habentes bonam, ad Deum glorificandum eas adducunt, sive, aperte praedicantes, mysterium Christi non credentibus annuntiant, sive catechesim Christianam tradunt vel Ecclesiae doctrinam explanant, sive sui temporis quaestiones sub luce Christi tractare student, eorum semper est non sapientiam suam, sed Dei Verbum docere omnesque ad conversionem et ad sanctitatem instanter invitare.[3] Sacerdotalis vero praedicatio, in hodiernis mundi adiunctis haud raro perdifficilis, ut auditorum mentes aptius moveat, verbum Dei non modo generali et abstracto tantum exponere debet, sed concretis applicando vitae circumstantiis veritatem Evangelii perennem.

2682 Ita ministerium verbi multiformiter exercetur, secundum diversas audientium necessitates ot praedicantium charismata. In regionibus vel coetibus non christianis, nuntio Evangelico homines ad fidem et Sacramenta salutis adducuntur,[1] in ipsa autem communitate Christianorum, praesertim pro illis qui parum intellegere vel credere videntur quod frequentant, verbi praedicatio requiritur ad ipsum ministerium Sacramentorum, quippe quae sint Sacramenta fidei, quae de verbo nascitur et nutritur;[2] quod praecipue valet pro Liturgia verbi in Missarum celebratione, in qua inseparabiliter uniuntur annuntiatio mortis et resurrectionis Domini, responsum populi audientis et oblatio ipsa (pia Christus Novum Foedus confirmavit in Sanguine suo, cui oblationi fideles, et votis et Sacramenti perceptione, communicant.[6]

2683 5. Deus, qui solus Sanctus et Sanctificator est, voluit quasi socios et adiiitores sibi assumere homines qui operi sanctificationis humiliter inserviant. Hinc Presbyteri a Deo, ministrante Episcopo, consecrantur, ut, participes Sacerdotii Christi speciali ratione effecti, in Sacris celebrandis tamquam ministri agant Eius, qui suum sacerdotale munus per Spiritum

[1] Cfr. *Gal.* 2, 5.

[2] Cfr. *1 Pl.* 2, 12.

[3] Cfr. Ritum Ordinationis Presbyteri in Ecclesia Alexandrina lacobitarum: « ... Congrega populum tuum ad verbum doctrinae, quemadmodum nutrix, quae fovet lllios suos ». 11. Denzinger, *Hilus Orientalium,* Tom. II, Würzburg 1863, 11.

[4] Cfr. *ML* 28, 19; *Me.* 1G, 16; Tertüllianuè, *De baptismo,* 11, 2 (Corpus Christianorum, Series latina, 1, p. 289, 11-13); S. Athanasius. *Adv. Ariano#.* 2. 42: MG 26, 237 A-B; S. Hieronymus, Zzi *ML,* 28, 19: ML 26, 226 D; « Primum docent omnes gentes, deinde doctas intingunt aqua. Non enim potest flori ut corpus baptismi recipiat sacramentum, nisi ante anima fldol susceperit veritatem »; S. Thomas, *Expositio primas Decretalis,* § 1: «Salvator noster discipulos ad praedicandum mittens, tria cis iniunxit. Primo quidem ut docerent iidem; secundo ut credentes imbuerent sacramentis »: ed. Marietti, *Opuscula Theologica* Taurinl-Romao 1954. 1138,

[5] Cfr. Conc. V vr. II. Const, de Sacra Liturgia, *Sacrosanctum Concilium,* n. 35, 2: AAS 56, 109.

[6] Cfr. *ibid.,* nn. 33, 35, 18, 52: AAS 56, 108-109, 113, 114.

suum iugiter pro nobis in Liturgia exercet.[1] Baptismate quidem homines in Populum Dei introducunt; Sacramento Poenitentiae peccatores cuín Deo ot Ecclesia reconciliant; oleo infirmorum ægrotante alleviarti; celebratione praesertim Missae Sacrificium Christi sacramentali!er offerunt. In omnibus autem Sacramentis conficiendis, ut iam primaevae Ecclesiae temporibus testatus est beatus Ignatius .Martyr,[2] Presbyteri diversis rationibus cum Episcopo hierarchies colligantur, et sic eum in singulis fidelium congregationibus quodammodo praesentem reddunt.[3] Cetera autem Sacramenta, sicut et omnia ecclesiastica ministeria, ei opera apostolalus. cum Sacra Eucharistia cohaerent et ad eam ordinantur.[4] In Sanctissima enim Eucharistia totum bonum spirituale Ecclesiae continetur.[5] ipse scilicet Christus, Pascha nostrum panisque vivus per Carnem suam Spiritu Sancto vivificatam et vivificantem vitam praestans hominibus, qui ita invitantur et adducuntur ad seipsos, suos labores cunctasque res creatas una eum Ipso offerendos. Quapropter Eucharistia ut fons ot culmen totius evangelizationis apparet, dum catechumeni ad participationem Eucharistiae paulatina introducuntur, et fideles, iam sacro baptismate et confirmatione signati, plene per receptionem Eucharistiae Corpori Christi inseruntur.

2684 Est ergo Eucharistica Synaxis centrum congregationis fidelium cui Presbyter praeest. Edocent igitur Presbyteri fideles divinam victimam in Sacrificio Missae Deo Patri offerre atque eum ea oblationem vitae suat' facere; in spiritu Christi Pastoris instituunt eos peccata sua corde contrito Ecclesiae in Sacramento Poenitentiae submittere, ita ut magis magisque in dies ad Dominum convertantur, memores verborum Eius: *Poenitentiam agile, appropinquavit enim Regnum caelorum* (*Mt.* 4, 17). Ipsos pariter edocent Sacrae Liturgia? celebrat iones ita participare, ut sinceram orationem in eis quoque attingant; eos ad spiritum orationis semper perfectiorem per totam vitam exercendum, pro uniuscuiusque gratiis et necessitatibus, manuducunt. omnesque ad officia proprii status observanda, et profeciiores ad consilia Evangelii. motio cuique congruo exercenda, alliciunt. Erudiunt proinde fideles ut possint hymnis et canticis spiritualibus in cordibus suis cantare Domino, gratias agentes semper pro omnibus in nomine Domini nostri lesu Christi. Deo et Patri.[6] Laudes et gratiarum actiones quas adhibent in Eucharistiae celebratione ipsi Presbyteri ad diversas horas diei dilatant in Divino persolvendo Officio, quo quidem nomine Ecclesiae, pro toto populo sibi commisso, immo pro universo mundo, Deum deprecantur.

[1] **Cfr. *ibid.*, n. 7: XAS 5G, 100-101; Pirs XII. Litt. Encycl. *Mystici Corporis*, 29 iun. 1943: AAS 35, 230.**

[2] **S. IciNATius M., *Smuro.*, 8, 1-2: od. F. X. Funk, 210; *ConstHutiones Apostolorum*, Vili, 12, 3: cd. E. X. Funk, 496; Vili. 29, 2. *ibid.*, 532.**

[3] **Cfr. Coxc. Vat. II, Const, dogm. de Ecclesia, *Lumen gentium*, n. 28: AAS 57, 33-3«. (Cfr. n. 2589).**

[4] **« Eucharistia vero est quasi consummatio spiritualis vitae, et omnium sacramentorum finis : S. Thomas, *Summa Theol.* Ili, q. 73, a. 3 c; cfr. *Summa ThcoL* III, q. 65, a. 3.**

[5] **Cfr. S. Thomas, *Summa Theol.* IH. q. G5, a. 3, ad 1; q. 79, a. 1, c, ct ad 1.**

[6] **Cfr. *Eph.* 5, 19-20.**

2685 Domus orationis in qua Sanctissima Eucharistia celebratur et servatur, fidclesque congregantur, et in qua praesentia Filii Dei Salvatoris nostri in ara sacrificali pro nobis oblati, in auxilium atque solatium fidelium colitur, nitida, orationi et sacris sollemnibus apta esse debet.[1] In ea Pastores et fideles invitantur ut grato animo respondeant dono Ipsius, qui per Humanitatem suam continuo vitam divinam in membra Corporis sui infundit.[2] Curent Presbyteri scientiam et artem liturgicam recte colere, ut, suo ministerio liturgico, a christianis communitatibus sibi commissis perfectius in dies laudetur Deus, Pater et Filius et Spiritus Sanctus.

2686 6. Munus Christi Capitis et Pastoris pro sua parte auctoritatis exercentes, Presbyteri, nomine Episcopi, familiam Dei, ut fraternitatem in unum animatam, colligunt, et per Christum in Spiritu ad Deum Patrem adducunt.[3] Ad hoc autem ministerium exercendum, sicut ad cetera munera Presbyteri, confertur potestas spiritualis, quae quidem ad aedificationem datur.[4] In aedificanda autem Ecclesia, Presbyteri cum omnibus eximia humanitate ad exemplar Domini conversari debent. Neque iuxta placita hominum,[5] sed iuxta exigentias doctrinae et vitae Christianae erga eos agere debent, eos docentes et ut filios etiam carissimos monentes,[6] secundum verba Apostoli: *Insta opportune, importune, argue, obsecra, increpa in omni patientia et doctrina (2 Tim.* 4, 2).[7]

2687 Quapropter ad sacerdotes, qua in fide educatores, pertinet curare sive per se sive per alios, ut singuli fideles ad suam propriam vocationem secundum Evangelium excolendam, ad sinceram operosamque caritatem, et ad libertatem, qua Christus nos liberavit,[8] in Spiritu Sancto adducantur. Parum proderunt caeremoniae, etsi pulchrae, vel consociationes, etsi florentes, si non ordinantur ad educandos homines ad maturitatem Christianam consequendam.[9] Quam ut promoveant, eis auxilio erunt Presbyteri ut in ipsis eventibus magnis vel parvis, quid

1 **Cfr. S.** Hieronymus, ***Epist.,*** **114, 2: « ... sacrosquc calices, et sancta velumina, et caetera, quae ad cultum Dominicae pertinent Passionis ... ex consortio Corporis et Sanguinis Domini eadem qua Corpus eius ct Sanguis maiestato veneranda »: ML 22, 934. CONO. Vat. II, Const, de Sacra Liturgia,** ***Sacrosanctum Concilium,*** **nn. 122-127: AAS 56, 130-132.**

• • **Insuper visitationem sanctissimi Sacramenti, in nobilissimo loco ot quam honorificentissime in ecclesiis secundum leges litúrgicas adservandi, interdiu facere ne omittant, utpote quae erga Christum Dominum, in eodem praesentem, sit et grati animi argumentum et amoris pignus et debitae adorationis officium »: Paulus VI, Litt. Encycl.** ***Mysterium Fidei,*** **3 sept. 1965: AAS 57, 771.**

• **Cfr. Cono. Vat. II, Const, dogm. de Ecclesia,** ***Lumen (/entium,*** **n. 28: AAS 57, 33-36. (Cfr. n. 25891.**

• **Cfr. 2** ***Cor.*** **10, 8; 13. 10.**

» **Cfr.** ***Gal.*** **1, 10.**

• **Cfr.** ***1 Cor.*** **4, 14.**

' **Cfr.** ***Didascalia,*** **II, 34, 3; II, 46, 6; II, 47,** 1; ***Constitutiones Apostolorum,*** **II, 47,** 1: **ed. F. X. Funk,** ***Didascalia ct Constitutiones,*** **I, pp. 116, 142 et 143.**

• **Cfr.** ***Gal.*** **4. 3; 5,** 1 **et 13.**

• **Cfr. S.** Hieronymus, ***Epist.,*** **58, 7: • Quae utilitas est parietes fulgere gemmis, ct Christum in paupere fame periclitari! »: ML 22, 584.**

res exigant, quae sit Dei voluntas perspicere valeant. Edoceantur etiam cliristiani ut non sibi solum vivant, sed, secundum exigentias novae legis caritatis, unusquisque sicut accepit gratiam, in alterutrum illam administretl et ita omnes officia sua in communitate hominum Christiane absolvant.

2688 Quamvis vero omnibus debitores sint. Presbyteri tamen peculiari modo commendatos sibi habent pauperes et tenuiores cum quibus Dominus Ipse sese sociatum ostendit,l et quorum evangelizado signum messianici operis datur.3 Peculiari etiam diligentia prosequentnr júniores, et insuper coniuges ac parentes, qui ut in amicales coetus conveniant optandum est, ad sese mutuo adjuvandos ut christiane in vita saepe ardua facilius pleniusque agant. Meminerint Presbyteri religiosos omnes viros ac mulieres, quippe qui pars praecellens sint in domo Domini, speciali cura dignos esse ad eorum spiritualem profectum in bonum totius Ecclesiae. Maxime tandem solliciti sint aegrotantium et morientium, eos visitantes et in Domino confortantes.4

2689 Munus vero Pastoris non ad fidelium singillatim curam habendam coarctatur, sed etiam ad genuinam communitatem christianam efformandam proprie extenditur. Spiritus autem communitatis debite ut colatur, non tantum ecclesiam localem sed et universam Ecclesiam amplecti debet. Communitas autem localis non suorum dumtaxat fidelium curam fovere, sed etiam zelo missionali imbuta viam ad Christum omnibus hominibus parare debet. Specialiter tamen sibi commendatos habet catechumenos et neophytos, qui gradatila ad vitam christianam cognoscendam et ducendam educandi sunt.

2690 Nulla tamen communitas Christiana aedificatur nisi radicem cardinemque habeat in Sanctissimae Eucharistiae celebratione, a qua ergo omnis educatio ad spiritum communitatis incipienda est.s Quae celebratio ut sincera et plena sit tam ad varia caritatis opera mutuumque adiutorium quam ad missionalem actionem, necnon ad varias cliristiani testimonii formas, ducere debet.

2691 Praeterea caritate, oratione, exemplo et poenitentiae operibus, ecclesiale communitas veram erga animas ad Christum adducendas maternitatem exercet. Ipsa enim instrumentum efficax constituit quo nondum

---

* **Cfr.** *1 Pl.* **4, 10 ss.**

* **Cfr.** *Mt.* **25, 34-45.**

1 **Cfr. £c. 4, 18.**

‘ **Aliae categoriae nominari possunt, v. g. migrantes, nomades, etc. De quibus agitur in:** Cono. Vat. **II, Dccr. do pastorali Episcoporum munere in Ecclesia,** *Christus Dominus.*

* **Cfr.** *Didascalia,* **II, 59, 1-3: • Docens autem iube ot hortaro populum in ecclesia frequentaro et penitus numquam deesse, sed convenire semper et ecclesiam non angustare, cum se subtrahunt, ot minus membrum facere corpus Christi... Nolite ergo vosmot ipsos, cum sitis membra Christi, spargere ab ecclesia, oum non coadunamini: Christum enim caput habentes secundum promissionem ipsius praesentem et communicantem vobis, nolite ipsi vos neglegere nec alienare salvatorem a membris suis uec scindere uec spargere corpus eius... »: ed. F. X. Funk, I, p. 170;** Paulus **VI, Allocutio iis qui ex italico clere interfuerunt Coetui XIII per hebdomadam habito Urbiveti v. di aggiorntuuento pastorale ›. 6 sept. 1963: AAS 55, 750 ss. [Cfr. n. 2523).**

credentibus via ad Christum eiusque Ecclesiam indicatur vel sternitur, (pio etiam fideles excitantur, aluntur et ad pugnam spiritualem roborantur.

2692 In exstruenda vero Christianorum communitate, Presbyteri numquam alicui ideologiae vel factioni humanae inserviunt, sed, ut Evangeli! Praecones et Ecclesiae Pastores, ad Corporis Christi spirituale incrementum consequendum operam impendunt.

II. Presbyterorum habitudo ad alios

2693 7. Presbyteri omnes, una cum Episcopis, unum idemque sacerdotium et ministerium Christi ita participant, ut ipsa unitas consecrationis missionisque requirat hierarchicam eorum communionem cum Ordine Episcoporum,1 quam optime aliquando in liturgica concelebratione manifestant, et eum quibus coniuncti profitentur se Eucharisticam Synaxim celebrare.2 Episcopi igitur, propter donum Spiritus Sancti quod Presbyteris in sacra Ordinatione datum est, illos habent ut necessarios adiutore» et consiliarios in ministerio et munere docendi, sanctificandi et pascendi plebem Dei.3 Quod enixe, iam ab antiquis Ecclesiae temporibus, liturgica documenta proclamant, dum sollemniter postulant a Deo super Presbyterum ordinandum infusionem spiritus *gratiae et consilii, ut adiuvet ac gubernet populum in corde mundo,'* quemadmodum in eremo .Moysis spiritus in mentes septuaginta virorum prudentium propagatus est,5 *quibus ille adiutoribus usus, in populo innumeras multitudines incile gubernavit.*6

1 **Cfr.** Cono. Vat. **II, Const, dogai. de Ecclesia,** ***Lumen gentium,*** **n. 28: AAS 57, 35. [Cfr. n. 2589 J.**

1 **Cfr. sic dictam** ***Constitutionem Ecclesiasticam Apostolorum,*** **XVIII: Presbyteri sunt sÿmmystai ct synepimachoi Episcoporum: ed. Th. Schermami,** ***Dic allgemeine Kirchenordnung,*** **I, Paderborn 1911, 26; A.** Harnack, ***Die Quellcn der sog. aposlolischen Kirchenordnung,*** **T. u. U., II, 5, 13, n. 18 et 19;** Pseudo-Hieronymuh, ***De. Septem Ordinibus Ecclesiae:*** **'...in benedictione cum episcopis consortes mysteriorum sunt »: cd. A. W. KalfT, Wiirzburg 1937, p. 45; S.** Isidoros Hispalensis, ***Dc Ecclesiasticis Offjlciis,*** **II, c. VII: «Praesunt enim Ecclesiae Christi, et in confectione divini corporis et sanguinis consortes eum episcopis sunt, similiter et in doctrina populorum, et in olllcio praedicandi »: ML 83, 787.**

• **Cfr.** ***Didascalia,*** **II, 28, 4: ed. F. X. Funk, p. 108;** ***Constitutiones Apostolorum,*** **II, 28, 4; II, 34, 3;** ***ibid.,*** **109 ct 117.**

‘ ***Ibid.,*** **Vili, 16, 4: ed. F. X. Funk, I, 523; cfr.** ***Epitome Const. Apost.,*** **VI:** ***ibid.,*** **II, 80, 3-4;** ***Teslamentum Domini:*** **« ... da ei spiritum gratiae, consilii ct magnanimitatis, spiritimi presbyteratus... ad coadluvandum et gubernandum populum tuum in opere, in metu, in corde puro »: trad. I. E. Rahmani, Moguntlae 1899, 69. Item in** ***Trad. Apost.:*** **ed. B. Botte,** ***La Tradition Apostolique de Saint Hippolyte,*** **Münster 1. W. 1963, 20.**

‘ **Cfr.** ***Num.*** **11, 16-25.**

• ***Pontificale romanum,*** **De Ordinatione Presbyterorum, Praefatio; quae verba iam habentur in** ***Sacramentario leoniano, Sacramentario gelasiano*** **et** ***Sacramentario gregoriano.*** **Similia inveniuntur in Liturgils Orientalibus: ef.** ***Trad. Apost.:*** **• ... respice super servum tuum istum et impartire spiritum gratiae ct consilii praesbyteris ut adiuvet et gubernet plebem tuam in corde mundo, sicuti respexisti super populum electionis tuae ct praecepisti Moysi ut degeret praesbyteros quos replesti de spiritu tuo quod tu donasti famulo tuo •: ex antiqua versione latina Veronensi, cd B. Botte,** ***La Tradition Apostolique dc S. Hippolyte. Essai de reconstruction,*** **Münster 1. W. 1963, 20;** ***Const. Apost.*** **Vili, 16, 4: ed, F. X. Funk, I, 522, 16-17;** ***Epit. Const. Apost.*** **VI: ed. F. X. Funk, II, p. 80, 5-7;** ***Teslamentum Do-***

2694 Propter liane ergo in eodem sacerdotio atque ministerio communionem, Episcopi ut fratres et amicos suos habeant Presbyteros,[1] eorumqne bonum, tam materiale quam praesertim spirituale ipsis pro viribus cordi sit. Potissimum enim in illos sacerdotum suorum sanctitudinis grave recidit onus:[2] maximam ergo curam exerceant in continua formatione Presbyterii sui.[1] Eos libenter audiant, innno consulant et cum eis colloquantur de iis quae ad necessitates operis pastorali' et ad bonum dioecesis spectant. Ut vero id ad effectum deducatur, habeatur, modo hodiernis adiunctis ac necessitatibus accommodato,[4] forma ac normis iure determinandis, coetus seu senatus[5] sacerdotum. Presbyterium repraesentantium, qui Episcopum in regimine dioeceseos suis consiliis efficaciter adiuvare possit.

2695 Presbyteri autem, ante oculos habentes plenitudinem Sacramenti Ordinis qua Episcopi gaudent, in ipsis revereantur auctoritatem t liristi supremi Pastoris. Suo igitur Episcopo sincera caritate et oboedientia adhaereant.[8] Quae sacerdotalis oboedientia, cooperationis spiritu perfusa, fundat ur in ipsa participat ione ministerii episcopalis, quae Presbyteris per Sacramentum Ordinis et missionem canonicam confertur.[7]

mini: trad. I. E. Rahmani, Moguntiao 1899. p. 69; *Euchologion Serapionis,* XXVII: ed. F. X. Funk, *Didascalia ct Constitutiones,* II, 190, lin. 1-7; *Ritus Ordinationis in ritu Naronitarum:* trad. II. Benzinger, *Ritus Orientalium,* II. Würzburg 1863, 161. Inter Patres citari possunt: Theodorus Moi*suestenus, *In 1 Tim.* 3. 8: rd. Swete, II, 119-121; Thxodoretus, *(Quaestiones in Numeros,* XVIII: MG 80, 369 C-372 B.

1 Cfr. Conc. Vat. II, Const, (login. de Ecclesia, *Lumen gentium.* n. 28: AAS 57, 35.

1 Cfr. Ioannes XXIII, Litt. Encycl. *Sacerdotii Nostri primordia,* 1 aug. 1959: AAS 51, 576; S. Pius X, Exhortatio ad clerum *Haerent animo,* I aug. 1908: S. Pii A' *Acta* I, 237 ss.

' Cfr. Conc. Vat. II, Decr. dc pastorali Episcoporum munen in Ecclesia, *Christus Dominus,* nn. 15 ct 16: AAS 58, 680. ICfr. nn. 2618. 2619].

4 In iure condito iam habetur Capitulum Cathédrale, tamquam Episcopi «senatus et consilium • (CIC, c. 391), vel, eo deliciente. Coctus consultorum dioeccsanorum (cfr. CIC, cc. 123-128). In votis tamen est talia instituta ita recognoscere, ut hodiernis adiunctis atque necessitatibus melius provideatur. Uti patet, huiusmodi Coetus Presbyterorum differt a Consilio pastorali de quo in Conc. Vat. 11. Decr. *Christus Dominus,* dc pastorali Episcoporum munero in Ecclesia, 28 oct. 1965, n. 27, cui pertinent etiam laici, et cuius est tantummodo pervestigare quae ad pastoralia opera spectant. Dc Presbyteris ut consiliariis Episcoporum videri possunt *Didascalia,* II. 28, I: ed. F. X. Funk. I. p. 108; it. *Const. Apost.,* II, 28, 4: ed. F. X. Funk, I 109; S. IGNATIUS M.. *Magn.,* 6. 1: cd. F. X. Funk, 191: *Trail.,* 3, 1: ed. F. X. Funk, 201; Orígenes. *Contra Celsum.* III, 30: Presbyteri sunt consiliarii seu boúleytai: MC» 11, 957 D-960 A.

1 S. IGNATIUS M., *Magn.,* 6, 1: « Hortor, ut in concordia Dei omnia peragere studeatis, episcopo praesidente loco Dei ct presbyteris loco senatus apostolici, et diaconis mihi suavissimis concreditum habentibus ministerium lesu Christi, qui ante saecula apud Patrem erat et in tine apparuit »: ed. F. X. Funk, 195; S. Ign .unus M., *Trail.,* 3, 1: • Cuncti similiter revereantur diaconos ut lesum Christum, sicut et episcopum, qui est typus Patris, prosbyteros autem ut senatum Dei et concilium apostolorum. Sine his ecclesia non vocatur •: ibid., 204; S. 111ERONYMU8, *In Isaiam,* II. 3: ML 21. 61 D: Et nos habemus in Ecclesia senatum nostrum, coetum presbyterorum ».

• Cfr. Paulir VI, Allocutio ad Urbis curiones et quadragenarii temporis oratores in Aede Sixtina liabita, die I mart ii 1965: AAS 57. 326.

l *Cfr. Const. Apost.,* VIII, 47, 39: «Presbyteri... absque sententia episcopi nihil peragant; ipse enim est, cui commissus est populus Domini ct a quo de animabus eorum ratio poscetur *: cd. F. X. Funk, 577.

2696 Unio Presbyterorum cum Episcopis eo magis nostris diebus requiritur quod aetate hac nostra, diversis ex causis, incepta apostolica non tantum multiplices formas induere, verum etiam limites unius paroeciae vel dioecesis praetergredi necease est. Nullus ergo Presbyter seorsum ac velati singillatim suam missionem satis adimplere valet, sed tantum viribus unitis cum aliis Presbyteris, sub ductu eorum, qui Ecclesiae praesunt.

2697 8. Presbyteri, per Ordinationem in Ordine presbyteratus constituti, omnes inter se intima fraternitate sacramentali nectuntur; specialiter autem in dioecesi cuius servitio sub Episcopo proprio addicuntur unum Presbyterium efformant. Etsi enim diversis officiis mancipentur, unum tamen gerunt sacerdotale pro hominibus ministerium. Ad idem enim opus ut coeperentur mittuntur omnes Presbyteri, sive ministerium paroeciale vel supraparoeciale exerceant, sive scientiae investigandae aut tradendae operam conferant, sive etiam manibus laborent, ipsorum operariorum, ubi id probante quidem competenti Auctoritate expedire videatur, sortem participantes, sive tandem alia opera apostolica vel ad apostolaturn ordinata adimpleant. Ad unum omnes quidem conspirant, ad aedificationem nempe Corporis Christi, quae, nostris praesertim temporibus, multiplicia officia necnon novas accommodationes requirit. Quapropter magni momenti est ut omnes Presbyteri, sive dioecesani sive religiosi, sese invicem adiuvent, ut semper sint cooperatores veritatis.[1] Cum ceteris ergo membris huius Presbyterii, unusquisque specialibus apostolicae caritatis, ministerii et fraternitatis nexibus coniungitur: quod iam ab antiquis temporibus liturgico significatur, cum Presbyteri adstantes super novum electum, simul cum Episcopo ordinante, manus imponere invitentur, et cum Sacram Eucharistiam unanimo corde concelebrant. Singuli ergo Presbyteri eum confratribus suis uniuntur vinculo caritatis, orationis et omnimodae cooperationis, atque ita manifestatur illa unitas qua Christus voluit suos in unum esse consummatos, ut cognoscat mundus Filium missum esse a Patre.[3]

2698 Quam ob rem, qui sunt provectioris aetatis iuniores vere ut fratres suscipiant cosque in primis inceptis et oneribus ministerii adiuvent, itemque mentem eorum, etsi a propria diversam, intellegere satagant atque incepta eorum cum benevolentia prosequantur. Iuvenes pariter revereantur aetatem atque experientiam seniorum cumque illis dc rebus curam animarum spectantibus consilia conferant et libenter collaborent.

2699 Spiritu fraterno ducti, Presbyteri hospitalitatem ne obliviscantur,[3] colant beneficentiam et communionem bonorum.[4] praesertim solliciti eorum (pii sunt aegroti, afflicti, laboribus nimis onerati, solitarii, e patria exsules, necnon eorum qui persecutionem patiuntur.[5] Etiam ad relaxan-

» Cfr. *3 Io.* 8.
* Cfr. *Io.* 17, 23.
• Cfr. *lltbr.* 13. 1-2.
‘ Cfr. *Hr.br.* 13, 16.
‘ Cfr. *Mt.* 5, 10.

dum animum libenter et cum gaudio conveniant, memores verborum quibus ipse Dominus Apostolos defatigatos invitabat: *Venite seorsum in. desertum locum, et requiescite pusillum (Mc.* 6, 31). Insuper, ut Presbyteri in vita spirituali ct intellectuali colenda mutuum iuvarnen inveniant, ut aptius in ministerio cooperari valeant ut que a periculis solitudinis forte orientibus eripiantur, aliqua vita communis vel aliquod vitae consortium inter eos foveatur, quod tamen plures formas, iuxta diversas necessitates personales vel pastorales, induere potest, nempe cohabitationem, ubi possibilis est, vel communem mensam, vel saltem frequentes ac periodicos conventus. .Magni quoque habendae sunt et diligenter promovendae associationes quae, statutis a competenti ecclesiastica auctoritate recognitis, per aptam et convenienter approbatam vitae ordinationem et per invaine» fraternum, sanctitatem sacerdotum in exercitio ministerii fovent, et sic toti Ordini Presbyterorum servire intendunt.

2700 Demum, ratione eiusdem communionis in sacerdotio, se sciant Presbyteri specialiter obligatos erga eos qui aliquibus difficultatibus laborant; quibus tempestivum praebeant auxilium, etiam si opus sit eos discrete monendo. Illos autem qui in quibusdam defecerunt fraterna caritate atque magno animo semper prosequantur, pro ipsis instantes preces Deo effundant eisque continuo sese praebeant ut revera fratres et amicos.

2701 9. Novi Testamenti sacerdotes, licet Sacramenti Ordinis ratione praestantissimum ac necessarium in Populo et pro Populo Dei munus patris et magistri exerceant, tamen simul cum omnibus christifidelibus sunt discipuli Domini, Dei vocantis gratia Eius Regni participes facti.[1] Cum omnibus enim in fonte baptismi regeneratis Presbyteri sunt fratres inter fratres,[2] nipote membra unius eiusdemque Christi Corporis, cuius aedificatio omnibus demandata est.[3]

Presbyteros igitur sic oportet praeesse, ut non quae sua sunt quaerentes, sed quae lesu Christi.[4] cum fidelibus laicis operam coniungant et in medio eorum se gerant ad exemplum Magistri, qui inter homines *non venit ministrari, sed ministrare, et dare animam suam redemptionem pro multis (Ml.* 20, 28). Presbyteri sincere laicorum dignitatem atque propriam, (piam laici in missione Ecclesiae habent partem, agnoscant ct promoveant. lustam etiam libertatem, quae omnibus in civitate terrestri competit, sedulo in honore habeant. Libenter audiant laicos, eorum desideria fraterne considerantes, eorumque experientiam et com-

1 **Cfr. *I These.* 2, 12; *Col.* 1, 13.**

' **Cfr. Af/. 23, 8. « Opus est deinde, ut ca re quod hominum pastores, patres et magistri esso cupimus, Idcirco eorum fratres agamus »: I'aui.vs VI, Litt. Encycl. *Ecclesiam suam,* 6 aug. 1964: AAS 58, 647.**

' **Cfr. *Eph.* 1, 7 et 16; *Consi. Apost.,* VIII, 1, 20: « Quin etiam neque episcopus in diaconos vel presbyteros se extollat neque presbyteri in plebem; ex utrisque enim coetus compositio exstat •: cd. F. X. Funk, I, p. 467.**

' **Cfr. *Phil.* 2, 21.**

potentiam in diversis campis humanae actionis agnoscentes, ut simul cum ipsis signa temporum recognoscere queant. Probantes spiritus si ex Deo sint,[1] charismata laicorum multiformia, tam humilia quam altiera, cum sensu fidei detegant, eum gaudio agnoscant, cum diligentia foveant. Inter alia vero dona Dei quae in fidelibus abundanter inveniuntur, peculiari cura digna sunt, quibus non pauci ad altiorem vitam spiritualem attrahuntur. Item cum fiducia laicis in servitium Ecclesiae officia committant, eis agendi libertatem et spatium relinquentes, immo eos ut opera etiam sua sponte aggrediantur opportune invitantes?

2702 Presbyteri demum in medio laicorum positi sunt ut omnes ad caritatis unitatem ducant *caritate fraternitatis invicem, diligentes, honore invicem praevenientes (Rom.* 12, 10). Eorum igitur est diversas mentes ita componere ut nemo in fidelium communitate extraneum se sentiat. Boni communis, cuius nomine Episcopi curam habent, sunt defensores, atque simul veritatis strenui assertores, ne fideles omni vento doctrinae circumferantur.[3] Peculiari sollicitudini eorum committuntur qui a praxi Sacramentorum, immo a fido forsan defecerunt, quos quidem ut boni pastores adire non omittent.

Ad praescripta de oecumenismo attendentes,[4] non obliviscentur fratrum qui plena nobiscum ecclesiastica communione non fruuntur.

Commendatos sibi tandem habebunt illos omnes qui Christum Salvatorem suum non agnoscunt.

Ipsi vero christifideles conscii sint se obligatos esse Presbyteris suis, et ideo liliali amore eosdem, pastores suos et patres, prosequantur; item, eorum sollicitudines participantes, oratione et opere quantum fieri possit auxilio sint suis Presbyteris, ut hi aptius difficultates superare et fructuosius officia sua adimplere valeant?

III. Presbyterorum distributio ET VOCATIONES SACERDOTALES

2703 10. Donum spirituale, quod Presbyteri in ordinatione acceperunt, illos non ad limitatam quondam et coarctatam missionem praeparat, sed ad amplissimam et universalem missionem salutis *usque ad ultimum terrae* (Aci. I, 8), nam quodlibet sacerdotale ministerium participat ipsam universalem amplitudinem missionis a Christo Apostolis concreditae. Christi enim Sacerdotium, cuius Presbyteri vere participes facti sunt, ad omnes populos et ad omnia tempora necessario dirigitur, neque ullis limitibus sanguinis, nationis vel aetatis coarctatur, ut iam in figura Melchisedech arcano modo praefiguratur.[6] Meminerint igitur Presbyteri

1 **Cfr.** *i Io.* **4, 1.**
• **Cfr. Cose. Vat. II, Const, dogm. de Ecclesia,** *Lumen gentium,* **n. 37: AAS 57, 12-43.**
• **Cfr.** *Et)h.* **4, 14.**
‘ **Cfr. Cose. Vat. II, Decr. de Oecumenismo,** *Unitatis redintegratio:* **AAS 57, 90 ss.**
‘ **Cfr. CONO. Vat. II, Const, dogm. do Ecclesia,** *Lumen gentium,* **n. 37: AAS 57, 42-43.**
• **Cir.** *Hebr.* **7, 3.**

omnium ecclesiarum sollicitudinem sibi cordi Osse debere. Quapropter Presbyteri illarum dioecesium, quae maiore vocationum copia ditantur, libenter se paratos praebeant, permit tente vel exhortante proprio Ordinario, ad suum ministerium in regionibus, missionibus vel operibus cleri penuria laborantibus exercendum.

2704 Normae praeterea de incardinatione et excardinatione ita recognoscantur ut, pervetere hoc instituto firmo manente, ipsum tamen hodiernis pastoralibus necessitatibus melius respondeat. Ubi vero ratio apostolatus postulaverit, faciliora reddantur non solum apta Presbyterorum distributio, sed etiam peculiaria opera pastoralia pro diversis coetibus socialibus, quae in aliqua regione, vel natione aut in quacumque terrarum orbis parte perficienda sunt. Ad hoc ergo quaedam seminaria internationalia, peculiares dioeceses vel praelaturae personales et alia huiusmodi utiliter constitui possunt, quibus, modis pro singulis inceptis statuendis et salvis semper iuribus Ordinariorum locorum, Presbyteri addici vel incardinali queant in bonum commune totius Ecclesiae.

2705 Ad novam tamen regionem, praesertim si illius linguam et mores nondum bene cognoverint, in quantum fieri potest. Presbyteri ne mittantur singuli, sed, ad exemplum Christi discipulorum,[1] saltem bini vel terni, ut ita mutuo sibi sint adiutorio. Pariter expedit sollicitam curam adhibere de eorum vita spirituali, necnon de eorum valetudine mentis et corporis; et, quatenus id fieri possit, loca et condiciones laboris pro ipsis praeparentur iuxta uniuscuiusque adiuncta personalia. Magnopere expedit simul ut, qui novam nationem petunt, apte cognoscere curent non solum linguam illius loci, sed etiam peculiarem indolem psychologicam et socialem illius populi cui in humilitate servire volunt quam perfectissime cum eodem communicantes, ita ut exemplum sequantur Pittili Apostoli, qui do se ipso dicere potuit: *Nam cum liber essem ex omnibus, omnium me servum feci, ut plures lucrifacerem. Et factus sum ludaeis tamquam ludaeus, ut ludaeos lucrarer... (1 Cor.* 9, 19-20).

2706 II. Pastor et Episcopus animarum nostrarum,[2] ita suam Ecclesiam constituit, ut Populus quem elegit et acquisivi! sanguine suo [2] semper et usque in finem sacculi suos habere deberet sacerdotes, ne umquam christiani essent sicut oves non habentes pastorem.[4] Quam voluntatem Christi agnoscentes, Apostoli, suggerente Spiritu Sancto, suum esse officium duxerunt ministros eligendi *qui idonei erunt et alios docere (2 Tim.* 2, 2). Quod officium sane pertinet ad ipsam missionem sacerdotalem, qua quidem particeps fit Presbyter sollicitudinis totius Ecclesiae, ne in Populo Dei hic in terris operarii umquam desint. Quoniam tamen *rectori navis et navigio deferendis ...causa communis exsistit,*[5] ideo universus Populus christianus edoceatur suum esse officium diversimode coope-

[1] Cfr. *Lc.* 10, 1.
[2] Cfr. *1 Pt. 2, 25.*
[3] Cfr. *Aci.* 20, 28.
[4] Cfr. *MI.* 9, 36.
[5] *Pontificale romanum,* Do Ordinatione Presbyterorum.

randi, per instantem orationem itemque per alia media quae sibi praesto sunt,[1] ut semper Ecclesia illos habeat sacerdotes, qui necessarii sint ad missionem suam divinam explendam. Primum igitur Presbyteris summopere cordi sit verbi ministerio proprioque testimonio vitae, spiritum servitii et verum gaudium paschale aperte manifestantis, sacerdotii excellentiam et necessitatem fidelibus ante oculos ponere, ac quos, sive iuvenes sive adultiores, prudenter ad tantum ministerium idoneos indicaverint, nullis parcendo curis neque incommodis adiuvare ut se rite praeparent ac proinde aliquando, plena eorum libertate externa et interna servata, ab Episcopis vocari possint. Ad hunc finem prosequendum, maximae utilitatis est diligens ac prudens directio spiritualis. Parentes et magistri, atque omnes ad quos spectat quocumque modo institutio puerorum ac iuvenum, eos sic erudiant, ut sollicitudinem Domini pro grege suo cognoscentes et necessitates Ecclesiae considerantes, parati sint generose Domino vocanti respondere eum propheta: *Ecce ego, mitte me (Is.* 6, 8). Haec tamen vox Domini vocantis nequaquam ita exspectanda est, ac si modo quodam extraordinario ad aures futuri Presbyteri perveniat. Ipsa enim potius ex signis intellegenda et diiudicanda est, quibus cotidie voluntas Dei prudentibus christianis innotescit; quae signa attente a Presbyteris consideranda sunt.[2]

Ipsis ergo valde commendantur Opera vocationum, sive dioecesana sive nationalia.[3] In praedicationibus, in catechesi, in scriptis periodicis, diserte declarentur oportet necessitates Ecclesiae tam localis quam universalis, sensus et praestantia ministerii sacerdotalis in vivida luce ponantur, quippe in quo cum tantis oneribus tanta gaudia componantur, et in quo praesertim, ut docent Patres, potest dari Christo maximum testimonium amoris.[4]

1 **Cfr.** Conc. Vat. **II, Decr. de institutione sacerdotali,** ***Optatam totius,*** **n. 2: AAS 58, 715. (Cfr. n. 2623].**

1 « **La voce di Dio che chiama si esprime in due modi diversi, meravigliosi e convergenti: uno interiore, quello della grazia, quello dello Spirito Santo, quello ineffabile del fascino interiore che la « voce silenziosa » o potente del Signoro esercita nelle insondabili profondità dell'anima umana; e uno esteriore, umano, sensibile, sociale, giuridico, concreto, quello del ministro qualificato della Parola di Dio, quello dell'Apostolo, quello della Gerarchia, strumento indispensabile, istituito o voluto da Cristo, come veicolo incaricato di tradurre in linguaggio sperimentabile il messaggio del Verbo o del precetto divino. Cosi insegna con San Paolo la dottrina cattolica:** ***Quomodo audient sine praedicante... Fides ex auditu (Rom.*** **10. Ii et 17) •:** Paulus **VI, Allocutio habita die 5 mail 1065:** ***L'Osservatore Romano,*** **6 maggio 1965, 1.**

• **Cfr. Cose.** Vat. **II, Decr. de institutione sacerdotali,** ***Optatam lotius,*** **n. 2: AAS 58, 715. (Cfr. n. 2623].**

‘ **Hoc docent Patres, dum explicant verba Christi Petro: « Amas meî ... Pasco oves meas » (*** ***Io.*** **21, 17): sic S.** Ioannes Chrysobtomus, Dc ***sacerdotio,*** **II, 2: MG 48, 633; S.** Gregorius Magnus, ***Reo. Past. Liber,*** **P. I, c. 5: ML 77, 19 A.**

Caput III
PRESBYTERORUM VITA

I. Presbyterorum AD PERFECTIONEM VOCATIO

2707 12. Sacramento Ordinis Presbyteri Christo Sacerdoti configurantur, nt ministri Capitis, ad totum Eius Corpus quod est Ecclesia exstruendum et aedificandum, tamquam Ordinis episcopalis cooperatores. Iam quidem in baptismi consecratione, sicut omnes christiideles, signum et donum acceperunt tantae vocationis et gratiae ut, vel in infirmitate humana,[1] perfectionem prosequi possint et debeant, iuxta verbum Domini: *Estote ergo vos perfecti sicut et Pater rester coelestis perfectus est (Mt.* 5, 48). Ad illam vero perfectionem acquirendam peculiari ratione tenentur sacerdotes, quippe qui, Deo in Ordinis receptione novo modo consecrati, Christi Aeterni Sacerdotis viva instrumenta efficiantur, ut mirabile opus Eius, quod superna efficacitate universum hominum convictum redintegravit, per tempora persequi valeant.[2] Cum ergo omnis sacerdos, suo modo, ipsius Christi personam gerat, particulari quoque gratia ditatur ut, inserviendo plebi commissae et universo Populo Dei, Eius perfectionem aptius prosequi possit, cuius partes sustinet, utque humanae infirmitati carnis medeatur sanctitas Illius, qui nobis factus est Pontifex *sanctus, innocens, impollutus, segregatus a peccatoribus (Hebr.* 7, 26).

Christus, quem Pater sanctificavit seu consecravit et misit ia mundum,[3] *dedit semetipsum pro nobis, ut nos redimeret ab omni iniquitate, et mundaret sibi populum acccptabilem, sectatorem bonorum operum (Tit.* 2, 14), et sic per passionem intravit in gloriam suam;[4] simili modo Presbyteri, unctione Spiritus Sancti consecrati et a Christo missi, in seipsis opera carnis mortificant et hominum servitio totaliter se devovent, et sic in sanctitate qua in Christo ditati sunt ad perfectum virum [5] progredi valent.

Itaque, ministerium Spiritus et iustitiae [6] exercentes, dummodo sint docibiles Spiritui Christi qui eos vivificat et ducit, in vita spiritus firmantur. Per ipsas enim cotidianas sacras actiones, sicut et per integrum suum ministerium, quod cum Episcopo et Presbyteris communicantes exercent, ipsi ad vitae perfectionem ordinantur. Ipsa autem sanctitas Presbyterorum ad proprium ministerium fructuose complendum plurimum confert: quamvis enim gratia Dei etiam per indignos ministros opus salutis explere possit, tamen per illos ordinaria lege prae-

1 **Cfr.** *2 Cor.* **12, 9.**
• **Cfr. PIUS XI, Litt. Encycl.** *Ad catholici sacerdotii,* **20 dec. 1935: AAS 28, 10.**
' **Cfr.** *Io.* **10, 36.**
• **Cfr.** *Lc.* **21, 26.**
» **Cfr.** *Eph.* **4, 13.**
• **Cfr.** *2 Cor.* **3, 8-9.**

optat Deus sua mirabilia ostendere, qui, dociliores impulsui et ductui Spiritus Sancti facti, ob suam intimam cum Christo unionem et vitae sanctimoniam, cum Apostolo dicere valeant: *Vivo autem, iam non ego, vivit vero in me Christus (Gal.* 2, 20).

Quapropter haec Sacrosancta Synodus, ad suos fines pastorales renovationis internae Ecclesiae, diffusionis Euangelii in universo mundo, necnon colloquii cum mundo hodierno attingendos, vehementer hortatur omnes sacerdotes ut, aptis adhibitis mediis ab Ecclesia commendatis.[1] ad illam semper maiorem sanctitatem nitantur, qua evadant in dies aptiora instrumenta in servitium totius Populi Dei.

2708 13. Sanctitatem propria ratione consequentur Presbyteri munera sua sincere et indefesse in Spiritu Christi exercentes.

Verbi Dei ministri cum sint, cotidie legunt et audiunt Dei verbum quod alios docere debent; quod si simul in seipsos recipere satagant, perfectiores in dies tient Domini discipuli, iuxta verba Pauli Apostoli ad Timotheum: *Haec meditare, in his esto: ut profectus tuus manifestus sit omnibus. Attende tibi et doctrinae: insta in illis. Hoc enim faciens et teipsum saltum facies et eos, qui te audiunt (I Tint.* 4. 15-16). Quaerentes enim quomodo aptius contemplata aliis tradere possint,[2] profundius sapient *investigabiles divitias ('liristi (Eph.* 3, 8) et multiformem sapientiam Dei.[3] Prae oculis habentes Dominum esse qui corda aperit [4] et sublimitatem non ex ipsis sed e Dei virtute provenire,[5] in ipso actu verbi tradendi intimius eum Christo Magistro coniungentur Eiusque Spiritu ducentur. Ita communicantes cum Christo, Dei participant caritatem, cuius mysterium, a saeculis absconditum,[6] in Christo revelatum est.

2709 Ut Sacrorum ministri, praesertim in Sacrificio .Missae, Presbyteri personam specialiter gerunt Christi, qui seipsum ad sanctificandos homines victimam dedit; ideoque invitantur ut quod tractant imitentur, quatenus mortis Dominicae mysterium celebrantes, membra sua a vitiis et concupiscentiis mortificare procurent.[7] In mysterio Sacrificii Eucharistici, in quo munus suum praecipuum sacerdotes adimplent, opus nostrae redemptionis continuo exercetur,[8] et ideo enixe commendatur eius celebratio cotidiana, quae quidem etiam si praesentia fidelium ha-

[1] Cfr. inter alia:

S. Pius X, Exhortatio ad cicruin, *Haerent animo,* 4 aug. 1908: ‹8. *Pii X Acta* 4, 237 ss. (Cfr. nn. 1263 s.].

Pius XI, Litt. Encycl. *Ad catholici sacerdotii,* 20 dec. 1935: AAS 28, 5 ss. [Cfr. nn. 1955 s.].

Pius XII. Adhort. Ap. *Menti Nostrae,* 23 sept. 1950: AAS 42, 657 ss. [Cfr. nn. 2198 s.].

Ioannes XXIII, Litt. Encycl. *Sacerdotii Nostri primordia,* 1 aug. 1959: AAS 51, 545 ss. [Cfr. nn. 2369 s.].

[2] Cfr. S. Thomas, *Summa Thcol.,* II-II, q. 188, n. 7.

[3] Cfr. *Eph.* 3, 9-10.

[4] Cfr. *Act.* 16, 14.

[5] Cfr. *2 Cor.* 4, 7.

[6] Cfr. *Eph.* 3, 9.

[7] Cfr. *Pontificale romanum,* De Ordinatione Presbyterorum.

[8] Cfr. *Missale romanum,* oratio super oblata dominicae IX post Pentecosten.

beri non possit, actus est Christi et Ecclesiae.[1] Ita, dum Presbyteri cum actu Christi Sacerdotis se coniungunt, cotidie se totos Deo offerunt, et, dum Corpore Christi nutriuntur, ex corde participant Eius caritatem qui se in cibum dat fidelibus. Similiter in Sacramentis administrandis cum intentione et caritate Christi uniuntur; quod speciali ratione efficiunt, cum Sacramenti Poenitentiae fungendo muneri omnino sernperque paratos se ostendant quotiescumque id a fidelibus rationabiliter petitur. In Officio Divino recitando, vocem praebent Ecclesiae, quae in oratione, nomine totius generis humani, perseverat, una cum Christo, qui est *semper vivens ad interpellandum pro nobis (Hebr.* 7, 25).

Populum Dei regentes et pascentes, caritate Boni Pastoris incitantur ut animam suam dent pro ovibus suis,[1] parati quoque ad supremum sacrificium, exemplum sequentes sacerdotum qui etiam hodiernis temporibus vitam suam ponere non renuerunt; educatores in fide cum sint, et ipsi habentes *fiduciam in introitu sanctorum in sanguine Christi (Ilebr.* 10, 19) ad Deum accedunt *cum vero corde in plenitudine fidei (Ilebr.* 10, 22); spem erigunt firmam pro fidelibus suis,[3] ut possint consolari eos qui in omni pressura sunt, per exhortationem qua et ipsos Deus exhortatur;[4] communitatis rectores ascesim pastoris animarum propriam colunt, propriis commodis renuntiantes, non quod sibi utile est quaerentes sed quod multis, ut salvi fiant,[5] semper ulterius progredientes ad opus pastorale perfectius complendum et, ubi opus sit, ad novas vias pastorales ingrediendas parati, sub ductu Spiritus amoris, qui ubi vult spirat.[0]

2710 14. Hodierno in mundo, cum tot sint officia quae obire debent homines cumque tanta sit diversitas problematum quibus anguntur, quaeque saepius ipsis celeriter solvenda sunt, in discrimine haud raro versantur qui sese in diversa dispergant. Presbyteri autem, permultis obligationibus sui muneris implicati et distracti, non sine anxietate quaerere possunt quomodo cum exterioris actionis ratione interiorem vitam suam ad unitatem componere valeant. Quam vitae unitatem, nec mere externa operum ministerii ordinatio, nec sola pietatis exercitiorum praxis, quantumvis ad eam fovendam conferat, efficere potest. Eam vero exstruere valent Presbyteri exemplum in ministerio adimplendo sequentes Christi

‘ « Quaelibet enim Missa, etsi a sacerdote privutim celebratur, privata tamen non est, sed actus Christi et Ecclesiae; quae quidem Ecclesia in sacrificio, quod offert, seipsam tamquam universale sacrificium discit offerre et unlearn et infinitam redemptricem sacrificii Crucis virtutem universo mundo ad salutoni applicat. Unaquaeque enim Missa quae celebratur, non pro aliquorum tantum sed pro totius etiam mundi salute offertur (...) Paterno Igitur et enixe commendamus sacerdotibus, qui potissimum gaudium Nostrum et corona Nostra sunt in Domino, ut... quotidie digno ot devote Missam celebrent •: Paulus VI, Litt. Encycl. *Mysterium Fidei,* 3 sept. 1966: AAS 57, 761-762. Cfr. Conc. Vat. II, Const, do Sacra Liturgia, *Sacrosanctum Concilium,* nn. 26 ot 27: AAS 56, 107.

*** Cfr. *Io.* 10, 11.**

*** Cfr. *2 Cor.* 1, 7.**

‘ Cfr. *2 Cor.* 1, 4.

• Cfr. *1 Cor.* 10, 33.

• Cfr. *Io.* 3. 8.

Domini, cuius cibus erat voluntatem facere Illius qui Eum misit ut opus suum perficeret.[1]

Re quidem vera Christus, ut eandem voluntatem Patris iu mundo per Ecclesiam indesinenter faciat, per ministros suos operatur, et ideo semper principium et fons remanet eorum vitae unitatis. Presbyteri ergo suae vitae unitatem consequentur sese Christo coniungentes in agnitione voluntatis Patris et in dono sui ipsius pro grege sibi commisso.[2] Sic Boni Pastoris partes agendo, in ipso caritatis pastoralis exercitio invenient vinculum perfectionis sacerdotalis ad unitatem eorum vitam et actionem redigens. Haec quidem pastoralis caritas[3] maxime profluit a Sacrificio Eucharistico, quod ideo centrum et radix totius vitae Presbyteri exstat, ita ut quod in sacrificali ara agitur, sacerdotalis animus in se referre studeat. Hoc autem obtineri nequit, nisi ipsi sacerdotes in mysterium Christi oratione semper intimius penetrent.

Ut unitatem vitae suae etiam concrete verificare valeant, omnia incepta sua considerent probantes quae sit voluntas Dei,[4] quae nempe sit inceptorum cum normis evangelicae missionis Ecclesiae conformitas. Fidelitas enim erga Christum a fidelitate erga Ecclesiam suam seiungi nequit. Pastoralis ergo caritas postulat ut Presbyteri, ne in vacuum currant,[6] in vinculo communionis cum Episcopis et cum aliis in sacerdotio fratribus semper laborent. Hac ratione agentes, Presbyteri propriae vitae unitatem invenient in ipsa missionis Ecclesiae unitate, sicque cum Domino suo, et per Eum cum Patre, in Spiritu Sancto, unientur, ut possint consolatione repleri et superabundare gaudio.[8]

II. Peculiares exigentiae spirituales in vita presbyteri

271J 15. Inter virtutes quae ministerio Presbyterorum maxime requiruntur, nominanda est illa dispositio animi qua semper parati sunt non suam voluntatem quaerere, sed voluntatem Eius qui misit eos.[7] Divinum enim opus ad quod implendum a Spiritu Sancto assumpti sunt,[8] omnes humanas vires humanamque sapientiam transcendit; nam *infirma mundi elegit Deus, ut confundat fortia (1 Cor.* 1, 27). Propriae igitur infirmitatis conscius, verus Christi minister in humilitate laborat, probans quid sit beneplacitum Deo,[9] atque, veluti alligatus Spiritu,[10] ab Illius voluntate

1 **Cfr. *Io.* 4, 34.**
• **Cfr. *1 Io.* 3, 16.**
• • **Sit amoris ollicium pascere dominicum gregem** »: **S.** Augustinus, ***Trad, in Io.*, 123, 5: Jll. 35, 196".**
‘ **Cfr. *Itom.* 12, 2.**
‘ **Cfr. *Gal.* 2, 2.**
• **Cfr. *2 Cor.* 7, 4.**
’ **Cfr. *Io.* 4, 34; 5, 30; 6, 38.**
• **Cfr. *Ad.* 13, 2.**
• **Cfr. *Eph. 5,* 10.**
‘° **Cfr. *Ad.* 20, 22.**

in omnibus illicitur, qui omnes homines vult salvos fieri; quam voluntatem in cotidianis rerum adiunctis detegere et exsequi potest, humiliter inserviendo omnibus qui ei, in munere sibi commisso et in multiplicibus vitae suae eventibus, a Deo concrediti sunt.

2712 Ministerium autem sacerdotale, cum sit ministerium ipsius Ecclesiae, nonnisi in communione hierarchic» totius corporis adimpleri potest. Caritas ergo pastoralis Presbyteros urget ut, in hac communione agentes, voluntatem propriam per oboedientiam servitio Dei ät fratrum dedicent, in spiritu fidei accipientes et exsequentes quae a Summo Pontifice et a proprio Episcopo necnon ab aliis superioribus praecipiuntur vel commendantur; libentissime impendentes et superimpendentes seipsosl in quocumque munere etiam humiliori et pauperiori quod ipsis concreditur, ilac enim ratione necessariam unitatem servant et firmant cum fratribus suis in ministerio, maxime autem cum eis quos Dominus rectores visibiles Ecclesiae suae constituit, et ad aedificationem operantur Corporis Christi, quod *per omnem iuncturam subministrationis* crescit.2 Haec oboedientia, quae ad maturiorem libertatem filiorum Dei adducit, natura sua exigit ut, dum, in suo munere adimplendo, caritate moti, vias novas ad maius Ecclesiae bonum prudenter exquirunt. Presbyteri incepta sua fidenter proponant, et necessitudines gregis sibi commissi instanter exponant, parati semper ad illorum se subiiciendos indicio, qui princeps in Ecclesia Dei regenda munus exercent.

Hac humilitate et oboedientia responsabili et voluntaria Presbyteri sesc Christo conformant, sentientes in se quod et in Christo lesu, qui *semelipsum exinanivit formam servi accipiens ... factus oboediens usque ad mortem (Phil.* 2, 7-8), et hac oboedientia inoboedientiam Adami devicit redemit que, testante Apostolo: *Per inoboedientiam unius hominis, peccatores constituti sunt multi: ita et per unius oboeditionem, insti constituentur multi (Rom.* 5, 19).

2713 Ili. Perfecta et perpetua propter Regnum coelorum continentia a Christo Domino commendata,3 per decursum temporum et etiam nostris diebus a non paucis christilidelibus libenter accepta et laudabiliter observata, ab Ecclesia speciali modo pro vita sacerdotali semper permagni habita est. Est enim signum simul et stimulus caritatis pastoralis atque peculiaris fons spiritualis foeeunditatis in ₱mundo. Non exigitur quidem a sacerdotio suapte natura, uti apparet ex praxi Ecclesiae primaevae 5 et ex traditione Ecclesiarum Orientalium, ubi praeter illos qui cum omnibus Episcopis ex dono gratiae coelibatum eligunt servantium, sunt etiam optime meriti Presbyteri coniugati: dum vero ecclesiasticum coelibatum commendat. Sacrosancta haec Synodus nullo modo absimilem illam disciplinam immutare intendit, quae in Orientalibus

• **Cfr.** *2 Cor.* **12, 15.**
' **Cfr.** ***Eph.*** **4, 11-10.**
• **Cfr.** ***Mt.*** **19, 12.**
• **Cfr.** Cono. Vat. **11, Const, dogm. de Ecclesia,** ***Lumen gentium,*** **n. 42: AAS 57. 47-49.**
• **Cfr.** *1* ***Tim.*** **3. 2-5;** ***Til.*** **1,** G.

Ecclesiis legitime viget, omnesque illos peramanter hortatur, qui in matrimonio presbyteratum receperunt, ut, in sancta vocatione perseverantes, plene et generose vitam suam gregi sibi commisso impendere pergant.[1]

Coelibatus vero multimodam convenientiam cum sacerdotio habet. Missio enim sacerdotis integra dedicatur servitio novae humanitatis, quam Christus, victor mortis, per Spiritum suum in mundo suscitat, quaeque originem suam *non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo {Io.* I. 13) habet. Per virginitatem autem vel coelibatum propter Regnum coelorum servatum,[2] Presbyteri nova et eximia ratione Christo consecrantur. Ei facilius indiviso corde adhaerent,[3] liberius in Ipso et per Ipsum servitio Dei et hominum sese dedicant, Eius Regno ac operi regenerationis supernae expeditius ministrant, et sic aptiores fiunt qui paternitatem in Christo latius accipiant. Hoc ergo modo, coram hominibus profitentur se velle indivise numeri sibi commisso dedicari, fideles scilicet despondendi uni viro, illosque exhibendi virginem castam Christo.[1] et sic arcanum illud evocant connubiuin a Deo conditum et in futuro plene manifestandum quo Ecclesia unicum Sponsum Christum habet.[5] Signum insuper vivum efficiuntur illius mundi futuri, per fidem et caritatem iam praesentis, in quo filii resurrectionis neque nubent neque ducent uxores.[0]

14 His rationibus in mysterio Christi Eiusque missione fundatis, coelibatus, qui prius sacerdotibus commendabatur, postea in Ecclesia Latina omnibus ad Ordinem sacrum promovendis lege impositus est. Quam legislationem, ad eos qui ad Presbyteratum destinantur quod attinet, Sacrosancta haec Synodus iterum comprobat et confirmat, confidens in Spiritu donum coelibatus, sacerdotio Novi Testamenti tam congruum, liberaliter a Patre dari, dummodo qui sacerdotium Christi per Sacramentum Ordinis participant, immo et universa Ecclesia, humiliter ct enixe illud expetant. Exhortatur etiam haec Sacra Synodus omnes Presbyteros, qui sacrum coelibatum gratia Dei confisi libera voluntate secundum exemplum (liristi acceperunt ut, illi magno animo et toto corde inhaerentes, atque in hoc statu fideliter perseverantes, agnoscant praeclarum illud donum, quod a Patrè sibi datum est quodque a Domino tam aperte extollitur,[7] necnon prae oculis habeant magna mysteria, quae in eo significantur atque adimplentur. Quo magis autem perfecta continentia in mundo huius temporis a non pauCfe hominibus impossi-

[1] **Ctr. Pius XI, Litt. Encycl. -Id *catholici sacerdotii,* 20 dec. 1035: AAS 28, 28.**

[•] **Cfr. *MI.* 19, 12.**

[•] **Cfr. *1 Cor.* 7, 32-34.**

[«] **Ctr. *2 Cor.* 11, 2.**

[»] **Cfr. CONC. Vat. II, Const, dogin. de Ecclesia, *Lumen acnlium,* nn. 42 ct44: AAS 57, 47-49 et 50-51; Decr. de accommodata renovatione vitae religiosae, *Perfectae caritatis,* n. 12: AAS 58, 707.**

[•] **Ctr. *Lc.* 20, 35-36; Pius XI, Litt. Encycl. *Ad catholici sacerdotii,* 20 dee. 1935: AAS 28, 24-28; PIU8 XII, Litt. Encycl. *Sacra Virginitas,* 25 mart. 1954: AAS 4(5, 169-172.**

['] **Cfr. *Mt.* 19, 11.**

bilis reputatur, eo humilius et perseverantius Presbyteri gratiam fidelitatis, numquam petentibus denegatam, una cum Ecclesia expostulabunt, cuncta subsidia supernaluralia et naturalia insimul adbibentes, quae omnibus praesto sunt. Normas praesertim ascéticas quae ab experientia Ecclesiae probantur et quae in mundo hodierno haud minus necessariae sunt, sequi ne omittant. Rogat itaque haec Sacrosancta Synodus non solum sacerdotes, sed et omnes fideles, ut eis hoc pretiosum donum coelibatus sacerdotalis cordi sit, petantque omnes a Deo, ut Ipse illud donum Ecclesiae suae semper abundanter largiatur.

2715 17. Amicabili et fraterna conversatione inter se et cum ceteris hominibus, discere valent Presbyteri valores humanos colere et bona creata tamquam Dei dona aestimare. Versantes in mundo sciant tamen semper se secundum verbum Domini Magistri nostri non esse de *mundo. Plentes ergo mundo tamquam non utentes. * pervenient ad illam libertatem, qua liberati ab omni cura inordinata dociles fiunt ad vocem divinam in vita cotidiana audiendam. Ex hac libertate ct docilitate excrescit discretio spiritualis qua recta habitudo ad mundum bonaque terrestria invenitur. Quae habitudo ideo pro Presbyteris magni est momenti, quia missio Ecclesiae in medio mundo adimpletur et quia bona creata profectui personali hominis prorsus sunt necessaria. Grati ergo sint pro omnibus, quae eis Pater coelestis ad vitam recte peragendam largitur. Discernant tamen oportet in lumine fidei omnia, quae eis occurrant, ut ad rectum usum bonorum Dei voluntati respondentem ducantur et quae missioni suae sunt noxia respuant.

Sacerdotes enim, quippe quorum Dominus sit *pars et hereditas (Num.* 18, 20), bonis temporalibus uti debent tantummodo eos in fines, ad quos iuxta Christi Domini doctrinam Ecclesiaeque ordinationem eadem destinari licet.

2716 Bona ecclesiastica proprie dicta, secundum rei naturam, ad normam legum ecclesiasticarum, sacerdotes, adiuvantibus quatenus fieri possit peritis laieis, moderentur atque eadem destinent semper eos in fines ad quos prosequendos Ecclesiae licet bona temporalia possidere, videlicet ad cultum divinum ordinandum, ad honestam cleri sustentationem procurandam, necnon ad opera sacri apostolatus vel caritatis, praesertim erga egenos, exercenda.3 Bona autem quae occasione exercitii alicuius ecclesiastici otlicii sibi comparant, salvo iure particulari. * Presbyteri, non secus ac Episcopi, adhibeant imprimis ad suam honestam sustentationem et ad officiorum proprii status adimpletionem; quae vero supersint, in bonum Ecclesiae vel in opera caritatis destinare velint. Itaque officium ecclesiasticum ne quaestui habeant neve reditus ab eo provenientes in propriae rei familiaris amplificationem impen-

‘ Cfr. *Io.* 17, 11-16.

’ Cfr. *1 Cor.* 7, 31.

’ Conc. Antioch., can. 25: .Munsi 2. 1327-1328; *Decretum tìraliani.* c. 23, C. 12, q. 1 ed. Friedberg, I, 084-685.

*** Hoc intellegitur praesertim de iuribus et consuetudinibus in Ecclesiis Orientalibus vigentibus.**

dant.[1] Quare sacerdotes, nequaquam divitiis cor apponentes,[2] omnem cupiditatem semper vitent et ab omni specie mercaturae sedulo abstineant.

2717 Immo ad paupertatem voluntariam amplexandam invitantur, qua Christo manifestius conformentur, et ad sacrum ministerium promptiores fiant. Christus enim propter nos egenus factus est, cum esset dives, ut Illius inopia divites essemus.[3] Apostoli autem exemplo suo testificati sunt gratuitum Dei donum gratis dandum esse,[4] scientes et abundare et penuriam pati.» Sed et aliqualis rerum communis usus, ad instar bonorum communionis quae in historia primaevae Ecclesiae extollitur,[5] caritati pastorali optime viam sternit; et per eam vivendi formam Presbyteri laudabiliter ad praxim reducere possunt spiritum paupertatis qui a Christo commendatur.

Spiritu ergo Domini ducti, qui Salvatorem unxit et evangelizare pauperibus misit,[6] Presbyteri, necnon et Episcopi, omnia illa vitent quae pauperes quolibet modo avertere possent, prae ceteris Christi discipulis omnem speciem vanitatis in suis rebus seponentes. Habitationem suam ita disponant, ut haec nemini impervia appareat et ut nemo umquam, etiam humilior, eam frequentare vereatur.

III. Subsidia pro presbyterorum vita

2718 18. Unionem cum Christo ut in omnibus vitae adiunctis fovere valeant, Presbyteri, praeterquam exercitio conscio ministerii sui, gaudent mediis communibus et particularibus, novis et veteribus, quae Spiritus Sanctus in Populo Dei suscitare numquam destitit et quae Ecclesia ad suorum membrorum sanctificationem commendat, immo aliquando et iubet.[8] Prae omnibus spiritualibus subsidiis illi eminent actus, quibus christifidcles ex duplici mensa Sacrae Scripturae et Eucharistiae Verbo Dei nutriuntur;[9] quanti momenti sit eorum assidua frequentatio pro sanctificatione Presbyterorum propria neminem latet.

2719 Christo Salvatori et Pastori intime uniuntur sacramcntalis gratiae ministri per fructuosam Sacramentorum receptionem, spcciatim in frequenti Poenitentiae sacramentali actu, quippe qui, cotidiana conscientiae discussione praeparatus, necessariam cordis conversionem ad Patris misericordiarum amorem tantopere foveat. Sub lumine fidei lectione

[1] Cono. Parts., **a. 829, cap. 15: MGH, Legum sectio III,** *Concilia,* **t. 2, p. 622,** Conc. Tiud., **Sees. XXV, Decr.** *de reform.,* **cap. 1:** *Cone. Occ. Decreta,* **cd. Herder, Romae 1962, 760-761.**

[2] **Cfr.** *Ps.* **62, 11 Vg 61.**

[3] **Cfr. 2** *Cor.* **8, 9.**

[4] **Cfr.** *Act.* **8, 18-25.**

[5] **Cfr.** *Phil.* **4, 12.**

[6] **Cfr.** *Act.* **2, 42-47.**

[7] **Cfr. £c. 4, 18.**

[8] **Cfr. CIC, can. 125 ss.**

[9] **Cfr.** Cono. Vat. **II, Decr. de accommodata renovatione vitae religiosae,** *Perfectae caritatis,* **n. 6: AAS 58, 705; Const, dogm. dc divina Revelatione,** *Dei verbum,* **n. 21: AAS 58, 827.**

divina enutritae, possunt Dei voluntatis signa et Eius gratiae impulsus in variis vitae eventibus sedulo inquirere, et ita missioni suae in Spiritu Sancto assumptae dociliores in dies fieri. Talis docilitatis mirum exemplum in Beata Maria Virgine semper inveniunt, quae, a Spiritu Sancto ducta, seipsam mysterio hominum Redemptionis totam devovit;[1] quam Summi et Aeterni Sacerdotis Matrem et Apostolorum Reginam, atque ministerii sui praesidium, Presbyteri filiali devotione et cultu venerentur ac diligant.

2720 Ad suum ministerium cum fidelitate adimplendum, colloquium cotidianum cum Christo Domino in visitatione et personali cultu Sanctissimae Eucharistiae sibi cordi sit; recessui spirituali libenter vacent atque directionem spiritualem magni habeant. Multimodis, speeiatim per probatam orationem mentalem et varias precum formas, quas libere eligunt, Presbyteri quaerunt et a Deo enixe rogant illum verae adorationis spiritum, quo ipsi, simul cum plebe sibi commissa, intime se cum Christo Novi Testamenti .Mediatore uniant, et ita tamquam filii adoptionis clamare possint: *Abba, Pater (Rom.* 8, 15).

2721 19. Presbyteri ab Episcopo in sacro ritu Ordinationis admonentur ut sint *maturi in scientia* et sit doctrina eorum *spiritualis medicina populo Dei.*- Scientia autem ministri sacri sacra esse debet, quia e sacro fonte desumpta et ad sacrum finem directa. Praeprimis itaque hauritur ex lectione et meditatione Sacrae Scripturae,[3] sed et studio Sanctorum Patrum et Doctorum aliorumque Traditionis monumentorum fructuose nutritur. Praeterea, ad aptas responsiones reddendas quaestionibus ab hominibus huius aetatis agitatis, Presbyteri bene noscant oportet Magisterii ac praecipue Conciliorum ac Romanorum Pontificum documenta, atque consulant optimos et probatos scientiae theologicae scriptores.

Cum vero nostris temporibus cultura humana et etiam scientiae sacrae novo gressu progrediantur, incitantur Presbyteri ut scientiam suam de divinis et humanis apte et sine intermissione perficiant, atque ita ad colloquium cum coaetaneis opportunius ineundum se praeparent.

2722 Quo facilius Presbyteri in studia incumbant et methodos evangeliza!ionis et apostolatus efficacius addiscant, omni rura ipsis opportuna subsidia comparentur, cuiusmodi sunt institutio, iuxta cuiusque territorii condiciones, cursuum vel congressuum, erectio centrorum pastoralibus studiis destinatorum, constitutio bibliothecarum et apta per personas idoneas studiorum moderatio. Considerent insuper Episcopi singuli aut inter se uniti modum opportuniorem efficiendi ut omnes sui Presbyteri, statis temporibus, maxime autem paucos post annos ab eorum ordinatione,[4] frequentare possint cursum, quo ipsis praebeatur

1 **Cfr.** Cono. Vat. **II, Const, dogm. do Ecclesia,** ***Lumen gentium,*** **u. 65: AAS 57, 61-65.**

' ***Pontificale romanum,*** **De Ordinatione Presbyterorum.**

' **Cfr.** Conc. Vat. **II, Const, dogm. de divina Revelatione,** ***Dei verbum,*** **n. 25: AAS 58, 829. [Cfr. n. 2056).**

‘ **Hic cursus idem non est ac cursus ille pastoralis, statini post ordinationem perficiendus, do quo in Decreto de institutione sacerdotali,** ***Optatam totius,*** **n. 22: AAS 58, 727. [Cfr. n. 2643).**

occasio cum ad pleniorem methodorum pastoralium et scientiae theologicae cognitionem acquirendam, tum ad vitam spiritualem roborandam et ad mutuo experientias apostólicas cum fratribus communicandas. His aliisque aptis subsidiis peculiari cura inventar etiam neoparochi et illi qui novo pastorali operi addicuntur, vel qui in aliam dioecesim vel nationem mittuntur.

2723 Tandem solliciti erunt Episcopi ut aliqui ad profundiorem rerum divinarum scientiam se dedicent, ut numquam desint magistri ad clericos instituendos idonei, ut reliqui sacerdotes et (idoles ¡uventur ad necessariam sibi doctrinam comparandam, utque sanus in sacris disciplinis foveatur progressus, qui Ecclesiae prorsus est necessarius.

2724 20. Servitio Dei dediti in implendo officio sibi commisso, digni sunt Presbyteri qui aequam recipiant renumerationem, quia *dignus est, operarius mercede sua (Le.* 10, 7),2 atque *Dominus ordinavit iis, qui Evangelium annuntiant, de Evangelio virere (1 ('or.* 9, 14). Quapropter, quatenus aequae Presbyterorum remunerat ioni non aliunde provisum fuerit, ipsi fideles, quippe in quorum bonum Presbyteri operam impendant, vera obligatione tenentur curandi ut eisdem necessaria ad vitam honeste et digne ducendam subsidia procurari valeant. Episcopi autem de hac eorum obligatione fideles monere tenentur et curare debent, sive singuli pro sua quisque dioecesi, sive aptius plures simul pro communi territorio, ut normae instituantur, quibus debile consulatur honestae sustentationi eorum qui in Populi Dei servitium aliquo munere funguntur vel functi sunt. Remunerat io autem ab unoquoque percipienda, ratione quidem habita tum ipsius muneris naturae tum locorum temporumque condicionum, fundamentaliter eadem sit pro omnibus in iisdem adiunctis versantibus, eorum condicioni sit congrua et eis praeterea tribuat facultatem non solum debite providendi renumerationi eorum qui servitio Presbyterorum se dedicant, sed etiam indigentibus per se ipsos aliqua ratione subveniendi, quod ministerium erga pauperes, iam a primis suis exordiis, magno semper in honore Ecclesia habuit. Haec remuneralo insuper talis sit, quae Presbyteris permittat quotannis debitum et sufficiens habere feriarum tempus, quod quidem, ut Presbyteri habere valeant, Episcopi curare debent.

2725 Officio vero, quod sacri ministri adimplent, praecipuum momentum tribuere oportet. Quare systema sic dictum beneficiale relinquatur aut saltem ita reformetur ut pars beneficiali^, seu ius ad reditus ex dote officio adnexos, habeatur tamquam secundaria, et princeps in iure tribuatur locus ipsi officio ecclesiastico, quod quidem deinceps intellegi debet quodlibet munus stabiliter collatum in finem spiritualem exercendum.

2726 21. Prae oculis semper habeatur exemplum credentium in primaeva Ecclesia hierosolymitana, in qua *erant illis omnia communia* (.loi. 4, 32),

1 **Cfr. Cose.** Vat. **II, Dccr. dc pastorali Episcoporum munere in Ecclesia,** ***Christus Dominus,*** **n. 17: AAS 58, 681-682.**

* **Cfr.** ***MI.*** **10, 10;** *1 Cor.* **9, 7;** *1* ***Tiin.*** **5, 18.**

dividebatur autem singulis prout cuique opus erat (Act. 4, 35). Samnio pere itaque congruit ut, in regionibus saltem in quibus cleri sustentatio penitus aut magna ex parte a fidelium oblationibus pendet, bona in lume finem oblata colligat institutio quaedam dioecesana, quam administrat Episcopus, adiuvantibus sacerdotibus delegatis et. ubi utilitas id suadeat, etiam laieis in re oeconomica peritis. In votis quoque est ut praeterea, quantum fieri possit, in singulis dioecesibus vel regionibus constituatur massa bonorum communis, qua valeant Episcopi aliis obligationibus erga personas Ecclesiae deservientes satisfacere variisque dioecesis necessitatibus occurrere, quaque etiam valeant dioeceses divitiores adinvare pauperiores, ut illarum abundantia harum inopiam suppleat.[1] Quae etiam massa communis imprimis constituatur oportet ex bonis a fidelium oblationibus, sed ex aliis quoque fontibus, iure determinandis, provenientibus.

2727 In nationibus praeterea ubi praevidentia socialis in favorem cleri nondum apte ordinata est, curent ‹'onferentiae Episcopales ut, attentis semper legibus ecclesiasticis et civilibus, habeantur sive instituta dioecesana, etiam inter se foederata, sive instituta pro variis dioecesibus simul constituta, sive associatio pro toto territorio condita, quibus, sub vigilantia 11 ierarchiae. satis provideatur tum congruenti praecaventiae et adsistentiae sanitariae, quam vocant, tum debitae sustentationi Presbyterorum qui infirmitate, invaliditate aut senectute laborant. Sacerdotes vero instituto erecto opem ferant, moti spiritu solidarietatis erga fratres suos, communicantes tribulationibus eorum,[1] simul considerantes se ita, sine anxietate de sorte futura, alacriore sensu evangelico pauperiatem colere atque animarum saluti penitus se tradere posse. Satagant autem ii, ad quos spectat, ut eadem diversarum nationum instituta inter se colligantur, ut firmius robur consequantur latiusque propagentur.

Conclusio et Exhortatio

2728 22. Sacrosancta haec Synodus gaudia vitae sacerdotalis prae oculis habens, etiam difficultates non praeterire potest, quas in hodiernae vitae adiunctis patiuntur Presbyteri. Scit etiam quantum condiciones oeconomicae et sociales, immo et hominum mores, transformantur, quantumque ordo valorum in aestimatione hominum immutatur; Ecclesiae ministri inde, immo et nonnumquam christitideles, in hoc mundo quasi alienos ab ipso se sentiunt, anxie quaerentes quibusnam idoneis mediis et verbis cum eodem communicare valeant. Nova enim quae tidei obstant impedimenta, apparens peracti laboris sterilitas necnon acerba quam experiuntur solitudo, cos in periculum adducere possunt ne animo deprimantur.

* **Cfr. 2 *Cor.* 8.** 1 l
• **Cfr. *Phil.* 4, II.**

Mundum autem, qualis hodie dilectioni et ministerio Pastorum Ecclesiae concreditur, sic Deus dilexit, ut Filium suum Unigenitum pro ipso daret.[1] Revera, mundus hic, multis quidem peccatis detentus sed non parvis etiam facultatibus praeditus, Ecclesiae lapides vivos» praebet, qui coaedificantur in habitaculum Dei in Spiritu.[3] Idem Spiritus Sanctus, dum Ecclesiam impellit ut ad mundum huius temporis adeundum novas vias aperiat, congruas quoque ministerii sacerdotalis accommodationes suggerit ac fovet.

Meminerint Presbyteri se in opere exercendo numquam solos esse, sed inniti omnipotenti Dei virtute: atque in Christum credentes, qui eos ad Sacerdotium suum participandum vocavit, cum omni fiducia suo ministerio sese devoveant, scientes potentem esse Deum ut augeat in eis caritatem.[4] .Meminerint etiam fratres in sacerdotio, immo et fideles totius mundi sibi socios habere. Cooperantur enim omnes Presbyteri in exsequendo Dei salutari proposito, mysterio scilicet Christi seu sacramento abscondito a saeculis in Deo,[5] quod nonnisi paulatim ad effectum deducitur, diversis conspirantibus ministeriis in aedificationem Corporis Christi, donec Eiusdem compleatur aetatis mensura. Quae omnia, cum abscondita sint cum Christo in Deo," fide maxime percipi possunt. Fide enim necease est ambulare duces Populi Dei, exemplum sequentes fidelis Abrabae, qui fide *oboedivit in locum exire, quem accepturus erat in hereditatem: et exiit, nesciens quo iret (Hebr.* 11, 8). Revera mysteriorum Dei dispensator assimilati valet homini in agro seminanti, de quo Dominus dixit: « Et dormiat, et exsurgat nocte et die, et semen germinet, et increscat dum nescit ille» (Jfc. 4, 27). Ceterum Dominus lesus, qui dixit: *Con/idite, ego vici mundum (Io.* 16, 33), his verbis Ecclesiae suae non promisit perfectam in boc saeculo victoriam. Gaudet vero Sacrosancta Synodus quod terra Evangelii semine inseminata nunc multis in locis fructificat sub ductu Spiritus Domini, qui replet orbem terrarum, quique in multorum cordibus sacerdotum atque fidelium spiritum vere missionalem excitavit. De quibus omnibus Sacrosancta Synodus universis orbis Presbyteris peramanter grates agit: *Ei autem, qui potens est omnia jacere superabundanter quam petimus aut intelligimus, secundum virtutem, quae operatur in nobis, ipsi gloria in ecclesia, et in Christo lesu (Eph.* 3, 20-21).

AAS 58, 991-1024.

» **Cfr. *Io*. 3, 16.**
‘ **Cfr. *1 Pl*. 2, 5.**
• **Cfr. *Eph*. 2, 22.**
• **Ctr. *Pontificale romanum,* Do Ordinatione Presbyterorum.**
1 **Cfr. *Eph*. 3, 9.**
• **Cfr. *Coi.* 3, 3.**

Dc necessitate accommodatae praedicationis necnon scientiae theologicae ad hodiernum mundum efficacius evangellzandum

(Ex Constit. past, do Ecclesia, in mundo huius temporis *Gaudium rJ* 7 dec. 1965).

2729 43... Episcopi vero, quibus munus moderandi Ecclesiam Dei commissum est, cum presbyteris suis nuntium ('liristi ita praedicent, ut omnes fidelium terrestres activitates Evangelii luce perfundantur. Insuper pastores omnes memores sint se sua cotidiana conversatione et sollicitudine l mundo faciem Ecclesiae exhibere, ex qua homines vim et veritatem nuntii Christiani indicant. Vita et verbo, una cum religiosis atque suis fidelibus, demonstrent Ecclesiam sola sua praesentia, eum omnibus quae continet donis, inexhaustum fontem esse illarum virtutum, quibus mundus hodiernus maxime indiget. Studiis assiduis se ita aptos reddant, ut in dialogo cum mundo et hominibus cuiuscumque opinionis instituendo partes suas agere possint. Imprimis vero in corde verba huius Concilii habeant: *Quia genus humanum hodie magis magisque in unitatem civilem, oeconomicam et socialem coalescit, eo magis oportet ut Sacerdotes, coniuncta cura et ope sub ductu Episcoporum et Summi Pontificis, omnem rationem dispersionis elidant, ut in unitatem familiae Dei totum genus humanum adducatur.*3

2730 62. *(De humano civilique cultu cum Christiana institutione rite componendo).* Quamvis Ecclesia ad culturae progressum multum contulerit, experientia tamen constat compositionem culturae cum Christiana institutione ex causis contingentibus non semper sine difficultatibus procedere.

Istae difficultates non necessario vitae fidei damnum afferunt, immo ad accuratiorem et altiorem intelligentiam fidei mentem excitare possunt. Etenim scientiarum, necnon historiae ac philosophiae recentiora studia et inventa novas suscitant quaestiones, quae sequelas pro vita quoque secumferunt et etiam a theologis novas investigationes postulant. Praeterea theologi, servatis propriis scientiae theologicae methodis et exigentiis, invitantur ut aptiorem modum doctrinam cum hominibus sui temporis communicandi semper inquirant, quia aliud est ipsum depositum Fidei seu veritates, aliud modus secundum quem enuntiantur, eodem tamen sensu eademque sententia.3 In cura pastorali non tantum principia theologica, sed etiam inventa scientiarum profanarum, imprimis psychologiae et sociologiae, satis agnoscantur et adhibeantur, ita ut etiam fideles ad puriorem et maturiorem fidei vitam ducantur.

2731 Suo quoque modo litterae et artes pro vita Ecclesiae magni sunt momenti. Indolem enim propriam hominis, eius problemata eiusque

1 **Cfr.** Cono. Vat. **II, Const, dogm. do Ecclesia,** ***Lumen tJcnliuin,*** **cap. III. n. 28: AAS 57, 34-35. [Cfr. n. 2589].**

1 ***Ibid.,*** **n. 28: AAS l.** ***c.,*** **35-30.**

• **Cfr.** Ioannes **XXIII, Allocutio habita d. II oct. 1962, initio Concilii: AAS 54, 792.**

(Ex Alloc. *Libcnlissimo sane,* ad eos qui interfuerunt Conventui de Theologia Conc. Vat. II, 1 **oct. 1966).**

2758 Quod in primis affirmamus, quia hoc tempore per quosdam hominum circulos proclivitas serpit, vel ad infitiandam vel ad extenuandam rationem Theologiae cuín Ecclesiae Magisterio. Nam cum ad intellegendum propositum et animum eruditorum hominum nostrae aetatis mentem convertimus, hanc velati peculiarem notam in iis deprehendimus, quod iidem, plus aequo propriis viribus confisi, arbitrantur quamlibet reiciendam esse auctoritatem, ac statuunt suo quemque marte procedere posse ad cuiusvis generis cognitionem hauriendam et. pro cognitionis gradu, ad vitam componendam. Dolendum sane est, hanc libertatem, seu potius licentiam, plus minusque quandoque extendi ad ipsam fidei cognitionem et ad ipsam theologicam scientiam. Quo fit, ut nulla exterior seu transcendens regula accipiatur, (piasi vel totus veri ambitus intra humanae rationis limites contineatur aut etiam ab ea producatur; vel nihil definitum et absolutum statui possit, quod ulterius et contra progredi nequeat; vel quodvis systema eo magis valeat quo plenius respondeat subiectivis instinctibus et affectionibus. Hinc, magisterium auctoritativum pariter reicitur, vel, ad summum, ad errores praecavendos valere solummodo dicitur. Haud difficile est perspicere his opinionibus non modo debitam Ecclesiae reverentiam detrectari, sed ipsam theologiae germanam naturam et notionem subverti.

2759 At vero illud maximi momenti est, quod Magisterio et Theologiae communis est radix, scilicet divina Revelatio, (piae per Spiritum Sanctum catholicae Ecclesiae tradita est, in eaque asservatur. Etenim probe nostis Ecclesiam, cum a Conditore suo mandatum accepisset nuntiandi Evangelium omnibus gentibus, ad huiusmodi munus rite explendum constitutam esse fidissimam veritatis magistram et charismate indefectibilis veritatis pollere. Cuius rei sibi semper conscia, Ecclesia numquam profiteri destitit, se in mundo esse columnam et firmamentum veritatis.[1]

2760 Ex divina autem Christi voluntate, huius indefecti bilis veritatis norma proxima et universalis nonnisi in authentico Ecclesiae Magisterio inveniri poterit, cuius est depositum fidei fideliter custodire et infallibilitor declarare.[2] Apostolis enim Christus Dominus promisit Spiritus Sancti donum, quo testes evangeliche veritatis fierent usque ad ultimum terrae,[3] ipsis potestatem tribuit docendi cum auctoritate: *Data est mihi omnis potestas in caelo ct in terra. Euntes erijo docete omnes yenles... docentes eos servare omnia quaecumque mandari vobis (Mt.* 28, 18-19); iisdem

1 **Cfr.** *1 Tim.* **3, 15.**
2 **Cfr.** Cono. Vat. **I, Susa. III, c. 4:** Denz-E. **1798.**
3 **Cfr.** *Ad.* **1, 8.**

denique pollicitus est Spiritum veritatis[1] et praesentiam suam numquam defutnram,[2] qua quidem in docendo contra omnes errores praemunirentur.

2761 Praeterea, quod summum etiam momentum habet arctamque inter Magisterium et Theologiam coniunctionem confirmat, illud est, quod Magisterium et Theologia idem propositum assequi student: nempe sacrum Revelationis depositum custodire, altius usque introspicere, exponere, docere, defendere; hoc est. Ecclesiae humanique generis vitam lumine divinae veritatis collustrare, ita ut omnes homines, ad sempiternam salutem perducantur. Grande sane opus, idemque summi momenti Nobis, Episcoporum Collegio, vobisque, Filii et Magistri dilectissimi, perficiendum proponitur.

2762 At Magisterium et Theologia propriis officiis et donis inter se ditlerunt. Etenim sacra Theologia ratione a fide collustrata, nec sine aliquo Divini Paracliti lumine, ad quod doctor theologus docilem animum advertere debet[3] - officium exsequitur divinae Revelationis veritates perfectius cognoscendi atque pervestigandi; fructusque sui laboris in christianae societatis, ac praesertim in ipsius Magisterii notitiam perferendi, ut, per doctrinam ab ecclesiastica llierarchia traditam, cuncto christiano populo lumen fiant; denique adiutricem navandi operam, ut veritas, quam Magisterium auctoritate declarat, latius proferatur, illustretur, comprobetur atque defendatur.

2763 Magisterium autem, ob potestatem a Christo lesu acceptam, atque ob Spiritus Sancti donum, sibi datum, quo Dei populum docet? munere fungitur in primis ab Apostolis susceptam doctrinam tradendi et testificandi, ut universae Ecclesiae et totius humanae familiae propria fiat, tum eam ab erroribus et mendaciis integram servandi; deinde auctoritate indicandi, divina Revelatione lumen praebente, de novis doctrinis, deque rationibus a Theologia propositis, ut novae solvantur quaestiones; denique auctoritate proponendi novas altioresque divinae Revelationis investigationes, eiusdemque Revelationis ad nostra haec tempora accommodationes, quas Magisterium. Spiritus Sancti lumine adiutum, existimat cum lesu Christi doctrina fideliter concordare.

2764 Sacra igitur Theologia duplicem habet rationem eum Ecclesiae Magisterio atque cum universa Christianorum Communitate. Ea namque in primis medium quodammodo obtinet locum inter iidem Ecclesiae atque eiusdem Magisterium. Etenim sollicitudine permota agnoscendi quomodo Christiana Communitas fidem suam in mores traducat, eiusque percipiendi veritates, voces, quaestiones, atque propensiones, quae Spiritus Sanctus in populo Dei excitat.- sacra Theologia viis ac rationibus, suae scientiae propriis, expendere debet hanc fidem

» Cfr. *Io.* 11, 16-17.

’ Cfr. *MI.* 28, 20.

• Cfr. Litteras Encyclicas Pii Papac XII, *I/umani genens:* AAS 42, 567 s. [Ctr. nn. 2192 s.].

* Cfr. Const, domn. do Ecclesia, *Lumen Gentium,* n. 21-25: AAS 57, 24-31.

‘ • ... quid Spiritus dicat Ecclesiis ›: *Apoc.* 2, 7.

in vitae actionem adductam eiusque proposita, ut ea conferat cum verbo Dei atque cum doctrinae patrimonio fideliter ab Ecclesia tradito, ut solutionem proponat quaestionum, quae oriuntur ab eius comparatione cum vitae usu, eum historia atque cum humana investigatione; atque adeo auxiliatricem det operam, ut Magisterium pro suo munere sit semper lux et regula Ecclesiae, utique non supra verbum Dei, sed eidem ministrans.

Quapropter Ecclesiae Magisterium magnum commodum utilitatemque capit ex fervidis et operosis theologorum studiis, atque ex eorum socia libentique opera; sive ipsi, divinam Revelationem scriptis vel óretenos traditam pervestigando, arcanas subtilesque eius significationes atque praecipuas compendiosasque notiones detegunt; sive, diligenter interpretando universam nostrae aetatis mentis culturam atque hominum experientiam, contendunt eorum quaestiones perspicere atque dissolvere, luminis ope, quod ab historia salutis manat.

Magisterium enim absque sacrae Theologiae auxilio poterit quidem fidem tueri atque docere, sed magna cum difficultate illam altam plenamque cognitionem pertingere, qua indiget, ut muneri suo cumulate satisfaciat, cum non charismate Revelationis vel inspirationis ditatum se reputet, sed tantum charismate adsistentiae Spiritus Sancti.

2765 Praeterea sacra Theologia altero fungitur munere, si eius rationes cum Magisterio reputantur; mediam nempe adhibet .Magisterio operam, ut huius doctrina populus Christianus recte instituatur, ad fidem et inores quod attinet.

Nam in tradendis disciplinis theologicis fit, ut Ecclesiae doctrina formam sumat omnibus partibus definitam atque ad scientiae rationem redactam; ita ut respondere possit quaestionibus ab universis christifidelibus propositis.

Theologia praeterea Magisterio argumenta atque auxilia praebet, quibus ostendatur doctrinam fidei esse humanae rationi consentaneam; insuper Theologia sacrorum Pastorum mentem recte conformat, sive in excelso sive in humili auctoritatis gradu constitutorum, eosque ita instituit, ut vere fidei et Christianorum morum magistri evadant.

Sacrae Theologiae opera destitutum, Magisterium instrumentis careret, sibi necessariis ad illum gignendum agendi cogitandique concentum, quo universa Communitas Christiana regi debet, ut sentire ac vivere possit ad lesu Christi praecepta et normas.

E duplicis vinculi consideratione, quo sacra Theologia cum Ecclesiae Magisterio atque cum Christianorum hominum societate coniungitur, quaedam oriuntur animadversiones: hae vero ad mentem consiliumque spectant, quibus doctores theologi, ex proprio munere res divinas altius perscrutantes, suum officium in Ecclesia exsequantur oportet, ut salubrem utilitatem habeat, ac mansuris fructibus sit ferax.

2766 Animadversionum prima ad studium illud pertinet., quo doctores theologi suam operam aliis prompto animo ferant. Ii enim in hoc valde laetantur, ac valde lactari debent, quod et Christianae Communitati et Magisterio sese addictos sciunt.

Eorum munus magno Ecclesiae muneri interseritur, quod eo spectat, ut hominum animis impertiatur salus; quam ob causam, excellens eorum momentum non potius in novis opinionibus doctrinisve proponendis consistit, quam in constanti ac studiosa cura *verba vitae aeternae* dicendi; ila ut in animis penitus insideant eosque ad fidem lesu Christi, unius omnium Servatoris, vel perducant, vel in ipsa confirment. Qua de re, ductores theologi potissimum operam dabunt rebus et quaestionibus investigandis, quae animorum salutem magis respicient, atque cum Ecclesiae Magisterio sollicitudinem communicabunt, in fidelium notitiam perferendi non aliquam a semetipsis inventam, sed ab uno lesu Christo traditam veritatem, utpote quae in sancta Ecclesia, ductu sacri cius Magisterii, ab omnibus ubique fide teneatur.

Veritati etiam inserviunt; immo, quotiescumque aliquod in Ecclesia docendi munus ab auctoritate susceperunt, ii quoque fiunt quodammodo magistri veritatis. Ipsis propterea summae religioni erit, veritati fidei et Ecclesiae doctrinae fideles permanere; pari ratione cavebunt, re facilis cuiusdam plausus et aurae popularis cupiditate alliciuntur, qua securae doctrinae, a Magisterio traditae, detrimentum inferatur; Magisterium dicimus, quo in Ecclesia ipsius Christi Magistri persona geritur. Quin etiam summo in honore habebunt, sese obsequentes perspicacesque Magisterii interpretes praestare, cum persuasum habere debeant, nihil christiano populo universoque humano generi aeque prodesse, quam certam salutis veritatum notitiam habere, atque hasce veritates ab iis tantum servari, quibus Christus lesus dixit: *Qui vos audit, nie audit (L.* 10, 16).

2767 Animadversionum secunda studium respicit communionis, quae vobis sive cum universa plebe Dei, sive cum Sacra Hierarch)a, sive denique inter vos ipsos Theologiae doctores intercedere debet.

Huiusmodi communionis studium ad ipsam Christianae vocationis essentiam pertinet, sicut loannes Apostolus docet;[1] sed peculiari modo ad essentiam etiam pertinet optimae cuiusque theologicae viae atque rationis. Divina veritas in universa Christiana societate a Spiritu Sancto servatur: quam ob rem illic veritatem eo facilius invenietis, quo artius intimo communionis vinculo coniuncti vixeritis cum universa fidelis populi societate, et humilitate cordis aemulando *parvulos,* quibus caelestis Pater suae naturae suorumque consiliorum mysteria apertius revelat. Divina veritas a Spiritu Sancto in Ecclesia, praecipue sacri Magisterii ope, asservatur atque illustratur; quam ob causam, vos in primis eo securius illa veritate potiemini, quo magis cum Ecclesiae Magisterio toto pectore coniuncti eritis; quodsi in veri inquisitione ab ipso discesseritis, ut arbitrio vestro singularia itinera teratis, periculum erit, ne magistri sine discipulis, ab omnibus seiuneti, etliciamini, aut laborem perdatis, nullo edito fructu in fidelium societatis utilitatem, aut etiam de recta via excidatis, Judicium vestrum, non sensum Ecclesiae, pro

1 **Cfr.** *1 Io.* **1, 2-3.**

veritatis norma eligentes: quae eligendi ratio inconsulto sane lieret, quaedam esset atpEtriç, vel ad haeresim panderet viam.

Praecipue autem nunc insistere volumus officio, quo tenemini, mutuam inter vos ipsos communionem servandi. Eo qtiod a diversis regionibus ortum ducitis atque a diversis traditionibus, quod attinet ad rem spiritualem cultumque humanum, estis profecti, et eo quod diversis necessitatibus ac difficultatibus debetis succurrere, patet ad diversa vos studium conferre, diversas esse apud vos institutionem et methodos inquirendi, diversa indicia. In materiis tam difficilibus et a communi experiendi ratione seiunctis, scilicet in quaestionibus theologicis, moderata quaedam diversitas opinionum componi potest eum unitate fidei et fidelitate erga doctrinas et normas Magisterii. Nihil ergo admirationis ea inieit, quin immo utilis est habenda, quatenus ad altiorem et accuratiorem inquisitionem argumentorum impellit, eo consilio ut plena veritas per sinceras ac diligenter elaboratas disputationes tandem comparetur.

Hae autem illud, quod ipsis est propositum, tunc solummodo conseqnentur, si communionis servandae fovendaeque voluntate fulciantur et constanter ducantur, qua nempe mutua egregia existimatio ac mutua reverentia alantur; qua efficitur, ut in sodali agnoscamus fratrem, requirentem sedulo ac religiose eandem veritatem; qua denique nitamur imprimis eius rationes et argumenta intellegere, antequam indicium de eo feramus. Ut paucis dicamus, studium caritatis habeatur oportet, quo inducimur, ut erga alios ita nos geramus, quemadmodum cupimus ut erga nos se alii gerant, et quo potissimum exoptamus, ut una simul de plena veritate lesti Christi gaudeamus. Quo acrius veritatem quaesieritis, sincera caritate moti, eo magis in illius cognitione et in Ecclesiae famulatu proficietis.

2768 E cogitationibus, quas adumbrando simul suscepimus, facile competimus opus theologorum propriam habere *methodologiam,* ab ea differentem, quae in profanis disciplinis obtinet, quae tamen, ea do causa, non minorem indolem doctrinarum pervestigationis et certae cuiusdam rationis et viae prae se fert. Hoc ideo fit quod instrumentum, quo ea utitur, non est merus intellectus ratiocinans, sed intellectus credens, ratio videlicet, qua fides illustratur et roboratur. Cogitatio theologica est quiddam participatum et analogicum prae cogitatione divina, quae simplicissima veritate sua omnes comprehendit veritates, quas theologus, Revelatione innixus, paulatim nec sine labore detegit. *Fides necessaria est theologo magis quam acumen mentis:* ita vir quidam Theologiae peritus scripsit;[1] fidem dicimus, Deo revelanti habendam: fidem dicimus Ecclesiae praestandam, quae, Spiritu Sancto assistente. Revelationem integram servat; fidem dicimus, Magisterio Ecclesiae tribuendam, quod illam cum auctoritate explanat et interpretatur, cum Christum lesum Magistrum repraesentet eiusque sit quasi instrumentum.

1 A. Stolz, *Introductio in Sacram Theoloyiam,* (Friburgi in Br. 1941).

Spiritus veritatis ot caritatis, qui Ecclesiam quoad singulos eius ordines illuminat et sanctificat, ita ut unusquisque mandatum sibi munus recte gerat, illuminet et sanctificet opus vestrum, ita ut toti Communitati et animis vestris frugiferum evadat.

AAS 58, 890-896. Cfr. *Insegnamenti* **1, 443** b.

De ratione qua experimenta quaedam ad Seminaria renovanda in efleetum deduci debent

(S. C. de Semin, et Stci>. Univ., **Litt.** *Praecedcntilnut litteris,* **ad Praesides Conferent larum Episcopalium, 12 oct. I960).**

2769 2. Saepe saepius ab hae Congregatione quaesitum est utrum liceat statini, experimenti causa, aliquas innovationes in normas nunc vigentes introducere. Sacra Congregatio censet huiusmodi experimenta fieri non posse nisi accurate servatis quae sequuntur condicionibus:

a) Experimenta stricte respondeant menti et praescriptis Decreti *Optatam lotius.*l

b) Innovationes ne liant nisi in ambitu integrae Conferentiae Episcopalis vel saltem numquam ea inscia vel abnuento. Conferentiis Episcopalibus enim, non autem singulis Episcopis, vi Decreti supra dicti, incumbit munus apparandi schema novae Rationis Institutionis Sacerdotalis.

c) Innovationes tales sint quae reditum non excludant ad pristinam rerum condicionem, si definitiva ratio Institutionis Sacerdotalis id exigat.

Ex Archivo .S'. *C. de. Sem. cl Stud. Univ.*

De erectione Facultatis Theologicae Ratisbonae

(Ex Convent, cum Bavaria, 28 oct. 1966).

2770

Articolo l

La Santa Sede consente all'erezione di una Facoltà di Teologia cattolica della Università di Ratisbona ed alla conseguente soppressione dell'Alt a Scuola filosotico-teologica di Ratisbona.

Artikel l

Der Heilige Stuhl stimmi der Errichtung einer katholisch-theologischen Fakultàt der Universitâ! Regensburg und der da mit verbundenon Aufiosung der Philosophisch-Theologischen Hochsehulc Regensburg zu.

‘ **[Cfr. nn. 2621** s.J.

Articolo 2

La Facoltà di Teologia cattolica dell'università di Ratisbona godrà in lutto della stessa posizione giuridica che la Facoltà di 'reologia cattolica delle Università dello Stato Bavarese. Alla Facoltà di 'reologia cattolica dell'Università di Ratisbona si applicano le relative disposizioni del Concordato con la Baviera del 29 .Marzo 1924 e complementarmente quelle del Concordato con il Reich del 20 Luglio 1933.1

Artikel 2

Die katholisch-theologische Fakultât der Università! Regensburg erha.lt im vollen Uinfang den gloichen Rechtsstatus, wie ihn die katholisch-theologischen Fakultàten der anderen Bayerischen Landesuniversitaten besitzen. Die cinschlagigen Bestinimungen des Bayerischen Konkordates vom 29. Miirz 1924 und erganzend die einschlàgigen Bestinimungen des Reichskonkordates vom 20. Juli 1933 tinden auf die katholisch-theologische Fakultàt der Università! Regensburg Anwendung.

Articolo 3

Alla Facoltà di Filosofia della Università di Ratisbona si applica l'art. 4, § 2 del Concordato con la Baviera.

Artikel 3

Auf die philosophische Fakultat der Università! Regensburg findet Art. 4 § 2 des Bayerischen Konkordates entsprechende Anwendung.

Articolo 4

Le divergenze di opinione, che sorgessero in avvenire fra le Alte Farti contraenti circa l'interpretazione di qualche disposto del presente Accordo saranno eliminate a norma dell'art. 15, § 1 del Concordato con la Baviera.

Artikel 4

Eine in Zukunft etwa zwischen den Hohen Vertragschliessenden entstehende .Meinungsverschiedenheit über die Auslegung einer Bestimmung dieses Vert rages wird nach Artikel 15 § 1 des Bayerischen Konkordates beseitigt werden.

AAS 58. 1135-113(5.

De nova theologicorum studiorum ordinatione in Archici. Monacensi-Frisingensi

(Ex Convent, cum Bavaria, 28 oct. 19G6).

2771 Articolo 1

La Santa Sede consente alla soppressione dell'Alta Scuola lilosotico-toologica di Frisinga.

Artikel 1

Der Heilige Stuhl stimmt der Aullósung der Philosophisch-Theologischen 11odiseli ule Freising zu.

1 [Cfr. nn. 1624 8.; 1895 «.].

Articolo 2

11 Governo dello Stato Bavarese si impegna a dotare la Facoltà di 'l'eologia cattolica dell'Università di .Monaco di personale e di mezzi, in maniera tale che questa possa soddisfare adeguatamente allo esigenze odierne e futuro della formazione teologica, anche in quanto essa finora aveva luogo presso l'Alta Scuola lilosofico-teologica di Frisinga.

Artikel 2

Die Bayerische Staalsregierung verpflichtet sich, die katholisch-theologische Fakultat der Universitàt München mit Personal und mit Saehmitteln so auszustatten, dass der jetzige und der kùnftige Bedarf der theologischen Ausbildung, aneli soweit sie bisher an der Philosophisch-Theologischen Ilochschule Freising erfolgto, ausreichend befriedigt werden kann.

Articolo 3

Particolari circa il trasferimento dello studio teologico vengono riservati ad un Accordo a parte tra lo Stato Bavarese e l'Arcidiocesi di Monaco e Frisinga.

Artikel 3

Einzelheiten der Überleitung des Studienbetriebs bleiben einer gesonderten Vereinbarung zwischen dem Freisiaat Bavero und der Erzdiozese München und Freising vorbehalten.

AAS 58, 1139.

De lingua latina in Pontificio Instituto altiorls Latinitatis profundius excolenda

(Ex Alloc. *Abbiamo accolto,* occasione inaugurationis novae sedis Athenaei Salesiani in Urbe, 29 oct. 1966).

2772 Praeterea singulare studium oportet conferamus ad « Pontificiam Institutum altloris Latinitatis , quod, auctoritati Sacri Consilii Seminariis studiorumque Universitatibus praepositi obnoxium, huic Athenaeo est adiunctum.

Rem nobilem ae praeclaram suscepistis, et acri ingenio magnoquo animo perduxistis ad exitum, atque — hoc licet addere — non sine audacia; quod quidem religiosae Sociotati vestrae ornamento et decori vertit. Macto virtute, dilectissimi Nobis Salesiani sodales! Profecto hoc modo aliud caput, praecelsae disciplinae, quam ab Auctore et Legifero Patre vestro quasi hereditate accepistis, laudabiliter servastis, ex quo videlicet humanus cultus Graecorum et Romanorum vobis est provehendus et celebrandus. Llbernlitcr et iam respondistis ei, qua Ecclesia angitur, sollicitudini inter clericos studia Latinitatis promovendi eiusque magistros instituendi; atque adeo loannis Vicesimi Tertii, Decessoris Nostri. Constitutionem Apostolicam, u verbis *Veterum sapientia* incipientem, ad eUectum adduxistis.1

Quae primo anno ex hac schola perceptae sunt voluti primitiae, sine dubio et laetae sunt et spem confovent bonam: scilicet en est arbor, quae fructus iam tulit eorumquv ampliorem copiam portendit in posterum.

1 (Cfr. n. 2667).

Cum animi etiam gaudio accepimus Italicae Reipublicac potestates propter gravi talem ct pondus disciplinarum, quae in hoc Instituto traduntur, iam benevolas so praebuisse quod attinet ad diplomata académica publico agnoscenda.

Quemadmodum par est — siquidem perfectio est semper expetenda — Institutum progressione quadam oportet incrementis augescere, quae eo spectent, ut naturae suae congruenter iis inserviat, quae peculiariter eidem Scholae sunt proposita; distinguendi enim sunt duo ordines, duae methodi, duo lines huius Instituti: altera pertinent ad exquisitae et reconditae doctrinae studia exercenda ct ad philologam colendam disciplinam, altera potius ad usum et utilitatem, quibus plures fruantur. Itaque non solum — quae est cius praecipua causa — ad rationem optimorum studiorum. Academiarum propriam ii praeparentur, qui linguae Latinae, praesertim Latinitatis christianae, evadant peritissimi, sed etiam, quasi in inferiore gradu constituti, auditores sive ecclesiastici sive religiosi ibi Scholam linguae Latinae obeant egregiam quidem, sed tenuiorem multisque patentem, ut Romanum eloquium, quod communis fert usus, condiscant. In Apostolici Litteris, quas *Studia Latinitatis* appellatas motu proprio dedimus,[1] hisce de robus certae ac definitae praescriptiones continentur; nec dubitamus, quin ii, quorum est eas exsequi, omni cum diligentia sint curaturi, ut iisdem sapienter fldellterque obtemperetur.

AAS 58, 1164-1165. Cfr. *Insegnamenti* I, 530 s.

De necessitate laborum in favorem vocationum ad Ecclesiae renovationem efilciendam

(Ex Alloc. A'on *una dc causa,* ad eos qui interfuerunt primo Coetui Nationalium Moderatorum Operum ad ecclesiasticas vocationes spectantium, 3 dec. 1966).

2773 Non una de causa suavi allicimur gaudio, quod Nobis, licet hodie salutare vos, qui ex variis Europae partibus in hanc almam Urbem advenistis ad primum celebrandum Conventum Nationalium Moderatorum Operum, quae ad ecclesiasticas vocationes spectant.

Scilicet viros cernimus coram Nobis congregatos scientia, prudentia auctoritatequo praestantes, quorum sedulae curae ad portionem dominici gregis convertuntur lectissimam, dilectissimam.

Auget praeterea animi solatium causa quae vos Romam adduxit. Nempe convenistis, auspico Sacra Congregatione Seminariis studioruinque Universitatibus praeposita, ut fraterno studio contundi lumineque ducti Concilii Oecumenici Vaticani Secundi, ea expenderetis, quae pertinent ad communem pastoralem actionem in Europa ordinandam et ad incrementum promovendum ecclesiasticarum vocationum. Qua quidem agendi ratione vos valde opportune ad effectum deducere studetis normam sapientissima!» ab eodem Concilio Oecumenico statutam: [2] «Opus vero fovendarum vocationum fines singularum dioecesium. nationum, familiarum religiosarum atque rituum dilatato corde transcendat oportet atque ad universalis Ecclesiae necessitates respiciens illis praecipue regionibus auxilium afferat, in quibus ad Domini vineam instantius operarii advocantur».

Fatendum sane est, ex omnibus operibus inceptisque, quae nostra actas postulat ad optatam Ecclesiae renovationem efficiendam, sacrarum vocationum opus, in quod incumbit is, primas quodammodo sibi vindicare partes. Revera vix intellegi potest efficax, stabilis rcctequc ordinata pastoralis actio, quae sacrorum alumnis praecipuas curas non adhibeat.

Cum autem sermonem habeamus ad viros, qui in hac sacri apostolatus provincia praeclara experientia poliunt, Nobis òpus non est in mentem vestram revocare immensam

[1] AAS 56. 225 ss. [Cfr. nn. 3304 ss.].

[2] Decretum de Institutione sacerdotali *Optatam totius,* n. 2: AAS 58, 715. [Cfr. n. 26231.

quaestionum dilHcultutumque molem, quae vobis hodie solvendae proponuntur, dum tot regiones, pro dolor, sacrorum administrorum paucitate tantopere laborant, ac magno cum moerore tristia iterare cogimur Christi Domini verba: *Meséis quidem multa, operarii autem pauci* (Lc 10, 2). Nihilominus liceat vos certiores facere, Nos plurimam spem collocare in coniunctis laboribus vestris, quos quidem libenter laudamus, probamus, ad eornmque prosperum exitum larga superna auxilia a Deo enixis precibus imploramus

Neque Nobis in animo est hac data, occasione graves easdemquo implexas quaest iones aggredi, quae ad rectam sacerdotii candidatorum institutionem spectant. De hac re pluries ab hac Apostolica Sede maximi ponderis documenta edita sunt, ac vel ipsum Concilium Occumenicum normas tradidit sapientiae plenas, quae profecto vobis valido erunt auxilio ad munus vestrum recte fructuoseque obeundum. Quare satis nunc sit Nobis nonnulla tantum attingere, quae psychologiam respiciunt iuvenum, qui ad sacra capessenda caelesti instinctu vocantur. Quae divina vocatio, ut nostis, proreus pendet ab arcano Dei consilio, iuxta Divini Redemptoris sententiam: Aon ros *ine elegistis, sed ego degi* r<H (J. 15. 16); at Deus requirit ut invitationi suae homo libero voluntatis assensu respondeat; scilicet divina vocatio postulat hominis auscultationem. Quare opera danda est, ut animi fidelium, iuvenum praesertim, idoneis subsidiis fruantur, quorum ope divinum verbum audire possint, Deoquo ad se illos invitanti invenis Samuelis verbis responden queant: *Loquere, Domine, quia audit servus tuus (1 lig.* 3, 9).

2774 Inter huiusmodi subsidia, quibus adulescentium animi ad Dei verbum audiendum disponuntur, praecipuum locum illud obtinet, quo ipsis interioris silentii fovendi opportunitas tribuitur. Etenim puerorum atque adulescentium mentes, per visum atque auditum, ingens prorumpit externarum commotionum multitudo, quae saepius inanes et vacuae, imino quandoque maleficae atque perniciosae sunt, ita ut cos omnino impediant, quominus perfecto vivendi rationem eiusque praestantiam et pulchritudinem animo concipiant atque contemplentur. Quam ad rem. plurimum conferet sagax educatio ad quaedam tacendi et «ese colligendi momenta servanda, ea praesertim quibus vel diligens sui ipsius recognitio fit, vel Deo post Sacram Synaxim grates impense aguntur, vel aeternis meditandis rebus stato tempore vacatur. Hisce potissimum rerum adiunctis, adulescentium animi, per sacras precationes Deo sese contingentes, cimi Ipso filiorum more loquuntur: tunc Deus ipse arcana sua consilia et exspectat iones illis gradatim revelat; ac simul provide fit, ut adulescentes aptius intellegant, num ad sacerdotium vocati sint, quodve sit munus ipsis a Deo commissum.

2775 Non minoris autem ponderis et momenti aliud quoque subsidium censeatur oportet: ut nempe alumni frequens cum Dei verbis commercium instituant, quae in Sacris Scripturis continentur. Id optima sane ratione haberi poterit, si ad «activae» institutionis normas liat, quae hodierno tempon' invaluerunt, mutuam magistrorum et discipulorum operam postulantes; ut scilicet ipsi adulescentes quosdam Evangelii locos legant, dc iisque edisserant, augustam et sacram vim percipiunt verborum Christi, atque in Divini Servatoris vitam atque res gestas propria virtute et diligentia inquirant. Vt omnibus compertum est, plurimum valet ad adulescentium animos formandos, plene novisse quem locum quamque auctoritatem Christus in ipsorum animis obtineat: Christum dicimus, prout ex Evangelii velati fontibus hauritur atque cognoscitur. Quam ob causam probe intellegitur, quae sit do hac materie Ecclesiae sollicitudo, cum Concilii Oecumenici Vaticani II Decretum, a verbis incipiens «Optatam totius » de institutione sacerdotali, haec verba habent: « Christum quaerere edoceantur iu verbi Dei fideli meditatione, in actuosa cum sacrosanctis Ecclesiae mysteriis communicat ione »? In adulescentium autem animis, qui hanc lesu Christi consuetudinem habent, quae non solum ex librorum studio, sed potissimum etiam ex intimo animi cum Ipso commercio et recondita pietate proficiscitur, vestigium imprimitur, quod numquani deleri poterit.

1 **n. 8: JJS 58, 718. (Cfr. n, 2629).**

2776 Alia «Bloque patet via iuvenibus ad verbi Dei vocem percipiendam, si nejnpo actuosam Ecclesiae vitam experimento cognoscant. Quare omnibus, qui ecclesiasticis vocationibus dant operam, magnopere cordi sit, ut in iuvenum notitiam perferantur vel operariorum cvangclicorum necessitates, vel pauperum angustiae, vel condiciones cuiusdam christianae communitatis quae religiosae vitae exemplo ceteris praestat, ac vel etiam sacra ephebaca ubi adulescentes in spem Ecclesiae succrescunt. Iidem iuvenes nonnulla quoquo sacri apostolatus munera suscipiant, ut noscant quid valeant ipsorum vires in huiusmodi operibus obeundis; peculiariquo modo inde a teneris annis assuescant litúrgicos ritus actuose participare, cum nihil magis permovent animos ad pietatem, quam sacrorum mysteriorum consuetudo, cuius virtus edicit ut iuvenilis actas sacro quodam afflatu penitus imbuatur ac desiderio inflammetur Christi Domini vestigia sequendi.

2777 Denique, ut ecclesiastica vocatio feliciter tandem effloreat, necessarium prorsus est, ut adulescentibus occasio detur adeundi ct audiendi ipsos divini verbi magistros, scilicet sacerdotem quondam, qui, gravitate morum ct consilii maturitate spectabilis, noverit ipsorum animi secreta paterne excipere, et iisdem adsit velut praeceptor, ductor, amicus. Plerumque reapse contingit, ut ad amplectendam sacerdotalem vitam vocatio non ex se sponte prodeat, sed quasi evangelica sit gemma quae in agro abscondita est detegenda. Deus enim, qui sibi electorum suorum arcessitum reservat, postulat tamen sacrorum administrorum adiutriccrn operam, ut iuvenes caelestis gratiae actionem animadvertant atque divinum germen in suis animis positum ad maturitatem perducant. Quare sacris vocationibus numquam desit sacerdotis amicale colloquium, paternum consilium ac praesertim spiritualis moderatio; quae omnia ita praestanda sunt ut debita observantia servetur sive Dei actioni sive sacerdotii candidatorum libertati.

Haec sunt quae Nobis visum est ad considerationem vestram proponere, quaeque vestrae sollertiae vestroque religionis studio commendamus. Nunc nihil Nobis restat, nisi ut inceptionibus, quibus his diebus vacatis, felicissima quaeque 'exoptemus, atque vos vehementer exhortemur ut illabefacta fiducia sanctissimi apostolatus vestri opus alacriter pergatis. Quamvis enim in permagnas dilllcultatcs incurratis, numquam ct nusquam cogitandum est Deum nécessitâtibus Ecclesiae suae non consulere, atque nunc temporis, aeque ac praeteritis aetatibus, non ad se vocaro innumeros manipulos adulescentium qui generosi, fortes, integri, puri, Christi voci obtemperent et vota concipiant seso Ecclesiae devovendi. Dilectissimis hisce filiis numquam desinite excelsa sacri apostolatus et christianae sanctitatis itinera proponere; necessitates animarum indesinenter ostendite; ad Christi vestigia sequenda eorum animos incendite: ipsi vos generoso animo sequentur.

Ut haec vota Nostra, quae Omnipotenti Deo ex animo commendamus, feliciter ottici possint, vobis omnibus vestrisque laboribus Apostolicam Benedictionem, paternae benevolentiae pignus, peramanter in Domino impertimus.

AAS 59, 34-38. Cfr. *Insegnamenti* 4, 60is.

De sanis principiis fidei in theologica indagatione tuendis ac servandis

(Ex Adhort. Apost. *Petrum ct Paulum*, sacculo xix expicto postquam Sancti Apostoli Petrus et Paulus martyrium Romae fecerunt, 22 febr. 1967).

2778 Dum autem apud nostrae aetatis homines religionis sensus minuitur, quo lides veluti suo naturali fundamento innititur, opinationes novae ad exegesim vel ad theologiam attinentes, saepe sumptae a philosophicis doctrinis audacibus quidem sed ineptis, huc illuc in catholicae doctrinae campum irrepunt. Quibus opinionibus non solum in dubium vocatur vel

depravatur germana veritatum significatio, quas Ecclesia cum auctoritate docuit, sed, licta causa religionem ad nostrorum temporum ingenium accommodandi, magisterii ecclesiastici norma neglegitur, investigationis theologicae studia ad placita *historicismi,* quem vocant, prorsus conformantur, audetur Sacrarum Scripturarum testimonio indolem sacram et historiae fidem denegare, et vel eo contenditur, ut apud Populum Dei ille mentis habitus inducatur, quem *post-conciliarem* appellant: talis scilicet mentis habitus, qui, firma cohaerentia posthabita, qua affluens et praeclara copia doctrinae legumque Concilii (¿ecumenici cum sacro patrimonio magisterii et disciplinae Ecclesiae componitur, eo spectat, ut translaticium fidelitatis studium erga Ecclesiam pessumdetur atque inanis propagetur spes Christianam religionem nova interpretatione donandi, quae tamen nonnisi temeraria ac sterilis esse posset. Quid superesset de nostrae fidei veritatibus aut de theologali virtute, qua easdem credimus, si huiusmodi conatus, auctoritati magisterii ecclesiastici subducti, aliquando praevalerent?

Iamvero ad confirmandam fidem nostram recto sensu expressam, ad studium excitandum doctrinarum quae nuper a Concilio (¿ecumenico propositae sunt, ad catholicorum nisus sustinendos, qui novas rationes exponendi veritates fidei inquirunt, sed cum deposito doctrinae Ecclesiae plane consentientes *eodem sensu eademque sententia;*[1] ad haec omnia assequenda, dicimus, nunc, certo transacto temporis spatio, feliciter adveniunt saecularia huiusmodi Apostolorum sollemnia. Quae quidem omnibus Ecclesiae sanctae filiis eam geminam opportunitatem praebent: ut in primis lesu Christo, Dei Filio, Mediatori et fidei nostrae Consummatori, verbis illis respondeant humilitatis et magnitudinis plenis: *ego credo,* scilicet eius Verbo, eius Personae eiusque salutis nuntio plenum praestent intellectus et voluntatis assensum;[3] ut praeterea summos illos Christi testes, Petrum et Paulum, debito prosequantur honore, renovantes nempe Christianum propositum nostram ipsorumque fidem sincere et actuose profitendi, atque etiam precatione et opera allaborantes, ut inter Christianos universos eiusdem fidei unitas redintegretur.

In animo non habemus aliud indicere lubilaeum, cum proxime ad finem venerit lubilaeum extraordinarium, quod post conclusum Concilium Oecumenicum Vaticanum secundum statuimus; attamen paterno animo vos omnes hortamur. Venerabiles Fratres in Episcopatu, ut Symbolum fidei verbis explanetis, peculiaribus sacris otliciis honestetis, ac praesertim rite et saepe una cum vestris sacerdotibus et christifidelibus pronuntietis, hac vel illa adhibita formula, quae in catholicae Ecclesiae precibus in usu est.

1 **Cfr.** Vinc. Lkkin., ***Commonitorium*** **1, 23: ML 50, 668; D.-S. 3020.**

' **Cfr.** ***Ilc.br.*** **12, 3;** Cono. Vat. **I. Const. Dogtn. do lido catholica, c. 3: D.-S. 3008, 3020; CONO.** Vat. **II, Const. Dogni. de Ecclesia** ***Lumen Gentium,*** **5: AAS 57, 7; Const. Dogm. de Divina Revelatione** ***Dei verbum,*** **5, 8: AAS 58, 819; 821.**

Cfr. ***Professionem fidei,*** Pauli **VI, 30 iun. 1968 in conclusione Anni Fidei:** ***Inseunamenti*** **6, 292 ss.**

Perineondum scitu Nobis erit, Symbolum fidei in honorem beatorum Apostolorum Petri et Pauli, in unoquoque templo cattedrali recitatum esse, praesentibus, una cum Episcopo, Presbyteris, sacrorum Seminariorum alumnis, Laicis catholicis pro Christi regno militantibus, Religiosis viris et sacris virginibus atque quam frequentissimo christifidelium coetu. Idem facere curent singulae universae Paroeciae, quod attinet ad suam communitatem, atque quaevis religiosa domus. Itemque suademus, ut huiusmodi Christianae tifici professio statuto deiinitoque die pronuntietur in unaquaque domo, ubi Christiana versetur familia, in catholicarum consociationum sedibus, in scholis atque in valetudinariis catholicis, in omnibus locis sacris ritibus destinatis, in omnibus denique aedibus et conventibus, in quibus vox fidei significare ct. confirmare possit sinceram animi assensionem Christianae vitae generi, ad quod omnes vocati sumus.

Singulari autem adhortatione Sacrarum Scripturarum interpretes atque sacrae Theologiae peritos compellamus, ut Ecclesiae magisterio adiutricem dare velint operam, ad veram iidem a quovis errore tuendam, ad eius haud explorata arcana penitus perscrutanda, ad eius notiones recte explanandas, atque ad rectas exponendas rationes, quibus ea investigetur atque divulgetur. Quod idem sacris concinnatoribus, Christianae religionis praeceptoribus et catechesis institutoribus dicimus.

AAS 59, 198-200.

De institutione et praxi musica in Seminariis

(Ex Instruet. S. C. Rit. *Musicam sacram* dc Musica in Sacra Liturgia, 5 mart. 1967).

2780 52. Ad thesaurum musicae sacrae servandum, et ad novas formas cantus sacri promovendas, (magni habeatur institutio et praxis musica in Seminariis, in Religiosorum utrinsque sexus novitiatibus et studiorum domibus, necnon in ceteris institutis et scholis catholicis», praesertim autem apud Instituta Superiora ad hoc specialiter destinata. Studium imprimis et usus promoveatur cantus gregoriani, quia, ob peculiares eius notas, fundamentum magni momenti est cultus musicae sacrae.

AAS 59, 315.

De recta alumnorum formatione philosophica et spirituali deque eorundem cooperatione in sua propria educatione

(S. C. de Semis* et Stud. Univ., ex Litt. *Plures menses,* ad Praesides Conferendarum Episcopalium, 7 mart. 19G7).

Quaestio de institutione philosophica

2781 Quaestio do philosophia magnas atTert difficultates et rerum circumstantiae quae hic illic duduni exsistunt — secundum etiam ipsorum Seminariorum sententiam — non

l Conc. Vat. **II, Const, de Sacra Liturgia** *Sacrosanctum Concilium,* **n. 115: AAS 5G, 129; [cfr. n. 2570].**

piene minue sunt et ipsius Fidei futurum in discrimen adducere possunt; si enim quaidam rationes cogitandi agendiquc cum suis defectibus permanerent, tunc Udes sacrorum alumnorum ct sacerdotum impar evaderet perniciosis hodierni temporis opinionibus -»uperendis. Omnes concretae determinationes quae attingunt institutionem philosophicam duas has praevias quaestiones tamquam solutas praesupponunt:

1. Cumam Ecclesia praecipiat formationem philosophicam iis qui ad Fidem docendam praeparantur. Etsi huic quaestioni responsum varias implicat diilicultates, magna tamen claritate respondendum est.

2. Quaenam sint lineamenta quae Concilimi!, iuxta Ecclesiae constantes normas, denuo expostulaverit pro alumnorum institutione philosophica.

Agitur de quaestione conscientiae, quia quaedam opiniones vel systemata ab Ecclesia minus bona, in praxi minus apta, immo perniciosa habentur: quapropter ea cognoscere necesse est ne alumnorum ellormatio damnum patiatur.

2782 *Effjormatio spiritualis*

Quod ad clïonnationem spiritualem et Seminariorum ordinationem attinet, non parvum damnum profluere videtur ex eo quod quaedam magni momenti rus parvipendantur nec earum virtus in congrua luce ponatur, e. g. silentium. In hac sicut etiam in aliis nostri temporis quaestionibus, periculum est nihil vel purum operandi, omnia per quondam negligentiam suo cursui relinquendo; sed hoc permittere nefas est. Quod ad silentium attinet potius quam de eo omittendo,[1] sermo est de genuina ipsius natura investiganda. Nostra enim aetate minime impellere valebimus sacrorum alumnos ut silentium externum acceptent nisi ratione ac mensura qua ipsi intelligant et acceptent silentium internum praesentiae Dei, cuius silentium externum est condicio; et forsitan lactari possumus eo quod hac occasione inducimur ad inveniendum sensum profundum et essentialem quarundam normarum, quae non raro proponuntur ct etiam ab alumnis facile acceptantur, quin ipsi perspiciunt earum significationem ac momentum. Hic non agitur dc mutanda quadam Seminarii nonna, concedendo libertates, sed de educandis alumnis ad acceptandum ab intus quod interdum forsan tantum externe et immediate servabatur.[1] Relinquere singulorum arbitratui servandum quoddain pietatis vel disciplinae exercitium aliquando potest esso mera regiminis abdicatio; videndum est autem quinam sit huiusmodi exercitii genuinus sensus, quasnam utilitates atierre debeat; et denique inveniendae sunt illae viae quibus ipsum exercitium ad praxim deduci valeat.

2783 *Unitas Seminarii servanda*

Hic illic fiunt quaedam experimenta de quibus indagandum videtur quonam valido fundamento innitantur, quanam ratione probentur, e. g. variis in locis favetur divisioni Seminarii in parvas communitates; huiusmodi incepta sedulo perpendenda sunt, ne ipsa Seminarii unitas in discrimen adducatur, supprimendo scilicet exercitium auctoritatis Rectoris, immo abolendo illas condiciones quae requiruntur pro ipsa appellatione ad S. Ordines.[8]

[1] Ipsum Concilium praecipit momentum silentii: cfr. n. Il Decreti *Optatam totius:* AAS 58. 721. [Cfr. n. 2632].

[1] Cfr. n. 11 Decreti *Optatam totius: l.c.*

[•] Cfr. n. 7 Decreti *Optatam totius,* ubi dicitur: « In seminariis autem ubi multi sunt alumni, retenta regiminis et scient itteae institutionis unitate, alumni apta ratione distribuantur in coetus minores ut singulorum conformationi personali melius provideatur •. [Cfr. n. 2628].

2781 *Sacrorum alumnorum cooperatio*

Saepe nobis posita est quaestio utrum liceat necne permittere ut sacrorum alumni suam udiutricem praestent operam in vita Seminarii ordinanda et dirigenda. Hac iu re plura dicta et scriptu sunt quae haud raro non iusta esso videntur.

Tota Seminarii vita regitur clara *perceptione muneris quod Deus ab ipso Seminario implendum exspectat;* animatur cognitione laboris complendi quo Seminarium Episcopo aptos eiTormet cooperatores, laicis sacerdotes quibus ipsi tantopere indigent. Huc ordinatio totius Seminarii eiusque consuetudines normaequo spectant. Hac igitur memorata) res non sunt subiciendac discussionibus, sed potius considerandae sunt fundamentum ud quod omnis discussio se referat oportet. Moderatorum est hunc finem proponere et acccptabilem reddere; ipsis enim missio et gratia data est ad hoc munus explendum. De cetero cognitio huius finis est obvia quia ex ipsa Fido promnnat. Haec igitur materia discussioni et dialogo inepte subiceretur; nec hoc fieri posset quin tota Seminarii vita vitiaretur et incertae fortunae relinqueretur.

Dialogus vero *circa inedia* adhibenda institui potest; et hac in re sat longe progredi possumus, dummodo bonum commune integrum servetur. Varii aspectus vitae Seminarii, praesertim quaedam regularum concreta praecepta, bono cum fructu, communi sacrorum alumnorum studio considerari possunt, salvo tamen Moderatorum iure ultimimi proferendi indicium. Tali modo consuli potest iuvenum desideriis, qui suum animum ample et libere aperire exoptant; optima offertur occasio ut ipsis quaedam delueidentur principia et in eis eiformetur capacitas indicandi. Ita etiam fovebitur iuvenum generositas ex qua multa exspectari poterunt; denique Moderatoribus offertur possibilitas cos melina cognoscendi. Cooperatio sic instaurata necessaria videtur non solum pro definiendis regularum minimis applicationibus sed pro fovendo quoque illo spiritu Seminarii, quo riformar! valeant ii qui postea erunt fidi ct alacres Episcopi cooperatores.[1] Item clariore in luce poni poterit oboedientiae et auctoritatis valor. Proh dolor, praesentibus rerum commutationibus, haud raro accidit ut auctoritas ct libertas considerentur ut duae res sibi oppositae, tamquam si omnis progressus in libertate auctoritatem extenuet. Revera studium boni communis instimulat partem activam libertatis, efficiendo ut iuvenes auctoritati libere adhaereant eamquo diligant tamquam fundamentum ipsius boni communis a Deo et ab Ecclesia constitutum. Oboedientia igitur apparebit non quasi personalitati efformandae adversetur, sed potius ut elementum dccisivum totius sacrorum alumnorum educationis. Hac in re duo distinguenda sunt extrema, inter quae via procedit media: ex una parte ille rigidus modus qui omnem reicit conversationem, frustrando sive possibilitatem iuvenes cognoscendi sive ipsos ad sanam cooperationem alliciendi; ex altera parte illo modus remissivus qui omni conatui educationis renuntiet.

Ex Archivo S. C. de Semin, et Stud. Univ.

De attentione praestanda vocationi divinae ad sacerdotium

(Ex Alloc. *Vous Nous offrez,* ad « Iuvenes ministrantes » c diversis Europae Nationibus Romae conventis, 30 mart. 1967).

2735 Et puis l'attention ù l'appel divin. Nous vous confierons mie de Nos angoisses; devant l'immensité de la tâche que représente ce monde moderne à évangéliser, Nous Nous demandons parfois: où et comment trouver assez de prêtres, assez de religieux pour suffire à la besogne! Ne semble-t-il pas que Dieu appelle en vainî que la jeunesse d'aujourd'hui

[1] Cfr. nn. 9 et 11 Decreti *Optatam totius:* AAS 58, 719; 720-721. [Cfr. nn. 2630; 2632].

ne veut phis l'ontendreí qu'elle n'a plus le goût dc Dieu, le sens dc l'idéal, l'attrait du sacrifice ì

Chers Fils, bon nombre d'entre vos aînés ont donné un démenti éclatant à ces craintes! Puissiez-vous, en grand nombre, suivre leurs traces! Soyez attentifs à ne pas laisser se perdre et rester sans écho lu voix qui appelle. Et priez tous avec ferveur pour que le Christ se choisisse dans vos rangs dc nombreux continuateurs de son sacerdoce.

AAS 59, 351. Cfr. ***Insegnamenti*** **5, 1 0 s.**

De quibusdam dispensationibus clericorum ritus orientalis Summo Pontifici reservatis

(Ex Motu Propr. ***Episcopalis potestatis,*** **nonnae Episcopis Ecclesiarum Orientalium, ad facultatem dispensandi spectantes, 2 mai. 19(17).**

2786 Vili. Salvis facultatibus quae Patriarchis, Archiepiscopis Maioribus. Legatis Romani Pontificis et Hiérarchie legitime competunt. Nobis expresse reservamus dispensationes quae sequuntur:

1. Ab obligatione caelibatus seu a prohibitione matrimonii contrahendi, qua diaconi et presbyteri astringuntur, etiam si ad statum laicalem legitime redacti aut regressi sint, in ritibus in quibus non admittuntur clerici coniugati;[1] in ceteris vero ritibus iidem, si caelibatum libere elegerint.

2. In ritibus in quibus non admittuntur clerici coniugati, a prohibitione exercendi ordinem presbyteratus facta ¢oniugati qui eundem ordinem sine dispensatione Apostolicae Sedis receperint.[3]

3. A vetito, quod in clericos in maiore Ordine constitutos cadit, exercendi per se vel per alios negotiationem aut mercaturam, sive in propriam sive in aliorum utilitatem.[3]

AAS 59, 388.

De educatione ad sacrificium Missae actuose participandum

(Ex Instruet. ***Eucharisticum mysterium,*** **de cultu mysterii eucharistici, 25 mai. 19G7).**

2787 20. Ad fovendam rectam ordinationem sacrae celebrationis atque actuosam fidelium participationem, ministri non tantum munus suum recte expleant, ad normam legum liturgicarum, sed ita se gerant ut eo ipso sensum rerum sacrarum insinuent.

Populus ius habet in Missa nutriri verbi Dei annuntiatione et explicatione. Proinde sacerdotes non solum homiliam quoties praescribitur aut expedit habeant, sed etiam curent ut ea quae tum ipsi quam uii-

- **Litt. Ap. motu proprio d.** ***Cleri sanctitati,*** **can. 157, § 2: AAS 19, 477. [Cfr. n. 3301].**
- ***Ibid.,*** **can. 72, § 2: AAS 49, 457. (Cfr. n. 3283J.**
- ***Ibid.,*** **can. 83. [Cfr. n. 3294).**

nistri pro suo munere proferunt ita distinete dicant vel cantent, ut fideles illa clare percipiant et sensum eorum intellegant, immo ad responsionem et participationem sponte adducantur.[1] Ad hoc congruis exercitationibus praeparentur ministri, praesertim in seminario et in domibus religiosis.

47. Hinc superiores competentes faciliorem reddant, immo foveant concelebrationem, quoties necessitas pastoralis vel alia rationabilis causa aliud non exigit.

Facultas concelebrandi spectat etiam ad Missas principales in ecclesiis et oratoriis publicis ac semipublicis seminariorum, collegiorum et institutorum ecclesiasticorum, necnon religionum ac societatum clericorum in communi viventium sine votis. 1'bi tamen magnus habetur numerus sacerdotum, superior competens concedere potest ut concelebratio etiam pluries eodem die fiat, sed temporibus successivis, vel in locis sacris diversis.

AAS 59, 552-553; 566.

Normae generales de diaconatu permanenti in Ecclesia Latina restituendo

(Motu Propr. *Sacrum Diaconatus Ordinem,* 18 iun. 19G7).

2788 1. Est officium legitimorum episcopalium Coetuum seu Conferentiarum, Summo Pontifice assentiente, deliberare, utrum et ubinam diaconatus, tamquam proprius ac permanens Ilierarchiae gradus in fidelium bonum sit instituendus, necne.

2789 2. In petenda ab Apostolica Sede approbatione exponendae sunt tum causae, quae novam huiusmodi disciplinam aliqua in regione constituendam suadeant, tum rerum condiciones, quae veram boni eventus spem afferant; itemque describendus erit eiusdem disciplinae modus, utrum videlicet agatur de diaconatu conferendo *iuvenibus idoneis, pro quibus ... lex caelibatus firma remanere debet,* an *viris maturioris aetatis, etiam in matrimonio viventibus,* an utrique candidatorum generi.

2790 3. Approbatione ab Apostolica Sede impetrata, uniuscuiusque Ordinarii est in sua sacra dicione candidatos probare et ordinare, nisi agatur de casibus eadem facultate exceptis.

In relatione de statu suae dioecesis conscribenda, Ordinarii de hac etiam instaurata disciplina commemorent.

[1] **Coxc. Vat. II, Const, de Sacra Liturgia, *Sacrosanctum Concilium,* n. 11: AAS 56, 102-103.**

II

2791 4. Ex Ecclesiae instituto, ipso Oecumenico Concilio comprobante, ii, qui ad diaconatum iuvenes vocantur, lege caelibatus servandi astringuntur.

2792 5. Diaconatus permanens ante quintum et vicesimum expletum annum ne conferatur; grandior tamen aetas ab Episcoporum Conferentiis requiri poterit.

2793 6. Iuvenes, ad munus diaconale instituendi, in peculiare recipiantur Collegium, ubi probentur, ad vitam vere evangelicam vivendam informentur, ad propria et sua officia utiliter exsequenda instruantur.

2794 7. Ad huiusmodi Collegium condendum. Episcopi eiusdem regionis, vel, si usus fuerit, plurium quoque regionum eiusdemve nationis, pro variis locorum adiunctis suam consocient operam. Eidem autem moderando praepositos peridoneos eligant, legesque tum de morum disciplina, tum de studiorum ratione accuratissime faciant, servatis, quae sequuntur, normis.

2795 8. In diaconatus tirocinium ii tantum iuvenes ascribantur, qui naturalem animi inclinationem ad sacrae Hierarchiae et christianae communitatis ministerium ostenderint, quique sat bonam doctrinae copiam, pro suae gentis suique loci consuetudine, sibi comparaverint.

2796 9. Proprium diaconatus tirocinium per tres saltem annos producatur; disciplinarum autem series ita digeratur, ut candidati ad varia diaconatus munera scite salutariterque obeunda ordinatili! et gradatim adducantur. Tota praeterea studiorum ratio ita poterit componi, ut extremo anno praecipua tradatur institutio pro diversis muneribus, quae diaconi potissimum exaequentur.

2797 10. Huc insuper addantur usus atque exercitationes edocendi pueros aliosque fideles christianae religionis elementa, cantum sacrum evulgandi et moderandi, divinos Scripturae libros in tidehum coetibus perlegendi, populum alloquendi et adhortandi, Sacramenta, quae ad diaconos spectant, ministrandi, aegrotos invisendi, caque in universum implendi ministeria, quae ipsis committi possunt.

III

to798 11. Grandioris aetatis viri, sive caelibes sive etiam matrimonio coniuncti. ad diaconatum vocari possunt; hi vero ne admittantur, nisi constet non solum de uxoris consensu, sed de eiusdem etiam cbristia.ua morum probitate iliisque dotibus, (piae viri ministerium nec impediant nec dedecorent.

2799 12. Grandior, de qua agitur, aetas attingitur (plinto ct tricesimo anno expleto; et tamen ita est intellegenda, ut nemo ad diaconatum vocari possit, quin diuturno vitae vere christianae exemplo, integris moribus et ingenio ad ministrandum proclivi, cleri fideliumque existimationem sibi conciliaverit.

2800 13. Cum dc viris matrimonio iunctis agitur, cavendum est, ut ii tantum ad diaconatum provehantur, qui, plures iam annos in matrimonio

viventes, se domni suae bene praeesse ostenderint, quippe quibus et uxor et lilii sint vitam vere Christianum agentes et integra fama praestantes.[1]

2801 14. Optandum est, ut tales etiam diaconi haud mediocri sint ornati doctrina, de qua nn. 8, 9, 10 supra diximus, vel illa saltem polleant scientia, quae episcopalis Uonferentiae indicio iisdem necessaria erit ad propria et sua munera implenda. Quam ob rem in peculiare Collegium aliquamdiu admittantur, ubi ea omnia addiscant, quae ad munus diaconale digne exsequendum opus erunt.

2802 15. Quodsi forte id lieri nequit, candidatus educandus tradatur spectatissimo sacerdoti, qui de eo curam agat, cumque doceat, deque eius prudentia ac maturitate testimonium afferre valeat. Semper autem ac sedulo cavendum est. ut tantummodo idonei peritique viri in sacrum ordinem ascribantur.

2803 16. Post ordinem receptum diaconi, grandiore etiam aetate promoti, ex tradita Ecclesiae disciplina ad ineundum matrimonium inhabiles sunt.

2804 17. Caveatur, ne diaconi artem vel professionem exerceant, quae Ordinarii loci iudieio eos dedeceat, vel fructuosam sacri muneris functionem impediat.

IV

2805 18. Quilibet diaconus, qui in aliqua religione non sit professus, alicui dioecesi sit rite ascriptus oportet.

2806 19. Quae normae de congruenti sacerdotum sustentatione accuranda deque socialibus, ut aiunt., cautionibus in eorum commodum spondendis vigent, eae in favorem quoque stabilium diaconorum servandae sunt, habita etiam ratione familiae diaconorum in matrimonio viventium, atque articulo n. 21 harum Litterarum perspecto.

2807 20. Episcopalis Conferentiae erit de honesta sustentatione diaconi eiusque familiae, si matrimonio est iunctus, certas edere normas, pro diversis locorum temporumque adiunctis.

2808 21. Diaconi, qui civilem professionem exercent, ex perceptis inde fructibus sibi suaeque familiae necessitatibus, quantum possunt, consulere debent.

V

2809 22. Secundum memoratam Concilii Vaticani II Constitutionem,[1] diaconi est, quatenus loci Ordinarius haec ipsa expedienda commiserit:

1) inter actiones litúrgicas episcopo et presbytero adesse in omnibus, quae rituales varii ordinis libri eidem attribuunt;

2) baptismum sollemni ritu administrare atque omissas caeremonias super baptizatum sive infantem, sive adultum supplere;

3) Eucharistiam asservare, sibi ceterisque distribuere, eam in viaticum morientibus afferre, atque eucharisticam benedictionem, quam dicunt, cum sacra pyxide populo impertire;

[1] **Cfr.** *l* ***T.*** **3, 10-12.**
[•] **[Cfr. n. 2590].**

4) ubi sacerdos deest, Ecclesiae nomine matrimoniis celebrandis assistere et benedicere ex delegatione episcopi vel parochi, ceteris servatis, quae in C. I. C. iubentur [1] atque firmo manente can. 1098. ubi quae de sacerdote dicuntur, ea de diacono etiam sunt intellegenda;

5) sacramentaba ministrare, funeris ac sepulturae ritibus praeesse;

6) divinos Scripturae libros fidelibus legere, populumque edocere et adhortari;

7) religiosi cultus officiis et supplicationibus praesidere, ubi sacerdos non adest;

8) verbi Dei celebrationes moderari, ubi praesertim sacerdos deest;

9) caritatis et administrationis officiis atque socialis subsidii operibus, Hiérarchisé nomine, perfungi;

10) parochi et episcopi nomine, dissitas Christianorum communitates legitime regere;

11) apostolica laicorum opera fovere et adiuvare.

2810 23. Quae omnia munera in perfecta cum episcopo eiusque presbyterio communione exsequenda sunt, videlicet sub auctoritate episcopi et presbyteri, qui eo loci fidelium curae praesunt.

2811 24. In Consiliis Pastoralibus diaconi, ut fieri potest, suam partem habeant.

VI

2812 25. Diaconi, utpote qui Christi et Ecclesiae mysteriis inserviant, a quovis pravitatis vitio se abstineant Deoque semper placere studeant, *ad omne opus bonum* pro hominum salute *parati*.- Ob receptura ergo ordinem, longe aliis excellant oportet in vitae liturgicae actione, in studio precandi, in divino ministerio, in oboedientia, in caritate, in castitate.

2813 26. Episcopalis Conferendae erit etficaciores normas statuere ad spiritualem vitam alendam diaconorum, tam in caelibatu quam in matrimonio viventium. Curent tamen locorum Ordinarii, ut omnes diaconi:

1) assidue legendo attenteque secum meditando Dei verbo vacent;

2) frequenter, vel etiam cotidie, quantum fieri potest, Missae sacrificio actuosi intersint, SS. Eucharistiae sacramento reficiantur idemque pietatis causa invisant;

3) frequenter Paenitentiae sacramento sui animi maculas abluant, quod ut digne recipiant cotidianam conscientiae suae censuram gerant;

4) Deiparam Virginem Mariam impenso pietatis cultu venerentur ac diligant.

2814 27. Maxime decet stabiles diaconos aliquam saltem divini Officii partem, ab episcopali Conferentia definiendam, cotidie recitare.

2815 28. Diaconi dioceesani saltem tertio quoque anno in pia aliqua religiosave domo, ab Ordinario designata, sacris exercitationibus vacare debent.

2810» 29. Doctrinarum, praesertim sacrarum, studia diaconi ne inter-

[1] **Cfr. cann. 1095 $ 2; et 1096.**
[2] **Cfr. *2 T*. 2, 21.**

mittant; divinos Scripturae libros assidue legant; ecclesiasticis disciplinis ita se dedant, ut catholicam doctrinam recte ceteris explanare possint, utque in dies magis idonei liant ad fidelium animos erudiendos et roborandos. Ad id assequendum, diaconi in conventus statis temporibus habendos advocentur, ubi quaestiones de vita et sacro ministerio agantur.

2817 30. Diaconi, ob peculiares commissi sibi ministerii rationes, reverentiam et oboedientiam episcopo profiteri tenentur; episcopi vero hos plebis Dei administros magni faciant in Domino, cosque paterna caritate prosequantur. Si quis autem diaconus extra propriam dioecesim iusta de causa aliquamdiu commoratur, vigilantiae et auctoritati loci Ordinarii in iis, quae ad diaconalis status officia ac munera pertinent, libenter obsecundet.1

2818 31. Quod ad vestis habitum spectat, loci consuetudo servanda erit secundum normas, ab episcopali Conferentia praestitutas.

VII

2819 32. Diaconatum permanentem constituere apud religiosos ius proprium Sanctae Sedis est, ad quam unice pertinet Capitulorum Generalium hac de re vota expendere atque probare.

2820 33. Diaconi religiosi ministerium diaconale, obeant sub episcopi suorumque antistitum auctoritate, secundum normas, quae in sacerdotes religiosos valent; tenentur quoque legibus, quibus eiusdem religionis sodales astringuntur.

2821 34. Diaconus religiosus, sive stabiliter, sive ad certum tempus commorans in regione, quae diaconatu permanenti caret, munera diaconalia ne exerceat, nisi loci Ordinarii assensu.

2822 35. Quae nn. 32-34 de religiosis dicuntur, eadem de sodalibus ceterorum institutorum, evangelica consilia profitentium, sunt pariter intellegenda.

VIII

2823 36. Quod denique attinet ad ritum servandum in sacro diaconatus Ordine conferendo, et ad Ordines, qui ipsi diaconatui praeponuntur, disciplina adhuc obtinens servetur, donec a Sancta Sede recognoscatur.

Ad extremum, post hasce traditas normas, illud sponte ex animo Nostro voluti profluit votum, ut diaconi, arduo suo munere in nostrae huius aetatis adiunctis perfungentes, praeclara, quae illis ad imitandum proponimus, sequantur exempla S. Stephani protomartyris, qui, ut ait S. Irenaeus, *primus in diacoivium ab Apostolis electus est,*2 et S. Laurentii Romani, *qui non solum ministerio sacramentorum, sed etiam dispensatione ecclesiasticae substantiae praeeminebat.*3

AAS 59, 699-704.

1 **Ics** OlUENTAL., *De Personis,* **can. 87: AAS 49, 462. (Cfr. n. 3298].**
* ***Adv. Hacrescs,* IV, 15, 1: MG 7, 1013.**
' **S.** Leo Magnus, ***Senn.* 85: ML 54, 436.**

De quibusdam principiis paedagogicls servandis in educatione clericorum ad caelibatum

(Ex Litt. Encycl. *Sacerdotalis caelibatus,* de sacerdotali caelibatu. 24 iun. 1967).

2824 14. Legem igitur vigentem sacri caelibatus nunc etiam cum sacerdotali munere esse conectendam censemus; eaque fulciri oportere sacerdotem, cum constituit praeterquam se totum, se in perpetuum, se uni tantummodo summo (’liristi amori dicare, operam quoque suam Dei religioni, Ecclesiaeque commodis navare. Ea insuper caelibatus lege status et condicio sacerdotis opus est distinguatur, sive ad fidelium sive ad profanorum hominum convictum quod spectat.

2825 15. Concedimus sane, donum supernae invitationis ad sacerdotium, ad cultum Deo adhibendum et ad religiosa bona cbristiano populo ministranda spectans, a dono differre, quo quis ad caelibatum, uti vitae condicionem Deo sacratam, eligendum movetur.[1] Attamen superna, quam diximus, ad sacerdotium invitatione nihil sane efficitur, nihil absolvitur, nisi is illam periclitatus fuerit et probaverit, penes quem ministerii populi christiani est onus et potestas. Quam ob causam in rationem ecclesiasticae auctoritatis cadit, pro locis et temporibus, decernere quibus reapse numeris et virtutibus eos ornari deceat, quibus opportune animorum et Ecclesiae sint utilitates concredendae.

2826 47. lesus Dominus noster paucis admodum viris, quos nemo sane et numero et viribus impares non indicaret, formidandum munus evangelium usque quaque evulgandi concredere non dubitavit. Sed gregi tam pusillo mandavit ne timeret,[2] cum per ipsum atque cum ipso, diuturna scilicet praesentissimi auxilii continuatione,[3] victoriam de mundo esset ädepturus. Idem praeterea monuit, Dei regnum tam interiore ac recondita vi sua pollere, qua et increscere et messem edere, etiam *dum nescit* homo, possit.[6] Huiusce porro regni *messis quidem multa, operarii autem* — nunc ut initio *pauci,* quin etiam numquam totidem fuerunt, quot humano saltem indicio sufficere viderentur. Verum caelestis Rex impensas a nobis preces postulat, ut ipse *dominus messis mittat operarios in messem suam (Ml.* 9. 37-38). Qua in re humanae prudentiae consiliis praeponderari nequit arcana sapientia Christi, qui semper in memoria reparatae salutis sive hominum sapientiam sive potentiam sua stultitia suaque infirmitate contempsit.'[1]

2827 48. Nunc igitur fidei virtute suffulti, quid hac de re sentiat Ecclesia in medium proferimus: quae si alacrius et constantius divinae gratiae obsequatur, si apertius et amplius arcanae eius invictaeque potentiae

[*] **Cfr. nn. 5 et 7 Istius documenti.**
[’] **Cfr. *L.* 12, 32.**
[•] **Cfr. *Ait.* 28, 20.**
[‘] **Cfr. *Io.* 16. 33.**
[*] **Cfr. *Ale.* 1. 26-29.**
[•] **Cfr. *I C.* 1. 20-31.**

confidat, si denique Christi mysterium palam pleneque testilicetur, pro certo habet se numquam defutnram esse gravissimo illi muneri salutis universo mundo afferendae, quamvis humanae rationes ac falsae rerum species sibi repugnent. Unusquisque se noverit omnia posse in eo, qui solus animos confortat,[1] suaeque Ecclesiae incrementum dat.[2]

2828 49. Neque vero facile adducimur ut credamus, si ecclesiasticus tollatur caelibatus, continuo ea de causa numerum ad sacra munia vocatorum valde increbrescere. Nostrorum enim dierum usus Ecclesiarum ceterarumque communitatum religiosarum, quae suos sinunt administros nuptias inire, in contrarium prorsus videtur inclinare. Aliunde sane repetendae sunt causae, cur ad sacerdotium vocati numero decreverint. Nam eae, ut nonnulla exempla subiciamus, in hoc sunt positae, quod apud singulos domesticosque convictus rerum divinarum ac sacrarum sensus amissus ac paene sit exstinctus, quod ab iis minoris nihilique fere aestimetur Ecclesia, quae sui vi muneris hominum saluti per fidem atque sacramenta prospiciat. Haec igitur quaestio, unde est exorta, ibidem est pervestiganda.

2829 60. Ex huiusmodi, quae exposuimus, cogitatis de sacrae virginitatis nitore, gravitate atque recondita convenientia, ad Christi et Ecclesiae ministros quod attinet, iis, qui Magistri Pastorisque partes in Ecclesia sustinent, praegrave onus oritur, omnibus viribus curandi, ut virginitas reapse colatur iam inde ab illa aetate, qua animus ad tam praeclarum suscipiendum donum paratur.

Etenim difficultates atque molestiae, quae nonnullis sacerdotibus sacri caelibatus conservationem vel asperam vel prorsus impossibilem faciunt, haud raro ex impertita sacrorum alumnis institutione afferuntur, quae, ob recentes rerum conversiones, iam omnino apta haud censenda sit ad *Dei hominem*[1] digne formandum.

2830 61. Qua <le re Sacri Concilii Oecumenici Vaticani II Patres iam normas ac praecepta ediderunt sapientissima, non modo cum progressibus disciplinarum de hominis animo deque adulescentium educatione congruentia, sed etiam cum singulorum hominum et civilis societatis condicionibus convenientia, nostra hac aetate valde immutatis.[4] Volumus propterea, ut quam primum peculiares condantur leges, quibus de hac disciplina late diffuseque, ut par est, agatur, peritis quoque viris ad adiutricem navandam operam arcessitis; ut iis, qui in Ecclesia gravissimum susceperunt munus sacerdotii candidatos instruendi, praesens opportunumque praebeatur subsidium.

2831 62. Sacerdotium est ministerium a Christo lesu institutum, ad inserviendum eius Mystico Corpori, quod est Ecclesia. Quam ob causam

[1] Cfr. P/i. 1, 13.
[2] Cfr. *1 C.* 3, 6.
[3] Cfr. *1 T.* 6, 11.
[4] Cfr. Decr. *Optatam totius,* nn. 3-11: AAS 58, 715-721; Decr. *Pcrfcctw caritatis.* n. 12: AAS 58. 707. (Cfr. nn. 2624 s.).

illud ad Ecclesiae Auctoritates spectat, ut eos tantum, quos idoneo- iudicaverint, ad sacerdotium admittant, hoc est eos, quibus Deus, praeter cetera sacrae vocationis indicia, etiam sacri caelibatus donum concesserit?

Ex huiuscomodi dono, canonica lege confirmato, vocatur horno ut libera voluntate plenoque sui devovendi studio invitanti Deo obtemperet, cinaque auctoritati mentem atque conscientiam accommodet. In re vera Deus certum aliquem virum vocat, sui ipsius plane compotem, cuius libertatem caelestis gratia neutiquam intercipit. In sacerdotii ergo candidatis animus ita excolendus est, ut divinum munus in se docili ingenio recipiant, et Deo vocanti praesto sint, atque adeo praecipuum locum supernis subsidiis tribuant.

2832 03. Sed ratio quoque accurate habeatur oportet de corporis animique candidati condicionibus, ut is apte ad celsum sacerdotii fastigium consequendum dirigi atque institui possit. Quam ob rem ut educatio candidati, cuius verae animi condiciones et facultates iam penitus perspectae sint, reapse id assequatur ad quod spectat, necesse plane est divinae gratiae processum cum naturae processu concinne componat. Quae animi condiciones religiosissima diligentia inspiciendae sunt, ubi primum sacrae vocationis indicia se ostendunt. Cum enim nemini oporteat tumultuario levique indicio (idem adiungerc, ad rem adhibendus quoque erit aliquis medicinae vel, ut Graeco verbo utamur, psychologiae peritus, qui huic investigationi adsit auxiliumque ferat. Neque praetereunda erit accurata pervestigatio, quam *anam nesticam* appellant, ut probetur utrum candidatus ad sacerdotium idoneus sit, etiam gravissima illa ratione considerata, quae ad animi corporifique bona a parentibus quasi hereditate accepta pertinet.

2833 1)4. Ii autem, qui, corporis, animi ac morum ratione habita, minus idonei existimentur, statini a sacerdotio capessendo dehortandi sunt. Quare sciant educatores, se ad hoc faciendum gravissimo officio adigi; ne inani spei aut fiduciae periculorum plenae indulgeant, neve ullo modo sinant, sacrorum alumnos hanc spem fovere, cum magno sui et ipsius Ecclesiae detrimento. Tale enim vitae genus, quale caelebs sacerdos agere debet, cum interius exteriusque tam impense divinis rebus vacare iubeat ac tanta indigeat, prudentia, candidatum minime admittit, qui, ad corpus, ad animum, ad mores quod attinet, haud satis se praebeat necessariis dotibus ornatum; neque exspectandum est. hac in re divinam gratiam ea, quae naturae desint, subiecturam esse.

2834 65. Statini atque candidatum idoneum esse constiterit, eidemque facultas facta erit iter, quod ad sacerdotium eum perducet, ingrediendi, sedula cura adhibenda erit, ut ipse plenam personae suae maturitatem gradaiim per congruam educationem adipiscatur, quae eius corpus, mentem ac mores attingat, adeo ut nativam indolem, animi sensus atque impetus cohibere ac regere valeat.

2835 66. Quam congruam educationem comprobabit ea animi fortitudo, qua fit ut quis privatam et communem vivendi disciplinam, qualem

* **Cfr. supra, n. 15. (Cfr. n. 2S25).**

sacerdotalis vita postulat, ultro amplectatur. Haec disciplina, cuius defectio aut enervatio deplorandae sunt, utpote quae ad gravia pericula adducant, non quasi onus extrinsecus impositum ferri debet, sed, ut ita dicamus, intus in animum excipienda atque inserenda, ut vitae spiritualis pars necessaria habeatur.

2836 67- Ars educandi in eo versari debet, ut iuvenes ad sinceritatis virtutem, sacri Evangeli! propriam,[1] et ad sponte agendum conformentur; quod eveniet, si quaevis bona privata incepta foveantur, eo spectantia, ut invenis discat se noscere suasque vires recte aestimare, onera scienter suscipere, illudque sui ipsius imperium adipisci, quod summi momenti est in sacerdotali educatione impertienda.

2837 68. Oportet praeterea usus auctoritatis, cuius suprema principia semper firmiter sunt retinenda, non solum sapienti moderatione pastoralique animo fiat, et colloquii instar procedat, sed etiam alumnos per gradus exerceat; adeo ut educator magis magisque invenis animum perspicere possit, atque educatio hoc habeat proprium, ut sit praecipue actuosa, idemque invenis, ex animi sententia, ad reapse agendum moveatur.

2838 69. Plena ac perfecta sacerdotii candidati educatio eo spectare debet, ut is tranquillo animo, scienter et libere gravia ea munera eligat, quae ipsi aliquando summa religione coram Deo et Ecclesia erunt suscipienda.

Animi ardor atque magnitudo sane mira sunt iuvenum ornamenta, quae, si recte excolantur atque firmentur, eiusmodi sunt, ut non modo caelestia praesidia, verum etiam admirationem et fiduciam Ecclesiae, immo et universorum hominum, ipsis concilient. Iuvenes nulla lateat earum difficultatum, quas huiusmodi vitae genus eligentes in se ipsi aut in hominum societate reapse in posterum experientur, ut sui animi inflammatio ne levis aut inanis evadat; at una eum difficultatibus aequum erit iisdem in sua luce ostendere, non minore veritate et claritate, sublimem electae vitae praestantiam; quae quidem, si hinc personae humanae vacuum quoddam in corpore et in animo parat, hinc nihilominus talem affert spiritualem plenitudinem, quae valeat sacerdotis vitam penitus afficere et ad summum evehere perfectionis fastigium.

2839 70. Iuvenes persuasum habeant, se arduum huiusmodi iter terere non posse, nisi peculiarem asceseos disciplinam amplectantur, communia officia ceterorum christifidelium exsuperantem atque sacerdotii candidatorum propriam.

Asceticam disciplinam dicimus, severam quidem, non autem animos opprimentem, quae coniunctain habeat consciam assiduamque earum virtutum exercitationem, quae efficiunt, ut sacerdos a ceteris hominibus distinguatur. Hae virtutes sunt: summum se devovendi studium quae necessaria condicio est, ut (piis Christi assecla fiat[2] -; humilitas atque oboedientia, quae interiorem veritatem recteque ordinatam libertatem

1 **Cfr.** ***MI. 5,*** **37.**
2 **Cfr.** ***ibid.,*** **16, 21;** ***Io.*** **12, 25.**

significant; prudentia et iustitia, fortitudo atque temperantia, ♯ne quibus veri nominis religiosa vita, eaque excellens, haberi nequit; egregia ollicii conscientia; fidelitas ac probitas in muneribus gerendis; actuosae et contemplativae vitae apta coniunctio; animi a terrestribus rebus abalienatio paupertatisque studium, e quibus suam vim et virtutem accipit evangelica libertas; castitas, numquam intermisso nisu comparata, eum ceteris naturalibus et supernaltiralibus virtutibus pulchre conveniens; animi serenitas ac. securitas in commercio habendo cum hominibus, quorum causa sacerdotii candidatus Christo eiusque regno sese aliquando devovebit.

Hac via sacrorum alumnus, iuvante Dei gratia, vir evadet aequo, forti ac maturo animo praeditus; in quo scilicet nativae vires cum virtutibus labore partis conspirabunt, omnesque facultates mirum in modum inter se cohaerebunt, cum eas illuminent tides atque coniunctio cum Christo, qui illum elegit, ut sibi famularetur et salutis administer humano generi fieret.

2840 "1. Attamen, quo certius constet, iuvenem ad sacerdotium idoneum esse, et deinceps testimoniis probetur eundem humanam ac supernaturalem maturitatem adeptum esse est enim *difficilius bene conversari cum cura animarum, propter exteriora pericula* [♯] — oportet sane sacri caelibatus observantia certis spatiis experimento probetur, antequam per presbyteratus ordinem stabilis ac perpetua evadat?

2841 72. Cum pro viribus probatum erit, maturitatem sacerdotii candidati satis iam firmitatis habere, tunc ipse profecto poterit grave et suave sacerdotalis castitatis onus suscipere, tamquam plenam sui ipsius donationem Christo eiusque Ecclesiae factam.

Ita eninivero sacrorum alumnus, divina aspirante gratia, caelibatus legem, quae ex voluntate Ecclesiae cum sacerdotali ordine re vera coniungitur, plane conscius ac liber in se suscipiet, non sine tamen, uti patet, prudenti et sapienti probatorum pietatis magistrorum consilio, quorum erit magnam ac liberam optionem factam non iniungere, sed magis consciam reddere. Atque eo gravissimi temporis momento, in quo lotius futurae vitae suae cursus vertetur, candidatus non modo externae cuiusdam vexationis onus non persentiet, sed potius ex optione illa propter Christi amorem peracta magnam hauriet laetitiam.

2842 73. Sacerdos nullo modo existimet, sacra ordinatione suscepta, sibi iam omnia facilia reddi, aut se a quibusvis vitiorum illecebris vel periculis in perpetuum iam tutum fore. Castitas non eiusmodi virtus est, ut (piis eam semel in perpetuum adipiscatur; sed magno labore et cotidiana exercitatione comparatur. Nostra haec aetas magnopere germana bona extollit illius amoris, qui ad mutuum utriusque sexus commercium pertinet; sed hac in re, pro dolor, difficultates et pericula etiam multiplicavit. Quapropter, ad castitatis bonum omni diligentia tuendum, atque ad excelsam huius virtutis dignitatem palam testandam, necesse prorsus

♯ **S.** Thomas, ***Summa Theol.*** **II, II, q. 184, a. 8 c.**

• **Cfr.** Conc. Vat. **II, Decr.** ***Optatam totius,*** **n. 12: AAS 58, 721. [Cfr. n. 2633].**

est, ut sacerdos aperto ac sereno animo suam condicionem consideret, hoc est, se existimet iugi spirituali certamini obnoxium, adversus cupiditatum illecebras, quas in se ipso et in mundo experietur; ac praeterea sine intermissione propositum renovet, magis magisque irrevocabile sui ipsius donum perficiendi, cui fidem plenam ac sinceram reapse praestare debet.

2843 **74. Christi sacerdos novam vim novamque laetitiam percipiet, si cotidie precando meditandoque altius donationis suae causas explora-verit atque in dies magis persuasum habuerit, se optimam partem elegisse. Hanc ob causam sacerdos humiliter et perseveranter fidelitatis gratiam implorabit, iis defuturani numquam, qui illam sincero animo postulaverint, ad id naturalibus et supernaluralibus subsidiis, quae ipsi praesto sunt, simul adhibitis. -Ac praesertim sedulo servandas curabit illas asceseos normas, quae in Ecclesia experiendo iam comprobatae sunt, quaeque in praesentibus rerum adiunctis, non minus quam anteacta aetate, necessariae videntur.**[1]

2844 **75. In primis sacerdos, quam maximo potest amore, divina gratia indito, det operam excolendae intimae suae cum Christo coniunctioni, eiusque inexhausto ac beatitudinis pleno mysterio investigando. Studeat praeterea Ecclesiae mysterium praeclarius perspicere, a quo seiuncta sacerdotalis vitae condicio in periculo est, ne vana atque absurda ipsi videatur.**

At vero, si pietas sacerdotalis a purissimis divini Verbi et sanctissimae Eucharistiae fontibus alimoniam ducat; si cum actione liturgica vitaliter coniungatur; si denique tenero et conscio cultu fulciatur SS. Virginis, summi et aeterni Sacerdotis Matris eiusdemque Apostolorum Reginae,[2] tunc sacerdos scaturigines attinget ipsius germanae spiritualis vitae, quae sola efficit, ut sacrae virginitatis conservatio voluti in firmissimo fundamento consistat.

2845 **76. Sacerdos, qui divina gratia atque interiore pace fruatur, forti sane animo vitae suae suique ministerii multiplicia munera tueri valet; nam, dum fide ac religionis studio permotus eadem obeat, novas occasiones nanciscitur testandi, se totum ad Christum pertinere ad eiusque Mysticum Corpus, ut sanctitudinem sibi aliisque hominibus comparet.**

i I **Caritas Christi, quae eum urget,[3] opem et auxilium feret, non ut potissimos animi sui sensus cohibeat, sed ut eosdem sublimiores et altiores reddat; idque efficiet devovendi se studio, sicut Christus, summus sacerdos, qui artissimam vitae communionem cum hominibus habuit, eos dilexit et pro ipsis passus est;[4] sicut etiam Paulus Apostolus, qui omnium sollicitudines participabat,[6] ut in mundo lucem et virtutem Evangelii gratiae**

B **Dei testificaretur.®**

1 **Cfr.** Conc. Vat. **II, Decr.** ***Presbyterorum Ordinis,*** **nn. 16, 18: AAS 58, 1015-1016; 1019. (Cfr. nn. 2713; 27181.**

’ **Cfr.** ***ibid.,*** **n. 18.**

• **Cfr. 2 C. 5, 14.**

‘ **Cfr.** ***Hb.*** **4, 15.**

» **Ctr.** ***1 C.*** **9, 22; 2 C. 11, 29.**

• **Cfr.** ***A.*** **20, 24.**

2846 77. Sollicitudine actus integrum servandi donum suipsius Christo factum, sacerdos sese tueatur ab iis animi impulsionibus, qui affectu» gignunt haud satis cum rationis lumine et moderamine consentaneos, neque necessitates vitae spiritualis vel apostolatus tamquam causas afferat ad excusandas animi propensiones, quae reapse periculorum plenae sunt habendae.

284" 78. Sacerdotalis vita flagrans studium postulat pietatis verae ac sincerae, vi cuius sacri administri Spiritu vivant, Spiritu et ambulent;| postulat internam atque externam christianae aseeseos disciplinam virili animo vere dignam, quemadmodum eos addecet qui, et peculiari quodam nomine Christo famulentur, et in ipso et propter ipsum *carnem guani, crucifixerunt cum, vitiis cl concupiscentiis *uis;* atque adeo minime dubitant ardua ac diuturna inire certamina? Quae si praestiterit. Christi administer apertius inundo ostendere poterit fructus Spiritus, qui sunt: *caritas, gaudium, pax, patientia, benignitas, bonitas, longanimitas, mansuetudo, fides, modestia, continentia, castitas (G.* 5, 22-23).

2848 79. Sacerdotalis castitas invalescit, custoditur ac defenditur eo etiam vivendi genere, iis socialibus condicionibus iisque artibus, quae Dei administrorum sunt propriae; quare omnino oportet quam maxime illam foveri *intimam, fraternitatem sacramentalem*,‘ qua sacerdotes omnes ob sacrum Ordinem susceptum frumitur. Dominus lesus docuit urgere novum praeceptum caritatis; idque exemplo suo mirum in modum testatus est, tunc praesertim cum SS. Eucharistiae et catholici sacerdotii sacramenta instituit.J atque caelestem Patrem rogavit, ut dilectio, qua ab eo ex omni aeternitate diligeretur, in illis esset, et ipse in *illis.

2S49 80. Perfecta sit igitur inter sacerdotes animorum coniunctio. ac frequens inter eos foveatur precationum, serenae amicitiae et cuiusvis mutuae opis commercium. Nec satis umquam sacerdotibus commendabitur quaedam vitae communis forma, ut sacerdotale munus magis magisque pietate imbuatur; vel frequens conventuum consuetudo, in quibus ipsi fraterno more cogitata, hortamenta et experimenta inter se communicent; vel denique consociationum incrementum, ad sacerdotalem sanctitudinem incitandam spectantium,

2850 81. Sacerdotes diligentissime perpendant Concilii Vaticani II monitum,7 quo invitantur ad mutuam sensuum communionem fovendam, ut penitus sentiant in se sortem recidere suorum in sacerdotio fratrum, qui difficultatibus laborent ac divinum donum, quod in ipsis est, in grave discrimen adduci patiantur. Erga eos caritate flagrent, nipote qui magis quam ceteri ȝmori benevolentia, precibus et auxiliis prudentibus efficacibusque indigenti», atque iustam habeant causam, cur inexhausta

1 **Cfr.** *G.* **5, 25.**
’ *Ibid. 6,* **24.**
’ **Cfr.** *l C.* **9. 26-27.**
• **Cfr.** Conc. Vat. **II. Decr.** *Presbyterorum Ordinis,* **n. 8: AAS 58, 1003. (Cfr. n. 2697].**
1 **Cfr.** *Io.* **13, 15 ot 34-35.**
c **Cfr.** *ibid..* **17, 26.**
1 **Cfr. Decr.** *Presbyterorum Ordinis.* **n. 8: AAS 58. 1003-1005. [Cfr. n. 2697].**

illorum caritate nitantur, qui prae ceteris verissimi ipsorum amici sunt atque esse debent.

2851 82. Denique, ut Nostri huius epistolaris colloquii quoddam (piasi complementum et monumentum tradamus, vos, Venerabiles in Episcopatu Fratres, vosque, sacerdotes, altaris administri, hortari velimus, ut unusquisque vestrum quotannis, anniversario die suscepti sacerdotii, aut omnes una simul animo coniuncti feria V in (.'ena Domini, quo religiosissimo die sacerdotium institutum est, propositum ineatis plenam fidentemque vestram ipsorum donationem olim Christo Domino factam renovandi, nec non conscientiam in vobis excitandi vestrae ad sacra munera electionis, ac denique cum humilitate et animi fortitudine iterum Christo pollicendi, vos unico eius amori vestraeque castissimae donationi l in perpetuum futuros esse fideles.

AAS 59, 662-663; 676-677; 681-690.

S. Congregationis pro Institutione catholica competentia definitur

(Ex Const. Apost. *Regimini Ecclesiae universae,* dc Romana Curia, 15 aug. 1967).

2852 75. Quae hactenus Sacra Congregatio de Seminariis et Studiorum Universitatibus nuncupata est, nomen sumit Sacrae Congregationis pro Institutione catholica.

76. § 1. Congregatio, cui praeest Cardinalis Praefectus, iuvantibus Secretario et Subsecretario, competentiam habet circa ea quae respiciunt promovendam clericorum formationem ct scientificam institutionem catholicam sive clericorum sive laicorum, firma competentia tum Congregationis pro Religiosis et Institutis saecularibus in iis quae ad religiosos qua tales formandos pertinent, tum Congregationis pro Gentium Evangelizatione.

§ 2. Congregatio in triplex dispescitur officium.

2853 77. Per primum officium videt:

1. omnia quae spectant ad regimen, disciplinam, temporalem administrationem seminariorum, salva competentia Congregationis pro Gentium Evangelizatione, quacuin concordi consilio et debita rerum coordinatione agendum est;

2. ea quae attingunt promovendam educationem cleri dioccesani atque scientificam institutionem religiosorum et institutorum saecularium; peculiariter vero perpendit et approbat seminariorum regionalium vel interregionalium statuta, ab Episcopis quorum interest parata.3

2854 78. Per secundum officium moderatur Universitates vel Facultates, Athenaea, necnon quaevis instituta seu coetus superiorum stu-

* **Cfr. *R*. 12, 1.**

l Conc. Vatic. **II, Decr. *Optatam lotius,* n. 7: AAS 58, 719. [Cfr. n. 26281.**

diorum, quae catholico nomine rite ornentur, quatenus ab Ecclesiae auctoritate quomodocumque dependeant, haud exclusis iis quae a religiosis reguntur vel a laicis; institutiones ct associationes ad studia provehenda fovet, ct approbat; adnititur ut in Universitatibus catholicis habeantur tum instituta quae primariae investigationi scientificae vel artisticae promovendae inserviunt, tum saltem cathedra sacrae theologiae, in qua lectiones tradantur laicis quoque alumnis accommodatae;[1] normas praebet quoad academias et bibliothecas, praeter Vaticanam; fovet cooperationem mutuumque adiutorium Universitatum catholicarum atque consociationes earum sive nationales sive internationales; adlaborat ut apud Universitates non catholicas erigantur convictus et centra universitaria catholica?

2855 79. Per tertium OFFICIUM curat erectionem scholarum paroeeialium et dioecesanarum, invigilat omnibus scholis catholicis, cuiusque generis et gradus, infra tamen Universitates et Facultates, itemque institutis instructionis seu educationis ab auctoritate Ecclesiae dependentibus, nisi agatur de scholis quae dumtaxat praeparent ad vitam religiosam, tirino tamen praescripto n. 77. 2°; idcirco ad universum orbem catholicum extenditur eius competentia ad scholas quod attinet, nisi agatur de locis dependentibus a Congregatione pro Ecclesiis Orientalibus vel a Congregatione pro Gentium Evangelizatione.

80. Praeterea Congregatio quaestiones generales perscrutatur educationem et studia respicientes; cooperationem curat eum Conferent iis Episcopalibus, itemque cum auctoritatibus civilibus coetibusque nationalibus et internationalibns, servata debita coordinatione cum S. Consilio pro Publicis Ecclesiae negotiis; vires coordinai mediaque ad iura et libertatem scholae vindicanda; congressus nationales et internationales approbat, in quibus praefatae quaestiones agitantur.

AAS 59, 913-915.

De Seminariorum unitate sert anda

(Ex Litt. Em. Cani. G. M. Garrone, Praefecti S. C. PRO Instit. Cath. ad Em. Card. it. Silva Henriquez, Arehiepiscopum S. Jacobi in Chilo, 28 oct. 1967).

285G Vous avez bien voulu me poser la question suivante:

Peut-on concevoir un Séminaire divisé en petites communautés dispersées dans une Ville et dont chacune serait rattachée à une équipe paroissialet

Ea question, à vrai dire, n'est pas nouvelle et, sous une forme ou sous une autre simplo question, suggestion, article do revue ou même, je le soupçonne, essai de réalisation... . elle est déjà venue jusqu'à la Congrégation. On entendait même parfois, semble-t-il. le rattachement à une simple « communauté humaine » et non à une communauté paroissiale.

[1] *Ibid.,* Declaratio *Gravissimum educationis,* n. 10: AAS 58, 737. [Cfr. n. 2645).
[2] *Ibid.,* n. 10. (Cfr. n. 2647).

Les deux expériences concrètes auxquelles ou se référait souvent sont: celle du Séminaire Jean XXIII à Louvain, et celle du Séminaire de Vocations Tardives de San Juan de las Missiones au Paraguay. Ces deux expériences, (pii ont fait beaucoup de bruit, sont plus souvent évoquées que précisément connues. Or, il ne faut en parler que sur connaissance directe, car elles se présentent dans des conditions très différentes de celles qu'on leur prête communément: le Séminaire belge n'intéresse que les années de Philosophie et ne réalise aucunement une dispersion dans une ville; le Séminaire paraguayen est une réalisation extrêmement modeste — une dizaine d'élèves — dans le cadre d'une toute petite ville où l'on ne peut parler de « dispersion ». Et surtout, quel que soit le jugement qu'on porte sur ces deux expériences, elles appellent, dans la pensée même de leurs initiateurs, le jugement du temps.

Il faut donc répondre à la question initiale en analysant avec soin *les raisons générales* dont pourrait s'inspirer et se réclamer un tel projet. Ces raisons ne sont certes pas sans valeur, pour autant qu'on puisse les interpréter exactement, mais elles ne peuvent aller sans un examen et une critique sérieuse portant sur les *dangers à prévenir.* On est ainsi conduit à se redire *les conditions d'existence et de fonctionnement d'un Séminaire authentique,* et, par voie de conséquence, à *reconnaître comme seule possible et raisonnable une formule bien plus limitée* que celle qui est envisagée dans la question posée par Votre Eminence.

* * *

2857 A quelles *raisons profondes* répond la perspective d'un Séminaire fragmenté?

On peut en discerner deux, de valeur indiscutable: la nécessité d'un régime de formation tel que la personnalité puisse se développer et s'exercer; la nécessité ou le besoin d'un engagement réel dans la vie de l'Eglise et du monde.

C'est au Concile lui-même, et en particulier au Décret sur la Formation des Clercs, que l'on peut légitimement se référer pour exiger d'un Séminaire qu'il se prête à *cultiver la personnalité,* l'initiative, la prise effective de responsabilité. Ce vœu des jeunes, qui est ainsi également une exigence de l'Eglise, ne peut être satisfait en n'importe quelles conditions de cadre matériel et d'organisation. En particulier le rassemblement dans un unique édifice sans divisions internes, d'une masse considérable, peut sembler incompatible avec l'éducation de la personnalité des futurs prêtres et il provoque dans leur conscience une véritable répugnance et une irritation. En effet, le fonctionnement ordonné d'une masse est impossible sans le secours d'une ‹ discipline » sévère, qui est une nécessité mais aussi une commodité pour les « gardiens de l'ordre », qu'elle dispense de provoquer chacun aux initiatives nécessaires en créant dans la psychologie des jeunes d'aujourd'hui un sentiment insurmontable d'insatisfaction. Le Règlement minutieux peut en effet et a pu servir à la formation d'âmes de grande qualité qui acceptaient d'y voir aussitôt en chaque détail une expression de la Volonté do Dieu. Mais il faut bien

reconnaître qu'il a pu être également souvent un procédé économique pour se dispenser d'un véritable et dillicile effort d'éducation personnelle. Le milieu général est devenu tel qu'il faut trouver une organisation où la coopération active de chacun soit une condition essentielle de la formation. Et on ne voit pas pourquoi on le regretterait.

C'est ainsi que l'idée d'une fragmentation du Séminaire s'est peu a peu fait jour sous toutes sortes de formes et à des degrés divers, depuis la simple « équipe » jusqu'à la « dispersion » qui fait l'objet de la demande d'aujourd'hui.

Mais cet aspect des choses n'est pas le seul. On peut, plus ou moins formellement. en discerner un autre. En effet, la conscience des jeunes d'aujourd'hui est profondément sensible au fait (pie le Séminaire, sous sa forme classique d'une Maison unique et plus ou moins fermée, crée et entretient une atmosphère très différente de l'atmosphère réelle. Le jeune éprouve un malaise à se sentir ainsi *installé dans l'artificiel,* et il redoute sourdement de se trouver un jour plongé dans la réalité par son ministère avec les ressources d'une éducation qui y était absolument étrangère. Il faut sans doute attribuer pour une large part à ce sentiment l'hésitation généralisée des jeunes à s'engager. Or l'ouverture nécessaire pour une préparation pastorale vraie prend assez naturellement la forme d'un désir d'« insertion » et, par conséquent, car on ne voit pas comment une telle insertion pourrait se réaliser autrement — d'un désir de « division » en petites communautés partageant la vie réelle des hommes ou au moins des prêtres.

Ce sont là sans doute les deux aspirations fondamentales où prend sa source l'idée d'une dispersion du Séminaire. On ne peut considérer ces deux aspirations comme sans valeur. Elles comportent certainement, en profondeur une vue juste à laquelle le Séminaire se doit de donner satisfaction.

Peut-être faut-il également attribuer une certaine influence à l'image qui est offerte ici ou là de plus en plus par la nécessité d'une • concentration 0 — c'est le nom que ce phénomène a pris en Hollande . En effet, la réduction des effectifs, la pénurie des maîtres, l'intérêt d'une entr'aide pour un enseignement plus qualifié amènent à envisager, autour d'un centre d'enseignement, la création d'unités satellites dont chacune correspond ou correspondrait soit à une Congrégation religieuse, soit à un Diocèse déterminé. Même si une telle organisation ne correspond pas précisément à la question posée, elle n'est peut-être pas sans influence pour la faire surgir.

2858 Quelle que soit la valeur des raisons que nous venons d'évoquer, il est impossible de douter qu'elle se complique, dans la psychologie des jeunes en particulier, de *quantité d'aspirations moins valables ou moins contrôlées,* capables d'entraîner de véritables dangers et qu'il faut par conséquent prévenir.

Le premier danger et le plus évident c'est le glissement d'une recherche d'éducation personnalisante à la recherche d'une *existence indépendante.* Or une éducation qui ne voudrait pas faire découvrir et accepter une autorité, celle d'un chef et même celle d'une règle, ne mériterait pas le nom d'éducation et ne serait en réalité qu'une démission. En particulier pour les générations d'aujourd'hui, la découverte de l'autorité et de l'obéissance ne peut se faire sans un grand effort: on ne peut pas reculer devant cette exigence fondamentale, et l'on doit par conséquent prévenir avec soin ce qui, dans une organisation, signifierait à cet égard une concession de principe et un abandon. Si donc le Séminaire doit peu à peu répondre à la requête légitime de jeunes qui répugnent à être des éléments passifs et anonymes dans une masse; si l'on doit également accepter, malgré le poids d'un tel engagement, les servitudes d'un dialogue permanent, cela doit se faire dans nn contexte tel qu'il représente non un obstacle mais un moyen à la découverte de la loi foncière d'une vie commune dans l'Eglise, qui est celle de l'obéissance, volontaire mais réelle et franche.

* * ♦

2859 Le second danger est celui d'un glissement analogue de la nécessité d'un contact avec la réalité à l'illusion d'une *pseudo-expérience* ou à une *confusion sourdement entretenue entre la condition sacerdotale et la condition laïque.*

En effet, une véritable éducation doit plutôt donner la conscience de ce qu'il y a d'inédit et *d'imprévisible dans toute expérience* plutôt que de prétendre y suppléer par anticipation. Rien n'est plus dangereux pour un jeune que d'arriver au contact de la vie avec l'illusion de n'avoir plus rien à en apprendre. Et d'ailleurs, bien des requêtes profondes de l'âme des jeunes appellent davantage, quoiqu'à leur insu, une refonte interne de la vie du Séminaire que l'ouverture prématurée de celui-ci: cette ouverture est souvent de la part de l'autorité une solution de paresse. Par exemple l'orientation pastorale de l'enseignement sera bien plus le fruit d'une restructuration de cet enseignement par le dedans qu'une recherche de prolongements ou d'applications dites pastorales.

En effet encore, l'un des périls les plus graves parmi ceux qui menacent la vie sacerdotale consiste, pour répondre aux exigences d'un contact perdu, à chercher du côté d'une *assimilation entre la condition du prêtre ct celle du laïc,* jusqu'à effacer entre les deux toute différence essentielle. Ce ne sont pas là des dangers chimériques, et une organisation de Séminaire qui les méconnaîtrait trahirait les responsabilités confiées par l'Eglise aux formateurs de prêtres.

* * *

2860 A ces dernières remarques se relie l'idée assez fréquemment exprimée de faire des années de formation sacerdotale des années de *travail matériel* et même de travail salarié, l'exercice de travail étant plus ou moins parfaitement combiné avec le travail intellect nel et la préparation

spirituelle. On peut accepter probablement l'idée de quelque expérience de cet ordre — une certaine idée des » stages ‹ veut y répondre et en certains pays les vacances y sont habituellement consacrées pour gagner le prix du séjour au Séminaire — mais la conciliation entre un travail manuel sérieux et la préparation propre du Séminaire semble à exclure absolument, au nom de la santé physique des jeunes ou du sérieux de leurs études. L'un ou l'autre serait infailliblement sacrifié.

♦ ♦ ♦

2861 Toutes ces remarques conduisent à retrouver quelques-unes des *conditions essentielles de l'institution-Séminaire* telle que l'Eglise n'a cessé de l'entendre, de la définir et de la vivre depuis des générations.

Quelle que soit la représentation matérielle qu'on a pu se faire à travers les siècles du Séminaire, de la maison qui l'abritait, du cadre dans lequel il était situé, il y a cependant un certain nombre de lois dont on ne pourrait s'écarter sans vider de leur contenu tous les mots par lesquels la structure du Séminaire n'a cessé d'être exprimée.

On ne pourrait plus parler de Séminaire là où toute *véritable unité* aurait cessé d'exister. Le Séminaire constitue un ensemble véritablement organisé, tel que *la fonction de celui qui en est responsable* puisse encore avoir une signification sérieuse. La présence permanente du responsable à tous ceux dont il a la charge constitue le fondement de l'existence même d'un Séminaire.

Par ailleurs, l'idée du Séminaire inclut une *unité réelle du Corps entier des responsables* de l'enseignement et de la formation autour du responsable principal. Le Séminaire a été traditionnellement réalisé, suivant les pays, dans des conditions très différentes, par exemple au point de vue do la direction spirituelle, confiée ici à un seul, ailleurs à plusieurs ou à tous, mais tous: professeurs, directeurs, recteur ou supérieur ont toujours dû constituer un ‹ Corps ». .Jamais plus qu'aujourd'hui une telle unité ne s'est imposée face à des circonstances nouvelles et à des problèmes toujours renaissants: en particulier bien des déficiences sont venues de ce que le Séminaire dissociait la formation intellectuelle et la formation spirituelle. De plus, le Séminaire porte devant l'Evêque la responsabilité do présenter les futurs prêtres à son appel. Cette responsabilité est portée par le Conseil tout entier des formateurs du Séminaire qui n'ont pas trop de leurs jugements complémentaires pour formuler une appréciation de si considérable portée. On ne peut non plus parler de Séminaire là où cette rencontre habituelle et cette consultation n'est plus possible ou devient fictive.

Ensuite, comme on l'a dit, le cadre du Séminaire doit être capable de préparer à la vie dans la *communauté sacerdotale.* 11 doit faire vivre l'expérience d'une communauté à la recherche d'un Bien commun où chacun apporte son concours personnel irremplaçable, mais accepte finalement l'arbitrage décisif d'une autorité qualifiée; d'une communauté où la vie liturgique se présente non comme une simple expérience per-

«orniello ou comme une expérience de chapelle, mais comme l'expérience même de l'Eglise et de son presbyterium transmise, par ceux qui en ont la charge à un ensemble suffisamment nombreux et cohérent.

♦ * *

2862 Peut-être est-il possible, à la faveur des réflexions précédentes, de donner une réponse à la question posée au départ.

On ne peut accepter Vidée du Séminaire fragmenté en petites communautés dispersées dans une ville sans manquer à quelque chose d'essentiel de ce que VEglise appelle un Séminaire. En effet, le contact habituel et régulier peut encore être possible s'il s'agit seulement de bâtiments séparés mais disposés sur un unique 0 campus », comme c'est le cas par exemple au Séminaire de Buffalo en Amérique, ou même au Séminaire Jean XXIII, tandis que, dans l'hypothèse de communautés dispersées dans une ville, toute unité effectivi! de direction devient pratiquement impossible. Et l'on se demande de plus quel diocèse peut réunir un grand nombre d'hommes d'une qualité suffisante pour prendre la responsabilité à eux seuls de petites « communautés de Séminaire ».

D'ailleurs, tout changement qui créerait une situation vraiment nouvelle par rapport aux usages exigerait l'accord de la *Conférence entière* pour être acceptable.

2918 Institutio, praeterquam quod his rationibus seu causis suffulciatur oportet, seenni ferre debet etiam sermocinationem seu colloquium, praesertim quatenus id praeceptor cum alumnis singillatim facit. Qua in re affabilitas, sincerus animi affectus, patientia non satis commendantur, scilicet superemineat caritas, « *dulce ac salubre vinculum mentium* »[2].

Hoc vero principium, quasi lux totum institutionis opus dirigens, studiose diligenterque attendatur: magister seu praeceptor, cuius officium necessarium quidem est, utpote cum ipse sit veluti artifex imprimens formam, paulatina se quodam modo subducat, ita ut eius opus non amplius sit expetendum; is enim virtutem ac doctrinam sic in animos alumnorum transfundere debet, ut horum ipsorum vires iam sufficiant et iidem libere et ex conscientiae officio agere sciant. Iter autem, quo ad hoc fastigium pervenitur, est caritas.

Nec timeat magister, si ita se gerat, virtutem educatoris propriam imminui, cum potius ea semper vigilans esse debeat ct. efficax; neque colloquia sua cum alumnis ad quaestiones tantum minores et vanas spectare velit, cum potius sermonem familiarem, quem illi cum ipso habent, ut occasionem arripere debeat eorundem mentibus et cordibus inserendi altissimas illas notiones, in quibus vita sacerdotalis omnis nititur; idque agat sobrie quidem sed continenter, maxime has duas notiones praecipuas inculcans: consortium Sacerdotii Christi, cuius scilicet erunt participes, et munus pastorale, quod in medio Populo Dei obibunt.

Quis neget hanc educandi rationem perdifficilem esse.' Etenim ea postulat, ut impensius et apertius imitatione exprimatur usus Divini Magistri, qui, « *mitis et humilis corde* » *(Ml.* I I. 29), discipulos, (dim rudes et imperitos, ad apostolicum munus, quo ' faciem terrae renovarent », informavit.

Multum denique studii ac diligentiae positum esse videmus in apparanda ' Ratione fundamentali institutionis sacerdotalis », quae ad normam Decreti « Optatam lotius » Concilii Oecumenici Vaticani Secundi

1 Cfr. Cic. *De amie.* 71.
1 S. Ai u. Senno 350, 3: ML 39, 1531.

et ex consulto Synodi Episcoporum est composita sed nondum absoluta. <'ni opportuno consilio propositum est, ut in hoc gravissimo educationis negotio cuidam unitati prospiciatur et simul varietati, pro regionum necessitatibus, locus detur. Non est quin momentum huius velati primariae legis instil titionis sacerdotalis videat ct ponderet; ex ea enim efficacitas eiusdem educationis et ministerii, quod sacrorum alumni quondam gerent, non minima ex parte pendebit. Eadem ex caritate, cuius praeconium diximus, vim suam hauriat oportet, cum fu-
tura sit instrumentum illorum, quorum est potissimum caritate iuvenes ad altare Dei perducere.

('clerum, quaecumque est forma huius ♦ Rationis ⋅ eadem tum solum sufficiet, si rerum optimus magister, usus, quem experiendo estis consecuti. atque dilectio, qua alumnos non solum complectimini sed etiam educare studetis, accesserint.

Itaque Christum Dominum humili prece rogamus, ut labori vestro aspiret, isque in Ecclesiae bonum et profectum feliciter vertat. Haec vota, quae, magnitudinis huius causae conscii, animo sollicito suscipimus. Apostolica Benedictio confirmet, quam vobis. Venerabiles Fratres, flagranti caritate impertimus.

AAS 61, 253-256. Cfr. *Insegnamenti* 7. 166 s.

De necessitate luturos sacerdotes ad « turismi » phaenomenon intellegendum educandi

(S. C. Pro Cler., Directorium generale pro ministerio pastorali quoad turismum . 30 apr. 1969).

2919 Ordinario loci cura est ut:

a) Quoad cleri formationem in genere:

— provideat lectiones orientât ivas circa Turismi Pastoralem, etiam opportunis exercitationibus[1] (v. g. itinera culturae acquirendae utilia promovenda), ut fert' manuducantur futuri Sacerdotes ad realem in hoc sectore pastoralem: [1]

— faveat linguarum extranearum inter Clerum studium:[1]

— doceat quod dialogus omissus vel neglectus cum turistis et operatoribus turisi icis — praesertim eum his qui minus religionem servant — minus grave non est quam mediocris hospitalitatis oblatio.

AAS 61, 373-37 1.

[1] ('fr. Docr. de institutione sacerdotali *Optatam totius*. n. 21: A \S 58» 726. ¡Cfr. n. 2642].

[1] ('fr. fard. A. Cieognani: « Summus Pontifex exoptat ut institutio theologica pastoralis Turismi suum debitum locum obtineat in formationis ecclesiasticae religiosaequo Institutis, ad hunc finem etiam maiorem Professorum et Docentium in Universitatibus Seminariisquo collaborat lonem fovendo •. *Epistula* ad • Convegno Itui. per i Docenti di Teología Pastorale , *¡/Osservatore llomano,* 18 sept. 1966: efr. etiam Decr. de institutione sacerdotali *Optatam lotius,* n. 8 et 19: AAS 58. 718, 725. ICfr. nn. 2629, 2610].

* ('fr. Decr. de past. Episcop. munero in Eeek sia *Christus Dominus*. n. 23: AAS 58, 685.

De candidatis ad Diaconatum permanentem instituendis

(3. Conor, pro **I**nstit. Oath., **Litt.** ***Come è a conoscenza,*** **ad Nuntius Apost.. 16 lui. 1909).**

2920 ll Santo Padre, eon ¡l Motu proprio «Sacrum Diaconatus ordinem».l ha concesso, secondo i voti espressi nel Concilio Vaticano **li,** il permesso di ripristinare nella Chiesa latina il Diaconato permanente.

Dal momento che alcune Conferenze episcopali hanno chiesto alla Santa Sede tale permesso per la propria Nazione, si rendo necessario e urgente definire alcune norme per la preparazione dei candidati al Diaconato permanente.

Il primo passo da compiere da parte di ciascuna Conferenza episcopale dovrebbe consistere, nel caso che non sia fatto già, nella nomina di una Commissione di esperti, la quale studi a fondo il problema secondo le esigenze della propria Nazione, per esaminare se esistano validi motivi che consiglino l'introduzione della nuova istituzione e in qual modo si possa efficacemente attuarla.

Sarà bene però che in tale studio si tengano presenti alcuni principi fondamentali, già indicati nel citato Motu proprio.

Trovandoci di fronte ad un problema nuovo per il nostro tempo, stabilire « a priori 0 una « ratio studiorum » e un programma di formazione per i candidati al Diaconato permanente non è una questione priva di difficoltà.

Innanzi tutto occorre determinare le funzioni proprie del Diacono, intermediario tra il Sacerdote e i fedeli; funzioni che sono diversamente impostate dalle varie Conferenze episcopali, come già eiÿi avvenuto durante la discussione nell'Aula Conciliare.

Inoltre bisogna tener presente che i candidati al Diaconato possono essere di due specie, come è previsto dal Concilio 2 ed al Motu proprio: i giovani votati al celibato, e uomini di una certa età, già coniugati e aventi una professione o un impiego. Altra diversità è quella della destinazione dei Diaconi: non si potrà richiedere la medesima formazione per i Diaconi destinati a luoghi di missione o a paesi ancora in via di sviluppo, e per quelli che dovranno esplicare la loro funzione in Nazioni di una certa civiltà e con una cultura abbastanza elevata.

Spetta pertanto a ciascuna Conferenza episcopale determinare il tipo - o i tipi — di Diaconato che sembrino più confacenti ai bisogni del paese, e, di conseguenza, la preparazione che si dovrà loro impartire.

Considerati i diversi tipi di formazione, ne deriva che gli schemi dei programmi di studio debbano essere anch'essi differenti.

Per i giovani, che si votano al celibato, si dovrebbe pensare alla creazione di Istituti particolari con corsi di studio abbastanza organizzati e con formazione spirituale, che prepari i candidati al futuro ministero diaconale. Per gli uomini già sposati, invece, i corsi devono essere com-

1 **[Cfr. nn. 27SS e.].**

* **Cfr. Const, dogm.** ***Lumen Gentium,*** **n. 29; [cfr. n. 2590].**

patibili con gli impegni di lavoro, e perciò si potranno organizzare corsi serali o settimane di studio più o meno prolungate. Per questa seconda categoria di candidati occorre tener presente la cultura già acquisita, e, in tal caso, i corsi potranno essere più accellerati; mentre per gli altri, che hanno appena svolto i corsi elementari, la preparazione richiederà certamente maggior tempo. Ad ogni modo si deve assolutamente escludere una preparazione affrettata o superficiale, perché i compiti dei Diaconi, secondo (pianto è stabilito nella Post. ‹ Lumen gentium « (n. 29) e nel .Motti proprio (n. 22), sono di tale importanza da esigere una formazione solida ed efficiente.[1]

l Diaconi infatti devono preparare al Battesimo i catecumeni; spiegare e commentare la Parola di Dio con la predicazione; preparare i fedeli al Matrimonio e osservare tutto (pianto regola la celebrazione di tale sacramento; supplire il Sacerdote, quando manca, nella preparazione dei fedeli alla morte e amministrare loro il Viatico.

Tutto ciò comporta una formazione dottrinale, che è al di sopra di quella di un semplice catechista e, in qualche modo, analoga a quella del Sacerdote.

2921 I corsi pertanto dovranno comprendere lo studio:

a) della Sacra Scrittura con tutte quelle nozioni, che mettano i Diaconi in grado di comprendere e spiegare ai fedeli la Parola di Dio in ordine al progresso della vita spirituale. Il Diacono dovrà, perciò, in assenza del Sacerdote, essere capace di tenere l'omelia e presiedere alla Liturgia della Parola.

b) del Domina. Tale studio potril essere simile a quello previsto negli Istituti di Catechesi, destinati ai religiosi non sacerdoti. Si potrà prendere come esempio quello svolto dai Fratelli delle Scuole Cristiane o dai corsi superiori di Religione riservato ai laici di una certa cultura. L'impostazione peraltro dovrà essere maggiormente biblica e kerigmatica; si potranno certo evitare le parti eccessivamente di controversia, accennando però a queste problematiche mediante la lettura di brani scelti dai Padri della Chiosa, dai teologi e da autori ascetici.

c) della Morale, concernente l'approfondimento della morale individuale, sociale e politica, almeno al livello dei catechisti o dei corsi che si tengono per gli iscritti all'Azione Cattolica.

d) del Diritto canonico, specialmente per quanto riguarda il -Matrimonio e comprendente la pastorale circa il modo di preparare i fedeli a ricevere tale sacramento.

c) della Liturgia, da inserirsi possibilmente nel corso di Dommatiea e che include anche le nozioni circa lo svolgimento delle cerimonie sacro.

/) di insegnamenti tecnici, che preparino i candidati a certe attività di ministero, come la psicologia, pedagogia catechistica, eloquenza, canto sacro, impostazione di organizzazioni cattoliche, amministrazione

1 **(Cfr. nn. 2590; 2809].**

ecclesiastica, modo di tenere aggiornati i registri di battesimo, cresima, matrimoni, defunti, eoe.

Benché non si debba insistere nel richiedere dai futuri diaconi tutto quel complesso di discipline che costituiscono il corredo indispensabile per gli aspiranti al sacerdozio (come la Storia ecclesiastica, il corso completo di Diritto canonico, la filosofia), tuttavia, in certe regioni e specialmente per i Diaconi che dovranno svolgere il loro ministero nelle città, sarà bene che essi completino la loro formazione culturale con quelle discipline che le specifiche situazioni locali esigono, come, per esempio, lo studio delle religioni pagane, l'ecumenismo, il complesso delle questioni filosofiche, specialmente quelle più in voga, lo studio di certi problemi economici, politici, ecc.

Spetterà pertanto ai Vescovi di ogni Nazione prevedere quale complesso di discipline esige il ministero diaconale nel proprio territorio.

Inoltre occorre tener presente che la formazione culturale non si esaurisce con l'ordinazione diaconale, ma si deve prevedere una formazione « permanente », cioè continua, con corsi di aggiornamento riservato ai diaconi o con la partecipazione alle settimane di studio destinate ai sacerdoti.'

Ex Archivo S'. *Conyr. pro histit. Catti.*

De futuris sacerdotibus ad pastoralem migratorum curam peculiari modo instituendis

(S. C. pro Episc., Instruet, de pastorali migratorum cura, 22 aug. 1969).

2922 § 3. Si res ferat, Collegium sacerdotum migrationibus destinandorum instituere, aut saltem quaedam eligere Instituta, sacrorum Seminariorum ope collata, si quae adsint, ad sacerdotii candidatos e peculiari sermone formandos; quibus in institutionibus sacerdotes, sive antequam ad exteras nationes proficiscuntur sive cum in iis iam deversantur, peropportunas scholas statis temporibus rite frequentent et insuper, si rea id suaserit, novos apostolatus rationes cognoscere et condicionum ad oeconomicam socialemque vitam et ad civilem cultum spectantium notitias sibi compararo contendant.

AAS 61, 625-626.

De munere theologorum in Ecclesia

(Ex Alloc. *Gratia Domini.* membris Commissionis Theologicae Internat ionalis, primum plenarium Coetum habentibus, 6 oct. 1969).

2923 Liceat Nobis tertium animi Nostri sensum quo in praesens allicimur significare; exoptamus scilicet, vobis, Venerabiles Fratres et Filii carissimi, copiose sensus affirmare Nostrae existimationis Nostraeque fiduciae erga vosmetipsos atipie erga vestri gravissimi muneris conscientiam, ad eam doctrinam quod attinet, qua iure appellamini theologi in Ecclesia

1 [Cfr. nn. 2619; 2613; 2921 s.).

Catholica. Quod cum dicimus, vobis totidem verbis confirmamus Nos velle omnino agnoscere leges et postulata studiorum vestrorum propria, tueri nempe eam dicendi libertatem quae scientiae theologicae insit, camque pervestigandi facultatem quae huius scientiae progressione postulatur, quam quidem scimus magnopere cordi esse unicuique vestrum. Ad rem quod attinet, volumus ut abiciatis ex animis timorem, ne officia a vobis flagitata ita circumscribere debeant atque coarctare amplitudinem studiorum vestrorum, ut legitimae investigationes vel formulae doctrinae convenientes praepediantur. Nolumus perperam insidere vestris in animis suspicionem alicuius contentionis inter duos primatus, hinc scientiae, illine auctoritatis; etenim quoties divina agitur doctrina, unus solus viget primatus, primatus scilicet revelatae veritatis. primatus fidei, cui tam theologia ipsa quam Ecclesiae magisterium patrocinari student unanima consensione, licet ratione diversa.

Estote propterea tam fideles argumento studiorum vestrorum, id est fidei ipsi, quam spe certa ducti, fieri posse ut inquisitiones illae secundum propria principia explicentur atque secundum vestrum cuiusque ingenium nativum. Id declarat, libenti animo Nos concedere progressionem atque varietatem scientiarum theologicarum, illum « pluralismum », quem aiunt, qui hodie notare apteque designare videtur nostri temporis cultum et humanitatem; verumtamen non possumus quin commoneamus prorsus esse necessarium custodire, quemadmodum semper professa est traditio Ecclesiae, eandem doctrinae catholicae intimam veritatem, « *in eodem scilicet dogmate, eodem sensu, eademque sententia* », ut probe novistis.[1]

AAS 61, 715-716. Cfr. *iMfgnamenti* 7, 650 s.

De permanenti cleri, maxime iunioris, institutione et formatione

(Instruet. S. C. PRO Clerk. *Inter ra,* dc permananti cleri institutione. 4 nov. 1969).

2924 1. Inter ea, quae ad Sacram Congregationem pro Clericis pertinent, Constitutione Apostolica *Regimini Ecclesiae universae* hoc statuitur: «Congregatio media et subsidia quaerit, proponit et urget quibus sacerdotes ad sanctitatem assequendam contendant; studia ne intermittant, adeo ut iidem praesertim in divina revelatione, scientia theologica, artibus liturgici necnon in humanis disciplinis magis magisque edocti, fructuosius exerceant sacerdotale ministerium: instituta pastoralia promovet; curat erigendas bibliothecas pro clero; instituendos ubique statis temporibus cursus, quos vocant, pro sacerdotibus, praesertim novensilibus, ut iidem pastorales cognitiones et methodum perficiant atque amplificent, experientias apostólicas mutuo communicent, activitates pastorales coordinent ».

[1] Cfr. *Denz.-Sch.* 3020, etc.

[•] Paoli VI, Const. Apost. *Rctrimini Ecclesiae universae,* n. 67, I: AAS 59, 90S-909.

2. Quod officium ut recto impleret, Sacra Congregatio pro Clericis necessarium esse duxit peculiari examine expendere quaestionem de permanenti clericorum, potissimum ¡uniorum, formatione, quo efficacius ad usum deducerentur statuta hac de re a Concilio Vaticano II edita.[1]

Hunc in finem, ampla quaestionum series ad Conferencias Episcopales missa est, unde cognosci possent, modo quidem vivido ac delinito, cum verae et germanae quaestiones, quae ex illa permanenti formatione in variis orbis terrarum partibus oriuntur, tum ea, quae hac in re experiendo usque adhuc sunt comperta.

Postquam omnia responsa maturo considerata sunt atque perpensa, eorum summarium propositum est, ut de eo inquireret, Coetui plenario Sacrae Congregationis pro Clericis, die 18 mensis Octobris anno 1968 acto. Ea, quae eiusdem coetus Sodales concluserunt, per has litteras cum Conferentiis Episcoporum communicantur, ut Episcopi, sive singuli sive plures coniunctim, ad eiusmodi institutionem et formationem efficiendam ordinandamque iuventur.

Considerationes generales

2925 **3. Neminem sane latet totius** *Ecclesiae renovationem,* **quam Concilium Vaticanum II et exoptavit et promovit, magnam partem pendere e** *sacerdotali ministerio,*[2] **atque adeo e formatione sacerdotibus tradita, ex eiusque continuitate ac perfectione post susceptam sacerdotalem ordinationem, maxime per priores vitae pastoralis annos. Ad potiores vero partes ministerii Episcoporum pertinet, ut haec formatio tuta redatur et excolatur altius: « Cum sacerdotalis institutio, ob recentioris potissimum societatis rerum adiuncta, etiam studiorum in Seminariis curriculo absoluto prosequenda atque perficienda sit, Conferentiarum episcoporum erit in singulis nationibus aptiora media adhibere, cuiusmodi sunt pastoralia Instituta cum paroeciis opportune selectis cooperantia, conventus statis temporibus cogendi et accommodatae exercitationes quarum ope iunior clerus sub aspectu spirituali, intellectuali et pastorali in sacerdotalem vitam atque apostolicam operositatem gradatim introducatur casque in dies magis renovare ac fovere valet »?**

2926 **4. ili tres** *aspectus sacerdotalis formationis — spiritualis, intellectualis, pastoralis —* **intime, et apte convenienterque inter se componantur**

[1] **Cfr. CONC. Oec. Vat. II, do past. Eplscop. inunere in Ecclesia** *Christus Dominus,* **n. 16: AAS 58, 680-681: Decr. do Presbyt. ministerio ct vita** *Presbyterorum ordinis,* **n. 19: AAS 58, 1019-1020; Decr. do institutione sacerdotali** *Optatam totius,* **n. 22: AAS 58, 726-727. [Cfr. nn. 2619, 2706, 2613].**

[2] **Cfr. Conc. Oec. Vat. II, Decr. de Presbyt. ministerio et vita** *Presbyterorum ordinis,* **n. 1: AAS 58, 991; Decr. de institutione sacerdotali** *Optatam totius,* **Prooemium: AAS 58, 713. [Cfr. nn. 2673, 2621].**

[3] **Conc. Oec. Vat. II, Decr. do institutione sacerdotali** *Optatam totius,* **n. 22: AAS 58, 726-727; cfr. otiam Decr. do Presbyt. ministerio et vita** *Presbyterorum ordinis,* **n. 19: AAS 58, 1019-1020; Pauli VI Litt. Apost. motu proprio datae** *Ecclesiae. Sanctae,* **I, u. 7: AAS 58, 761.[Cfr. nn. 2643, 2722, 2747].**

oportet: est enim omnino necessarium, ut recta vigeat congruentia inter tines, quos assequi permanenti formationi est propositum, inter doctrinam nempe theologicam, praxim pastoralem et vitam spiritualem, ac quidem arcta quadam coniunctione mutuaque cooperatione. Periculum modum excedendi in formatione spirituali, saltem his ipBis temporibus, minus frequens atque remotius esse videtur. Haec vita spiritualis ceterorum duorum *aspectuum* est voluti fundamentum habenda, cum pastoralis actin sit quasi eius fructus et scientia theologica merito dici po-dt eius criterium dirigens.

2927 5. Sub respectu *intellectuali,* sacerdotum formatio, ordine ratioque composita, complecti debet non solum iteratam tractationem sed etiam confirmationem primariarum disciplinarum, quarum studio ipsi iam diu operam dederunt, praesertim quod ad eas doctrinae sacrae quaestiones attinet, quae maius momentum habent ad vitam spiritualem pastoralemque operositatem; considerentur quoque oportet doctrinae theologicae *progressio* ac *novae quaestiones pastorales,* maxime vero quatenus hae a vivo Ecclesiae .Magisterio elucidatae sunt; demum curandum est, ut omnia, quae circa rem pastoralem experiendo sunt comperta, cum *solida doctrinae summa* conectantur.

Quapropter, inter studia sacram ordinationem subsequenda haec recensenda esse videntur: quae scilicet pertinent ad Sacram Scripturam, Ecclesiae Patres ac Doctores, traditionis documenta — in quibus peculiarem locum obtinent Decreta .Magisterii Conciliorum ae Summorum Pontificum , Liturgiam. probata theologorum opera, necnon practicas exercitationes de re pastorali, catechetica, homiletica ac paedagogica et quaestiones dc doctrina sociali Ecclesiae. Prae oculis quidem habeantur oportet haec verba Decreti *Presbyterorum ordinis:* Presbyteri ab Episcopo in sacro ritu ordinationis admonentur ut sint *maturi in scientia* et sit doctrina eorum *spiritualis medicina populo Dei.* Scientia autem ministri sacri sacra esse debet, quia e sacro fonte desumpta et ad sacrum finem directa »?

2928 6. *Determinatio* autem *materiae* huius studii pro sacerdotum formatione non videtur esse remittenda singulorum arbitrio vel optatis. Hanc enim materiam non licet determinari placitis quibusdam hac aetate vigentibus neque schola quadam theologica. Semper quidem considerandum et attendendum est id. quod sacerdotes cupiunt, non ita tamen, ut eiusmodi optatum fiat ratio et norma materiae pro theologica formatione seligendae.

2929 7. Expedit hic nonnullas exponere considerationes circa quasdam *difficultates,* quae *his temporibus* non raro contingunt, cum haec iuniorum sacerdotum institutio ad usum deducitur. Nostra enim aetate fere quoad omnia, etiam quoad tidei veritates, dubitationes exceptionesque proponuntur, unde etiam consequitur, ut apud multos sacerdotes personalis certitudo circa germanam doctrinam catholicam iam non habea-

l Conc. Oec. Vat. **II, Decr. de Presbyt. ministerio et vita** *Prrsbulerorum ordinis.* **n. 19; AAS 58. 1019-1020. |Ctr. n. 2721 J.**

tur, ita ut ipsa principia, quae vitam Christianam et sacerdotalem regunt ac moderantur, in dubium vel saltem in controversiam vocentur.

Ilie mentis habitus spiritui supernaturali nullatenus favet, qui omnino necessarius est ad sacerdotum vitam et ministerium, sed eos potius ad illam « saecularizationem », quae dicitur, inducit, quaeque non solum reapse invenitur, sed etiam interdum aperte intenditur. Si enim catholicae doctrinae veluti patrimonium, quod quisque certe ac personali ratione possidet, ita ut eius vitam et operationem efficaciter dirigat, amittitur, subsidia deficiunt, quorum ope resisti possit naturalismo et materialismo practico, quibus vita socialis nostra aetate in toto circuitu suo inficitur.

2930 8. Juniores sacerdotes non raro difficultates experiuntur in /idei *deposito integre retinendo,* quod a lesu Christo est Ecclesiae traditum. Cuius rei multiplices causae sunt: etenim partim ex aucta voluntate oritur contra dicendi, adeo ut non dubitetur etiam ipsas traditas veritates fidei improbare, praesertim quod ad modum attinet eas enuntiandi; quáe quidem ad improbandum propensio imprimis authentici Magisterii ecclesiastici dicta respicit, eo progrediens, ut oboedientia in discrimen vocetur; partim vero causa huius animorum turbationis ponenda etiam esse videtur in aucto momento disciplinarum empiricarum, quarum conclusiones theologi modo fidei non congruenti interdum interpretantur: (|uam interpretationem ne ipsi quidem harum disciplinarum cultores probant, saltem ii qui non imbuti sint ideologia aliqua religioni christianae infensa. Demum memoranda est rei socialis mutatio, quae magnam vim habet ad ea, quae ad socialem sacerdotis vitam spectant.

2931 9. Vita vero *spiritualis* vividam *fidem personalem* postulat, ex qua illa oritur, in qua innititur, ex qua incrementa capit. Mutua est autem haec ratio: etenim vita spiritualis, quantum ad ipsam pertinet, fidem roborat ideoque tutum efficit modum theologolem in studia incumbendi, cogitandi ac statuendi, quid sit agendum, atque ita faciliorem etiam reddit comprobationem doctrinae a Magisterio propositae, quod quidem est norma proxima laboris theologici.

Supremo enim Ecclesiae Pastori et Episcopis cum Eo coniunctis ex divina institutione competit munus docendi ea, quae ad fidem spectant; quae potestas neque laicis neque presbyteris tribuitur. Ea igitur, quae a Magisterio proponuntur, sincere accipiantur oportet: quae omnia nisi accipiantur ac quidem sine ullis ambagibus vel exceptione, cetera omnia ad vanum et irritum rediguntur. Etenim propter auxilium Spiritus Sancti Ecclesiae Magisterio promissum, *suppositis* quidem *supponendis,* ‹ religiosum voluntatis et intellectus obsequium ... praestandum est Romani Pontificis authentico magisterio etiam cum non ex cathedra loquitur », imnio vero supremi .Magisterii « definitionibus fidei obsequio adhaerendum »?

1 Conc. Oec. Vat. **II, Const, dogm. do Ecclesia** ***Lumen gentium,*** **n. 25: AAS 57, 29-31.**

Ad confirmandam hanc vitam spiritualem et conscientiam sacerdotii, optandum est, ut Feria V Hebdomadae Sanctae mane quisque presbyter sive Missae chrismatis intersit sive non intersit renovet actum, quo se Christo devovit, quo officia sacerdotalia se exsecuturum, maxime sacrum caelibatum servaturum et oboedientiam Episcopo (aut Moderatori Religioso) praestiturum esse promisit, atque in animo suo celebret munus sacro Ordine sancitum, quo vocatus est ad servitium Ecclesiae.

2932 10. Idcirco theologica institutio imprimis catholicam doctrinam ab Ecclesiae Magisterio propositam plene omnibusque partibus tutari atque explicare debet atque subtilius explanare, adiumentis subsidiisque adhibitis, quae disciplinae Bibliorum sacrorum, Ecclesiae Patrum necnon et « patrimonii philosophici perenniter validi ‖ importaverunt. Neque omitti licet catholicam doctrinam de ipsius Magisterii Ecclesiae auctoritate eodem modo tuenda. Haec omnia praestanda sunt ratione quoque habita difficultatum, quae circa sacram doctrinam e quaestionibus, hodie acriter motis, oriuntur ac quibus responsio vere Christiana danda est.

2933 ‖ 1. Solida vita spiritualis atque recta scientia theologica excitant foventque impulsionem et operositatem *pastoralem,* fructuosam sacramentorum administrationem, verbi Dei praedicationem vi persuadendi praeditam, et omnimodam caritatem pastoralem, ad quod munus exsequendum sacerdotes ordinationem receperunt:| ita quidem, ut Dei caritas fundamentum semper sit caritatis erga proximum, et illi fidei doctrinam exponant omnino congruenter Ecclesiae Magisterio apteque distinguant sacerdotalem operam ab actione politica et sociali, quae ad laicos propria ratione pertinet? Necessarius est habitus animi inducens ad vitam agendam pietate ac disciplina conformatam, cum sacerdotale ministerium, cuius sunt presbyteri participes, omnino postulet modum ac rationem vitae congruentem donis in sacramentali ordinatione susceptis et muneribus in vita pastorali cuique exercendis: ‹ ut, aptis adhibitis mediis ab Ecclesia commendatis, ad illam semper maiorem sanctitatem nitantur, qua evadant in dies aptiora instrumenta in servilium totius Populi Dei »?

Beatus Paulus Apostolus praeterea hortatur: *Admoneo te ut resuscites gratiam Dei, quae est in te per impositionem manuum mearum. Non enim dedit nobis Deus spiritum timoris, sed virtutis, et dilectionis et sobrietatis* (2 *T.* 1, 6-7).

1 Conc. Oec. Vat. **II, Decr. do institutione sacerdotali** ***Optatam totius,*** **n. 15: AAS 58, 722; cfr. etiam Deci.** ***Dignitatis humanae,*** **n. 14: AAS 58, 910. (Cfr. n. 2636].**

1 **Cfr.** ***Pont. Rom.,*** **De Ordinatione Prcsbyt.;** Conc. Oec. Vat. **II. Const, do^m. de Ecclesia** ***Lumen gentium,*** **n. 28: AAS 57, 33-36. (Cfr. n. 2589].**

• **Cfr.** Conc. Oec. Vat. **II, Const, dogmi. dc Ecclesia** ***Lumen gentium,*** **n. 32: AAS 57. 38-39; Decr. de apostolato laicorum** ***Jpostolicam actuositaiem,*** **n. 7: AAS 58, $43-814; Decr. do Prcsbyt. ministerio et vita** ***Presbyterorum ordinis,*** **n. 6: AAS 58, 999-1001; Const. Past.** ***Gaudium ct spes,*** **nn. 43 et 76: AAS 58, 1061-1064 et 1099-1100. (Cfr. n. 2692).**

4 Conc. Oec. Vat. **II, Decr. do Prcsbyt. ministerio et vita** ***Presbyterorum ordinis,*** **n. 12: AAS 58, 1009-1011. (cfr. n. 2707).**

Sacerdotes, si haec in ipsis inveniantur et vigeant, numquam obii viscentur, cur se olira Deo eiusque gregi devoverint in sacerdotio, neque periculum erit, ne ignorent, quid fidelibus praestare possint ad salutem procurandam nove pro caritate proximi substituatur merus humanisions naturalis.

2934 12. Qua de causa Episcopus instanter curet oportet, ne docentes, quibus munus instituendi sacerdotes credatur, casu designentur. Ratio seligendi eiusinodi docentes sana mens ecclesiastica esse debet. Illud enim *sentire cum Ecclesia,* quod iterum iterumque excitari debet, postulat sane theologum Ecclesiae fidelem. In universum autem, ut vita sacerdotalis eiusque vis persuasibilis foveantur, arctior coniunctio inter scientiam theologicam et spiritualitatem sacerdotum propriam efficienda est.

Itaque ii magistri ad hoc opus praestandum apti possunt haberi, qui propositas sibi quaestiones solvunt, non autem qui dubitationes ingerunt et augent. Nominis fama, qua palam fruuntur, novitatis studium in quaestionibus proponendis et explanandis vel enuntiandi modus, qui animos quidem allicit, non tamen erudit neque iis persuadet, nequeunt esse rationes, ob quas designentur. Mos ille impugnandi traditiones, institutiones auctoritatemque Ecclesiae, non idoneum quemquam reddunt ad hoc munus exsequendum. Sed ut magister, qui discipulos instruat, sacerdos asciscatur, qui sincero animo cum Ecclesia sentit, ac de hac via neque in hanc neque in illam partem deflectit. Magistri sacerdotum, attento animo et corde sincero germana bona nostrae aetatis et ea, quae haec vere postulat, inspicientes, atque penitus inhaerentes, quoad vitam ac doctrinam, traditionibus Ecclesiae, mente et opere componere studeant ea, quae haec tempora nostra exigunt et in quae inclinant atque propendent, prout eadem sunt legitima, cum Ecclesiae traditione. « Facile cernitur quam opportunum ac prorsus necessarium sit optimos habere duces ac magistros, qui eis non tam doctrinae praeceptis, quam sacerdotalis ministerii exercitatione in exemplum praeluceant »?

2935 13. Ut autem sacerdotum formatio ordine rationeque progrediatur, accurate est praeparanda ac disposite exsequenda. « Quam doctrinalem de re apostolica institutionem et formationem, ut usu et experientia firmetur, practica quoque, quae dicitur, per gradus sapienter progrediens prudenterque moderanda exercitatio comitetur oportet, quam peculiari deinde post adeptum sacerdotium tirocinio peritissimis viris sive doctrina sive consilio et exemplo moderantibus, exercendam et perficiendam esse volumus, et studiis sacris numquam intermissis, continuo solidandam »? Cui necessitati optime occurri videtur, si Episcopus cuidam sacerdoti tamquam *Directori studiorum,* vel parvo cuidam coetui, qui non e pluribus quam tribus sacerdotibus constet,3 sacerdotum insti-

* **Pii XII, Litt. Apost. motu proprio datae *Quandoquidem:* AAS 41, 166.**

’ **Pii XII, Const. Apost. *Sedes Sapientiae:* AAS 48, 364. [Cfr. n. 2286].**

• **Pauli VI, Litt. Apost. motu proprio datae *Ecclesiae Sanctae,* I, n. 7: AAS 58, 761: « Curent etiam Episcopi vel Conferentiae Episcopales, iuxta cuiusque territorii condi-**

tutioncm consulto committat. Propter rei momentum valile expedit, ut Episcopus arctam habeat necessitudinem cum *Directore* vel *Directoribus* formationis sacerdotalis.

Foveatur, quatenus licii potest, per speciales disciplinarum cursus congrua illorum sacerdotum praeparatio, qui permanenti ceterorum formationi atque institutioni erunt addicti.

St BSIDIA PROPONENDA

2936 14. Cura rerum gerendarum, ratione atque exsecutione, quoad sacerdotalem formationem, primo *spectat ad loci Ordinarium,* idque hinc quia presbyteri munera et sollicitudinem Episcoporum pro sua quisque parte in se recipiunt et cotidiano studio gerunt: si igitur Episcopus « integrum opus pastorale totius dioecesis promovere studet, etiam continuae formationi sacerdotum prospiciat necease est;[1] illinc vero, quia necessitates et possibilitates formationis sacerdotum tantopere differunt pro populorum ac regionum diversitate, ut seria formatio haberi possit solummodo, si condicionum uniuscuiusque loci ratio habeatur. Patet tamen interdum hanc quaestionem melius solvi posse intra lines latiores, ex. gr. Conferendarum Episcopalium.

2937 15. Quapropter, inter subsidia quae hoc in documento recensentur, quaeque sunt etiam fructus multarum rerum, quae experiendo variis in locis compertae sunt, ea Episcopi vel <'onforcatine Episcopales seligant, pro proprio quidem cuiusque territorio, quae secundum *rerum adiuncta* ac possibilitates opportuniora videantur. Nec quidquam obstat quominus, communi consensu eorum quorum intersit, *incepta interdioecesana* constituantur, praesertim ubi cleri penuria id suadeat.

1. *Annus pastoralis*

2938 H>. In Eitteris Apostolieis *Ecclesiae Sanctae,* die 6 mensis Augusti anno I960 motu proprio datis ad exsequenda ea. quae in Decreto *Christus Dominus,* n. 16, et Decreto *Presbyterorum Ordinis,* un. 19-21, statuta sunt, hoc decernitur: « Curent Episcopi aut singuli aut inter se conjuncti ut omnes Presbyteri, etiam si ministerio addicti sunt, seriem praelectionum pastoralium statini post ordinationem per annum perficiant »>.[2] Nonnullis in dioecesibus huic pastorali anno usque adhuc per diaconatum plus minusve protractum provisum est.

dones, ut eligantur unus vel plures Presbyteri probatae scientiae et virtutis, <iui tamquam studiorum moderatores, promoveant et ordinent praelectiones pastorales ceternque subsidia, (piae necessaria existimantur ad fovendam formationem sclentificam et pastoralem Presbyterorum proprii territorii». [Cfr. n. 2747J.

[1] Conc. Oec. Vat. **II, Decr. de past. Episcop. munere in Ecclesia** *Christus Doniinus,* **n. 16: AAS 58, 680-681. (Cfr. n. 2619],**

[2] **I, n. 7: AAS 58, 760. [Cfr. n. 2747].**

Huic pastorali anno haec, quae sequuntur, sunt *proposita:*

a) facilior transitus a vita Seminarii ad exercitium ministerii pastoralis;

b) accessus per gradus faciendus ad opera pastoralia ita ut cognitio hominum consortionis, in qua sacerdotes vivere et agere debeant, et ars exercendi varia ministeria atque communicandi cum variis personarum coetibus gradatili! procedant, sine improvisis inceptis;

c) absolutior maturitas humana et sacerdotalis, probante experientia pastorali.

Necessitas haec in omnium memoriam revocata iam fuit a Summo Pontifice l'io XII, fel. rec., in Adhortatione Apostolica *Meati Nostrae,* ubi suadebatur etiam, tamquam subsidium opportunissimum, communis vita iuniorum sacerdotum: ¢ Vos adhortamur, Venerabiles Fratres, ut, quantum fieri potest, inexpertos adhuc sacerdotes in medias ne ingeratis operas, neve eos assignetis locis, vel ab urbe Dioecesis principe vel a celebrioribus eius oppidis remotis. In huiusmodi enim vitae statu si versarentur, segreges, imperiti, periculis oppositi, a magistris prudentibus inopes, incommoda procul dubio ipsi capere eorumque alacritas possent. Probatur quoque admodum Nobis, Venerabiles Fratres, hos novellos sacerdotes una eum loci curione maxime ciusque administris vivere; propterea quod facilius ita, senioribus praeeuntibus, ad sacra munera iidem poterunt informari, atque pietatis studio ardentius imbui ... Quod in votum iam venerat Ecclesiae id Nos et nunc comprobamus et commendamus vehementer, iniri scilicet ab unius curiae vel a plurium vicinarum curiarum clero communis vitae consuetudinem ⁑.

2939 17. Annus pastoralis peragi potest sive in instituto aut domo ad hoc destinatis sive in paroeciis aliisve actionis pastoralis sedibus. Tempus ita componatur, ut sive doctrinae sive praxi pastorali debite prospiciatur.

In hoc anno pastorali introducendo sequentes prae ceteris *conditiones* serventur necease est:

a) parochi et paroeciae, quo mittuntur diaconi vel iuniores sacerdotes inducendi in ministerium curae animarum, sedulo et accurate seligi debent;

b) quoad sacerdotum a presbyteratu suscepto recentium pastoralem operam, condiciones clare definitae statuantur quod ad laboris magnitudinem attinet; iunior enim sacerdos, cum considerandus non sit veluti cooperator, licet nondum plene exercitatus, ad eos sacerdotes mittendus est, qui vere parati sint tempus et laborem impendere in formationem invenis sodalis;

c) per annum pastoralem, sacerdotibus novensilibus sufficiens occasio danda est in conventibus cum aequalibus ea, quae experiendo cognoverunt, mutuo communicandi, complendi et, si casus ferat, corrigendi;

⁑ **AAS 42, 692-693. (Cfr. n. *2222].***

d) speciatim per annum pastoralem fovendum est alacre colloquium sacerdotum cum Episcopo, cum Vicario Generali vel Episcopali, etc.;

e) solummodo post expletum annum pastoralem sacerdotes novensiles in paroecia aliqua certam nominationem accipiant.

2. *Examina triennalia et paroecialia*

2940 18. Normae canonis 130 Codicis Iuris Canonici de examinibus triennalibus, quae dicuntur, pergunt vigere. Remanet etiam examen paroeciale, quo candidatus suam idoneitatem ostendat, etsi abrogati sunt concursus praescripto Litterarum Apostolicarum *Ecclesiae Sanctae,* I, n. 18, § IA

Opportuna tamen accommodatio huiusmodi subsidiorum traditione receptorum, necnon examinum ordinatio, materiarum distributio ac quaestionum particularium determinatio fieri possunt, ab Episcopo vel a Conferentia Episcopali.

Haec examina verti debent non solum in doctrina, verum etiam in praxi, neque quidquam obstat, quominus forma colloquii adhibeatur aut pensi alicuius peculiaris, quod fiat de materia definita sub ductu magistri periti.

3. *Cursus disciplinarum sacerdotibus destinati*

2941 19. Decretum *Presbyterorum Ordinis* ante omnia postulat, ut sacerdotibus, paucos post annos ab eorum ordinatione, copia detur frequentandi «cursum, quo ipsis praebeatur occasio cum ad pleniorem methodorum pastoralium et scientiae theologicae cognitionem acquirendam, tum ad vitam spiritualem roborandam et ad mutuo experientias apostólicas cum fratribus communicandas».2 Expedit, ut initium huius cursus destinetur recessui spirituali per sufficiens tempus protrahendo.

Agitur ergo de cursu diverso ab anno pastorali, qui dicitur, et fortasse in hoc cursu spedalini opera dari potest, ut iuvenes a sacerdotio recentes opportunis illis disciplinis ac rebus exerceantur, quibus iisdem opus sit ut novas etiam apostolatus formas, quas nostra induxerit aetas, expedite, apte alacritcrque tractare valeant ».3

Eiusmodi disciplinarum cursus per aliquot annos imponi ac praescribi possunt; libere tamen pateant etiam ceteris sacerdotibus.

4. *Sessiones studii causa agendae*

2942 20. Expedit ut S. Theologiae Facultates universo clero offerant opportunas *sessiones studii* causa agendas (ex. gr. per hebdomadam in anno,

l **Cfr. AAS 58, 767.**

* **Coxc.** Oeo. Vat. **II, Doer, do Presbyt. ministerio et vita** ***Presbyterorum ordinis,*** **n. 19: AAS 58, 1019-1020. [Cfr. n. 2722).**

' Pii **XII, Litt. Apoat. motu proprio datae** ***Quandoquidem:*** **AAS 41, 165.**

vel semel in mense), quibus ipsis praebeatur utile complementum formationis theologicae. Cursus hebdomadales (ieri possunt per seriem lectionum quae litteris mittendis accipiendisque peraguntur.

Post 10 et 25 a recepto sacerdotio annos imperari possunt huiusmodi studiorum sessiones.

5. *Sacerdotum conventus*

2943 21. Conferent iae *decanales,* de quibus in can. 131 C.I.C., opportune ad hodiernas rationes accommodentur; foveantur sacerdotum sive eiusdem aetatis sive eiusdem regionis conventus ad mutuam fovendam caritatem, ad ea, quae experientia cognoverunt, inter se communicanda, ad differentias ex aetate ortas superandas.

6. *Institutio bibliothecarum*

2944 22. Convenit ut, per *deca natus* vel saltem per regiones, bibliothecae instituantur, libris probatae doctrinae instructae, quibus sacerdotes indigere possunt ad confirmandam augOndamque cognitionem rei theologicae, spiritualis ac pastoralis, ita ut ipsis libri facile et sine expensis praesto sint.

7. *Feriae studiorum causa habitae*

2945 23. Libenter vacationes concedantur sacerdotibus, qui eas desiderent , ad sua studia theologica amplificanda.

8. *Aliae opportunitates formationis sacerdotum*

2946 24. Singulis in dioecesibus vel in regione interdioecesana, prout unoquoque in casu fieri potest, *Institutum Pastorale,* sub ductu Commissionis opportune nominatae, condi potest, quod faciliorem etiam reddat progressum in cognitione theologiae pastoralis, per breves cursus, commentarios per intervalla editos, acroases aliaque id genus, quae universis sacerdotibus destinentur.

2947 25. Expedit, ut foveatur — cum opportunis cautelis, quas singulis in casibus prudentia suggerat — libera formatio coetuum de re theologica, atque, generatimi, provehantur institutiones, quae sacerdotibus adiutoriunì praebeant ad eorum vitam spiritualem, actionem pastoralem et formationem *intellectualem',* constat enim multis in loris uberes fructus percipi, quoad sacerdotum sanctitatem ac ministerium, ex eiusmodi institutionum alacritate.

Conclusio

2948 26. Sacra haec Congregatio, Cleri servitio addicta, mutuas cum Conferentiis Episcopalibus et cum earundem particularibus Commissionibus pro Clero necessitudines quam maxime fovere intendit, sibi proponens notitias de inceptis atque rebus experientia cognitis colligere easdemque cum omnibus, quorum interest, communicare.

Pergrata itaque erit Episcopis atque ‹ onferentiis Episcopalibus, si referre voluerint ea, quae experientia compererint, suggestiones ac propositiones, quibus dirigatur et in tuto collocetur permanens sacerdotum formatio, quae tanti momenti est pro universae Ecclesiae vita.

Confidit hoc Sacrum Dicasterium fore ut colloquium, his litteri de permanenti sacerdotum institutione atque formatione inchoatum, futuro tempore melius usque perficiatur ad communem, in sacerdotum servitio, utilitatem.

AAS 62, 123-131.

De condicione sacerdotalis vocationis et vitae in praesentibus rerum adiunctis

(Ex Alloc. *Jl Signor Cardinale,* ad Em.mos DD. Cardinales ct Romanae Curiae Praelatos occasiono Nativitatis D. N. Jesu Christi, 15 dec. 1969).

2949 Quali osservazioni principali ci offre la vigilanza sulle condizioni della Chiesa! La prima osservazione è sul Clero, sul nostro amatissimo Clero. (he cosa vediamo l Vediamo, con nostra grandissima consolazione, che il Clero, nella sua maggioranza. è ottimo per virtu religiose e morali, per dedizione al proprio ministero, per convinta fedeltà alla Chiesa, nella quale si trova inserito, per spirito di servizio. Vogliamo mandans e proprio pcr il Natale, uno spedalo pensiero augurale c benedicente a tutti i Sacerdoti della Chiesa cattolica, un'assicurazione della nostra stima e della nostra fiducia, un'esortazione alla fedeltà e alla perseveranza. Sul Clero buono, pio, fedele, laborioso, disinteressato ‹ intelligente poggia la solidità, la vitalità, la fecondità della Chiesa: questo vediamo.

Ma vediamo altresì due altri fenomeni, ai quali la facile pubblicità odierna e la curiosità dell'opinione pubblica danno maggiore risalto che non ad altri fenomeni ben più larghi e confortanti. Uno di questi fenomeni abbastanza diffuso è l'incertezza del Sacerdote sul proprio stato; una incertezza che investe la fede nella natura stessa del sacerdozio, la sua formazione umana cd ecclesiastica, la sua funzione religiosa e apostolica, la sua posizione gerarchica c sociologica, il suo costume interno ed esterno, la sua missione nel mondo moderno. È di somma importanza dare alta testimonianza alla grande maggioranza del Clero forte e fedele alla sua missione e al suo dovere; e insieme ridare sicurezza ad ogni sacerdote circa la sua vocazione, la sua elezione, la sua investitura sacramentale, la sua relazione col Vescovo, con i Confratelli, con i fedeli, con quelli « qui foris sunt »; infondergli consapevolezza della sua indispensabile attualità; proporgli la forma di vita, evangelica e moderna, che lo aiuti a immedesimarsi nel mistero che gli è proprio, e a irradiarne i carismi di parola, di grazia, di esempio alla comunità c alle singole anime; bisogna anche dare dignità seppure spoglia di orpelli alla sua persona, e pane sicuro e sufficiente alla sua volontariamente povera c faticosa giornata umana. Non dovrà essere troppo difficile, noi pensiamo, perché già vigenti disposizioni vi provvedono, già le nuove strutture suggerite dal Concilio sono in via di attuazione, già i nostri Dicasteri romani intendono offrire opportuni sussidi per lo stile di vita dei Seminari e per gli organismi presbiterali nelle diocesi, e già lo Conferenze Episcopali in varie Nazioni stanno studiando come rendere più soddisfacente e più efficiente l'opera dei Sacerdoti. Ma questo rinnovamento spirituale e canonico richiederà molto studio e molto impegno. Abbiamo già in altra occasione accennato al proposito di dedicaro particolare interesse a così comph^sso problema; e, a Dio piacendo, lo faremo con amore e con sollecitudine, fidando nella collaborazione delPEpiscopato o nella corrispondenza dei nostri buoni sacerdoti stessi.

L'altro fenomeno è la defezione d'una parte minima, ma pur sempre troppo sensibile. di alcuni Sacerdoti e Religiosi dal sacri impegni a cui davanti a Cristo, davanti alla

Chiesa, davanti alla loro coscienza essi erano solennemente, liberamente e amorosamente impegnati. È questa la nostra corona di spine. Comprendiamo quanto sia complicato o drammatico. In ogni suo caso, questo fenomeno; e coinè sla vietato giudicare l'intorno di questi cuori infelici, anche se l'esterno di simili diserzioni rechi tanta amarezza e tanto scandalo al Popolo di Dio, e meriti per só grave deplorazione. Ancho questo fenomeno è oggetto di studi c di provvedimenti. Vi accenniamo per avere il suffragio delle comuni preghiere per tali confratelli infedeli o per non lasciare loro mancare, ove possibile, Il soccorso della carità. Ma riteniamo opportuno confermare, anche in questa occasione, il nostro apostolico dovere c il nostro pastorale proposito di conservare nella sua intatta bellezza la legge del sacro celibato nella Chiesa latina, od esprimiamo la vivissima speranza che i nostri sacerdoti, quelli giovani non meno che quelli anziani, con la grazia del Signore, ne sapranno sempre comprendere, difendere, illustrare l'incomparabile valore spirituale, inorale e apostolico.

AAS 62, 43-44. Cfr. *Insegnamenti* **7, 798 e.**

Nonnae ad Concilii Vaticani II praescripta circa formationem sacerdotalem ad effectum deducenda

(S. C. pro Instit. Catii. ***Ratio Fundamentalis Institutionis sacerdotalis,*** **6 ian. 1970).**

Notae praeliminakes

2950 **In Synodo Episcopali, mense octobri 1967 Romae celebrata, sequens Quaesitum, a Cardinali Praefecto S. Congregationis pro Institutione Catholica propositum, a Patribus approbatum est:**

« An opportunum videatur ut, enumeratis thematibus quae cunctis Rationibus Institutionis sacerdotalis inserantur oportet, praeparetur, una cum Conferentiis, Ratio quaedam Fundamentalis, ad normam Decreti *Optatam totius*l **ceterorumque documentorum conciliarium, quae in proxima Congregatione Plenaria S. Dicasterii pro Institutione Catholica examinetur atque definiatur, ita ut norma liat omnibus Rationibus conficiendis, ad unitatem servandam simulque sanam varietatem admittendam ».**

Quod autem attinet ad memoratam thematum enumerationem, Sacra Congregatio peculiarem indicem — cui titulus *De Datione Institutionis sacerdotalis iuxta documenta Concilii Vaticani* ***II*** *renovanda* **— apparandum curavit atque singulis Conferentiis Episcopalibus misit, quo in laboribus suis opportune adiuvarentur.**

Quoad alterum munus, Fundamentalem nempe Rationem conficiendi, huius textus Exc.mis Conferentiis Episcopalibus hic proponitur tamquam necessaria via ad unitatem in varietate servandam.

Quo clarius vero eius momentum et (inis pateant, haec quae sequuntur prae oculis habenda sunt:

2951 **1. Documentum hoc ita concipitur ut Conferentiis Episcopalibus, quarum est Rationes Institut ionis sacerdotalis unicuique Nationi proprias**

‘ [Cfr. un. 2621 sa.].

conlìcere, solida fundamenta indicentur ad grave hoc munus facilius exsequendum vel perficiendum, atque S. Congregationi pro Institutione Catholica certa criteria suppeditentur in singulis Rationibus ad normam Decreti *Optatam totius,* n. 1, examinandis et approbandis.

2952 2. Huiusmodi Documentum, cum a Conferentiarum Episcopalium delegatis pertractatum atipie a Sancta Sede approbatum sit, quoad praecipua capita (quae inferius accuratius circumscribuntur) obligans habendum est, ita ut, iuxta Primae Synodi Episcopalis vota, norma liat omnibus et singulis Rationibus ℭonficiendis.

Quod si in aliquibus Nationibus vel Regionibus rerum condiciones eiusmodi sint, quae etiam in rebus praecipuis peculiares quasdam sacerdotalis formationis accommodationes postulent, ambitum excedentes huius Fundamentalis Rationis, res inter Sacram Congregationem pro Institutione Catholica et eorum locorum Conferentia» Episcopales pertractanda est.

3. Siculi ex natura rei elucet, Documentum quaedam generaliora tantum fundamenta indicat, quibus Conferentiae Episcopales in propriis normis definiendis inniti debent. Eius est aptas indicare vias, quibus variis institutionis sacerdotalis necessitatibus opportune occurratur, atque certos fines designare, intra quos Seminariorum vita tuto progredi possit.

Quare, pro variorum argumentorum natura, saepe. Documentum diversas prospectat condiciones inter quas singulae Conferentiae viam eligere poterunt propriam et magis cuiusque loci condicionibus congruentem (cfr. nn. 17, 18, 19, 42, 60, 63, S3, 84, 85, 97, 98, 99. 101). Itaque, maius uniuscuiusque Nationis bonum appetens, eius industriam atque incepta non cohibet, sed extimulat.

• Ut essentialia ideoque necessario servanda ab iis quae talia habenda non sunt facilius distingui possint, haec notare oportet:

«) Magna ex parte ex natura rei elucent quae ad rectam futurorum sacerdotum efformationem omnino necessario ubique requiruntur.

b) In aliquibus paragraph!» aperte indicantur quae, licet tamquam essentialia requirantur, pro locorum tamen adiunctls variare possunt: cfr. v. gr. nn.: 60 (universa studiorum coordinatio), 75, 80, 81 (rationes studiorum, indices disciplinarum conficiendi), 93 examina, 84, 101 (ratio qua studiis specialibus et formationi post Seminarium perficiendae consulatur).

c) Quaedam prorsus nonnisi ad modum exempli vel consilii practici adducuntur ad ntlinuata principia facilius applicanda: Cfr. v. gr. nn.: 9 (varietas mediorum ad vocationes fovendas), 39, 40, 41 (inculcatur necessitas seriae probationis sed tantum consiliantur quaedam media quibus ipsa obtineri potest), 48, 49, 50, 51 (inculcantur virtutes et praerogativae sacerdoti propriae, nonnulla vero media ct modi tantum proponuntur ad eas excolendas), 52, 53, 54, 56 (affirmatur necessitas quorundam subsidiorum vitae spiritualis, quao tamen non tamquam exhaustiva habenda sunt), 91 (inculcatur quidem necessitas sed non modus methodos didácticos recognoscendi);

27 (elenchus variorum Moderatorum), 29 (ratio agendi ot vivendi Moderatorum, v. gr. vita communis), 31, 36 (varietas mediorum ad paedagogicam et scientiiicam idoneitatem perficiendam), 38 (eu quae de consociata opera Professorum concrete dicuntur, v. gr. • saltem semel in mense conveniant»), 67, 68 (ratio qua alumnorum institutio uberius perfici potest), 89 (lectio communis librorum ad sensum criticum acuendum), 90 (coordinator studiorum), 94, 95, 97, 08, 99 (exercitationum pastoralium oblecta, loca et tempora nonnisi ad modum exempli adducuntur).

4. Inter normas in Documento propositas, aliae iam ad instar articulorum redactae sunt, ita ut, si placuerit, integre in nationales Institutionis sacerdotalis Rationes inseri possint (v. gr. nn.: 5-7, 11-14, 10, 20-26, 28-41, 44-58, 67-74, 76-79, 82, 86-89, 94-95, 99); aliae, contra, nonnisi principia tradunt ad ulteriorem requisitam elaborationem dirigendam (v. gr. nn.: 9, 15, 19, 27, 42, 43, 61-66, 75, 80, 93, 98, 99, 101).

5. In Documento conficiendo opus erat ante omnia tribus hisce necessitatibus pro viribus consulere: *claritati.* ut variae quae hodie hic illic divulgantur ambiguae opiniones circa formationem sacerdotalem dissiparentur; *universalitali.* ut pro varietate condicionum, opportunae suppeditarentur normae ad constituendas leges diversis locis accommodatas; *actualitati,* ut nostrae aetatis quaestionibus in sacerdotali formatione ante omnia consideratis, insurgentibus periculis remedia adhiberentur.

6. Documentum penitus imbutum est spiritu Concilii Vaticani II, atque ipsa eius verba alicubi refert. Experientia enim docet non esse superfluum aliquas obligatorias Concilii normas et principia iterum atque iterum in medium proferre, ne forte negligali tur. eo quod in Ratione Fundamentali expresse non nominentur (v. gr. nn.: 11, 13, 20, 29, 30, 44, 45, etc.).

7. Has igitur normas Documentum admisit, ut Conferentiis Episcopalibus in praeparanda vel recognoscenda Ratione Institutionis sacerdotalis quam maximo adiumento esset: nihil omittere quod utile videretur; nihil superflui addere; nihil umquam inculcare nisi quod universaliter valet; ad praesentem rerum statum semper attendere. Hoc posito multiplici line, non poterat non adesse aliquis defectus in partium proportione, cum hic fusius, illic autem brevius, hic ad modum codicis, illic ad modum directorii agendum esset: decus enim necessitati cedat oportet.

Introductio

Hodierni conatus ad Seminaria renovanda, quibus Concilium Vaticanum II per decretum *De institutione sacerdotali* praecipuas et generaliores normas praestituit ut tuto procederent ac salutare pietatis, scientiae et pastoralis fervoris incrementum in candidatis ad sacerdotium producerent, ulteriores quasdam determinationes exigunt, ut peculiaribus singularum nationum necessitatibus quam optima ratione accommodentur atque illa catholici sacerdotii unitas et figura servetur, (piam ipsa rei natura postulat et idem Concilium enixe inculcavit. Hac igitur duplici necessitate prae oculis habita, Fundamentalis, quae hic proponitur, Ratio Institutionis sacerdotalis a Sacra Congregatione pro Institutione Catholica et a Delegatis Conferentiarum Episcopalium communi nisu consilioque elaborata est, nec sine constanti sollicitudine sinceris-

l Conc. Vat. **II, Dccr.** ***Optatam totius,*** **Proocm.; Decr.** ***Presbyterorum Ordinis,*** **nn. 1, 2, 7 et passim. [Cfr. nn. 2621, 2673 ss.1.**

(pie votis ut et genuinus Concilii Vaticani li spiritus et pastoralis finis fideliter in hoc documento significarentur atque, definitiore forma expressi, efficacius conferre possent ad educationis operam in Seminariis novis temporum necessitatibus aptandam.

2953 1. *Quo sensu Concilium Valicanum II Seminarii institutionem confirmet.*

Suam de Seminariis experientiam, iam pluribus comprobatam saeculis, Ecclesia in Concilio Vaticano II ut validam retinendam decrevit, asserens *Seminaria necessaria esse* tamquam institutiones ad sacerdotes eiïormandos ordinatas et potioribus illis educationis elementis praeditas, ipiae coniunctim cum aliis ad integram futurorum presbyterorum formationem possunt efficaciter conferre? Probatam vero hanc ad sacerdotium viam denuo confirmando, minime silentio praeterire voluit varias et multiplices necessitates, ex vetustate instrumentorum vel ex mutatis condicionibus decursu temporum exortas, admisitque vel etiam praescripsit immutationes non paucas, quibus huius utilissimae institutionis vis et paedagogica efficacia augerentur.

Etsi diverso modo Concilium locutum est de Seminariis quae *Maiora* et de iis quae *Minora* dicuntur, quaedam tamen definivit quae de utrisque valent.[1] Antequam vero peculiaria utriusque problemata in medium proferantur, necease est ut primum ea bene considerentur, quae omnibus infra dicendis quodammodo praesupponenda sunt: Seminarium, nipote iuvenum communitatem,[3] primam vim aptitudinemque suam ad futuros sacerdotes formandos ex ipsis condicionibus moribusque loci derivare, in quo iuvenes vivere solent, cuius veluti aerem respirant, in quo definiendo et in melius immutando ipsi partem habent. Agitur de variis concurrentibus elementis, cum internis tum externis; de totius communitatis structura deque eius spiritu, qui meliora sive inhibere sive provehere potest> cuiusque influxus vario gradu in omnibus manifestatur?

Hac igitur in re, primum Moderatorum munus in hoc consistit, ut consociatam omnium operam ad spirituales has condiciones inducendas periiciendasque obtineant. Eiusmodi enim sint oportet, ut quicumque Seminarium ingreditur, necessaria in eo inveniat auxilia ad propriam vocationem excolendam atque integre exsequendam Dei voluntatem? Neque ad finem hunc assequendum parvi aestimentur quae ad rerum materialium dispositionem pertinent: loci scilicet, aedium, supellectilis et ceterarum rerum sobria et digna compositio, eum iuvenum vita congruens.

1 **Cfr.** Conc. Vat. **II, Dccr.** ***Optatam totius,*** **nn. 4-6. (Cfr. nn. 2625-2627].**
• ***Ibid.,*** **n. 3. [Cfr. n. 2624].**
• **Accuratior Seminarii descriptio refertur in p. 1339» nota 3.**

4 **Pius XII, Adhort. Apost.** *Menti Nostrae,* **23 sept. 1950: AAS 42, 685;** Paulus **VI, Alloc.** *Non ¿ senza.* **habita occasiono inaugurationis novarum aedium Pont. Collegii Longobardici Romae, 11 nov. 1965:** *Insegnamenti di Paolo VI.* **III, pp. 601-605, Poliglotta Vaticana 1965. [Cfr. n. 2216].**

4 Ioanxes **XXI11, Alloc. E'** *orande,* **I Conventui Romae habito ex universa Italia vocationibus sacris fovendis, 21 apr. 1961: AAS 53, 311. [Cfr. n. 2459).**

2954 2. *De condicione iuvenum nostrae aetatis circa educationem.*

Praeterea, in quavis sana Seminariorum renovatione, oportet omnino considerentur praesentis quoque temporis adiuncta earumque peculiares necessitates circa educationem.1 Iuvenes enim, qui a divina Providentia ad munus sacerdotale inter nostrae aetatis homines exercendum vocantur, *peculiares animorum habitus referunt,* cum mente ingenioque hodiernorum hominum congruentes. Sic, percipitur in eis ardens sinceritatis desiderium et veritatis in variis animi sui manifestationibus; percipitur magna propensio ad omnia nova et insolita amplectenda; aestimatio mundi eiusque progressus technici et scientifici; voluntas inserendi se penitius in mundum ut ei serviat; sensus «solidarictatis»* praesertim cum hominibus humilioris condicionis et oppressis; spiritus communitatis. Sed, praeter haec omnia, animadvertitur in eis etiam diffidentia erga omnia vetera antiquo usu recepta, mobilitas in consiliis capiendis, inconstantia in propositis ad effectum deducendis, defectus docilitatis ad verum progressum spiritualem pernecessariae, animus difficilis et censorius erga auctoritatem et varias institutiones societatis civilis et ecclesialis, etc.2 Omnes has peculiares qualitates educator in sua opera paedagogica non solum non neglegit, sed etiam intellegere studet et, quantum potest, cooperantibus ipsis futuris sacerdotibus, ad suum formationis finem vertere, semper tamen bene distinguens quae inter eas plus vel minus vel nullo modo conferant ad aptiorem conformationem sacerdotalem, immo eidem educationi officiant. Omnibus consideratis, ignorari non potest nonnullas difficultates, praesertim hisce postremis annis, exortas esse sive ex iuventute sive ex hodierna societate, quae in totam formationis operam vim suam exercent et ideo maiores nisus ab educatoribus postulant.

Duo autem in nostrae aetatis iuvenibus praesertim animadvertenda sunt: eos impensius sentire tum propriae personae dignitatem tum res hominesque huius mundi sive quoad eius indubia bona, sive etiam quoad eius peculiarem statum spiritualem, qui neglegentiam religionis magis in dies redolet.3 Duo haec et alia etiam elementa in animis commixta, mentem quamdam voluti communem creant, quae exigit ut in Seminariis, praeter alia adhibita remedia, maior personae aestimatio habeatur, tollatur quidquid habet iniustiiicatae «conventionis» rationem, omnia ad veritatem et caritatem fiant, inter omnes dialogus veri nominis insti

1 **Cfr.** Conc. Vat. **II, Declar.** ***Gravissimum, educationis,*** **Introd.; Const, past.** ***Gaudium ei spes,*** **cap. II;** Paulus **VI, Alloc.** ***Salutiamo con vivissima,*** **moderatoribus consociationis v. d. «Movimento Adulti Scouts Cattolici Italiani», 5 nov. 1966:** ***Insegnamenti,*** **IV, 538 ss.**

• **Cfr.** Paulus **VI, Nuntius radiophon.** ***La ricorrenza,*** **occasione festi Nativitatis Domini, 22 dec. 1964:** ***Insegnamenti,*** **II, 761; Alloc.** ***Le parole,*** **ad sodales Confoederationis Universitariae Catholicae Italicae (FUCI), 6 dec. 1966:** ***Insegnamenti,*** **IV, 611; Alloc.** ***Noi sappiamo,*** **Christilldelibus coram admissis, 25 sept. 1968:** ***Insegnamenti,*** **VI, 927 ss.**

* **Cfr. CONC.** Vat. **II, Const, past.** ***Gaudium et spes,*** **nn. 25, 26, 41;** Paulus **VI, Alloc.** ***Salutiamo con vivissima,*** **cfr. supra, n. 1.**

tuatur, rationes cuín inundo, pro insta rectae formationis necessitate, frequent iores foveantur, denique omnia, quae praecipiuntur et postulantur, veram qua nituntur rationem ostendant et liberis animis fiant.l

Si haec exigunt ut quaedam formationis elementa antiquo usu recepta recognoscantur, paedagogicam etiam veri nominis operam requirunt, quae, in mutua fiducia ct intellegentia innixa, rectam libertatis notionem habeat et sciat praesertim probe discernere educationis media et fines. Si enim circa media utilis dialogus et fructuosa inquisitio una cum alumnis institui potest, finis Seminarii et universae educationis iam ab initio est semper prae oculis bene retinendus tamquam omnium considerationum fundamentum, ad quoti quaevis huiusmodi disputatio se referre debet. Quo clarius enim sublimis formationis finis juvenibus proponetur, eo libentius illi aptiora inedia ad eum adipiscendum communi consilio quaerent, atque, ducti proposito boni communis et voluntate Dei verum libertatis et auctoritatis sensum assequentur.

2955 3. *De notione sacerdotii catholici tamquam fine sacerdotali!- educationis proprio.*

Proprius sacerdotalis educationis finis nititur notione sacerdotii catholici, qualis oritur ex revelatione divina, constanti Ecclesiae traditione et magisterio illustrata. Haec doctrina, quae omnem Rationem Institutionis sacerdotalis informare debet, propriam vim et sensum ei infundendo, ex ipsis Concilii Vaticani II verbis erui potest:

Omnis sacerdotalis potestas et ministerium in Ecclesia ‘ atbulica originem suam trahit, ab unico et aeterno sacerdotio Christi, qui a Patre sanctificatus et missus in mundum (cfr. *Io.* 10, 36), eiusdem sacerdotii sui apostolos imprimis et eorum successores, episcopos, participes fecit. De uno eodemque sacerdotio t liristi varia Ecclesiae membra varia ratione participant: Simplicem quemdam huiusmodi participationis gradum constituit sacerdotium commune fidelium, qui, per baptismum et Spiritus Sancti unctionem « consecrantur in domum spiritualem et sacerdotium sanctum, ut per omnia opera hominis christiani spirituales offerant hostias».3 Diverso modo quam fideles sacerdotium Christi participant Presbyteri, qui, « quamvis pontificatus apicem non habeant et in exercenda sua potestate ab Episcopis pendeant, cum eis tamen sacerdotali honore coniuncti sunt et vi sacramenti Ordinis ad imaginem ('liristi summi atque aeterni sacerdotis (cfr. *Ilebr.* 5, 1-10; 7, 24; 9, 11-2S) ad Evangelium praedicandum fidelcsque pascendos et ad divinum cultum celebrandum consecrantur, ut veri sacerdotes Novi Testamenti».4 Hac ratione igitur presbyterorum *sacerdotium ministeriale* superat commune fidelium sacerdotium, cum per illud aliqui in corpore Ecclesiae Christo

1 **Cfr. CONC. Vat. II, Const, past. *Gaudium et spes,* n. 31.**
• Conc. Vat. **II, Decr. *Optatam totius,* passim. [Cfr. nn. 2621 ss.**J.
* Conc. Vat. **II, Const, donan. *Lumen sentium,* n. 10. [Cfr. n. 2587].**
‘ ***Ibid.,* n. 28. [Cfr. n. 2589).**

('apiti assiinilentur atque promoveant nr ‹ :»‹l inserviendum Christo Magistro, Sacerdoti et Regi, cuius participant ministerium, quo Ecclesia in populum Dei, Corpus Christi et Templum Spiritus Sancti, hic in terris indesinenter aedificatur »?

2956 ‹ Sacerdotium autem commune fidelium et sacerdotium ministeriale seu hierarchicum, licet essentia et non gradu tantum differant, ad invicem tamen ordinantur; unum enim et alterum suo peculiari modo de uno Christi sacerdotio participant ».2

Sacerdotio aucti. Presbyteri multiplices ineunt *relationes cum pro[trio Episcopo,* cum ceteris sacerdotibus et cum populo Dei.3 Etenim ' presbyteri omnes, tina cum Episcopis, unum idemque sacerdotium et ministerium Christi ita participant, ut ipsa unitas consecrationis missionisque requirat hierarchical!) eorum communionem cum Ordine Episcoporum ... Episcopi igitur ... illos habent ut necessarios adiutorcs ct consiliarios in ministerio et munere docendi, sanctificandi et pascendi plebem Dei ⁑. Ipsi eum suo Episcopo ‹ unum presbyterium constituunt, diversis quidem olliciis mancipatum. In singulis localibus fidelium congregationibus Episcopum, quocum fidenti et magno animo consociantur, quodammodo praesentem reddunt eiusque munera et sollicitudinem pro parte suscipiunt et cura quotidiana exercent ».6

2957 Vera haec in uno eodemque presbyterio dioecesano participatio intima et multiplicia ligamina constituit *inter ipsos quoque sacerdotes.* « Presbyteri, per Ordinationem in Ordine presbyteratus constituti, omnes inter se intima fraternitate sacramentali nectuntur »,e «quae sponte ac libenter sese manifestat in mutuo auxilio, tam spirituali quam materiali, tam pastorali quam personali, in conventibus et communione vitae, laboris et caritatis»,7 «ita ut manifestetur illa unitas qua Christus voluit suos in unum esse consummatos, ut agnoscat mundus Filium missum esse a Patre ⁑.

2958 Omnis tamen presbyter ex populo Dei sumitur ut pro eodem *populo* constituatur. Sed licet vi sacramenti Ordinis munus patris et magistri presbyteri exerceant, ‹ tamen simul cum omnibus christifidelibus sunt discipuli Domini, Dei vocantis gratia Eius Regni participes facti. Cum omnibus enim in fonte baptismi regeneratis Presbyteri sunt fratres inter fratres, ut jiote membra unius eiusdemque Christi Corporis, cuius aedificatio omnibus demandata est ».9 Quapropter «fidelium, quos spiritualiter baptismate et doctrina genuerunt (cfr. / *('or.* I. 15; / *I'l.* 2, 23), eu-

' Conc. Vat. II, Decr. ***Presbyterorum Ordinis,*** n. 1. |Cfr. n. 2673].
• Conc. Vat. II, Const, dogm. ***Lumen gentium,*** n. 10. [Cfr. n. 2587].
' Quod quidem praesertim In spirituali et pastorali alumnorum formatione prac oculis habendum est (cfr. cap. Vili et XVI). (Cfr. 3005 s., 3064js.).
‘ Conc. Vat. II, Decr. ***Presbyterorum Ordinis,*** n. 7. [Cfr. n. 2693].
• Cono. Vat. II, Const, dogm. ***Lumen gentium,*** n. 28. [Cfr. n. 2589].
• Conc. Vat. II, Decr. ***Presbyterorum Ordinis,*** n. 8. (Cfr. n. 2697].
' Conc. Vat. II. Const, dogm. ***Lumen gentium,*** n. 28. [Cfr. n. 2589],
• Conc. Vat. II, Decr. ***Presbyterorum Ordinis,*** n. 8.
• ***Ibid.,*** n. 9. [Cfr. n. 2701].

ram tamquam patres in ‹ hristo agant. Torma facti gregi" ex ammo (cfr. / *Pl.* 5, 3), suae communitati locali ita praesint et inserviant, at ista «ligne vocari possil illo nomine, quo unus et totus Populus Dei insignitur, Ecclesiae scilicet Dei (cfr. *1 ('or.* 1, 2; *2 ('or.* I, 1). Ab-more- -inf se sua cotidiana conversatione et sollicitudine fidelibus et infidelibu-. catholicis et non catholicis, *faciem ministerii vere sacerdotalis et pastorali* exhibere, omnibusque testimonium veritatis et vitae reddere debere, ct ut boni pastores illos quoque quaerere (cfr. *Lc.* 15, 4-7), qui baptizati quidem in Ecclesia catholica a praxi sacramentorum, vel immo a tide defecerunt ita ut per indefessam eorum operam Ecclesia ut universale salutis sacramentum ‹ coram omnibus eluerat et signum fiat praesentiae Dei in mundo.3 ‹ Vita et verbo, una cum religiosis atque fidelibus, demonstrent Ecclesiam sola sua praesentia, eum omnibus quae continet donis, inexhaustum fontem esse illarum virtutum, quibus mundus hodiernus maxime indiget .Munus vero Pastori- non ad fidelium singillatim curam habendam coarctatur, sed etiam ad genuinam communitatem christianam «ITormandam proprie extenditur ,‘ «piae genuino spiritu missionali et catholicae universalitatis imbuta esse debet.

2959 *Ministerium prexbytcrale,* «piale a Concilio Vaticano 11 exponitur, absolvitur praecipue in *ministerio verbi ct opere sanctificationis.* ‹ um enim nemo salvari possit, «pii prius non crediderit. Presbyteri, nipote Episcoporum cooperatores, primum habent oflicium Evangelium Dei omnibus evangelizandi >,n mandatum exsequentes Domini: *Euntes in mundum universum praedicate evangelium omni rreaturat* (.'/«•. 16, 16). Quod tunc explent, «piando ‹ sive ... conversationem inter gentes habentes bonam, ad Deum glorificandum eas adducunt, sive, aperte praedicantes, mysterium Christi non credentibus annuntiant, sive catechesim christianam tradunt vel Ecclesiae doctrinam explanant, sive sui temporis quaestiones sub luce ('liristi tractare student».7

At ministerium verbi eo tendit, ut homines ad fidem et sacramentum salutis adducantur, culmenque suum attingit in Eucharistia»- celebratione: « Suum vero munus sacrum (presbyteri) maxime exercent in eucharistico cultu vel synaxi. qua in persona Christi agentes Eiusque mysterium proclamantes, vola fidelium sacrificio Capitis ipsorum coniungunt, et unicum sacrificium Novi Testamenti, ('liristi scilicet Sese Patri immaculatam hostiam semel offerentis (cfr. *Hebr.* 9, 11-28), in sacrificio Missae usque ad adventum Domini (cfr. *1 ('or.* 11, 26) repraesentant et applicant. Pro fidelibus autem poenitentibus vel aegrotantibus ministerio reconciliationis et alleviationis summe funguntur, et

‘ Conc. Vat. II, Const, (login. *Lumen gentium,* n. '28. p fr. n. 2589).
• *Ibid.,* n. 48.
’ Cfr. Conc. Vat. II, Decr. *Ad gentes,* u. 15.
• Conc. Vat. II, Const, post. *(laudium ct spes,* n. 43. [Cfr. u. 29).
‘ Conc. Vat. II, Decr. *Presbyterorum Ordinis.* n. (t. |Ctr. n. 26S9).
• Conc. Vat. 11, Decr. *Presbyterorum Ordinis,* u. 4; Const, degni, *Lumen* «irn-*tium,* n. 28. ¡(-fr. n. 2081, 2589).
’ Conc. Vat. II. Decr. *Presbyterorum Ordinis,* n. 4. (Cfr. n. 2681).

necessitates ac preces fidelium ad Deum Patrem afferunt (cfr. *Ilebr.* 5, 1-3) »? Itaque munus praedicationis id habet proprium, ut munero sanctificationis compleatur, quo sacerdos, Christi personam gerens, in Ecclesia aedificanda cooperatur.

2960 Populo autem Dei per evangelicam praedicat ionem atque sacramenta ct praecipue per eucharistiae celebrationem congregato *praeeat Presbyter.* Talis ideo esse debet, qui ab omnibus pariter agnosci possit ut Christi Capitis vices gerens: nam « munus Christi Capitis et Pastoris pro sua parte auctoritate exercentes, Presbyteri, nomine Episcopi, famiIiam Dei, ut fraternitatem in unum animatam colligunt, ot per Christum in Spiritu ad Deum Patrem adducunt. Ad hoc autem ministerium exercendum, sicut ad cetera munera Presbyteri, confertur *potestas spiritualis* ».[2] Hac potestate sacerdotium ministeriale seu hierarchicum a sacerdotio communi fidelium non gradu tantum sed essentia differt.[3] Nam, etiamsi fideles aliquam partem habere possint et debeant in munere evangelico et pastorali, [1] solus is qui sacrum presbyteratus ordinem accepit, ministerium sacramentale, et praecipue eueharisticum, a quo alia ministeria derivantur et, ad quod tendunt, plene exercere potest. Ideoque *segregatus in evangelium Dei (Pom.* 1, I), totam suam vitam Dei et hominum servitio devovere, animam immo suam pro ovilius ponere non dubitet.[6]

2961 4. *Dc sacerdotis actione et vita in praesentibus rerum adiunctis.*

Munus sacerdotale, quale ab Ecclesia essentialiter definitum est, exercetur hodie *in condicione rerum omnino nova,* quae ex novis hominum necessitatibus et ex natura civilis cultus hodierni manifestatur.[4]

Necessitates hominum hodie determinantur potissimum sive a nobilitata persona humana, sive a progrediente immutatione sensus religiosi. Si non semper re et expresse, saltem virtualiter cuivis homini sua agnoscitur dignitas humana, ius progrediendi, manifestandi mentem suam

[1] Cono. Vat. **II, Const, dogm.** *Lumen gentium,* **n. 28. (Cfr. n. 2589].**

[2] Cono. Vat. **II, Decr.** *Presbyterorum Ordinis,* **n. 6. [Cfr. n. 2(5861.**

[3] Conc. Vat. **II, Const, dogm.** *Lumen gentium,* **n. 10. [Cfr. n. 2587].**

[4] ***Ibid.,*** **nn. 11, 12.**

[5] Conc. Vat. **II, Decr.** *Presbyterorum Ordinis,* **n. 13.** (Cfr. **n. 2709],**

[6] **Nova haec reruni condicio in qua apostolica sacerdotis opera exercctur in Concilii Vat. II et recentiorlbus Summorum Pontitlcum documentis accuratius describitur, v. gr.:** Conc. Vat. **II, Const, past.** *Gaudium et spes;* Ioannes **XXIII, Litt. Encycl.** *Pacem in terris,* **11 apr. 1963: AAS 55, 257 ss.; Litt. Encycl.** *Mater ct Magistra,* **15 mali 1961: AAS 53, 101 ss.;** Paulus **VI, Litt. Encycl.** *Ecclesiam suam,* **6 aug. 1964: AAS 56, 609 ss.; Litt. Encycl.** *Populorum progressio,* **26 mart. 1967: AAS 59, 257 ss.; Alloc.** *Potrebbe bastare,* **lis qui interfuerunt Conventui Romae habito de pastorali animarum cura hodiernis necessitatibus accommodanda, 9 sept. 1966:** *Insegnamenti,* **IV, 388-392; Alloo.** *Benedicamus Domino,* **ad Exc.mos Praesules ex Americae Latinae regionibus secundo Generali Coetui Medellii interfuturos, 21 aug. 1968:** *Insegnamenti,* **VI,** 103 **ss.; Alloc.** *Questo annuale incontro,* **ad Concionatore» quadrages, ot Parochos Romae,** 17 **febr. 1969:** *L'Osservatore Romano,* **17-18 febr. 1969,** 1; **Alloc.** *Il Sig. Cardinale,* **ad Sacrum Collegium, 15 dec. 1969:** *L'Osservatore Romano,* **15-16 dec. 1969,** 1 **s. (Cfr. nn. 2912 s„ 2949].**

libere, et partem habendi in suipsiuB et rerum progressu. Et prout plenior dominatio hominis in mundo instauratur, eum magnis mutationibus socialibus coniuncta, minus spatii conceditur antiquitus recepti-, formi' vitae christianac. Itum enim, in hae generali rerum conversione, rhristiani quidam coctus formam vitae religiosae exhibent magis personalem, quae manifestatur ex peculiari reverentia erga verbum Dei et Sacram Liturgiam et ex maturiore acquisita conscientia, magis etiam in dies eorum numerus percrebrescit, qui debitam cum Ecclesia consuetudinem partim vel omnino amittunt, et in naturalem quamdam religionem et ethicam propendent. Immo, saepius eo usque pervenitur ut atheismus — quondam potius philosophis reservatus communior in dies evadat ac plurium mentes lente imbuat. Hi autem varii aspectus civilis cultus nostrae aetatis prae oculis constanter habendi sunt, cum ad eos respiciat oportet vita actioque sacerdotis eiusque ad munus suum praeparatio.l

Iuvenes enim qui Seminarium hodie ingrediuntur, in huiusmodi civili consortio inserti sunt per varias communicationis sociali.-- rationes, et in animis suis afficiuntur quaestionibus, quae religionem et praesertim sacerdotalem actionem et vitam respiciunt. Saepe ad theologica studia accedunt sincera quidem voluntate serviendi Deo et hominibus in vita sacerdotali, quin tamen, ut olim mos erat, certa perspectaque habeant bona religionis, (piorum praecones et administri aliquando heri debent. Haec autem et graves quandoque in Seminario difficultates suscitant, et verum ac praecipuum obieclum educationis constituunt, ad quod moderatores peculiari sollicitudine attendant oportet. In sua formandi ratione comentur imprimis non tam subitaneo et radicali interventu varia huiusmodi obstacula removere, sed potius gradatimi animos intentionesque purgare et praesertim uti prudenti indicio ac moderatione, ut quidquid sani est in iis quae iuvenes appetunt, magis in dies progrediatur et roboretur, atque ita possit in posterum sacerdotalis eorum vita et opera fructus ferre uberiores.

Ad hoc autem auxilio esse poterit non solum eorum magnus alacerque animus et ardens studium subveniendi societati humanae, sed quandoque etiam ipsa ab iis superanda dubia et critica fidei perscrutatio, cum homines, ad quos sacerdotes mittentur, incerta et ambigua religione imbuti, magisterium sacerdotis haud inertes facilesque accipiant, nec sine praeiudicatis opinionibus credant teneantque doctrinam, quam eos sacerdos ex officio edocere contendit.

Iuvenes igitur ita educandi sunt, ut peculiaris haec condicio, quam hodie una cum lota Ecclesia experiuntur, nedum eos in periculum cadendi animis adducat, eos ad nova experienda auxilia novasque vias temptandas, spe fideque in Deum erectos, extimulet, quibus cum nostrorum temporum hominibus facilius communicare valeant. Mundum enim ‹ qualis hodie dilectioni et ministerio Pastorum Ecclesiae concre-

l Conc. Vat. II, Const, past. *Gaudium ct spes.* nn. 4-10; Pavlüs VI, Homilía *Hodie Concilium,* in IX Concilii Vnt. II Sessione, 7 dec. 1965: *Inseffnamenti,* III, 720 ss.

ditur, sic Deus dilexit, ut Filium suum Fuigeuilum pro ipso daret (cfr. *Io.* 3, 1(5). Revera, mundus hic, mullis quidem peccatis detentus sed non parvis etiam facultatibus praeditus, Ecclesiae lapides vivos (cfr. / /7. 2, 5) praebet, qui coaedificantur in habitaculum Dei in Spiritu (cfr. *Eph.* 2, 22). Idem Spiritus Sanctus, dum Ecclesiam impellit, ut ad mundum huius temporis adeundum novas vias aperiat, congruas quoque ministerii sacerdotalis accommodationes suggerit ac fovet».l

Haec nova sacerdotalis actionis et vitae accommodatio plurimoruin animos nostra aetate inquietat et occupat et ubique varii generis quaestiones suscitat. Hinc quoque iit ut de sacerdote ipso, dc eius natura, de proprio eius loco in sinu societatis, de eius vitae condicione et de eius aptiore praeparatione ad munus suum efficacius exercendum, multa ore ct scripto agitata sunt atque proposi!a.1 Haec Seminarium, uti patet, debebit numquam ignorare vel neglegere sed. contra, sollicite tueri ac servare quae sacerdotii certa et perennia bona sunt. Huius *Rationis Fundamentalis* erit haec acquisita bona in tuto collocare; cetera vero contingentia elementa necessitatibus locorum et temporum accommodanda curabunt Conferentiae Episcopales plena libertate.

I. Normae generales 34

2962 1. Ratio Institutionis sacerdotalis a Conferentia Episcopali ad normam n. l Decreti *Oplalam lotius* statuta, a Sacra Congregatione pro Institutione Catholica prius «ad experimentum» approbatur.

Quod si intra tempus experimenti aliqua urgens necessitas oriatur Rationem aliqua parte novis adinnetis accommodandi, huiusmodi mutationes non excluduntur, dummodo tempestive admoneatur Sancta Sedes.

Ante expletum experimenti tempus Ratio a Conferentia Episcopali ex acquisita experientia recognoscenda erit. Commissione Episcopali de Seminariis| et viris peritis adiuvantibus, atque novae approbationi eiusdem Sacrae Congregationis subicietur.

Eiusmodi recognitio et approbatio postea certis temporibus repetentur, prout singulis Confcrentiis Episcopalibus necessarium vel utile visum fuerit.

Solis Confcrentiis Episcopalibus, non autem singulis Episcopis, ius et officium competit statuendi Rationem Institutionis sacerdotalis in propria natione vel regione et approbandi peculiaria experimenta, si quae opportune introducenda videantur.

l Conc. Vat. **II, Decr.** ***Presbyterorum Ordinis,*** **n. 22. [Cfr. n. 2728J.**

1 **P.WLUS VI, cfr. Alloc.** ***Questo annuale incontro, l.*** **c.; cfr. Alloc.** ***Il Si(j. Cardinale, L c.,*** **cfr. p. 1330, nota 6; [cfr. nn. 2912 8., 2949].**

* **His nonnis generaliora quaedam capita Confcrentiis Episcopalibus proponuntur, quibus propriae cuiusque Nationis ¡lationes Institutionis sacerdotalis conficiant.**

4 **Vel a Commissione aut Sccrotarlatu, cui Seminariorum cura concredita eat. Quae Commissiones vel Secrctariatus, slcutl etiam sic dictae Commissiones** ***technical*** **peritorum, a Synodo Episcopali a. 1967 maxime commundatae sunt; carum autem compositio, munus atque competentia a Conferentia Episcopali accuratius determinanda sunt.**

2963 2. Normae Rationis sic elaboratae servandae erunt in omnibus cleri dioecesani Seminariis sive regionalibus sive nationalibu»; earum autem particulares accommodationes ab Episcopis competent ibus determinandae erunt in Ordinationibus *[règlement, regolamento. Lebeau-ordmt ng, Pule of Life, reglamento)* unicuique Seminario propriis.

Ilis normis etiam Rationes Institutorum Religiosorum, congrua congruis referendo, accommodandae ⁕unt.

I bi Seminarii alumni studia philosophica et theologica apud Facultates vel alia Superiorum studiorum Instituta peragunt, quoad studia respiciendum erit ad ea quae in documento, cui titulus *Sormar quaedam,*2 sub n. 33 a Sacra Congregatione pro Institutione t athoiiea statuta sunt.

2964 3. Ratio fundamentalem institutionem sacerdotalem complectitur, nempe humanam, spiritualem, intellectualem et pastoralem; quae parte-apte componi debent, ut sacerdos Christi pro nostrorum temporum necessitai ibus praeparetur.

2965 4. Tota institutio sacerdotalis, ratione habita documentorum Sanctae Sedis quae formationem alumnorum respiciunt, informetur oportet imprimis spiritu et normis Concilii Vaticani 11. prout elucent ex Decreto *Optatam totius* atque ex aliis Constitutionibus et Decretis, quae clericorum educationem attingunt?

II. De Pastorali cura vocationum

2966 5. Vocatio ad sacerdotium in ampliorem inseritur ambitum vocationis christianae. in sacramento baptismi radicatae, qua Populus Dei « a Christo in communionem vitae, caritatis et ventatis constitutus, ab Eo etiam ut instrumentum redemptionis omnium adsunntur et tamquam lux mundi et sal terrae (cfr. *Mt.* 5. 13-16) ad universum mundum emittitur».4 Haec vocatio, suscitata a Spiritu Sancto, qui varia sua dona, secundum divitias suas atque ministeriorum necessitates ad utilitatem Ecclesiae dispertit (cfr. / *Cor.* 12. 1–11)».5 ordinatur ad aedificationem Corporis Christi, in qua · diversitas viget membrorum et officiorum ».a

1 Cfr. Conc. Vat. II. Decr. *Optatam Mius.* Prooem.: Paulus VI Motu proprio *Ecclesiae Sanctae,* G aug. 1966: AAS 58, 7S1; tui territoria missionum quod attinet, cfr. Decr. *-id ¡jentes divinitus.* n. 16. [Cfr. nn. 2621. 2750. 2659 s. 1.

' Noumae quaedam ad Constitutionem Apostolicam *Deus scientiarum Dominus* de studiis aeademicis ecclesiasticis recognoscendam, editae a S. Congregat ione pro Institutione Catholica, 20 inni! 1968. [Cfr. n. 288?],

' V. gr. Decr. *Presbyterorum Ordinis,* Dechrr. *Gravissimum educationis.* Decr. *Perfectae caritatis,* Const. *Lumen gentium. Gaudium et spes,* Decr. *Initatis redintegratio, Cou-t. Sacrosanctum Concilium,* Decr. *-IposMicani actuositalem.* etc.

• Conc. Vat. II. Const, dogai *Lumen gentium,* n. 9; cfr. Paulis VI, Alloc. *Il Nostro desidet io,* Christ illdclibus coram admissis habita. 5 mail 1963: *Ins‹ ‹/›.‹: tedi,* III, 928 s.

‘ Conc. Vat. 11, Const, dogm. *Lumen gentium,* n. 7.

• *Ibid.*

2967 6. Omnes vocationes tamquam manifestationes investigabilium divitiarum Christi (cfr. *Eph.* 3, 8) in Ecclesia magni aestimandae sunt, ideoque omni cura et sollicitudine excolendae ut maturescant ct augeantur. Ad totam igitur christianam communitatem,[1] sed peculiari modo «ad sacerdotes, qua in tide educatores, pertinet curare sive per se sive per alios, ut singuli fideles ad suam propriam vocationem secundum Evangelium excolendam, ad sinceram operosamque caritatem, et ad libertatem, qua Christus nos liberavit, in Spiritu Sancto adducentur»,[1] ita ut suam « maturitatem christianam consequantur 0.[3][4]

2968 7. Inter multiplices vocationes a Spiritu Sancto in Populo Dei incessanter excitatas peculiare momentum habet vocatio ad statum perfectionis ct praesertim ad sacerdotium, qua homo christianus ad Christi Sacerdotium hierarcliicum participandum divinitus ℮ligitur « ad Ecclesiam verbo et gratia Dei pascendam ».[5]* Haec vocatio in variis vitae humanae aetatibus varia ratione manifestatur: apud adolescentes, apud aetate provectiores, atque etiam, siculi constans Ecclesiae experientia testatur, apud pueros, in quibus, ad instar cuiusdam «germinis», non raro sociata exhibetur cum singulari pietate, cum ardenti amore erga Deum et proximum, cum animi inclinatione ad apostolatum.®

2969 8. Magnis Christifidelium necessitatibus inspectis atque bene percepta voce Divini Salvatoris qui omnes invitat: *Rogate Dominum messis, ut mittat operarios in messem suam (Jit.* 9, 38; *Lc.* 10, 2), summopere oportet ut tota communitas Christiana assidue ac fidenter curet religiosas et sacerdotales vocal iones praesertim fovere. Ideoque in singulis dioecesibus, regionibus vel nationibus Opus Vocationum, secundum pontificia de re documenta, instituatur et augeatur, ut omnia quae pertinent ad pastoralem fovendarum vocationum actionem, nullis neglectis opportunis auxiliis, apta cohaerentique ratione ordinet atque pari prudentia et studio promoveat.[7]

[1] Conc. Vat. **II, Decr.** *Optatam totius,* **n. 2. [Cfr. n. 2623).**

[2] Conc. Vat. **II, Decr.** *Presbyterorum Ordinis,* **n. G. (Cfr. n. 2687].**

[3] *Ibid.,* **cfr. Decr.** *Christus Dominus,* **n. 15. [Cfr. n. 2G18].**

[4] **Cfr.** Conc. Vat. **II, Dccr.** *Optatam totius,* **n. 2.**

[5] Conc. Vat. **II, Const, dogm.** *Lumen gentium,* **n. 11. (Cfr. n. 25881.**

[6] Conc. Vat. **II, Dccr.** *Presbyterorum Ordinis,* **n. 11; Prua XII, Const. Apost.** *Sedes sapientiae,* **31 mali 1956: AAS 18, 357 68.;** Pavlus **VI, Epist. Apost.** *Summi Dei Verbum,* **4 nov. 19G3: AAS 55, 981 es.; cfr. Alloc.** */I grande rito,* **quarto exacto saeculo post constituta a Concilio Trld. Seminaria, 4 nov. 1963:** *Insegnamenti,* **I, 288-290; Alloc.** *Il Nostro desiderio, Insegnamenti,* **III, 928; Alloc.** *Vous nous offrez,* **ad «Iuvenes ministrantes» ex universa Europa, 30 mart. 19G7:** *Insegnamenli,* **V, 126-127. [Cfr. nn. 2706, 2280, 2530 s., 2539, 2785].**

[7] **Cfr.** Conc. Vat. **II, Dccr.** *Optatam totius,* **n. 2; Decr.** *Presbyterorum Ordinis,* **n. 11; Decr.** *Perfectae caritatis,* **n. 24; Decr.** *Christus Dominus,* **n. 15; Dccr.** *Ad gentes divinitus,* **nn. 16, 39; cfr. etiam Pius XII, Motu proprio** *Cum nobis,* **« de Pont. Opere Vocationum Sacerdotalium apud S. Congregationem Seminariis et studiorum Universitatibus praepositam constituendo », 4 nov.194** 1**: AAS 33, 179; cum adnexis** *Statutis et Normis* **ab eadem S. Congregat ione promulgatis d. 8 sept. 1943; Motu proprio** *Cum supremae,* **«dcPont. Opere primario religiosarum vocationum , 11 febr. 1955: AAS 17, 266; cum adnexis** *Statutis et Normis* **a S. Congregatione de Religiosis promulgatis** *(ibid.,* **298-301). [Cfr. nn. 2623, 2706, 2620, 2618, 2659, 2672, 2093, 2111 s.].**

« Haec actuosa ad vorat iones fovendas universi populi Dei con-spiratio Divinae Providentiae actioni respondet, quae hominibus ad (’liristi Sacerdotium hierarchicum participandum divinitus electis con-gruas dotes tribuit cosque sua gratia adiuvat, dum legitimis Ecclesiae ministris committit ut idoneitate agnita, candidatos qui tantum munus recta intentione et plena libertate petierint, comprobatos vocent et Sancti Spiritus sigillo Dei cultui et Ecclesiae servitio consecrent

Ad Opus provehendum et vocationes fovendas, Episcopi enixe curent uti consociata opera sacerdotum, religiosorum et laicorum, imprimi.' parentum et *magistrorum, atque etiam Consociationum catholicarum, iuxta rationem generalis curae pastoralis organice *coordinata

2970 9. Omnia promovere oportet quae ad vocationes a Deo obtinendas requiruntur, imprimis precationes ab ipso Christo postulatas (cfr. Jit. 9. 39; *Lc.* 10, 2). Quod quidem fieri debet tam privatim quam in communi certis opportunis anni liturgici temporibus sollemnioribusque occasionibus ab auctoritate ecclesiastica definiendis. Finem hunc praecipue spectat *Dies mundialis pro vocationibus,* a Sancta Sede statutus et ubique ter-rarum ali Ecclesia quotannis celebrandus.3 Omnia etiam promoveantur oportet quae animos excitare et aperire valent ad vocationem divinam discernendam et excipiendam. Quare exemplum sacerdotum, verum gaudium paschale aperte manifestantium »,| pastoralis iuventutis cura in dioecesibus bene ordinata, sacrae conciones et catechesis vocationem ipsam tractantes, praeparatio spiritualis, v. gr. per exercitia spiritualia: quae omnia tamquam prima ac praecipua ratio huius pastoralis operae habenda sunt.

Quae actio, servatis sanae psychologiae et paedagogiae legibus, ad variarum aetatum homines dirigi debet; at urget in praesens novus labor5

1 Conc. Vat. **II, Dccr.** ***Optatam totius,*** **n. 2; Píos XII, Const. Apost.** ***Sides sapien-tiae,*** **31 mati 1956: AAS 48, 357;** Paulus **VI, Epist. Apost.** ***Summi Dei Cerbum,*** 1 **nov. 1963: AAS 55, 984 ss. [Cfr. nn. 2623, 2280, 2530 J.**

* **Cfr.** Conc. Vat. **11, Decr.** ***Optatam lotius,*** **n. 2; Decr.** ***Presbyterorum Ordinis,*** **n. 11; Const, dogm.** ***Lumen gentium,*** **n. 11; Dccr.** ***Perfectae caritatis,*** **n. 24; Dccr.** ***Apostolicam actuositalem,*** **n. 11; Decr.** ***Christus Dominus,*** **n. 15; Const, past.** ***Gaudium et spes,*** **n. 52: Dccr.** ***Ad gentes divinitus,*** **n. 39; cfr. etiam Pius XII, Adhort. Apost.** ***Menti Xostrae.*** **23 sept. 1950: AAS 42, 683; Alloc,** ***Una parola,*** **ad sponsos novellos. 25 mart. 1942:** ***Discorsi e Iladiomessaggi,*** **IV, 11-17;** Ioannes **XXIII, Alloc. /?** ***grande,*** **I Conventui Romae habito cx universa Italia pro vocationibus fovendis, 21 apr. 1961: AAS 53, 308-314: Alloc.,** ***Quod spectaculum,*** **ad eos qui primo Conventui internat, pro vocationibus eccl. interfuerunt, 26 mail 1962: AAS 54, 451-453;** Paulus **VI, Litt. Apost.** ***Summi Dei l'erbum,*** 4 **nov. 1963: AAS 55, 985 ss.: Nuntii Radiophon. habiti occasiono celebrationis ‧** ***Diei mundialis pro vocationibus». Pregale il Padrone,*** 11 **apr. 1961:** ***Insegnamenti,*** **II 240-242;** ***Quest'anno.*** **5 mart. 1967:** ***Insegnamenti,*** **V, 699-702;** ***Im quinta Giornata,*** **19 mar. 1968:** ***Insegnamenti,*** **VI, 133-136; Nuntius scripto datus** ***La celebrazione,*** **19 mart. 1969: AAS 61. 330-333; S.** Conor. Sem. et Stud. Univ., ***Im preminente.*** **Instructio de opere .Actionis Catholicae voca-tionibus sacerd. fovendis,** 1 **oct. 1960. [Cfr. nn. 2623, 2706, 2588, 2620, 2618, 2672, 2214, 2099, 2457, 2505, 2529 s., 2871, 2915, 2437 8.].**

• **Litt. D. llamlcti I. Card. Clcognani, Sect. Status, ad D. losephum Uard. Pizzardo, Praef. S. Congr. Som. ct Stud. Univ., 23 ian. 1964. [Cfr. n. 3303].**

‘ **Cose.** Vat. **II, Dccr.** ***Presbyterorum Ordinis,*** **n. 11; Decr.** ***Optatam totius,*** **n. 2. [Cfr. nn. 2623, 2706).**

ad vocationes quas plures in maturiore aetate manifestant (quandoque post exercitam aliquam professionem) — propriis institutis et rationibus inveniendas, excolendas, formandas.[1]

2971 10. Liberali animo vocationes foveantur non tantum pro sua cuiusque dioecesi et natione, sed etiam pro aliis dioecesibus et nationibus, ratione habita necessitatum universalis Ecclesiae et divinae actionis, quae singulos ad diversa munera vocat, sive ad sacerdotium saeculare, sive ad laborem missionalem, sive ad instituta religiosa. Ad quem finem facilius assequendum Centra unica peroptanda sunt in singulis dioecesibus, quae voluti exprimant cooperationem et unitatem inter utrumque clerum, dioecesanum et religiosum, pro omnibus vocationibus.[2]

III. De Seminariis .Minoribus[3] et aliis institutis AD EUNDEM FINEM ERECTIS

2972 11. Proprius Seminarii .Minoris tinis est adolescentes, qui vocationis germina exhibere videntur, adiuvare quo facilius vocationem suam dignoscant eique respondere valeant. In re tantae prudentiae et consilii, quae perfici nequit nisi luce ductuque Spiritus Sancti, qui dona sua dividit prout vult (cfr. *J Cor.* 12, 11), manuducantiir candidati a Moderatoribus, parentibus, communitate paroeciali et aliis ad quos pertinet, ut, divinae Providentiae intentionibus fideliter respondentes, baptismalem suam consecrationem plenius in dies vivant et impleant, apostolico spiritu progrediantur, atque ita paratiores evadant ad sublime sacrae vocationis donum in sua vera natura percipiendum et, si legitimae auctoritatis comprobatio accesserit, libero et laeto animo amplectendum.[4]

[1] Conc. Vat. **II, Decr.** *Optatam lotius,* **n. 2; cfr. Documenta in p. 1335, n. 2 relata; quoad vocationes adultorum, cfr. Adhort. Apost.** *Menti Nostrae,* **23 sept. 1950: AAS 12, 684.**

[2] Conc. Vat. **II, Decr.** *Optatam lotius,* **n. 2; Decr.** *Presbyterorum. Ordinis,* **nn. 10, 11.**

[3] **Do praeparatione ad Seminarium** *Maius,* **quod est institutio immediate ad sacerdotium ordinatu et habita ut necessaria, Concilium Vaticanum II sententiam suam protulit, spectabatque institutionem hucusque communem, quae sub Seminarii Minoris nomine venit. Eam Concilium consuit esse quidem integre renovandam, sed nostris etiam temporibus permanere validam atque aptam ad vocationis germina excolenda. Ut autem Seminarium Minus huic magni momenti proposito in praesentibus rerum adiunctis melius respondeat illudque assequatur, paucae quidem sed aptissimae normac a Concilio editae sunt ut haec Institutio suam propriam structuram habeat, suae naturae suoque fini consonam, nec figuram exhibeat alicuius Seminarii Maioris in minorem formam redacti, in quo neque studio neque verae libertati vocationum convenienter consuli possit.**

Concilium vero dum illud commendat, non negat ut alias vias simul experiri aliquis possit, imino opportune experiatur ad sacerdotales vocationes fovendas, dummodo ipsa institutio Seminarii Minoris inde detrimentum non patiatur, et ipsae novae experientiae sint prudenter serieque ordinatae ad suum finem, nec meram abdicationem dissimulent. Ecclesia enim censet — sicuti ex eius doctrina, experientia usuque constat — iam inde a pueritia signa quaedam vocationis divinae discerni posse, quae sollertem ct accommodatam curam requirunt.

[4] Conc. Vat. **II, Decr.** *Optatam totius,* **n. 3; Pius XII, Adhort. Apost.** *Menti Nostrae,* **23 sept. 1950: AAS 42. 685; Const. Apost.** *Sexies sapientiae,* **31 mali 1956: AAS 48, 358 ss.; Alloc,** *("est une yrande joie,* **alumnis e Seminariis Minoribus Galliae peregrinationis causa Romae coadunatis, 5 sept. 1957: AAS 49, 845-849. (Cfr. nn. 2624, 2216, 2281, 2533l.**

Cnni autem vocatio ad sacerdotium, quamvis donum supernaturale sit et omnino gratuitum, in naturae quoque dotibus necessario innitatur ita ut. si earum aliqua desit, vocationem adesse recte dubitandum sit, alumni accurate examinentur circa eorum familias, qualitates physicas, psychicas, morales et intellectuales, ut certa indicii elementa de eorum idoneitate tempestive haberi possint.[1]

2973 12. Debitum momentum tribuatur oportet Seminario Minori in vita dioecesis, cui prudenter apertum sit et quasi membrum vitaliter insertum, ut non solum alacrem fidelium et cleri cooperationem alliciat, verum etiam tamquam fulcrum pastoralis curae vocationum beneficam ellicacemque vim in inventutem exerceat atque ad spiritualem eius progressum conferat. Ex hoc convenienti cum mundo externo contactu discant alumni potiora Ecclesiae et humanae vitae problemata pro sua ingenii facultate cognoscere atque christiano spiritu interpretari, et .-¡c vero ecclesiali et missionali spiritu magis in dies progredientur?

Congruens et necessaria etiam servetur alumnorum consuetudo cum propriis familiis et aetate aequalibus, qua indigent ad sanam evolutionem psychologicam, praesertim affectivam. Opportuno -pirituali auxilio familiis praestito provideatur ut eaedem ad ecclesiasticarum vocationum curam eilicaeius in dies una cum Seminario adlaborare valeant.[3]

2974 13. In Seminario vitam ducant alumni quae eorum aetati et pro gressioni conveniat ac sanis psychologiae et paedagogiae normis sit aptata; sedulo autem vitentur omnia quae liberam electionem status quocumque modo minuere possint, ac semper prae oculis habeatur inter alumnos inveniri alios qui sacerdotium aperte spectent, alios qui illud tamquam possibile admittant, denique alios qui se haesitantes quidem dubiosque circa vocationem manifestent, sed bene dotibus instructi sunt nec spem omnem adimunt posse eos ad sacerdotium pervenire?

Haec omnia requirunt ut in Seminario Minore vigeat familiaris confidentia erga Superiores et fraterna inter alumnos amicitia, ita ut omnes in unam familiam coalescentes, satis facile possint naturam sibi

[1] Conc. Vat. **11, Decr.** *Optatam totius,* **n. 6; Pius XII, Adhort. Apost.** *Menti Nostrae,* **23 sept. 195Ü: AAS 42, 684; Const. Apost.** *Sales sapientiae,* **31 mail 1956: AAS 48, 357;** Paclus **VI, Litt. Apost.** *Summi Dei Verbum,* **l nov. 1963: AAS 55, 990 ss. Cfr. infra notas ad nn. 39-40. (Cfr. nn. 2627, 2216, 2280, 2530 s.J.**

[2] Conc. Vat. **11, Decr.** *Optatam lotius,* **n. 9; Const, past.** *Gaudium rt «/>*<<. **n. 25; Decr.** *Ad nentes divinitus,* **n. 39;** Paulus **VI, Litt. Encycl.** *Ecclesiam suam,* **G aug. 1961: AAS 56, 627, 638; Alloc.** *L'odierna udienta,* **Christifidelibus coram admissis 2 sept. 1961** *Insegnamenti,* **II, 517-519. [Cfr. nn. 2630. 2672].**

[3] **CONO.** Vat. **11, Decr.** *Optatam totius,* **n. 3; Dedar.** *Gravissimum educationis,* **n. 3; cfr. Pius XIT, Adhort. Apost.** *Menti Nostrae,* **23 sept. 1950: X XS 42, 685. Cfr. nn. 2624, 2217** l.

[4] Conc. Vat. **II, Decr.** *Optatam totius,* **n. 3; Dedar.** *Gravissimum educationis,* **n. 1; PIUS XII, Xdhort. Apost.** *Menti Nostrae,* **23 sept. 1950: AAS 42, 687; Const. Xpost. Srdrs** *sapientiae,* **31 inali 1956: AAS 48, 357;** Paulus **VI. Auntius** *Itadiophon. l.a quinta Giornata,* **habita occasione V did mundialis pro vocationibus, 19 mart. 1968:** *Insegnamenti,* **VI. 131-135. (Cfr. nn. 2621, 2218, 2282, 2871].**

propriam convenienter et apte atque iuxta divinae Providentiae dispositiones excolere.[1]

2975 14. Alumni in spirituali cuiusque conformatione apta moderatione adiuventur, ut omnes suas facultates physicas, morales, intellectuales et affectivas harmonice excolant et magis in dies sensu iustitiae, sinceritatis, amicitiae fraternae, veritatis, iustae libertatis et conscientiae officii imbuantur ita ut, omnibus elementis etiam naturalibus debita cura excultis,[1] ad Christum Redemptorem magno et puro animo sequeudum eique in apostolica vita serviendum facilius disponi possint.[3][4]

Praecipuum ac necessarium spiritualis huius conformationis elementum est vita liturgica, pleniore in dies conscientia participanda pro alumnorum progrediente aetate, et pariter alia pietatis exercitia sive cotidiana sive certis temporibus in singulorum Seminariorum Ordinationibus determinanda. Haec iuvenibus christianis conveniant eaque omnes laeto et volenti animo peragant.[1]

2976 15. Seminarium etiam in aliis suae vitae partibus proprias normas habeat, quibus varia alumnorum officia et activitates per diem totumque annum apte disponantur.[5]*

2977 16. Curriculum studiorum alumni perficiant quod in propria natione ad studia académica inchoanda requiritur; quantum vero studiorum ratio permittit, ea studia praeterea colant quae candidatis ad sacerdotium necessaria vel utilia sunt. Communiter vero curent civilem studiorum titulum consequi, ut pares sint aliis iuvenibus, ac libertate et facultate gaudeant alium statum vitae amplectendi, si ad sacerdotium vocati non inveniantur.[8]

2978 17. Haec studia perficiantur in scholis propriis Seminarii vel etiam, si Episcopi id melius indicaverint pro peculiaribus locorum adiunctis et si ita prudenter fieri potest, apud externas catholicas scholas peragantur, aut etiam apud alias.

2979 18. Eidem proposito inserviunt Instituta quoque in variis regionibus erecta, nempe Collegia, Scholae etc., in quibus simul cum aliis vo-

[1] Cono. Vat. **II, Decr.** ***Optatam totius,*** **n. 5. [Cfr. n. 2626].**

[*] Cono. Vat. **II, Declar.** ***Gravissimum educationis,*** **u. 1; cfr. Pius XII, Const. Apost.** ***Sedes sapientiae,*** **31 maii 1956: AAS 48, 359-360. [Cfr. n. 2282].**

[•] Conc. Vat. **II, Decr.** ***Optatam totius,*** **n. 3.**

[4] CONO. Vat. **II, Decr.** ***Optatam totius,*** **n. 8; Confit.** ***Sacrosanctum Concilium,*** **nn. 13, 14, 17; cfr. Dedar.** ***Gravissimum educationis,*** **nu. 2, 4; Pius XII, Adhort. Apost.** ***Menti Nostrae,*** **23 sept. 1950: AAS 42, 671, 689;** Paulus **VI, Alloc.** ***Il Concilio,*** **ad Episcopos Italiae, 6 dec. 1965:** ***Insegnamenti,*** **III, 710; S.** CONGTL de Sack., **Instructio** ***Postquam Pius,*** **ad Episcopatum de Communione quotidiana in Seminariis et aliis Institutis eccles., 8 dee. 1938; S.** Conor. Rit., **Instructio** ***Inter Oecumenici,*** **ad exsecutionem Constitutionis de Sacra Liturgia recte ordinandam, 26 sept. 1964, nn. 14, 15, 17, 18: AAS 56, 880-881; Instructio** ***De cultu mysterii Eucharistici,*** **25 maii 1967: AAS 59, 539-573. [Cfr. nn. 2629, 2544, 2206, 2658, 2036, 2584L**

[•] Ioannes **XXIII, Alloc.** ***Questo incontro,*** **ad Moderatores spiritus Romae coadunatos, 9 sept. 1962: AAS 54, 676. [Cfr. n. 2510].**

[•] Cono. Vat. **II, Decr.** ***Optatam totius,*** **n. 3; cir. n. 13; cfr. Pius XII, Adhort. Apost.** ***Menti Nostrae,*** **23 sept. 1950: AAS 42, 687; Const. Apost.** ***Sedes sapientiae,*** **31 maii 1950: AAS 48, 361-362; [cfr. nn. 2624, 2218, 2283).**

eationis quoque sacerdotalia germina curantur et excoluntur. Similes pro his Institutis normae statuantur, quibus provideatur tum solidae institutioni christianae alumnorum, tum congruae institutioni ad altiera studia requisitae tum eorum apostolicae actuositati per varias consociationes aliaque subsidia.'

2980 19. Pro cuiusque nationis necessitatibus erigantur ac foveantur Instituta iis efformandis destinata, qui provectiore aetate ad sacerdotium vocantur. Hae autem peculiares institutionis sacerdotalis domus, auxilio Episcoporum regionis vel etiam nationis ita conformentur et instruantur ut sibi praestituto fini omnino respondeant?

Huiusmodi Instituta propriam pietatis, disciplinae atque studiorum Ordinationem habeant oportet, ut aetate maturiores, ratione habita praecedentis uniuscuiusque formationis, apta ratione paedagogica et didáctica, eam qua indigent formationem spiritualem et scientiticam accipiant, quae necessaria videatur ad studia ecclesiastica inchoanda.

Attentis locorum adiunctis, videndum etiam erit utrum alumni, post absoluta per congruum tempus studia media, aggregandi sint ordinariis Seminariorum curriculis, au peculiaribus addicendi sint scholis philosophicis et theologicis.

IV. De Seminariis Maioribus'

2981 20. Seminarium .Maius alumnos excipit qui. actis studiis quae media dicuntur, institutionem stricte sacerdotalem exoptant. Seminarium enim eo spectat, ut vocatio candidatorum clarius pleniusque excolatur atque, ad exemplum D. N. lesu Christi, Magistri. Sacerdotis et Pastoris, veri animarum pastores formentur ae parentur ad ministerium docendi, sanctificandi et regendi populum Dei.4

1 Conc. Vat. II. Decr. *Optatam totius,* n. 3; cf. n. 13. [Cfr. nn. 2624» 2634].

1 Conc. Vat. II, Decr. *Optatam totius,* n. 3.

• Seminarii Maioris necessitatem Concilium Vaticanum II affirmat *(Optatam totius,* n. 4), ac plures normas praescribit ad hanc institutionem in variis suis partibus renovandam. Ut igitur apertae huic voluntati satisfiat et novis insurgentibus necessitatibus in institutione sacerdotali opportune occurratur, requiritur prorsus ut perspectum sit quid ad essentiam huius institutionis ex Ecclesiae sententia pertineat, quid non.

Ut veri nominis Seminarium habeatur, prout ex documentis ot constanti Ecclesiae mento erui potest, haec prorsus requiruntur: communitas vero caritatis spiritu imbuta» ad hodierni mundi necessitates aperta atque ad modum corporis compositu, in qua nempe auctoritas legitimi moderatoris ex animo et iuxta exemplum Christi efficaciter exerceatur et, omnibus luxantibus, alumnorum maturitas humana et Christiana vere foveatur: facultas inchoandae experientiae condicionis sacerdotalis per relationes tum fraternitatis tum dependentiae hierarchical': illustratio doctrinae sacerdotii a moderatoribus facta ab ipso Episcopo delegatis, ac simul vitae sacerdotis et condicionum omnium quae in sacerdote requiruntur, quas alumni paulatim cognoscere et recipere debent, sive iidem doctrinamque spectant, sive vivendi rationem; opportunitas probandae vocationis sacerdotalis certisque signis et qualitatibus confirmandae, ut do idoneitate candidati ad sacerdotium possit certum indicium Episcopo praeberi.

• Conc. Vat. II, Decr. *Optatam totius,* n. I. [K n. 2625].

2982 21. Seminarium Maius erigi et servari nequit nisi habeantur inni congruus alumnorum numerus, tum moderatores ad munus suum probe parati atque consociata fraterne opera coniuncti, tum etiam, ubi Institutum scholam philosophieo-theologicam simul includit, professores numero et qualitate sufficientes, apta praeterea sedes, bibliotheca atipie eis aliis subsidiis instructa, quae pro institutionis gradu et natura requiruntur.l

I bi vero hae condiciones in una dioecesi haberi nequeunt, necessaria est Seminarii interdioecesani (Regionalis, Centralis vel Nationalis) erectio et, pro locorum adiunctis, fraterna dioecesani et religiosi cleri cooperatio ut, eoniunctis viribus opibusque atque servatis convenienter utriusque cleri iuribus et officiis, facilius constitui possint aptae ecclesiasticorum studiorum sedes, ab alumnis utriusque cleri frequentatae, qui suis in domibus spiritualem pastoralemque formationem accipiunt.l

2983 22. Cum Seminarii institutio et educatio eo spectet ut candidati, unius eiusdemque sacerdotii ct ministerii Christi aliquando participes effecti, communionem hierarchical!! cum proprio Episcopo ceterisque in sacerdotio fratribus ineant, unicum dioecesis Presbyterium componentes, valde expedit ut inter alumnos et proprios Episcopos atque dioecesanum clerum, iam ab annis Seminarii arcta vincula nectantur, in mutua caritate et frequenti sermonis commercio et omnis generis cooperatione innixa.3

2984 23. Ratione habita numeri alumnorum, ut propria cuiusque formatio magis promoveatur, coetus distincti utiliter constitui possunt in eodem aedificio vel in aedibus propinquis, ne assiduitas mutui commercii impediatur. Retinenda tamen est efficiens unitas regiminis, directionis spiritualis et scientificae institutionis.4

Singuli coetus proprium sacerdotem moderatorem habeant, ad munus suum probe paratum, qui arctam constantemque conjunctionem servet eum Seminarii Rectore, cum alumnis proprii coetus ct cum aliorum coetuum moderatoribus, ut per consociatam sic operam omnia promoveantur, quae ad meliorem alumnorum institutionem conducant.

2985 24. Ad Seminarii vitam ordinandam perficiendamque, atque ad industriam conscientiamque officii in alumnis fovendam, curetur eorundem cooperatio cum Superioribus, quae progrediente alumnorum maturitate paulatim quoad extensionem et qualitatem augeatur, ita tamen ut in hac communi agendi ratione, diversa Superiorum alumnorumque responsabilitas clare definita et servata remaneat.

Quare, inter educatores et alumnos mutua fiducia omnibus modis

1 Cfr. Conc. Vat. II, Decr. *Optatam totius,* nn. 5, 9. [Cfr. nn. 2626, 2630].

* Conc. Vat. II, Decr. *Optatam totius,* n. 7; cfr. Pius XI, EpiSt. Apost. *Officiorum omnium.* 1 aug. 1922: AAS 14, 456-457; Lit. Encycl. *Ad Catholici Sacerdotii,* 20 dec. 1935: AAS 28, 38-? t ir. nn. 2628, 1598» 1961],

B Conc. Vat. II, Decr. *Presbyterorum Ordinis,* n. 8; Const, (login. *Lumen gentium,* n. 28; Pivs XII. Adhort. Apost. *Menti Nostrae,* 23 sept. 1950: AAS 42, 690. (Cfr. nn. 2697 B., 25*9. 2221 l.

4 Conc. Vat. II, Decr. *Optatam totius,* n. 7. (Cfr. n. 2628].

foveatur ad verum et eilicaeem dialogum instaurandum, ita ut. decisione quae ad Superiores iure spectant, post aequam boni communis inquisitionem habeantur (cfr. n. 49).[1]

2986 25. In unoquoque Seminario disciplinae Ordinatio *(règlement. Leben sortin un(j, regolamento, Hule of Life, regla mento)* habeatur, ab Episcopo (vel, si de Seminario intcrdioecesano agatur, a coetu Episcoporum[1] approbata, qua indicentur potiora disciplinae capita quae ad alumnorum cotidianam vitam et totius Instituti ordinem spectant.[1]

2987 26. Quae sive in Seminarii Ordinatione sive in aliis deliberationibus statuta sunt, omnes magno et alacri animo servent, sibi persuasum habentes quantum hoc necessarium sit tum ad veram vitam communitatis habendam tum ad proprium cuiusque ingenium explicandum et roborandum. Ideo normae vitae communis vel privatae iustum quoddam libertatis spatium servantes — non ex inertia ct coactione subeundae sunt, sed sponte et alacriter, ex intima persuasione et caritate. Temporis autem decursu, prout nempe creverit alumnorum maturitas et officii conscientia, gradatilo attenuandae sunt, ita ut ii sibimetipsis moderari pedetentim addiscant.[3]

V. De Moderatoribi s

2988 27. Secundum regionis consuetudinem in singulis Seminariis adsint qui de eorum moderatione spondeant, ut sunt Rector. Vice-Rector. Director vel Directores Spirituales, Praefectus studiorum. Moderator exercitationum pastoralium. Praefectus vitae communis Seminarii ordinandae, Oeconomus, Bibliothecarius; quorum singulorum munera, obligationes, iura atque insta retributio clare definiantur.

In Seminariis modestioris condicionis, eum minore numero alumnorum, non requiritur stricte ut singulis his muneribus totidem homines tribuantur.

2989 28. Moderatores nominantur ab Episcopo — nisi Seminarii statuta aliud decernant diligenti praehabita consultatione. Sint omnes de Seminarii progressu vere solliciti ac frequentem dialogum cum Episcopo et alumnis foveant ad maius commune bonum quaerendum atque ad paedagogicam suam operam magis in dies perficiendam.[4]

2990 29. Rector, qui praecipuum graviusque in Seminarii regimine onus suscipit, sit -Moderatorum coordinator atque fraterna caritate arctam

[1] Cfr. CONC. Vat. II, Docr. *Optatam lotius,* n. 11; l'ai i.v< VI. Litt. Encycl. *Sac< r-dotalis caelibatus,* 21 iun. 1967: AAS 59. 684. n. 68: Alloc. *Libenti fraternoque animo,* ad Delegatos Commissionum Episcopalium pro Seminariis Romae coadunatos ad Rationem Fundamentalem elaborandam, 27 mart. 1969: AAS 61. 253-256. [Cfr. nn. 2632. 2837. 2917].

[1] Cfr. p. 1338, nota 6.

[3] Conc. Vat. II, Decr. *Optatam totius,* n. 11: cfr. Pits XII, Adhort. Apost. *Menti Nostrae,* 23 sept. 1950: AAS 42, 686; Ioannes Will. Xlloc. *Questo incontro,* ad Moderatores spiritus Romae coadunatos. 9 sept. 1962: AAS 54. 676; l'a il is VI. Litt. Encycl. *Sacerdotalis caelibatus.* 24 Iun. 1967: AAS 59. 684, n. 67. (Cfr. nn.2632. 2217, 2510. 28361.

[4] Cfr. Conc. Vat. II, Decr. *Optatam totius,* n. 5: Pros XI. Litt. Encycl. *Ad Catholici Sacerdotii,* 20 dee. 1935: AAS 28, 37; 1'AVI.US VI. Epist. Apost. *Summi Dei Verbum.* I nov. 1963: AAS 55. 984. (Cfr. nn. 2626, 1959, 2528].

emu ipsis foveat cooperationem, conscientiae foro semper religiose servato, ut concordi opera alumnorum institutio promoveatur. Ad hoc quam maxime conferre potest; .Moderatorum vita communis. Saepe, v. gr. saltem semel in mense, conveniant ad communem actionem suam componendam, ad Seminarii difficultates et negotia expendenda et congruas inveniendas solutiones.[1]

2991 **30. Maxima cura seligantur Moderatores, qui viri sint spiritu sacerdotali et apostolico imbuti, ad mutuam fraternamque cooperationem in communi educationis opera praestandam idonei, ad percipiendas necessitates communitatis ecclesialis et civilis alacres et aperti, pastorali experientia instructi in paroeciali ministerio vel in aliis, atque iuvenilium animorum perspicacia praestantes.**[2]

Cum Superiorum munus in Seminario sit ars omnium precedentissima, quae extemporalem fortuitamque agendi rationem non patiatur, praeter naturales et supernattírales dotes necessario habere debent, pro cuiusque muneris natura, debitam praeparationem spiritualem, paedagogicam vel technicum, quam sibi acquisiveriut praecipue in peculiaribus Institutis ad hunc finem sive in propria sive in aliis regionibus erectis vel erigendis.[3]

2992 **31. Curandum quoque est ut Moderatorum praeparatio ex inuetis cotidie innovationibus** *{aggiornamento)* **perficiatur, frequentando conventus vel cursus, qui institui solent ad spiritualium et paedagogicarum scientiarum progressus cognoscendos ac novas methodos novasque experientias addiscendas. Nec neglegantur varia experimenta et incepta, quibus Moderatores quaestiones — iuvenuin praesertim — quae nunc agitantur, melius cognoscere atque ex luce fidei solvere possint?**

1 **Cfr.** Ioannes **XXIII, Alloc.** *L'incontro odierno,* **ad Seminariorum Rectores qui ex universa Italia interfuerunt Conventui dc alumnis ad praesentis aetatis rationem instituendis, 29 iul. 1961: AAS 53, 562; Alloc.** *Questo incontro,* **ad Moderatores spiritus Romae coadunatos, 9 sept.. 1962: AAS 54, 673. (Cfr. nn. 2465, 2508].**

' **Coxc.** Vat. **11, Decr.** *Optatam totius,* **n. 5; cfr. Dccr.** *Perfectae caritatis,* **n. 18; Pius XI, Litt. Encycl.** *Ad Catholici Sacerdotii,* **20 dec. 1935: AAS 28, 37; cfr.** Ioannes **XXIII, Alloc.** *È grande,* **ad eos qui Conventui interfuerunt Romae habito ex universa Italia pro vocationibus sacerdot. fovendis, 21 apr. 1961: AAS 53, 311. [Cfr. nn. 2626, 1959, 2459].**

' **Cfr.** *Quaesitum n. IV in Synodo Episcopali* **a Card. Praefecto S. Congregationis pro Institutione Catholica propositum: « An praecipere oporteat, ut Educatores futuri Cleri specifica praeparatione polleant, acquisita per regularem frequentiam alicuius Instituti vel Scholae Superioris a Conferentia Episcopali erecta aut approbata, vel saltem per participationem aliquorum Cursuum apposite institutorum ».**

In quaesitum istud Patres haec vota emiserunt: 120 placet, 8 non placet, 51 placet iuxta modum, 3 abstensiones.

Cfr. IOANNES XXIII, Alloc. *Questo incontro,* **ad Moderatores spiritus Romae coadunatos, 9 sept. 1962: AAS 54, 674. [Cfr. n. 2508].**

' **Cfr.** CONC. Vat. **II, Decr.** *Christus Dominus,* **n. 16;** Ioannes **XX III, Alloc.** *L'incontro odierno,* **ad Seminariorum Rectores qui ex univorsa Italia interfuerunt Conventui dc alumnis ad praesentis aetatis rationem instituendis, 29 iul. 1961: AAS 53, 560; Alloc.** *La vostra vibrante,* **ad Magistros catholicos Romae coadunatos, 22 sept. 1962: AAS 54, 713-714;** Paulus **VI, Motu proprio** *Ecclesiae Sanctae,* **6 aug. 1966: AAS 58, 786; III, n. 3. [Cfr nn. 2619, 2465, 2755].**

VI. De Professoribcs

2993 32. (’ongruus habeatur numerus Professorum, ratione habita disciplinarum tradendarum, rationis docendi et numeri alumnorum; pro unoquoque Seminario, ubi institutio philosophico-theologica traditur, elenchus habeatur Professorum qui requiruntur in diversis curriculis et disciplinis.

2994 33. Pro disciplinis sacris Professores sint communiter sacerdotes; omnes autem ex animo operam suam cum aliis fraterne consocient, et tales sint ut pro sua condicione, vel christianae vel sacerdotalis vitae exemplum alumnis praebeant. Nominantur ab Episcopo, nisi aliter cautum sit, vel si de Seminariis Regionalibus agitur, ab Episcopis qui eorundem Seminariorum curam habent, consuito tamen Rectore et collegio Professorum, qui idoneos candidatos proponere possunt.1

2995 34. Professores in sua quisque disciplina vere periti esse debent et convenientem disciplinarum affinium cognitionem habere.2 Quare debitam praeparationem habuerint oportet et sint congruis gradibus academicis ornati: ad scientias sacras et philosophiam docendas saltem Licentiam vel aequivalentem qualificationem, ad ceteras vero disciplinas idoneas qualificationes académicas habere debent.

2996 35. Dotibus quoque paedagogicis ornati sint oportet, ideoque curandum est ut idoneam praeparationem etiam in hae re habeant et instituantur methodis didacticis activis, quibus alumnos per cooperationem et dialogum aptius docere valeant.3

2997 36. (’urent Professores propriam praeparationem scientiticam constanter perficere *(aggiornare)* lectione periodicorum et novorum librorum, frequenti eum viris doctis commercio partemque habendo in conventibus scientificis.4

2998 37. Professores officia ne sibi sumant, quibus a suo munere rite implendo impediantur; ideo etiam aequa remuneratione donari debent, ut proprio gravi muneri totos se dedere possint. Laudabiliter tamen quaedam ministeria moderate exercebunt ut experientia pastorali iuventur in problematibus nostri temporis, praesertim iuveututis. plenius cognoscendis tradendisque suis disciplinis ad futuros animarum pastores aptius formandos.

2999 38. In munere explendo vere educatores se reputent, ct ideo prae oculis habeant normas de doctrina tradenda et de ratione docendi, quae infra indicantur; curent singulorum alumnorum institutionem et universam sacerdotalem formationem, ut illi in scientiis et in spirituali vita vere proficiant; frequenter, v. gr. saltem semel in mense, congregentur ad

1 Conc. Vat. II, Decr. *Optatam totius,* n. 5; Door. *Perfectae caritatis.* n. 18. [Cfr. n. 2626).

’ Prug XII, Const. Apost. *Sedes sapientiae,* 31 mail 1956: AAS, 48, 362. [Cfr. n. 2284].

• Cfr. superius, nota 1.

• Cfr. Paulus VI, Motu proprio *Ecclesiae Sanctae,* 6 aug. 1966: \AS 58, 786; III, n. 3. [Cfr. n. 2755).

res scholasticas coniunetini examinandas, ut sedula coneordique opera alumnorum institutionem formationemque promoveant.

Arctam assiduamque foveant cooperationem etiam cum Seminarii Moderatoribus, ut non solum ad seienliticarn, sed etiam ad integram sacerdotalem alumnorum formationem efficacius possint conferre. Denique, moderatores et professores unam constituant educatorum communitatem, ita ut una eum alumnis vere imaginem praebeant unius familiae, quae Domini votum expleat: «ut unum sini ◊ (/o. 17. ‡1).

VII. De alumxls

3000 30. Ad aptam alumnorum instil utionem requiritur non tantum prudens eorum selectio, sed etiam singulorum iuvenum seria probatio inter studiorum decursum, consilio peritorum facienda ut de voluntate Dei circa eorum vocationem certo constet. In hac sincera voluntatis Dei inquisitione ipsorum candidatorum probandorum participatio libenter requiratur, ad eorum maius spirituale bonum citius et securius procurandum.

Qua in re considerandae sunt iuvenum dotes humanae et morales (v. gr. animi sinceritas, maturitas affectiva, urbanitas, promissis servata fides, assidua iustitiae cura, sensus amicitiae et iustae libertatis ac responsabilitatis, industrius animus, voluntas cooperandi cum aliis, etc.), spirituales (v. gr. amor erga Deum et proximum, studium fraternitatis et abnegat ionis, docilitas, probata castitas, sensus fidei et Ecclesiae, sollicitudo apostolica et missionalis), et intellectuales (v. gr. rectum et sanum indicium, ingenium sufficiens ad studia ecclesiastica perficienda, recta sacerdotii notio eiusque condicionum, etc.), ut indicari possit utrum apti necne sint ad ministerium sacerdotale.

Pariter a peritis medicis et aliis, qui scientiam psychologicam callent, generatilo examinanda est eorum valetudo physica et psychica, consideratis quoque habitibus a familia forte hereditate transmissis.[2]

Imprimis autem iuvandi sunt alumni ut serio et sincere coram Deo recogitent an revera vocari se ad sacerdotium credere possint, et rationes, quibus ad illud contendunt, discernere valeant ut, si Deo placuerit, recta et libera voluntate ad ollicium sacerdotis accedant.[3]

[1] Conc. Vat. II, Dccr. *Optatam lotius,* n. 5; cfr. Fins XII, Const.. Apost. Sedes *sapientiae,* 31 mail 1956: AAS 48, 362-363; Ioannes XXIII. Alloc, *N grande,* I Conventui Romae habito ex universa Italia pro vocationibus fovendis, 21 apr. 1961: AAS 53, 311. [Cfr. nn. 2626, 22S1, 2159],

[*] S. CONOR. S. Officit, Monit um *Cutn compertum,* dc falsis quibusdam opinionibus circa peccata contra VI praeceptum et de examinibus psychoanalyt icis, 15 iul 1961: AAS 53, 571; S. Congo, eno Relio, et Inst. Saec., Instructio *Renovationis causam,* dc accommodata. renovatione institutionis ad vitam religiosam ducendam, 6 ian. 1969: AAS, 61, 113, n. 11. [Cfr, n. 2161],

[2] Conc. Vat. II, Dccr. *Optatam totius,* n. 6; Pius XI, Litt. Encycl. *Ad Catholici Sacerdotii,* 20 dee. 1935: AAS 28. 11; Pius XII, Adhort. Apost. *Menti Nostrae,* 23 sept. 1950: AAS 12, 684; S. Congii, de SACRAM, Litt. circulares *Magna equidem,* ad locorum Ordinarios, 27 dec. 1955, n. 10; pro religiosis cfr.. *Statuta Generalia* adnexa Constitutioni Apost. *Sates sapientiae,* 31 mali 1956, art. 33; Ioannes XXIII, Litt. Encycl. *Princeps*

3001 40. Certis temporibus una cum singulis alumnis, de quibus probatio iit, propria cuiusque condicio examinetur, ita ut qui a Rectore eiusque consiliariis non idonei inveniantur, ad alium vitae statum amplectendum benigne invitentur atque etiam adiuventur in Ecclesiae et ipsius alumni bonum. Haec autem certa status vitae electio tempestive et quam primum obtinenda est, ne nimia et inutilis dilatio in candidati damnum vertatur.[1]

3002 41. Peculiare autem momentum tribuendum est scrutinii- ante sacros Ordines suscipiendos praescriptis, (¿nare Rector, ex muneri- sui conscientia accuratas notitias de singulis candidatis colligat per se et per alios qui eos bene noverint, imprimis ex parochis, sacerdotibus et selectis laicis (conscientiae foro semper religiose servato) casque Episcopo transmittat ut de candidatorum vocatione tuto indicare possit. Si vero dubium perstet, tutior sententia sequenda est?

3003 42. Ad meliorem alumnorum institutionem et maturiorem ad Ordines sacros praeparationem, Conferentiae Episcopales perpendant utrum opportunum sit ut in propria regione peculiaria experimenta seu probationes introducantur, sive pro omnibus alumnis, sive pro aliquibus singulis, iuxta proprii Ordinarii indicium?

Inter varias probationes quae fieri possunt hae, exempli causa, proponuntur:

a) Ineunte curriculo philosophico-theologico, peculiare temporis spatium tribui potest perpendendis sacerdotalis vocationis excellentiae et naturae atque obligationibus cum ipsa connexis, ut accuratiore consideratione impensibreque oratione maturae deliberationi alumni initientur. Haec initiatio, quae vario temporis spatio produci potest, generatim apte coniungitur cum introductione in mysterium Christi et historiam salutis, quae ineunte curriculo philosophico-theologico iuxta Concilium habenda est.

b) Inter curriculum philosophico-theologieum, interruptio haberi potest commorationis in Seminario, v. gr. per annutu aut semestre, quo tempore alumnus interrumpit vel studia vitamque in Seminario, vel solummodo vitam in Seminario, studia autem philosophico-theologica alibi prosequitur. Inter huiusmodi interruptionem alumnus, ductus a perito sacerdote, pastorali ministerio auxilium praestat, homines quaestionesque et diilicultates cognoscit in quibus erit ei operandum, atque

***Pastorum*, 28 nov. 1959: AAS 51, 842-843; Alloc. .-*Id voinsc»m*. in secunda Synodi Romanae flessione habita, 2G iau 1960. AAS 52, 221 es.:** Paulus **VI, Epist. Apost. *Sumini Dei Verbum*, 4 nov. 1963: AAS 55, 987 s.; Litt. Encycl. *Sacerdotalis caelibatus*, 24 iun. 1967: AAS 59, 682 s. [C fr. nn. 2627, 1962, s., 2213, 2215, 2392, 2410. 2530 s.. 2831 s.J.**

1 **S.** Conor, de Sacram., **Litt. circulares *Magna equidem*, ad locorum Ordinarios, 27 deo. 1955, nn. 4 as. [Cfr. nn. 3232 s.].**

' **Cfr. C.I.C.: can. 991, 1000;** Puts **XI, Litt. Encycl. *Ad Catholici Sacerdotii*, 20 dec. 1935: AAS 28, 39 ss. [Cfr. nn. 1432, 1444, 1968).**

' Conc. Vat. **II, Docr. *Optatam totius*, n. 12; PAULUS VI, Litt. Encycl. *Sacerdotalis caelibatus*, 24 iun. 1967: AAS 59, 685, n. 71; cfr. S.** Conor. pro Relio, ft Inst. Saf.c., **Instructio *Renovationis causam*, de accommodata renovatione institutionis ad vitam religiosam ducendam, 6 ian. 1969: AAS 61, 109; 115 s.; nn. 5, 23. 24. [Cfr. nn. 2633, 2841).**

propriam aptitudinein ad sacerdotalem vitam et ad ministerium experitur. Nec excluduntur experimenta vitae saecularis in opera manuali vel in militia ubi ea est obligatoria.

Vel etiam, post primum Seminarii Maioris annum, alumnis facultas detur ut aut secundum ineant, aut studiis profanis in 1'ni versi! at e vacent, aut studia cuiusdam peculiaris disciplinae extra Seminarium peragant; hoc modo, primis experientiis in Seminario expletis, candidato spatium verae libertatis interioris et exterioris offeretur ad suam propriam vocationem solidius diligentiusque excolendam.

c) Expleto curriculo philosophico-theologico, poterunt per unum vel plures annos officia diaconalia exercere ut, sub periti sacerdotis moderatione, plenior vocationis maturatio ct confirmatio obtineatur, atque disciplinae pastorales, quas iuvenes in Seminario didicerunt, melius assimilentur et transitus ad ministerium sacerdotale convenientius faciliusque fiat.

Experimentorum, de quibus sub *b)* et c), congruae definiantur conditiones ad feliciorem exitum tutum reddendum.

3004 43. Conferentia Episcopalis consideret quoque an, attentis condicionibus regionis, protrahenda sit aetas a iure communi pro sacris Ordinibus requisita.[1]

VIH. De Institutione spirituali[2]

3005 44. Institutio spiritualis quae ad perfectionem caritatis ordinatur, eo praesertim tendere debet ut sacrorum alumnus non tantum vi sacrae ordinationis, sed ex intima totius vitae consortione, peculiari ratione alter fiat Christus et, Eius spiritu imbutus, in *mortis Dominicae mysterio*

1 ***Cose.*** Vat. **II, Dccr.** ***Optatam totius,*** **n. 12; cfr. S.** Congii, pro Relig. et Inst. Saec., **Instructio** ***Renovationis causam,*** **6 ian. 1969: AAS 61, 110, n. 6 (nd vota sollemnia quod attinet). (Cfr. n. 2633).**

1 **Hoc capito traduntur aliqua lineamenta spiritualis vitae sacerdotalis, ab alumnis podetemptim acquirendae. Sic autem perstringi possunt:**

Spiritualis alumnorum vita praecipuam suam formam a Christo Sacerdote accipit, cui futuri sacerdotes per vocationem suum peculiari modo sociantur. Cum enim debeant • unum idemque sacerdotium et ministerium Christi ***(Presbyterorum Ordinis,*** **n. 7) participare, necesse est ut Ei non solum per sacram Ordinationem, sed toto prorsus animo conflgurentur, evangelicam vitae formam per conatus cotidianos paulatim assumendo. Peculiari modo se Christo devoveant Eumque sequantur « qui virgo et pauper (cfr.** ***Mt.*** **8, 20;** ***Lc.*** **9, 58) per oboedientiam suam usque ad mortem Crucis (cfr.** ***Phil.*** **2, 8) homines redemit et sanctificavit »** ***(Perfectae caritatis,*** **n. 1).**

In fide, spe et caritate magis in dies radicati, luci Spiritus Sancti suos aperiant animos atque studeant habitum orationis praesertim ex Liturgia et verbi Dei contemplatione acquirere et, assiduo sacramentorum usu vitam nutriendo, omnes virtutes harmonice excolere, ita ut digni «ministri Capitis • (* ***Presbyterorum Ordinis,*** **n. 12) in mystico Christi Corporo fleri possint. Ita ad sensum Ecclesiae et futurum munus apostolicum educentur, ut valeant, sub Episcopi auctoritate et in spiritu servitii, modestum et fraternam cooperationem suum in Clero dioecesano praestare. Pastorali caritate moti addiscant, mutationes humanae societatis prompto apertoque animo percipere, temporum signa interpretari et In voluntatis Dei lumine (cfr.** ***Presbyterorum Ordinis,*** **n. 14) interiorem suam vitam cum actione externa unire, ita ut per fldele apostolatus exercitium sancti flant et quamvis his In terris vivunt, semper tamen ostendant non esso ex hoc mundo (cfr.** ***Lumen yentium,*** **n. 41).**

celebrando vere agnoscat quod agit, imitetur quod tractat, Eum sequatur qui *non venit ministrari sed ministrare* (cfr. *Mt.* 20, 28)?

3006 45. Prae oculis constanter habito fine pastorali totius formationis sacerdotalis, spiritualis vita alumnorum, auxilio Directoris spiritus,[2] in variis suis partibus ordinate evolvatur,[3] ita ut simul cum iis virtutibus, quae inter homines pluris fiunt[4] iuvenes gratiam suam baptismalem ad perfectionem excolere studeant, clarius in dies certiusqne sentiant peculiarem suam vocationem sacerdotalem et sic aptius se disponant ad virtutes habitusque presbyteralis vitae sibi acquirendos.

3007 46. Debitum pondus in spirituali formatione tribuendum est etiam communitati, in qua alumni inserti, assuescant propriam voluntatem deponere et communi consilio et nisu quaerere maius proximi bonum, sic pro viribus conferentes ad propriam cuiusque et communem totius Seminarii vitam perficiendam, ad exemplum primaevae Ecclesiae, in qua multitudo credentium erat cor unum et anima una (cfr. *Act.* 4. 32). Per caritatem enim communitas fruitur praesentia Dei. plene legem observat, vinculum perfectionis assequitur et magnam exercet virtutem apostolicam?

300S 47. Per vitam in Seminario communem candidati ad sacerdotium praeparentur, ut tandem aliquando Ordine sacro aucti. · sacramentali fraternitate » uniantur ampliori communitati dioecesani Presbyterii ⟩ vinculo caritatis, orationis et omnimodae cooperationis ... ad aedificationem Corporis Christi, quae praesertim nostris temporibus, multiplicia officia neenon novas accommodationes requirit ▮›.[6] Introducantur igitur alumni pedetentini in veram dioecesis condicionem (cfr. supra n. 22), ut cleri fideliumque res et necessitates spirituales cognoscant et futurum munus pastorale maiore cum fructu explere possint. '

3009 48. Ecclesia ritus latini normam sibi statuit, venerando usu commendatam, eos tantum ad sacerdotium eligendi qui ex Dei gratia libere

1 **CONO. Vat. II, Decr.** ***Optatam (otitis,*** **nn. 4. 8; Const, dotan.** ***Lumen gentium,*** **n. 28; Decr.** ***Presbyterorum Ordinis,*** **nn. 4, 5, 6; Pius XII, Adhort. Apost.** ***Menti .Vostrae,*** **23 sept. 1060: AAS 42, BGO ss.; Ioannes XXIII, Litt. Encycl.** ***Sacerdotii .Vostri primordia,*** **1 aug. 1059: AAS 51, 545 ss.; Paulus VI, Epist. Apost.** ***Summi Dei Verbum,*** **4 nov. 1063: AAS 55, 979 ss. [Cfr. nn. 2625, 2629, 2589, 2681 8., 2200 s., 2369 s., 2525s.).**

' Cono. Vat. **II, Decr.** ***Optatam totius,*** **n. 8; cfr. Ioannes XXIII, Epist. Apost.** ***Pater misericordiarum,*** **22 aug. 1961: AAS 53, 677; Alloc.** ***Questo incontro,*** **ad Magistros pietatis Romae coadunatos, 9 sept. 1962: AAS 54, 673-674. (Cfr. nn. 2629, 246S, 2508).**

• Cono. Vat. **II, Decr.** ***Optatam totius, n.*** **8.**

4 Cono. Vat. **II, Decr.** ***Optatam totius,*** **n. 11; Decr.** ***Presbyterorum Ordinis,*** **n. 3: cfr. Pius XII. Alloc.** ***Magis quam,*** **ad Ord. Carmel. Disc, sodales. 23 sept. 1951;** ***Discorsi e liadiomessaoffi.*** **XIII, p. 256; Const. Apost. Sedes** ***sapientiae,*** **31 mali 1956: AAS 48, 358-360; Paulus VI. Alloc.** ***Il Ii dicembre,*** **habita occasiono inaugurationis novae sedis Pont. Collegii P. Lat. Amer. Romae, 30 nov. 1963:** ***Insegnamenti,*** **I, p. 352; Litt. Encycl.** ***Sacerdotalis caelibatus,*** **24 iun. 1967: AAS 59 683-684, nn. 65-67. [Cfr. nn. 2632. 2680, 2282, 2834 s.].**

‘ **Cfr.** Cono. Vat. **II, Decr.** ***Perfectae caritatis,*** **n. 15.**

• Cono. Vat. **II, Decr.** ***Presbyterorum Ordinis,*** **n. 8. [Cfr. n. 2697],**

’ **Cfr. Pius XII, Adhort. Apost.** ***Menti Nostrae,*** **23 sept. 1950: AAS 42. 686-687; cfr. etiam IOANNES XXIII, Litt. Encycl.** ***Princeps Pastorum,*** **28 nov. 1959: AAS 51. 842. (Cfr. nn. 2217, 2391).**

propter Regnum caelorum caelibatum amplecti velint.[1] Quae forma vitae in evangelica doctrina et genuina Ecclesiae traditione radicata, multimodam convenientiam cum sacerdotio habet. Missio enim sacerdotis integra dedicatur servitio novae humanitatis, (piam Christus, victor mortis, per Spiritum suum in mundo suscitat; est status quo presbyteri Christo «facilius indiviso corde adhaerent, liberius ... servitio Dei et hominum se dedicant ... et sic aptiores fiunt qui paternitatem in Christo latius accipiant...». Hoc igitur modo, statum nempe virginalem propter Regnum caelorum *(Mt.* 19, 12) eligentes, «signum vivum efficiuntur illius mundi futuri, per fidem et caritatem iam praesentis», «in quo filii resurrectionis neque nubent neque ducent uxores» (cfr. *Lc.* 20, 35-36)?

Qui ideo ad sacerdotium se praeparant, caelibatum tamquam peculiare donum Dei agnoscant et acceptent; per vitam impense deditam orationi et unioni cum Christo atque sincerae caritati fraternae necessarias creent condiciones, quibus illum integre et laeto animo servare possint, constanter solliciti de sinceritate factae suipaius donationis.[3][4]

L't autem electio caelibatus vere libera sit, requiritur ut invenis evangelicam huius doni vim luce fidei perspicere possit, idemque bona status matrimonialis recte aestimet.[5] Plena etiam gaudeat libertate psychologica interna et externa, atque necessarium gradum maturitatis affectivae possideat, ita ut caelibatum tamquam suae personae completionem sentire atque vivere possit.[6]*

3010 Ad hoc congrua educatio sexualis requiritur,[0] quae in alumnis qui maturiorem adolescentium iam assecuti sint, magis in formatione ad castum personarum amorem consistit quam in sollicitudine, aliquando molestissima, vitandi peccata; eos enim ad futurum pastoralis ministerii commercium praeparare debet. Quare gradatim, sana ac spirituali discretione invitentur iuvenes et adducantur, ut in coetibus ac diversis apostolatus et cooperationis socialis partibus amorem experiantur ac manifestent sincerum, humanum, fraternum, personalem atque immolatum in exemplum (liristi, erga omnes ac singulos, praesertim vero pauperes, afflictos, aequales; hac ratione solitudinem cordis superabunt. Hunc amorem aperte ac fidenter manifestatum Magistris spiritus et Superioribus, cum iis in Domino dijudicare addiscant; devitent autem relationes singulares, praesertim solitarias et productas, cum personis

[1] Conc. Vat. II. Decr. *Optatam totius,* n. 10; Decr. *Presbyterorum Ordinis.* n. 16; Paulus VI, Litt. Encycl. *Sacerdotalis caelibatus,* 24 iun. 1967: AAS 59, 657-697. (Cfr. nn. 2631. 2713, 2824 e.].

[2] Conc. Vat. II, Decr. *Presbyterorum Ordinis,* n. 16. [Cfr. n. 2713].

[3] PAULUS VI, Litt. Encycl. *Sacerdotalis caelibatus,* 24 iun. 1967: AAS 59, 686-690, nn. 72-82. [Cfr. nn. 2841, 2851).

[4] Conc. Vat. II, Decr. *Optatam totius,* n. 10. [Cfr. n. 2631].

[5] Paulub VI, Litt. Encycl. *Sacerdotalis caelibatus,* 24 iun. 1967: AAS 59, 683, nn. 65, 66. [(nn. 2834 -]

[6] Cfr. Cono. Vat. II, Dcclur. *Gravissimum educationis,* n. 1; cfr. Pius XII, Alloc. *Mayis quam,* ud Ordinis Cann. Disc, sodales, 23 sept.. 1951: *Discorsi e lladiomcssayyi,* XIII, 257; Litt. Encycl. *Sacra Vinfinitas,* 25 mart. 1954: AAS 16, 183-186. (Cfr. n. 2251).

alterius sexus, sed potius amorem omnibus apertum, ideoque vere castum, exercere studeant et tamquam donum a Deo impetrare assuescant.

Inspecta igitur peculiari huius doni natura, quod *desursum est, descendens a Patre luminum (Ia.* 1, 17), oportet ut candidati ad sacerdotium auxilio Dei nixi et propriis viribus non nimis confidentes, mortificationem sensuumque custodiam adhibeant. Media quoque naturalia ne omittant, quae mentis et corporis sanitati favent. Ita fit ut falsidoctrinis, quae continentiam perfectam tamquam impossibilem vel humano profectui nocivam ostentant, non moveantur, et omnia quae castitatem in periculum adducunt, instinctu quodam spirituali, respuant ».[1]

3011 49. Arcta et amica necessitudo quam alumnus appetere debet cum persona et missione Christi, qui suum opus in humili obsequio erga voluntatem Patris confecit (cfr. /o. 4, 34), necessario requirit ut sacerdotii candidatus « voluntatem propriam per oboedientiam servitio Dei et fratrum»[1] sincera fide dedicare sciat. Maxime enim oportet ut is, qui una cum Christo crucifixo in Corpore Eius aedificando partem habere cupiat, crucem non solum acceptare discat, sed etiam amare atque libenti et pastorali animo omnia onera sibi assumat, quae ad apostolicam missionem agendam requiruntur.

Ad Moderatores igitur spectat iuvenes ad veram maturamque oboedientiam instituere, Christo confisos, qui oboedientiam a suis quidem quaesivit, sed prius sese exemplar eiusdem virtutis exhibuit, idemque gratia sua semetipsum in nobis oboedientiae principium fecit. Oportet proinde ut auctoritatem cum prudentia et respectu personarum exerceant. Iuvenes autem sociam suam operam hac in re profecto praestabunt, dummodo eis oboedientia in vera luce proponatur, ostendendo nempe quomodo oporteat ut omnes ad communis boni assecutionem concurrant et ut auctoritas ad hoc sit ordinata (cfr. n. 24).

Quam oboedientiam, plenam et sinceram, imprimis Summo Pontifici, Christi Vicario, humili obsequio et filiorum pietate praestare debent. atque proprio Episcopo eodem spiritu, ut per sacerdotium fiant, eius fidi coopérâtores, sociam cum aliis Presbyterii sacerdotibus operam magno ac liberali animo praestando.[3]

3012 50. Spiritum paupertatis, utpote quae tantopere hisce diebus ab Ecclesia expostulatur et ad opus apostolicum implendum est necessaria.

[1] Conc. Vat. II, Decr. *Perfectae caritatis,* n. 12; cfr. Ioannes XXIII, Litt. Eue. Sacerdotii *Nostri primordia,* 1 aug. 1959: AAS 51, 554-556; Alloc. *Questo incontro.* ad alumnos ex quibusdam Italicis Seminariis, 22 nov. 1959: AAS 51. 904-905; Paulus VI, Litt. Encycl. *Sacerdotalis caelibatus.* 24 iun. 1967; AAS 59, 684-685, n. 70. [Cfr. nn. 2372. 2388. 2839).

[2] CONC. Vat. II, Dccr. *Presbyterorum Ordinis,* n. 15. [Cfr. n. 2712).

[3] Conc. Vat. 11, Decr. *Optatam totius,* nn. 9, 11; Decr. *Presbyterorum Ordinis,* nn. 7, 15; Const, dogni. *Lumen yentium,* n. 28; ctr. Pius XII. Adhort. Apost. *Menti Nostrae,* 23 sept. 1950: AAS 42, 690; Ioanm - Wilt, Litt. Encjcl. *Sauri* \ *primordia,* 1 aug. 1959: A AS 51, 556-558; PAULUS VI. Alloc. .4 *voi, che siete qwt,* Christiddelibus coram admissis, 5 oct. 1966: *Insegnamenti,* IV, 863-866: Alloc. *II Concilio,* Christitidclibus coram admissis, 9 oct. 1968: *Insegnamenti,* VI. 959-963: Alloc. *Libenti fraternoepte.* ad Delegatos Commissionum Ep. pro Seminariis coadunatos Romae ad Rationem Fundamentalem elaborandam, 27 mart. 1969: AAS 61, 253-256. [Cfr. nn. 2630, 2632, 2695 s., 2712, 2589, 2221, 2373, 2917 s.].

non tantum verbis sed factis fovere discant, ita ut fide innixi Patris providentiae, aequo animo ad instar Apostoli *abundare et deficere (Phil.* 4, 12) sciant. Quamvis, aliter ac religiosi, plene abdicare se bonis materialibus non teneantur, studeant tamen ut homines spirituales veram libertatem et docilitatem liliorum Dei acquirere atque ad eam spiritualem moderationem pervenire, quae necessaria est ad rectam habitudinem ad mundum et bona terrestria inveniendam.[1] Immo, exemplum Christi secuti, qui *egenus pro nobis factus est, cum esset dires (2 Cor.* 8, 9), peculiari modo commendatos sibi habeant pauperes et tenuiores[2] atque simplicitate et austeritate vitae testimonium paupertatis praebere valeant, iam a rebus superfluis liberaliter se abstinere assueti.[3]

3013 51. Formatio spiritualis totum hominem complecti debet (cfr. nn. 14, 45). Cum enim gratia naturam non tollat sed elevet, et nullus verus Christianus esse possit, nisi virtutes possideat et exerceat homini congruentes et ab ipsa caritate requisitas, ut eas animet eisque utatur, futurus sacerdos exercere discat animi sinceritatem, assiduam iustitiae curam, in agendo urbanitatem, in promissis fidem, in colloquiis modestiam cum caritate coniunetam,[4] spiritum fraterni servitii, operositatis, facultatem cooperandi cum aliis, etc., ut ad illam harmonicam conciliationem inter bona humana et supernaluralia perveniat, quae necessaria est ad verum Christianae vitae testimonium in hodierna societate exhibendum.

Cum autem sacerdos omnes homines evangelizare debeat, satagat sacerdotii candidatus facultatem suam profundius excolere ad congruas relationes cum hominibus variae condicionis ineundas. Discat praesertim artem alios alloquendi congruo modo, patienter audiendi atque cum eis communicandi magna cum reverentia erga omnis generis homines spiritu imbutus humilis caritatis, ut mysterium Christi in Ecclesia viventis aliis revelare possit.[5]

3014 52. Celebratio cotidiana Eucharistiae quae communione sacramentali. plena quidem libertate et digne suscepta, consummatur, centrum

1 Conc. Vat. **II, Decr.** *Prebylerorum Ordinis,* **n. 17. (Cfr. n. 2715).**

: *Ibid., n.* G. **[Cfr. n. 2688).**

1 Conc. Vat. **II, Decr.** *Optatam totius,* **n. 9; cfr. lOANNES XXIII, Litt. Encycl.** *Sacerdotii Nostri primordia.* 1 **aug. 1959: AAS 51, 551-554;** Paulus **VI, Alloc.** *Siamo particolarmente.* **ad sacerdotes qui interfuerunt Conventui habito a Sodalitate v. d. « Federazione Associazioni del Clero Italiano », 30 iun. 1965:** *Insegnamenii,* **III, 385-386; Alloc.** *Benedicamus Domino,* **ad Praesules ex America Lat. secundo generali Coetui McdalUi interfuturos, 24 aug. 1968:** *Insegnamenti.* **VI, 411-112; AUoc.** *Se vogliamo.* **Christilldelibus coram admissis, 2 oct. 1968:** *Insegnamenti.* **VI, 943 ss. (Cfr. nn. 2630, 2371, 2614].**

\Cfr. Conc. Vat. **11, Decr.** *Optatam totius,* **n. II; Decr.** *Presbyterorum Ordinis,* **n. 3; Deciar»** *Gravissimum educationis,* **n. 1; cfr. Pius XII, Alloc.** *Sull'esempio,* **praeparata occasione quinquagesimi anni a condito Seminario Reg. Apullco, oct. 1958:** *Discorsi e liadiomessagi,* **XX, 116-117; PAULUB VI, Epist. Apost.** *Summi Dei Verbum,* 4 **nov. 1963: AAS** 55, **991; ctr. etiam notam 4, p. 1347. (Cfr. nn. 2632, 2680, 2351, 2535).**

1 **Cfr.** Conc. Vat. **II, Decr.** *Optatam totius,* **n. 19; Decr.** *Presbyterorum Ordinis,* **nn. 6, 9; Const, dogm.** *Lumen gentium,* **n. 28;** Paulus **VI, Litt. Encycl.** *Ecclesiam Suam,* **6 aug. 1964: AAS 56, 640** ss.; Alloc. *Il Concilio,* **Christilldelibus coram admissis, 9 oct. 1968:** *Insegnamenti,* **VI, 959** ss. **[Cfr. nn. 2640, 2686, 2701** s., 2589).

sit totius vitae Seminarii, eique alumni devote intersint. Alumni enim Sacrificium Missae, «totius vitae Christianae fontem et culmen participantes, caritatem participant Christi, supernaturalem vim pro sua spirituali vita et apostolico labore ex hoc ditissimo fonte hauriendo.

Sacrificium igitur eucharisticum atque adeo tota Sacra Liturgia, ad mentem Const. *Sacrosanctum Concilium,* talem in Seminario locum obtineat, ut appareat vere esse « culmen ad quod actio Ecclesiae tendit et simul fons unde eius virtus emanat ».

Procuretur etiam sana varietas in modo Sacram Liturgiarn participandi, ita ut alumni non solum maiorem profectum spiritualem exinde percipiant, sed etiam inde a Seminarii annis ad futurum ministerium et apostolatum liturgicum practice praeparentur.[3]

3015 53. Formationi ad cultum Eucharisticum stricte iungatur formatio ad divinum Officium, quo sacerdotes « nomine Ecclesiae pro toto populo sibi commisso, immo pro universo mundo, Deum deprecentur ».[4] Modum igitur orandi Ecclesiae discant alumni per convenientem introductionem in Sacram Scripturam, Psalmos et alias preces S. Scriptura imbutas, per frequentem recitationem communem alicuius partis Officii (v. gr. *Laudum* rei *Horarum vespertinarum),* ut Verbum Dei in Psalmis et in tota Liturgia loquens maiore intellegentia reverentiaque percipiant, simulque educentur ad obligationem Divini Officii in sacerdotali vita fideliter observandam.[5]

Haec tamen institutio liturgica perfecta dici non poterit, si alumnis non detegat arctam connexionem inter Sacram Liturgiarn et cotidianam laboris vitam, cum eius necessitatibus apostolatus et veri testimonii vivae fulci, per caritatem operantis.[0]

3016 54. Ad vitam sacerdotalem recte et fideliter gerendam, alumni pedetentim acquirant oportet, pro sua quisque aetate et maturitate, firmam formam vitae, solidis virtutibus munitam, sine qua Christo et Ecclesiae vere et perseveranter adhaerere non valebunt.

1 Conc. Vat. **II, Const, dogm.** *Lumen gentium,* **n. 11. [cfr. n. 2588].**

• Conc. Vat. **II, Const.** *Sacrosanctum Concilium,* **n. 10; cfr. S. CONOR.** Rit., **Instructio** *Dc cultu mysterii Eucharistici,* **25 mali 1967: AAS 59. 539-573. [cfr. n. 2787).**

• Conc. Vat. **II, Decr.** *Optatam totius,* **n. 8; Const.** *Sacrosanctum Concilium,* **nn. 17, 18, 19; Decr.** *Presbyterorum Ordinis,* **n. 5; Docr. -Id** *gentes divinitus,* **n. 19; S.** Conor. Rit., **Instructio** *Inter Occumenici,* **ud exsecutionem Constitutionis do S. Liturgia recte ordinandam, 26 sept. 1964: AAS 56, 880-881; nn. 14, 15; cfr. etiam Pros XII, Litt. Encycl.** *Mediator Dei,* **20 nov. 1947: AAS 39, 547 ss.; Adhort. Apost.** *Menti Nostrae,* **23 sept. 1950: AAS 42, 666 ss.; 691;** Ioannes **XX11I, Litt. Encycl.** *Sacerdotii Nostri primordia,* 1 **aug. 1959: AAS 51, 561 ss.;** Paulus **VI, Alloc.** *Voi arete,* **ad eos qui interfuerunt Coetui v. d. • XIII Settimana Nazionale di Orientamento Pastorale • habito Romae, 6 sept. 1963:** *Insegnamenti,* **I. 121-122; Litt. Encycl.** *Mysterium Fidei,* **3 sept. 1965: AAS 57, 770 ss. [Cfr. nn. 2629, 2544 s., 2683 s., 2665, 2584, 2166, 2204, 2221, 2378, 2523].**

• Conc. Vat. **II, Decr.** *Presbyterorum Ordinis,* **n. 5. [Cfr. n. 2684].**

• Conc. Vat. **II, Const.** *Sacrosanctum Concilium,* **nn. 17, 90; S.** Conor. Rit., **Instructio** *Inter Occumenici, l. c.,* **nn. 14-17; cfr. Pros XII, Litt. Encycl.** *Mediator Dei. l.c.,* **517 ss., 572 8.;** Ioannes **XXIII, Adhort. Apost.** *Sacrae Landis,* **6 fan. 1962: AAS 54. 69; Alloc.** *Flagrantissima voluntas,* **ad alumnos Romae studiorum causa commorantes, 28 ian. 1960: AAS 52 275 s. [Cfr. nn. 2544, 2558, 2584, 2417].**

• Conc. Vat. **II, Const.** *Sacrosanctum Concilium,* **n. 10.**

Oportet enim ut sacerdos:

a) «cum Patre per Filium Eius lesum Christum in Spiritu Sancto familiari et assidua societate vivere » | discat;

b) Christum invenire possit habitualiter in familiari communione orationis;

c) verbum Dei in Scriptura Sacra didicerit amanter in fide prae manibus tenere et aliis dein tradere;

d) Christum in Eucharistia sacrament aliter praesentem visitare et adorare cupiat et gaudeat;

e) Virginem Mariam, .Matrem Christi, in opere redemptionis peculiari modo sociam, secundum Ecclesiae sensum, ardenti amore prosequatur;

/) libenter sacrae traditionis documenta et opera Patrum Sanctorumque exempla consulturus adeat;

(/) sciat seipsum, scilicet conscientiam suam eiusque rationes recto sinceroque animo scrutari et discernere.

Quae omnia tunc modo sacerdos servabit, si alumnus in Seminario piis exercitiis, venerando usu commendatis et Ordinatione Seminarii sancitis, fideliter incubuerit et eorum momentum et vim recte intellexerit. Quod si necessitas detur unum vel alterum horum exercitiorum novis exigentiis accommodandi, provideatur ut essentiales lines huic pio exercitio inhaerentes semper firmi in animo perstent, atque ut alio apto modo attingi queant.[1]

3017 55. Cum conversio animi quotidiana ad sequelam Christi et spiritum evangelicum prorsus requiratur, virtus poenitentiae futuris sacerdotibus inculcanda est etiam per poeniténtiales actus communes sive ad propriam sui formationem sive aliorum educationem. Studium vitae crucifixae et cordis purificationem ex amore Christi constanter assequi contendant. Ad hoc igitur auxilium gratiae necessariae ferventer requirant, et imprimis ad Poenitentiae sacramentum, in quo cuiusque labor quodammodo consecratur, frequenter accedere assuescant; at (pie ideo unusquisque suum habeat directorem spiritualem, cui humiliter ct confidenter conscientiam suam aperiat, ut in via Domini tutius dirigatur.[3]

1 **CONO.** Vat. **II, Decr.** *Optatam totius,* **n. 8. (Cfr. n. 2629].**

2 **Cfr.** Conc. Vat. **II, Decr.** *Optatam totius,* **n. 8: Const.** *Sacrosanctum Concilium,* **nn. 12, 13; Decr.** *Perfectae caritatis,* **n. 6. [Cfr. n. 2629**1.

Quoad potiorahaec spiritualis vitae media, cfr. Ioannes **XXIII, Litt. Encycl.** *Sacerdotii Nostri primordia,* 1 **aug. 1959: AAS 51, 560: « lamvero hand assiduam cum Deo coniunctionem efficiunt maximo ac tuentur varia sacerdotalis pietatis exercitia, quorum plura, quae gravioris sint momenti Ecclesia sapicntisshnis normis praescripsit, uti sunt praesertim sacra cotidie habenda meditatio, piae ad divina Tabernacula salutationes, Mariahs Rosarii recitatio, diligens sui ipsius recognitio (C.I.C., can. 125). Ad horarias preces quod attinet, sacerdotes gravi otlìcio erga Ecclesiam suscepto eas recitare tenentur** *(ibid.,* **can. 135). Ex eo fortasse quod aliqua ex hisco normis neglecta, est, saepe ratio est petenda, cur ecclesiastici viri rerum externarum vortice abripiantur, pedetemptim sacro caremit atllatu, ac tandem, pro dolor, terrenae huius vitae illecebris allecti, gravi in discrimine versentur, cum iam sint quovis spirituali praesidio destituti ». (Cfr. n. 2375].**

• **Du s XII, Litt. Encyl.** *Mustici Corporis,* **29 iun. 1013: AAS 35, 235; Adhort. Apost.**

Moderator spiritila et (..'onfessatius ab alumnis plena libertate sibi eligantur inter eos, qui ad hoc munus idonei ab Episcopo deputati sunt.l

3018 56. Ad sacerdotium nonnisi per gradus acceditur; quos gradus etiam significat institutio Ordinum minorum ad determinatas functiones ecclesiasticas disponentium, paed agogica spiritualique initiatione rite perada. Spiritualis vero alumnorum institutio per gradus procedit atque opportunas accommodationes requirit pro singulorum aetate, experientia et. ingenii facultate. Ad eam autem efficacius promovendam mullum invanì statuta quaedam tempora impensioris tirocinii, ut v. gr. occasione ingressus in Seminarium, initio curriculi theologici, vel occasione proximae ordinationis sacerdotalis, etc. I t autem iuvenum labor in spirituali vita novos semper impulsus accipiat atque ratione ordinetur ad veram ei maturam spiritmilitateli» sacerdotalem acquirendam ad sensum Ecclesiae, praeter singulorum conscientiae directionem, certis temporibus, pro cuiusque Seminarii Ordinationibus, tradatur alumnis instructio seu collatio spiritualis, ad res mentesque iuvenum nostrae aetatis accommodata; habeantur insuper recognitio vitae, periodica animorum recollect io et alia huiusmodi; singulis vero annis omnes per aliquot die- exercitiis spiritualibus vacent.

3019 57. Iuxta exemplum et consilia Christi (cfr. *Mt.* 6, 6; 14, 13; J/c. 6, 30, 46), qui inter quotidianos labores libenter solitudinem quaerebat, ut animo intento orationi ad Patrem vacaret, fovere studeant alumni ı vitam absconditam cum t hrislo in Deo (cfr. *Coi.* 3, 3), unde profluit et urgetur proximi dilectio in salutem mundi Ecclesiaeque aedificationem Solliciti proinde sint de silentio externo servando, quod requiritur ad animi silentium internum, ad cogitandum atque ad laborem et quietem totius communitatis.3

3020 58. Congruens cum hominibus commercium, inter quos Salvator caritate Patris missus (cfr. *Io.* 4. 9), suum redemptionis opus explevit, permittet ut alumnus educetur ad recte discernenda signa temporum.l ad indicium de eventibus ferendum ad lumen evangelii. ad rectam interpretationem variarum condicionum et necessitatum humanae vitae, quae vera «semina Verbi in se latentia »l continent, eaedemque postulant ut «l luce evangelica collustrentur, liberentur et in Dei Salvatoris dominium reducantur ».6

In hoc commercio cum inundo probe animadvertendum est, ut

Menti Nastrar, '23 sept. 1950: AAS 42, G74; Ioannks XXIII, Litt. Encycl. Sn<<r</o/ít .Vos/ri *primordia, l. c.,* 574-575; Pavias VI, Const. Apost. *Poenitemini, 17* nov. 196G: AAS 58, 177 88. [Cfr. nn. '2108, 2'208, 2383].

* C.I.C., run. 1358, 1361; Conc. Vat. II, Decr. *Perfector caritatis,* n. 18. (Ctr. nn. 1462,1466].

* Cono. Vat. II, Decr. *Perfectae caritatis,* n. 6.

' Conc. Vat. 11. Decr. *Optatam lotius,* n. 11: Pavi.vs VI, AUoc. *Il grande rilo,* habita quarto exacto saeculo post constitutu a Cone. Trld. Seminaria, 4 nov. 1963: AAS 55, 1034. (Cfr. nn. 2632, 2540].

‘ CONO. Vat. 11, Const, past. *Oaudium cl spes,* nn. 1-4.

' Conc. Vat. II, Decr. *Ad gentes divinitus,* u. 11.

* *Ibid.*

omnes huiusmodi experientiae ad pastoralem Seminarii finem ordinentur atque alumni ita spiritualiter praeparentur, ut lutura aetuositas non impedimento sit, sed potius auxilio ad propriam vitam spiritualem fovendam et roborandam. 1

IX. De institutione doctrinali in genere

3021 **59. Finis institutionis doctrinalis est ut alumni, una eum cultura generali necessitatibus nostrorum temporum accommodata, acquirant amplam atque solidam doctrinam in scientiis sacris, ita ut, sua fide inde fundata et nutrita, evangeli! doctrinam hominibus nostri temporis apte nuntiare atque in eorum culturam inserere valeant.**2

Haec doctrinalis institutio complectitur:

a) **complementum, quatenus opus sit — expleto curriculo de quo in n. 16 — formationis in litteris et scientiis;**

b) **formationem philosophicam;**

c) formationem theologicam.

3022 **60. Varia ratio qua haec studia coordinari possunt, ad tria praecipua exempla reducitur:**

J.) Periodis distinctis et successivis fiunt: studia in litteris et scientiis (quatenus opus sit) — studia philosophica — studia theologica.

B) **Studia in litteris et scientiis peraguntur cum studiis philosophicis (cfr.** *American College);* **dein fiunt studia theologica.**

C) **Post studia in litteris et scientiis, studia philosophica componuntur cum studiis theologicis ita ut philosophia simul cum theologia doceatur; attamen attendendum est ut philosophia tradatur distinctis disciplinis et propria methodo, nec philosophiae studium reducatur ad fragmentariam et dispersam problematum tractationem occasione quaestionum theologicarum.**

Quae vero hic ad modum exempli adducuntur, alias rationes studia ordinandi non excludunt. In unaquaque Ratione Institutionis sacerdotalis indicentur modi a Conferentia Episcopali selecti et approbati, ratione habita adiunctorum regionum.

3023 **61. Quocumque modo studia ordinentur, haec sedulo notanda sunt:**

a) **semper initium liat a cursu introductorio in mysterium Christi, de quo in numero sequenti agitur;**3

b) **quod si philosophia et theologia distinctis temporum periodis doceantur, coordinatio procuranda est inter disciplinas philosophicas et**

1 Conc. Vat. **II, Decr.** *Optatam totius,* **n. 11; Decr.** *Presbyterorum Ordinis,* **n. 3; cfr. Ioannes XXIII, Alloc.** *Questo incontro,* **ad Magistros pietatis Romae coadunatos, 9 sept. 1962: AAS 54, 675-676;** Paulus **VI, Litt. Encycl.** *Ecclesiam suam,* **6 aug. 1964: AAS 56, 627, 638. [Cfr. nn. 2632, 2679, 2509).**

' **Crf.** Conc. Vat. **II, Decr.** *Optatam totius,* **nn. 13-17; Const, past.** *Gaudium et spes,* **im. 58, 62; Decr.** *Ad gentes divinitus,* **n. 16; Piua XII, Const. Apost.** *Sales sapientiae,* **31 mali 1956: AAS 48, 361 s.;** Paulus **VI, Motu proprio** *Ecclesiae Sanctae,* (1 **aug. 1966: AAS 58, 786; III, n. 2. (Cfr. nn. 2634-2638, 2730, 2660, 2238, 2754].**

' Cono. Vat. **II, Decr.** *Optatam totius,* **n. 14. (Ctr. n. 2635].**

theologicas, praesertim inter theologiam naturalem et tractatum dogmaticum de Deo, inter ethicam et theologiam moralem, inter historiam philosophiae, Ecclesiae, dogmatum, etc.;'

c) temporis spatium consecratum studiis praecipue philosophicis saltem biennium aequet (vel, secundum systema studiorum apud aliquas nationes vigens, congruentem numerum sic dictarum *horarum ternestralium);* temporis spatium consecratum studiis theologicis saltem quadriennium comprehendat (vel congruentem numerum *horarum seinestra-Hum),* ita ut complexive studia philosophica et theologica saltem sexennium complectantur (vel, secundum alios modos studia computandi, eam copiam materiae quae sexennio pertractari solet)?

3024 62. Introductio in mysterium Christi et historiam salutis, quae initio cursus philosophici ct theologici tradenda est, eo tendit ut alumni studiorum ecclesiasticorum sensum et ordinem et finem apostolicum percipere possint, simul vero iuventur ad propriam iidem fundandam atque ad vocationem sacerdotalem penitius intellegendam et prudentius amplectendam.

Duratio et programma cursus in unaquaque Ratione Institutionis sacerdotalis determinanda sunt, ratione habita experientiarum in propria Natione vel universali Ecclesia, atque curandum est ut bene cohaereat eum ceteris studiis theologicis et continuetur postea, praesertim per Sacrae Scripturae lectionem sub professorum ductu.[1]

3025 63. Magistri in suis disciplinis tradendis de interna totius doctrinae fidei unitate et harmonia iugiter solliciti esse debent (cfr. n. 90), salviticum eius aspectum in clariore luce ponendo. Sed ad hoe opus perficiendum, vertente studiorum curriculo vel, si ita Conferentiae episcopales melius indicaverint, post aliquot annos experientiae pastoralis, opportune reservabitur congruum tempus, etiam aliquamdiu protractum, quo alumni, propria et apta methodo, integro disciplinarum cursu peracto, verbum Dei, ductu magistrorum et ope doctrinae acquisitae, melius percipere et veluti contemplari et experiri possint in simplici eius unitate, qua fidelibus ad salutem tradendum est, convergentibus in unamquamque partem luminibus omnium disciplinarum, (piae hucusque separatila docebantur. Hoc summarise collectionis tempus quam maxime commendatur, ut notiones acquisitae nedum disiectae et veluti una ab altera avulsae remaneant, apte componantur ad spiritualem profectum fidelium et ipsorum sacerdotum, qui, percepta scientiae acquisitae utilitate, maiore amore erga disciplinas sacras exardescent.

Quod si Episcopi — vel singuli vel ex communi Conferentiae Episcopalis instituto - opportune decreverint exercitium Diaconatus post expletum studiorum curriculum per unum vel plures annos instaurare

l *Ibid.*

* **C.I.C., can. 1365;** Pavias **VI, Motu proprio** ***De Episcoporum muneribus.*** **15 maii 1966: AAS 58, 470. [Cfr. nn. 1475. 2736).**

* Conc. Vat. **II, Decr.** ***Optatam totius,*** **n. 14. cfr. Const.** ***Sacrosanctum Concilium,*** **n. 16; Decr. Jd** ***gentes divinitus,*** **n. 16. [Cfr. nn. 2635, 2543, 2660).**

(cfr. n. 42 c), huiusmodi omnium disciplinarum collectio, seu simplex et cohaerens disciplinarum compositio, utilius transferenda erit ad tempus quo Diaconi ad Seminarium revertentur ut se ad sacerdotium praeparent. Huius autem temporis spatium satis producendum erit, ut proxima ad sacerdotium praeparatio vere efficax habeatur.

3026 64. In tota formatione doctrinali sedulo curanda est eius accommodatio ad diversas culturas, ut alumni nuntium Christi secundum formam unicuique culturae propriam intellegere et exprimere valeant atque inde vitam christianam ingenio indolique cuiusque culturae aptare possint.

Quare professores philosophiae et theologiae ne omittant in suis praelectionibus doctrinam christianam cum intimis notionibus, (pias populi secundum sacras sibi traditiones de Deo. de mundo, de homine effonnaverunt, comparare et, in quantum fieri potest, his sapientiam philosophicam et intellectum fidei ditare.[1]

X. De studiis litterarum et scientiarum

3027 65. Antequam alumni ad studia proprie sacerdotalia accedant, oportet ut studiorum mediorum curriculum perfecerint (cfr. n. 16) prout in unaquaque natione requiritur ad studia académica inchoanda, et convenienter titulum civilem obtinuerint.[2]

3028 66. Si peracto studiorum curriculo, quaedam adhuc desint candidatis ad sacerdotium necessaria, v. gr. congrua linguae latinae cognitio ad mentem permanentis instantisque Ecclesiae voluntatis,[3] ea supplenda sunt sive ante curriculum philosophicum sive cum studiis philosophicis, prout in n. 60 indicatum est. Harum autem disciplinarum index ei. programma in Ratione Institutionis sacerdotalis indicanda sunt.

3029 67. Addiscant alumni etiam linguas quae, praeter nationalem, ratione habita programmatum civilium, necessariae vel utiles sint ad futurum ministerium pastorale. Ratio quoque sese exprimendi, hominibus aetatis nostrae accommodata, tradatur, ut ars dicendi et scribendi atque penetrandi naturam quaestionum, quae ars sacerdoti est omnino necessaria. Conveniens quoque impertiatur alumnis institutio qua artem et musicam sacram ac profanam intellegere possint.[4]

[1] Conc. Vat. II, Dccr. *Ad gentes divinitus,* nn. 16, 19, 22; Const, post. *Gaudium et spes,* nn. 41, 58. 62; Dccr. *Unitatis redintegratio,* nn. 4, 17; Decr. *Orientalium Ecclesiarum,* nn. 4, 5, G; cfr. PfUB XII. Litt. Encycl. *Evangelii Praecones,* 2 iun. 1951: AAS 13, 521 ss.; Ioannes XXIII, Litt. Encycl. *Princeps Pastorum,* 28 nov. 1959: AAS 51, 813 ss.; PauluB VI, Ilomil. *Ili amicti sunt,* habita occasione eanonizationis Martyrum Ugandcnsiutn, 18 oct. 1961: *Insegnamenti,* II, 588-589; Motu proprio *Ecclesiae Sanctae,* G aug. 1966: AAS 58, 786, 111. n. 2. [Cfr. nn. 2666 s.. 2754].

[2] Conc. Vat. II, Dccr. *Optatam totius,* n. 13; cfr. n. 3; Pits XII, Adhort. Apost. *Menti Nostrae,* 23 sept. 1950: AAS 12, 687; Const. Apost. *Sedes sapientiae,* 31 mali 1956: AAS.. 48, 361-362. [Cfr. nn. 263 1. 2283, 2218].

[3] Conc. Vat. II, Dccr. *Optatam totius,* n. 13; Paulus VI, Epist. Apost. *Summi Dei Verbum,* 4 nov. 1963: AAS 55, 993; Litt. Apost. *Studia Latinitatis,* 22 fobr. 1961: AAS 50. 225 ss. [Cfr. nn. 2536; 330 1].

[4] De humano civiliquo cultu cum Christiana institutione componendo, cfr. Conc. Vat. II. Const, past. *Gaudium et spes,* nn. 59, 62. (Cfr. nn. 2730 s.].

3030 68. ('uni in hodierno vitae cultu non tantum per libros et magistros, sed largius in dies per audiovisiva instrumenta informentur et moveantur homines, maxime oportet ut sacerdotes his instrumenti.- uti valeant, et quidem recte, non inertes ad ipsa se habentes sed ad judicandum semper parati. Quod fieri nequit nisi ad hoc in Seminario, debita tamen servata prudentia et mensura, usu et doctrina per apta experimenta, atque a viris peritis educentur, ita ut, quoad huiusmodi instrumenta, possint, et seipsos regere et fideles elTormarc. et etiam in apostolato iis efficaciter uti.l

3031 69. Alumni inde a primis Seminarii annis, uberius vero aetate institutioneque progrediente, vitae socialis necessitatibus praesertim suae nalionis ita initientur, ut ex variis in quas incumbunt disciplinis et ex rerum hominumque usu eventibusque cotidianis probe discant quaestiones controversiasque sociales cognoscere, earum naturam, mutuas relationes, difficultates et consectaria perpendere, atque solutiones in k gi- naturalis praecepi (irumque evangelicorum lumine aeque iusteqne perspicere?

XI. 1)E STUDIIS PHILOSOPHIAE ET SCIENTIARUM AFI'INIUM3

3032 70. Studia philosophiae et scientiarum affinium quae utcumque disciplinae per annos distribuantur (cfr. n. 60) integrum biennium aequare debent, eo tendunt ut iuvenum formationem humanam perficiant, sensum in eis acuendo intellectualis discretionis atque exquisitiorem cognitionem antiquae et recentis sapientiae suppeditando, qua fa-

tte arto et musica sacra: Conc. Vat. II, Const. *Sacrosanctum Concilium,* nn. 115. 129; S. Conor. Kit .. Instructio *Musicam sacram,* de musica in S. Liturgia. 5 mart. 1967: AAS 59, 300 ss.; cfr. n. 52. (Cfr. nn. 2570; 2780].

l Conc. Vat. II. Decr. *Inler mirifica,* n. 16; Const, past. *Gaudium rt spes,* n. 61; Decr. *Christus Dominus,* n. 13: cfr. Const. *Sacrosanctum Concilium,* n. 20; Pai ics VI, Nuntius Hudiophon. *Ci rivolffiamo,* occasione 1 diei mundialis pro recto instrumentorum communicationis socialis usu provehendo, 2 maii 1967: *Insegnamenti,* V, 203-206. (Cfr. n. 2571 1.

* Conc. Vat. II, Dccr. *Optatam totius,* n. 20; cfr. Pu s XII, Adhort. Apost. *Menti Nostrae,* 23 sept. 1950: AAS 12, 687, 696-697; Ioannes XXIII, Lit. Encycl. *Mater et Magistra,* 15 mali 1961: AAS 53. 453; Patlus VI. Alloc. *The visit of so manu,* ad iuvenes catholicos Britannicos. 30 iul. 1963: *Insegnamenti,* I, 91. [Cfr. nn. 2611, 2463 J.

• Praesentes rerum condiciones varia ratione postulant ut vera formatio philosophica habeatur. Etenim:

a) Sive ex tine studiorum philosophicorum, sive ex circumstantiis quae hodie accuratam formationem requirunt, satis apparet haec studia a tide quaerenda et communicanda non solum non esse aliena, sed apprime ad hoc ipsum adiuvare. Relationem autem hanc in semper clariorem lucem ponere oportet sive in modo docendi, sive in *consociata opera inter professores* philosophiae et theologiae. sive in *ordinata distributione tractatuum* ut chisque scientiae, ita ut per studia philosophica futuri sacerdotes nodum a veritate et amore Christi quasi per vim abstrahantur, in eis se proficere experiantur. Ipsum Concilium Vaticanum 11 variis in documentis, praesertim autem in Constitutione pastorali *Gaudium tt spes,* luculenter demonstrat quomodo sanae philosophiae principia conferant ad vera bona Christiana in hodierna vita sociali et culturali servanda, fruendo atque altius provehenda in totius humanitatis bonum (cfr. nn. 23 ss., 53 ss.).

b) Praeter necessariam determinationem methodorum et disciplinarum tradendarum, *finis i/uotpic ultimus* formationis philosophicae clan.' percipiendus est atque, siculi

milia humana saeculorum decursu ditata est. Ita simul tradantur ut alumnum invent ad propriam fidem penitius penetrandam et vivendam, et pariter ut eum ad studia theologica praeparent, ad ministeria apostolica rite obeunda ita disponant, ut dialogus cum hominibus nostri temporis aptius institui possit.[1]

3033 71. Peculiaris momenti sit *philosophia systematica,* cum omnibus suis partibus, quae ad solidam et cohaerentem hominis, mundi et Dei cognitionem acquirendam perducit.

Haec philosophica institutio inniti debet patrimonio philosophico perenniter valido,[2] cuius testes sunt maximi philosophi christiani, qui prima philosophica principia, perenni vi praedita nipote in ipsa natura fundata, tradiderunt.

Firmo hoc fundamento posito, ratio habenda est philosophicarum investigationum progredientis aetatis, praecipue earum quae in propria natione maiorem vim exercent, atque etiam progressus recentiorum scientiarum ita ut alumni, hodiernae aetatis indole recte percepta, ad colloquium cum hominibus accommodato praeparentur.[3]

3034 72. *Historia philosophiae* pari cura tradenda est, ut et maximorum problematum origo et progressio appareat, et alumni, ex diversis solutionibus decursu temporum propositis, vera discernere elementa, falsa detegere et refellere valeant.[4]

3035 73. *Scientiae aQines* quoque tradant ur, quales sunt scientiae naturales et mathematica quoad quaestiones cum philosophia connexas, debita ta-

men propon ione servata, ita ut disciplinis principalibus utile complementum praebeant, et vitetur eneyclopaedica et superficialis eruditio?

3036 74. In omnium disciplinarum expositione ratio habenda est tum intrinseci momenti singularum quaestionum tum praesentis necessitatis ipsarum pro discipulorum et regionum adiunctis?

3037 75. In Ratione Institutionis sacerdotalis (vel in eius Appendice) referatur conspectus omnium disciplinarum quae ad curriculum philosophicum pertinent, breviter indicando singularum disciplinarum programma, numerum annorum vel semestrium et horarum in hebdomada, quibus traduntur iu scholis.

Si vero hoc ob varia rerum adiuncta (sicuti v. gr. in magnis latissimisque Nationibus accidere potest, ubi variorum systematum diversitas viget) vel summa difficultate fieri potest vel omnino non potest, indicentur saltem aliqua exempla programmatum, quae secura indicia in omnium utilitatem praestare possint.

XII. De studiis theologicis

3038 76. Studia theologica, quae saltem integro quadriennio respondere debent,[3] eo spectant ut alumni doctrinam ex Divina Revelatione in lumine fidei et sub ductu auctoritatis magisterii accurate haustam, penitius penetrent, in alimentum propriae vitae spiritualis convertant, atque in ministerio sacerdotali eam tueri et ad spiritualem fidelium utilitatem nuntiare et exponere valeant.[4]

3039 77. Disciplinae theologicae variis attentis aspectibus (oecumenieo. missionali, etc.)[8] ita tradantur, ut intima connexio inter eas vigens clare appareat,[6] mysterium Ecclesiae debita in luce ponatur,[7] atque omnes

ex operis exitu probatur, iterum atque iterum considerandus. Ministros enim fidei acquisiverint oportet tum sensum eius quod est « *esse* », qui permittat ailirmationis soliditatem; facultatem discernendae veritatis, percipiendae et acceptandae a quocumque veniat. Pariter necessarium est ut peracre indicium sibi ipsi acquirant, ita ut cotidianae vitae problemata et condiciones recte percipere et indicare possint. Haec igitur assequenda sunt ut futuri sacerdotes magis idonei evadant ad docendum, ad efficacem dialogum fovendum, nec omni vento doctrinae lactentur cum gravi muneris sui detrimento. Inde sollicitudo Ecclesiae de aptis viis debita cum prudentia quaerendis experiendisquo ad institutionem philosophicam in Seminariis efllcaciorem reddendam.

c) Munus philosophiae docendae *professores vere paratos* **exigit. Nonnumquam enim accidit ut, cum peculiaris haec peritia in docendo desit, iuvenes nec disciplinas discant nec Inter diversas sententias recte eligere sciant, et philosophicas sententias admodum cuiusdam ludi habeant.**

d) **Ut philosophica Institutio cillcax utilisque evadat, requiritur pariter ut studeat** *ardam connexionem servare cum quaestionibus quae nostra aetata moventur.* **Quapropter resplciat oportet v. gr. ad hodiernam ingravescentem propensionem ad atheismum et ad conatus disiungendi iidem a religione; vel ad posita principia philosophica quae veram interpretationem Verbi Dei in discrimen adducunt, vel ad momentum quod psychologia, sociologia et scientiae humanae apud hodiernos homines habent.**

[1] **CONO.** Vat. **II, Decr.** *Optatam totius,* **n. 15; cfr. Const, past.** *Gaudium et spes,* **nn. 41, 59; Declar.** *Gravissimum educationis,* **n. 10; Decr.** *Ad gentes divinitus,* **n. 1G; cfr.** Paulus **VI, Litt. Encycl.** *Ecclesiam Suam,* **G aug. 1964: AAS 56, 637 ss. (Cfr. nn. 2636, 2664, 2659].**

[2] **Cfr. Pius XII, Litt. Encycl.** *Humani generis,* **12 aug. 1950: AAS 42, 571-575; Paulus VI, Alloc.** *Nous sommes,* **ad eos qui VI Conventui International! Thoniistico Interfuerunt, 10 sept. 1965:** *Insegnamenti,* **III, 445 ss. (Cfr. nn. 2195, 2615).**

[3] Cono. Vat. **II, Decr.** *Optatam totius,* **n. 15.**

[4] ***Ibid.***

[5] **CONO.** Vat. **II, Decr.** *Optatam totius,* **n. 15; Const, past. Gaudium** *et spes,* **nn. 44, 62: Pius XII, Const. Apost.** *Sedes sapientiae,* **31 mail 1955; AAS 48, 362;** Paulus **VI, Alloc.** *Siate i benvenuti,* **ad cos qui XXXVI Conventui Italico Stornaihologiac interfuerunt, 24 oct. 1963:** *Insegnamenti,* **I, 256-257. (Cfr. un. 2G36, 2286).**

[6] Conc. Vat. **11, Decr.** *Optatam totius,* **n. 15, cfr. Ioannes XXIII, Litt. Encycl.** *Princeps Pastorum,* **28 nov. 1959: AAS 51, 843 s. (Cfr. 2636, 2391].**

[7] **C.I.C., can. 1365; cfr.** PaULUB **VI, Motu proprio** *De Episcoporum muneribus.* **15 iun. 1966: AAS 58, 470. (Cfr. un. 1475, 2736).**

[8] Conc. Vat. **II, Decr.** *Optatam lotius,* **n. 16; cfr. Pius XII, Litt. Encycl.** *Humani generis,* **12 aug. 1950: AAS 42, 567-569; Const. Apost. Sedes** *sapientiae,* **31 nudi 1956: AAS 48, 361-363;** Paulus **VI, Aline.** *Incensissimo desiderio,* **ad Senatum academlcumet alumnos Pont. Univ. Grcgorlanao Romae, 12 mort. 1964:** *Insegnamenti,* **Ii, 178 ss.; Alloc.** *Libentissime sane,* **ad eos qui interfuerunt Conventui Internat, de Theologia Concilii Vat. II Romae, 1 oct. 1966:** *Insegnamenti,* **IV, 443 ss.; Alloc.** *Gratia Domini,* **ad Commissionem Theologicam Internat., 6 oct. 1969:** *L'Osservatore Romano,* **6-7 oct. 1969, 1. (Cfr. nn. 2713, 2192 s., 2283 s,, 2573 8., 2758 6.1.**

[9] **Cfr.** Conc. Vat. **11. Decr.** *Unitatis redintegratio,* **nn. 4, 5, 6, 10, 17; Decr. .Id** *gentes divinitus,* **n. 39; Const.** *Sacrosanctum Concilium,* **n. 16; Decr.** *Orientalium Ecclesiarum,* **nn. 4, 6. (Cfr. nu. 3129 s.: 3095 s.].**

[10] **Cfr.** Cono. Vat. **II, Decr.** *Optatam totius,* **n. 17; Const. Sacrosanctum** *Concilium.* **n. 16; cfr. Pius XII, Const. Apost. Sedes** *sapientiae,* **31 nudi 1956: AAS 48, 363. [Cfr. nn. 2638, 2543, 2285).**

[11] Conc. Vat. **II, Decr.** *Optatam totius,* **n. 16; Const, dogm.** *Lumen gentium,* **n. 8 et passim; Const.** *Sacrosanctum Concilium,* **n. 2; Decr. .Id** *gentes divinitus,* **n. 16; cfr.** Pau-

— suo quaeque modo harmonice in finem conspirent explicandi historiam salutis, quae in vita Ecclesiae et mundi vicissitudinibus perpetuo agitur.[1]

3040 78. Universae Theologiae voluti anima est *Sacra Scriptura,* quae omnes disciplinas theologicas informare debet.[2]

Quam ob rem debitum institutioni biblica© pondus tribuatur. Congrua introductione praemissa, alumni, auxiliaribus disciplinis sufiulti, exegescos methodis accurate initientur. Apte a professoribus edoceantur de potiorum problematum natura et solutione, atque efficaciter adiuventur ut *totius* Sacrae Scripturae conspectum acquirant, et principaliora historiae salutis capita penitius perspiciunt. Contendant pariter professores theologicam divinae Revelationis synthesini sacrorum alumnis praebere ad spiritualem eorum vitam et futuram praedicationem solidis fundamentis muniendam.[3]

3041 79. *Sacra Liturgia* nunc inter principales disciplinas habenda est; neque ideo sub uno aspectu iuridico, sed praecipuo theologico et historico atque etiam spirituali et pastorali in connexione cum aliis disciplinis tradatur, ut alumni agnoscant imprimis quomodo mysteria salutis in actionibus liturgicis praesentia sint et operentur. Praeterea, explanatis textibus ritibusque tam Orientis quam Occidentis, illustretur Sacra Liturgia ut praecipuus locus theologicus, quo Ecclesiae fides et vita spiritualis significatur.[4]

Denique alumnis exponendae sunt normae de instauratione liturgica, quo melius intellegant accommodationes seu mutationes ab Ecclesia decretas; discernere quoque valeant et alias quae legitime optari possint, atque, inter graviores e difficiliores quaestiones hodie passim agitatas, distinguant partem liturgiae immutabilem, utpote divinitus institutam, ab aliis partibus mutationi obnoxiis.[6]

lus **VI, Alloc.** *Salvete, Fratres,* **secunda Conc. Vat. II periodo inounte, 29 sept. 1963:** *Insegnamenti,* **I, 172 ss. (Cfr. nn. 2637, 2659].**

[1] Conc. Vat. **II, Decr.** *Optatam totius,* **nn. 14, 16; Const.** *Sacrosanctum Concilium,* **n. 16; Decr.** *Ad gentes divinitus,* **n. 16; cfr.** Paulus **VI, Alloc.** *Nous sommes profondément,* **ad Observatores Delegatos ad Conc. Vat. II, 17 oet. 1963:** *Insegnamenti,* **I, 232, 235. [Cfr. nn. 2635, 2637, 2543, 2660].**

[1] Conc. Vat. **II, Decr.** *Optatam totius,* **n. 16; Const, dogm.** *Dei verbum,* **n. 24; cfr.** Lko **XIII, Litt. Encycl.** *Providenlissimus Deus,* **18 nov. 1893: ASS 26, 283. [Cfr. nn. 2637, 2655].**

[*] Conc. Vat. **II, Decr.** *Optatam totius,* **n. 16: Const, dogm.** *Dei verbum,* **n. 23; cfr. Pius XII, Litt. Encycl.** *Divino afilante Spiritu,* **30 sept. 1913: AAS 35, 310 es.; cfr.** Pont. Comm. Biblica, *Instructio de S. Scriptura recte, docenda,* **13 mali 1950: AAS 42, 502 s.;** Ioan-**NE8 XXIII, Alloc.** *La diciassettesima Settimana,* **iis qui intcrfnturi erant decimo septimo Coetui ab Italica Sodalitae Sacris explanandis Litteris Romae habito, 21 sept. 1962: AAS 54, 716-719;** Paulus **VI, Alloc.** *Noi dobbiamo esprimere,* **iis qui interfuerunt undevicesimae Hebdomadae Biblica» exegetarum Italicorum, 23 sept. 1966:** *Insegnamenti,* **IV, 111 ss.; Alloc.** *Nous remercions,* **ad eos qui interfuerunt VI Conventui Internat, exegetarum Vet. Test., 19 apr. 1968:** *Insegnamenti,* **VI, 138 ss. [Cfr. nn. 2637, 2651].**

[‘] Conc. Vat. **II, Decr.** *Optatam lotius,* **n. 16; cfr Const.** *Sacrosanctum Concilium,* **mi. 2, 10, 14, 15, 16; Decr.** *Orientalium Ecclesiarum,* **n. 4. [Cfr. nn. 2637, 2512, 2592].**

[l] **CONC. Vat. II, Const.** *Sacrosanctum Concilium,* **n. 23; cfr. S. C.** Rituum, **Instructio** *Inter Oecumenici,* **ad exsecutionem Constitutionis de S. Liturgia recte ordinandam, 26**

3042 *Theologia dogmatica* integre et ordinate ita tradatur, ut ipsi textas biblici primum exponant tir, dein ostendatur quid Patres Ecclesiae Orientis et Occidentis ad veritates revelatas transmittendas et enucleandas contulerint, quomodo progressa sit dogmatum historia, ac tandem ope speculationis, S, Thoma magistro, mysteria salutis plenius penetrare eorumque nexum perspicere alumni addiscant; eadem semper in actionibus liturgici» praesentia et operantia agnoscere doceantur; discant praeterea humanorum problematum solutiones ope Revelationis quaerere, aeternas veritates in mutabili rerum humanarum condicione insertas cernere easque cum hominibus accommodate communicare.1

Nihil tamen impedit, quominus dogmatum expositio sic dicta *methodo regressiva* a definitionibus conciliatibus incipiatur, ascendendo per doctrinam Patrum ad Sacrani Scripturam, quae hoc modo in luce vivae traditionis Ecclesiae legi atque intellegi possit.®

3043 Apposite et iam initio institutionis theologicae tirina tradatur de fontibus theologicis doctrina;3 nec omittatur, spiritu oecurnenico et forma hodiernis circumstantiis accommodata, illa tradere quae sub nomine *Apologéticas* veniebant, et quae praeparationem ad fidem fideique fundationem rationalem et vitalem respiciunt, ratione habita etiam elementorum ordinis sociologici, quae in christianam vitam peculiari modo vini exercent.4

3044 *Theologia moralis* pariter doctrina S. Scripturae nutriatur, vocationem christianam fidelium in caritate fundatam illustret eorumque obligationes ratione scientifica exponat; curet humanorum problematum solutionem sub Revelationis luce invenire et aeternas veritate- in varias rerum humanarum condiciones transferre. Studeat etiam conterre ad sensum virtutis et peccati in conscientiis hominum restaurandum, non omissis ad hoc sanae ant hropologiae recentioribus inventis.4 Haec
3045 doctrina moralis completur in *Theologia Spirituali,* quae, praeter alia, studium quoque complecti debet theologiae et spiritualitatis sacerdotii

sept. 1961: 56, 879 s., nn. 11, 12; cfr. Paulus VI, Alloc. *Facile coiiiccre,* ad XI sessionem plenariam Consilii ad exsequendam Const, dc S. Liturgia, 11 oct. 1968: *Insegnamenti,* VI. 535 88. (Cfr. n. 2583 J.

1 Cono. Vat. II. licer, *optatam totius,* n. 16; Decr. *Gravissimum educ.,* n. 10; cfr. Pius XI1. Litt. Encycl. */¡umani generis,* 12 aug. 1950: AAS 42, 568-569; Const. Apo.-t. *Sedes sapientiae,* 31 mati 1956; AAS 48, 362 s.; IOANNES XXIII, Alloc. *Gaudet Mater Ecclesia,* qua Cone. Vat. II sollemniter inchoatum est. 11 oct. 1962: AAS 54, 791 SS.Í Pa VLVS VI, Alloc. *Siamo particolarmente licti,* ad eos qui interfuerunt Coetui de mysterio peccati originalis Romae, 11 iul. 1966: *Insegnamenti,* IV. 361 ss.: Alloc. *¡net lisissimo desiderio,* ad Senatum academicum et alumnos Pont, I'nlv. Gregorianav Romae, 12 mart. 1964: *Insegnamenti,* II, 178 ss. (Cfr. nn. 2G37. 2iìH, 2191 B., 22-C.

3 Cfr. Cono. Vat. II, Const, dogm. *Dei verbum,* nn. 8, 9.

3 Cfr. Cono. Vat. II, Const, dogm. *Dei verbum.*

4 Cfr. Conc. Vat.II, Const, past. *Gaudium G spes,* n.62; Decr. *Ad gentes divinitus,* n. 22.(Cfr. nn. 2732. 2666).

1 Conc. Vat. 11, Decr. *Optatam talius,* n. 16; Const, past. *Gaudium ft spes.* nn. 62, 62; Decr. *Id gentes divinitus.* n. 22; cfr. Pus XII, Alloc. *Animus Noster,* ad Senatum acndemicum ct alumnos Pont. Vnlv. Grégorienne Romae, 17 oct. 1953: AAS 15, 688; Pavlcs VI, Alloc. *Praesentia vestra,* ad Capitulum gen. Congr. Ssanl Redemptoris, 22 sept. 1967: *Insegnamenti,* V, 441. (Cfr. nn. 2637: 2730, 2666, 2242).

et vitae consecratae per sequelam consiliorum evangelicorum, ut homines pro suo quisque statu in via perfectionis dirigi possint.[1]

3046 *Theologia pastoralis* principia theologica illustret actionis, qua salvifica voluntas Dei in Ecclesia hodierna per varia ministeria et institutiones ad effectum deducatur.[2]

Cum vero ad feliciorem muneris pastoralis exitum haud parum conferat solida in re sociali institutio, curandum est ut saltem certus ac
3047 sufficiens praelectionum numerus *Doctrinae sociali Ecclesiae* addiscendae tribuatur, ut edoceantur alumni qua ratione doctrina Evangelii et principiorum accommodanda sit ad vitam socialem.[3]

3048 *Historia ecclesiastica* originem et progressionem Ecclesiae tamquam Populi Dei tempore et spatio se expandentis illustret, historicos fontes scientifice expendendo. In materiae expositione attendatur oportet tum ad doctrinarum theologicarum progressum tum ad veram condicionem rei socialis, oeconomicae et politicae necnon ad sententias et doctrinas quae maximam vim exercuerunt, earum mutua dependentia, connexione et evolutione perspecta; tum denique ad mirum actionis divinae et humanae concursum, atque ad verum Ecclesiae et traditionis sensum[4] in alumnis fovendum. Debita attentio tribuatur oportet etiam historiae propriae regionis.

3049 *Ius canonicum* doceatur ratione habita mvsterii Ecclesiae, in Concilio Vaticano II penitius explorati. In principiorum et legum expositione, praeter alia ostendatur quomodo universa ecclesiastica ordinatio et disciplina debeat cum salvifica voluntate Dei congruere, animarum salutem in omnibus quaerendo.[8]

3050 80. Determinentur quoque disciplinae auxiliares et cursus speciales, et quinam necessario vel libere eligendi sint. Alumnis pariter opportunitas detur linguas Hebraicam et graeco-biblicam addiscendi,[8] quibus textus primigenios bíblicos adire, intellegere et explicare possint.

Curandum vero est ut, potius quam multiplicentur disciplinae, in disciplinis iam statutis novae quaestiones vel novi aspectus apta ratione inserantur.[7]

[1] Conc. Vat. **II, Decr.** ***Optatam totius,*** **n. 19; Decr.** ***Presbyterorum Ordinis,*** **nn. 5, 6; Decr.** ***Christus Dominus,*** **n. 15. (Cfr. nn. 2040, 2684, 2687, 2618].**

[2] **De speciali peritia pastorali in Cap. XVI fusius tractatur. (Cfr. n. 3064 s.].**

[3] Conc. Vat. **II, Decr.** ***Optatam lotius,*** **n. 20; cfr. Ioannes XXIII, Litt. Encycl.** ***Mater et Magistra,*** **15 mail 1961: AAS, 53, 453; Pius XII, Alloc.** ***Animus Noster,*** **ad Senatum academician ct alumnos Pont. Unlv. Gregorianae Roinac: l. c., 686 s. (Cfr. nn. 2641, 2241].**

[4] Conc. Vat. **II, Decr.** ***Optatam totius,*** **nn. 9, 16; Pius XII, Alloc.** ***Sollemnis conventus,*** **ad sacrorum alumnos studia Romae celebrantes, 24 iun. 1939: AAS 31, 218; Alloc.** ***Animus Noster,*** **ad Senatum acadcmicum et alumnos Pont. Unlv. Gregorianae Romae, 17 oct. 1953: AAS 45, 689. [Cfr. nn. 2630, 2037, 2243].**

[5] Conc. Vat. **II, Decr.** ***Optatam totius,*** **n. 16; Pius XII, Alloc.** ***Animus Noster, l, c.,*** **688; Paulus VI, Alloc.** ***Singulari cum,*** **ad Pont. Commissionem Codici luris Can. recognoscendo, 20 nov. 1905:** ***Insegnamenti,*** **III, 640 ss.; Alloc.** ***Salvere libenter,*** **ad eos qui interfuerunt II Conventui Internat, de Iure Canonico, 25 mali 1968:** ***Insegnamenti,*** **VI, 205 ss. [Cfr. nn. 2637. 2242, 2902].**

[6] Conc. Vat. **II, Decr.** ***Optatam totius,*** **n. 13. (Cfr. n. 2634].**

[7] Conc. Vat. **II, Decr.** ***Optatam totius,*** **n. 17. (Cfr. n. 2038].**

Sic modus procuretur quo alumni manuducantur ad plenius cognoscendas Ecclesias et communitates ecclesiales a Sede Apostolica seiunctas ut unitatis redintegratio promoveatur,[1] prae oculis habitis Decreto *De Oecumenismo* et *Directorio Oecumenico* a Sancta Sede edito; pari modo providendum est quomodo alumni introducantur ad alias religiones cognoscendas in singulis regionibus magis vulgatas, ut quae bona et vera sunt in iis agnoscantur, errores refellantur, et plenum veritatis lumen cum non habentibus communicari possit.»

Nec minor cura tribuenda est etiam quaestionibus hodierni atheismi variis sub aspectibus tractandis, ut futuri sacerdotes aptiores evadant ad gravia, quae exinde oriuntur, pastoralia munera facilius solvenda.

3051 **81. In Ratione Institutionis sacerdotalis (vel in eius Appendice) referatur conspectus omnium disciplinarum quae ad curriculum theologicum pertinent, breviter indicando singularum disciplinarum programma, numerum annorum vel semestrium necnon horarum in hebdomada, quibus unaquaeque in scholis traditur.**

Si hoc vel valde dillicile evadat vel fieri omnino non possit in maioribus Nationibus, territorio nimis extensis, ubi legitima varietas rationum studiorum viget a Conferentia Episcopali approbata, indicentur ad modum exempli saltem aliqua programmata, ad quaedam generaliora studiorum capita determinanda.

XIII. De studiis specialibus
AD PECULIARIA MUNERA PRAEPARANTIBUS

3052 **82. Hodiernus apostolatus magis in dies postulat ut, praeter generalem institutionem omnibus communem, de qua supra, aliqua specialis praeparatio habeatur, quae propria et accommodata sit pro varietate munerum, quae a singulis exercenda erunt.[5]**

3053 **83. In tuto autem posita solida formatione generali philosophico theologica pro omnibus, huiusmodi praeparatio, duplex esse potest:**

21) Altera quae ad pastoralem actionem perutilis sacerdotibus est et iam in Seminario, praesertim ultimo anno, sine peculiarium Institu-

• Conc. Vat. **II, Decr.** ***Unitali# redintegratio,*** **n. 9: Decr.** ***Ad gentes divinitus,*** **n. 16. [Cfr. n. 2660].**

• **AAS 59, 57 l ss.; pars Seminariorum alumnos directe respiciens: AAS 62, 709-723. [Cfr. nn. 3093 88.].**

• Conc. Vat. **II, Decr.** ***Optatam totius,*** **n. 1G; Declar.** ***Nostra aetate,*** **n. 2; Decr. .-Id** ***gentes divinitus,*** **n. 34. (Cfr. nn. 2637, 2671J.**

‘ Conc. Vat. **II, Const, past.** ***Gaudium et spes,*** **n. 21:** Paulos **VI, Litt. Encycl.** ***Ecclesiam Suam,*** **6 aug. 1964: AAS 56, 650 ss.; Alloc.** ***Nous sommes,*** **ad eos qui VI Conventui International! Thomistlco interfuerunt. 10 sept. 1965:** ***Insegnamenti,*** **III, 145 ss.;** Secretakiatus pro non Credentibus, ***Documentum de dialogo,*** **28 aug. 1968: AAS 60, 692-704. [Cfr. nn. 2615, 2909].**

‘ Conc. Vat. **II, Decr.** ***Optatam totius,*** **nn. 18, 19, 20; cfr. Decr.** ***Ad gentes divinitus,*** **n. 16; Decr.** ***Apostolica™ actuosilatcm,*** **n. 25; Pius XII, Const. Apost.** ***Sedes sapientiae,*** **31 mali 1956: AAS 48, 364;** Paulus **VI, Alloc.** ***Voi avete,*** **ad eos qui interfuerunt Conventui V. d. XIII Settimana Nazionale di Orientamento Pastorale •, 6 sept. 19G3:** ***Insegnamenti,*** **I. 118-119. [Cfr. nn. 2639 ss.. 2661, 2657, 2285].**

torum frequentia acquiri potest; v. gr. praeparatio ad apostolat uni exercendum cum aliquo hominum ordine (cum operariis, ruricolis, etc.).

B) Altera iis sacerdotibus necessaria qui destinati sunt ad ea munera exercenda, quae propriam praeparationem requirunt in specialibus Institutis; v. gr. praeparatio ad scientias sacras vel profanas docendas.

3054 84. Quoad **J)** curandum est ut ea inter sexennium philosophicum et theologicum liat; quod ex. gr. hac ratione obtineri potest:

a) per speciales disciplinas quae, sive inter annum scholasticum (praesertim ultimis annis) sive inter ferias, modo ordinato et servata debita proportione cum disciplinis principalibus, proponantur apta et convenienti cohaesione cum .formatione generali;

b) disponendo in primo quinquennio omnes, vel fere omnes disciplinas communes, et sexto anno copiam dando formationis specialis per peculiares cursus et disciplinas.

Ilis et aliis rationibus, quae haberi poterunt, varii coetus alumnorum variam formationem specialem accipient secundum singulorum aptitudines et praesertim secundum peculiares dioecesis necessitates, de quibus Episcopus indicabit.

In Ratione Institutionis sacerdotalis indicetur quid Conferentiae Episcopales pro singulis regionibus et Seminariorum possibilitatibus definierint.

3055 85. Quoad /?) oportet ut, absoluta generali formatione et facta quoque aliqua experientia pastorali, candidati ad altiera Instituta vel Facultates mittantur ubi haec peculiaris institutio, una cum congruentibus diplomatis vel gradibus acadcmicis, obtineri possit.

A<1 hunc finem seligendi sunt qui indole, virtute et ingenio vere apti sint; ct sedulo curandum est ut eorum institutio spiritualis ct pastoralis, maxime si nondum sacerdotes sint, plene compleatur.1

In singulis regionibus Conferentiae Episcopales de re opportunas normas statuant,8 et ubi Seminaria .Maiora habentur cum studiis theologicis scientifica ratione ordinatis, videant utrum haberi possit atliliatio ad aliquam Facultatem theologicam ut, sub ipsius Facultatis ductu, plures alumni Seminarii primum gradum academicum in Theologia (Bacealaureatuni) consequi valeant.

Considerato peculiari momento Collegiorum Romanorum,3 nipote quae magnam studiorum peculiarium copiam offerre possunt, arcta inter Conferentias Episcopales et haec sua cuiusque Collegia serventur vincula, ut eorum peculiare munus communi nisu promoveatur atque ad novas necessitates Nationum et universalis Ecclesiae accommodetur.

1 Cono. Vat. **II,** *Optatam totius,* **n. 18; cfr. Decr.** *Ad gentes divinitus,* **n. 16. [Cfr. nn. 2639. 2661].**

1 **Valde optandum est ut ad peculiares nonnas, a singulis ConferentHs hao de re statuendas, Religiosi quoquo accedunt.**

• **Cfr. Pius XII. Alloc. Le** *centenaire,* **ad Moderatores ct alumnos Pont. Seminarii Gallici Romae, 16 apr. 1953: AAS 15, 287 s.;** Paulus **VI, Alloc.** *Duc fatti,* **habita in Basilica Vaticana in S. Missa concelebrata cum Moderatoribus Romanorum Collegiorum, 6 iun. 1965:** *Insegnamenti,* **III, 330. [Cfr. nn. 2233, 2613].**

XIV. De Doctrina tradenda

3056 86. Primum fundamentum et verus totius formationis sacerdotalis ambitus est divina Revelatio, cuius devoti ûdique ministri alumni fieri debent. [deoque tam professores quam alumni verbo Dei scripto et tradito fideliter inhaereant, illudque ament, assidue scrutentur atque spirituale alimentum sibi reddant.[Traditionis — quae cum Sacra Scriptura unum verbi Dei sacrum depositum constituit Ecclesiae commissum 2 — vivum sensum imprimis ex SS. Patrum operibus hauriant, magni lacientes doctrinam eorum aliorumque Doctorum, quorum laus est in Ecclesia.3 Sanctum Thomam Aquinatem tamquam unum e maximis Ecclesiae magistris habeant, iidemque debitum momentum tribuant auctoribus recentioris ætetatis.

3057 87. Professores scientiarum ecclesiasticarum, honorificum quidem munus sed officii plenum in Ecclesia habentes, non proprio sed Ecclesiae nomine docent, a qua missionem acceperunt. Peculiarem igitur condicionem suam in t orpore ('liristi prae oculis habentes. Ecclesiae sensum semper manifestent docili obsequio erga ipsius magisterium, ita ut ad aedificandos in fide tum alumnos tum omnes fideles conferre possint.5

3058 88. Professores de praesenti statu deque progressu doctrinae curam habeant; insta libertate utantur inquirendi necnon mentem suam aperiendi, semper tamen, prout sinceri cooperatores veritatisin novis quaestionibus ea prudentia gravit aloque procedentes, quae a dignitate sui muneris et ipsius veritatis revelatae postulatur.

‘ CONO. Vat. **II, Decr.** *Optatam totius,* **n. 16; Const, dogm.** *Dei verbum,* **nn. 24-26; cfr. Pius XII, Litt. Encycl.** *Divino afflante Spiritu,* **30 sept. 1943: AAS 35, 321. (Cfr. nn. 2637, 2655 s., 2116).**

’ Conc. Vat. **II, Const, (login.** *Dei verbum,* **n. 10.**

[Conc. Vat. **11, Decr.** *Optatam totius,* **n. 16; Const, (login.** *Dei verbum,* **nn. 8, 23; Dccr.** *Unitatis redintegratio,* **n. 17; cfr. Pius XII, Litt. Encycl.** *Divino afflante Spiritu,* **30 sept. 1943: AAS 35, 312. [Cfr. nn. 2637, 2651. 26031.**

‘ Conc. Vat. **II. Decr.** *Optatam totius,* **n. 16; Dcelar.** *Gravissimum educationis,* **n. 10; Pius XII, Alloc.** *Sollemnis conventus,* **ad Collegiorum alumnos studia cedes. Romae celebrantes, 21 iun. 1939: AAS 31, 217; Alloc.** *Animus Noster,* **ad Senatum academician otalumnos Pont. Univ. Gregoriannc Romae, 17 oct. 1953: AAS 45, G84 ss.;** Ioannes **XXIII. Alloc.** *L'incontro odierno,* **ad Seminariorum Rectores ex universa Italia, 29 iul. 1961: AAS 53, 561** b.; Paulus **VI, Alloc.** *Incensissimo desiderio,* **ad Senatum academicum et alumnos Pont. Univ. Grcgorianac Romae. 12 mart. 1961:** *Insegnamenti,* **11, 17S ss.; Alloc. A'ous** *sommes,* **coram VI Congressu Thomistleo Internat tonali, 10 sept. 1965:** *insegnamenti.* **III, 116 s. (Cfr. un. 2637, 2644, 2042, 22 11, 2167, 2573, 2615** J.

‘ Conc. Vat. **II, Const, dogm.** *Lumen Gentium,* **n. 25; Pius XII, Const. Apost.** *Sedes sapientiae,* **31 mall 1956: AAS IS, 362;** Paulus **VI. Alloc.** *Libratissimo saw* **ad cos qui Conventui de theologia Concilii Vat. II Romae interfuerunt,** 1 **oct. 1966:** *Insegnamenti,* **IV, 113** a.; **Alloc.** *Benedicamus Domino,* **Praesulibus ex universa America Lat. secundo Coetui Plenario Modulili interfuturis, 24 aug. 1968:** *Insegnamenti,* **VI. 105 s.; Alloc.** *Gratia Domini,* **ad Commissionem Theol. Internat., 6 oct. 1969:** *L'Osservatore Romano* **6-7 oct. 1969, I. [Cfr. nn. 2284, 2758 s., 2908, 2923],**

• **CONO.** Vat. **II, Decr.** *Presbyterorum Ordinis,* **n. 8. Cfr. Const, past.** *Gaudium et spes,* **n. 62. (Cfr. n. 2732].**

Spectatis diversis certitudinis theologicae gradibus, distincte doceant professores ea quae tamquam doctrina fidei et ea quae consensu doctorum probantur; quod quidem efficaciter fieri nequit nisi adhibito quodam fundamentali et valido textu. Doctrina certa imprimis in tuto posita, probabiles, novas et proprias explicationes modeste proponant.[1]

3059 **89. Simul cum Ecclesiae doctrina magis recondite excolenda, curandum est ut alumni recte et moderate aperti sint ad modernam culturam. .Magistri igitur hoc propositum spectantes, ad debitum aequilibrium atque sanum discretionis sensum sacerdotii candidatos formare contendant,**[2] **ita ut in hodierna cultura dijudicanda et legendis auctoribus critice procedere discant, retinentes quae probanda sunt, quae vero improbanda nucientes. Ad hoc quam maxime conferre poterit communis cum Professoribus lectio ephemeridum et librorum, quam sequatur critica discussio.**

XV. De ratione docendi[3]

3060 **90. Disciplinarum ratio statis temporibus recognoscatur, ut quaestiones obsoletae omittantur, quae autem pergunt vim exercere suam melius et fusius tractentur.**

Novae disciplinae — ut iam dictum est (cfr. n. 80) — ne facile introducantur, sed potius novae quaestiones in disciplinas tradi solitas apto loco inserantur.

Professores sciant et velint unum corpus constituere: exoptata enim unitas in doctrina proponenda solum tunc obtinebitur, si simul aderit in ipsis magistris. De mutuis relationibus disciplinarum ac de earundem unitate solliciti sint, ita tamen ut non plures sed unam scientiam — nempe fidei et Evangelii iuvenes se discere experiantur.[4]

Quod ut facilius obtineatur, adsit in Seminario qui integrae ordinationi studiorum moderetur.

3061 **91. Rationes quoque didacticae recognoscendae sunt; ad quod assequendum haec prae oculis habeantur:**

u) In institutionalibus omnium disciplinarum cursibus certus praelectionum numerus, iuxta commune professorum consilium, habendus est ad praecipua doctrinae capita proponenda et enucleanda, ad normas generales pro privato alumnorum st tulio tradendas et bibliographiam apte indicandam.

1 **Pius XII, Litt. Encycl.** *Humani generis,* **12 aug. 1950: AAS 42, 572; Const. Apost.** *Sedes sapientiae,* **31 mati 1956: AAS 48, 362;** Paulus **VI, Alloc.** *Siamo particolarmente licti,* **ad eos qui Coetui Theologorum dc mysterio peccati origin. Romae interfuerunt, 11 iul. 1966:** *Insegnamenti,* **IV, 365; Alloc.** *Incensissimo desiderio,* **ad Senatum academician Pont. Univ. Gregorlanae Romae, 12 mart. 1964:** *Insegnamenti,* **li, 177 s. [Cfr. nn. 2193, 2740, 2573].**

* **IOANNES XXI1I, Alloc.** *L'incontro odierno,* **ad Seminariorum Rectores ex universa Italia, 21 iul. 1961: AAS 53, 561;** Paulus **VI, Alloc.** *En vous accueillant,* **ad Pont. Academiam Scientiarum, 23 apr. 1966:** *Insegnamenti,* **IV, 197 ss. [Cfr. n. 2465].**

* **CONO.** Vat. **II, Decr.** *Optatam totius,* **n. 17. [Cfr. n. 2638].**

‘ Conc. Vat. **II, Dccr.** *Optatam totius,* **nn. 5, 17; cfr. Const.** *Sacrosanctum Concilium,* **n. 16. [Cfr. nn. 2626, 2638, 2543].**

b) Instituantur *seni inaria* et exercitatione» ad activam alumnorum participationem promovendam; professores vero qui exercitationibus moderari debent, conscii sint de gravitate huius muneris, quod non minore diligentia explendum est quam ipsae praelectiones.

c) Labor quoque in parvis coetibus factus praeside magistro foveatur, et pariter studium privatum moderantibus per frequentia colloquia professoribus, ut alumni etiam personalem laboris intellectualis methodum addiscant.

d) Denique, candidati ad sacerdotium aptis investigationibus initientur ad varia dioecesis pastoralia problemata scientifica methodo examinanda,[1] ut, per commune eventuum factorumque studium theologicum, intimus nexus inter vitam ipsam pietatemque atque doctrinam ex praelectionibus haustam clarius appareat, et ad pleniorem alumnorum theologicam praeparationem conferat.

Ut autem omnibus his methodorum et personalis studii postulatis revera satisfieri possit, professores et numero sufficientes et ad munera sua rite parati sint oportet.

3062 92. Instrumentum necessarium pro studiis tum professorum tum alumnorum est Bibliotheca, quae propterea in unoquoque Seminario magna cura a bi Idiot becario idoneo et ad hoc parato est ordinanda, conservanda et, adiuvantibus quorum interest. continenter augenda per annuam pecuniae summam, quae ad hunc finem liberali animo statuenda est.

De usu bibliothecae edoceantur alumni secundum methodologiam recentem.

3063 93. De profectu in studiis alumni statis temporibus rationem reddant per colloquia, scriptas dissertationes et examina, quorum certa ratio a Conferentiis Episcopalibus determinanda est.

XVI. De institutione stricte pastorali[1]

3064 94. Tota sacerdotalis institutio spiritu pastorali informari debet, cum finis Seminarii sit animarum pastores formare (cfr. n. 20), et pro-

[1] **CONO. Vat. II, Decr. *Christus Dominus,* n. 17; cfr. Decr. *Ad omtes divinitus,* n. 16. [Cfr. n. 2660).**

*** Haec institutio requirit, ut hoc capite accuratius indicabitur, ut aluinui studiorum decursu non solum amore apostolico Christo Redemptori adhaereant, sed etiam « in rebus divinis ct humanis ita Instituantur ut revera fermentum in mundo sint ad robur ct incrementum Corporis Christi» *(Perfectae caritatis,* n. 11). Itaque, alumni pastoralem animum pedetemptim acquirant atque, perceptis doctrinae normis, illas aptltudines per opportunas exercitationes in se explicare studeant, quibus Christi gratiam et doctrinam possint variarum condicionum hominibus apto modo afferre.**

3179 I. *(Christus Alpha et Omega).* lesus Christus, Dei Filius et Verbum, quem *Pater sancitficarii el misit in mundum (I.* 10, 36), plenitudine Spiritus Sancti signatus,[1] inundo annuntiavit Evangelium reconciliationis inter Deum et homines. Eius praedicatio prophetica, per signa confirmata, culmen attingit in mysterio paschali, supremo verbo amoris divini, quo Pater nos allocutus est. In cruce lesus se ipsum quam maxime ostendit ut Pastorem bonum, qui vitam suam pro ovibus posuit, ut eas ad illam unitatem in Ipso consistentem congregaret.[1] Sui ipsius oblatione summum atque unicum exercens sacerdotium, omnia ritualia sacerdotia et sacrificia Veteris Testamenti immo et gentium adimplendo superavit. In suo sacrificio hominum miserias et sacrificia cunctarum aetatum assumpsit, atque etiam conamina eorum, qui propter iustitiarn patiuntur, vel infausta sorte quotidie premuntur, ac molimina eorum, qui, mundo relicto, per ascesim et contemplationem Deum attingere conantur, vel labores eorum, qui vitam suam in meliorem praesentem et futuram societatem animo sincero impendunt. Omnium nostrum peccata in cruce portavit, a morte resurgens et Dominus constitutus,[3] cum Deo nos reconciliavit et Populi Novi Foederis, qui est Ecclesia, iecit fundamentum.

Ille est unicus Mediator Dei et hominum, homo Christus lesus *(1 Tint. 2,* 5), in Ipso condita sunt universa (Col. I, 16: cf. *I.* 1, 3 ss.) et in Eo omnia recapitulantur? Cum sit imago Patris et manifestatio Dei invisibilis,[5] per suam exinanitionem et exaltationem in communionem Spiritus Sancti, quam Ipse vivit cum Patre, nos introduxit.

Quando ergo loquimur de sacerdotio Christi, oportet prae oculis habere *realitatem* unicam, incomparabilem, in se includentem munus propheticum et regale Verbi Dei incarnati.

Ita lesus Christus multifarie significat et manifestat praesentiam et efficaciam praevenientis amoris Dei. Ipse Dominus, permanentor influens per Spiritum suum in Ecclesiam, omnium responsiones hominum sese huic gratuito amoris offerentium suscitat et promovet.

3180 2. *(De aditu ad Christum in Ecclesia).* Aditus ad personam et mysterium Christi semper in Spiritu Sancto per Scripturas, in viva Ecclesiae Traditione intellectas, patet. Scripturae omnes, praesertim Novi Testaménti, ut unica inspiratione intime inter se conexae et ad invicem ordinatae interpretandae sunt. Nec libri Novi Testamenti ponderis adeo diversi sunt, ut aliqui eorum ad mera figmenta seriora redigi possint.

Personalis et immediata relatio cum Christo in Ecclesia etiam pro hodierno fideli totam eius vitam spiritualem sustentare debet.

3181 3. *(Ecclesia a Christo per Apostolos).* Ecclesiam suam, quam in B.

‘ **Cfr.** *L.* **I, 1. 18-21;** *A.* **10, 38.**
• **Cfr.** *I.* **10, 15 88.; 11, 52.**
’ **Cfr.** *Ph.* **2, 9-11.**
‘ **Cfr.** *E.* **1, 10.**
• **Cfr.** *C.* **1, 15.**

Petro se aedificaturum nuntiaverat, Christus super Apostolos fundavit,[1] in quibus iam duplex eius aspectus manifestatur: in duodecim enim Apostolorum coetu iam adsunt et communio in Spiritu et origo hierarchici ministerii. Quapropter scripta Novi Testamenti loquuntur de Ecclesia super Apostolos fundata;[3] quod idem antiqua traditio sic breviter expressit: * Ecclesia ab Apostolis, Apostoli a Christo, Christus a Deo»?

Ecclesia autem, super Apostolos fundata et in mundum missa, in eoque peregrinane, ad hoc instituta est, ut sacramentum illius salutis sit, quae a Deo in Christo ad nos usque pervenit. In ea Christus mundo ut Salvator praesens est et operatur, ita ut amor, a Deo hominibus oblatus, eorumque responsiones inter sesv conveniant. Spiritus Sanctus excitat in Ecclesia et per eam impetus generosae libertatis, quibus homo ipsum opus creationis et redemptionis participat.

3182 4. *(Ministerii hierarchici orujo et ratio).* Ecclesia, per donum Spiritus *organica* compagine instructa, munera Christi Sacerdotis, Prophetae et Regis, diversimode participat, ut salutis missionem nomine ac virtute eius, qua populus sacerdotalis,[5] exsequatur.

Ex Novi Testamenti scriptis patet ad originalem Ecclesiae structuram inalienabilem pertinere Apostolum et Communitatem fidelium, mutua sibi connexione sub Christo Capite et Spiritus eius influxu respondentes. Duodecim enim Apostoli missionem ac munera sua exercuerunt, et *non solum varios ădiutore in ministerio habuerunt;*[9] sed ut missio ipsis concredita post eorum mortem continuaretur cooperatoribus suis immediatis, quasi per modum testamenti, mandaverunt munus perficiendi et confirmandi opus ab ipsis inceptum;[7] monentes cos, attenderent universo gregi, in quo Spiritus Sanctus eos posuit pascere Ecclesiam Dei." Constituerunt ergo huiusmodi viros ac deinceps ordinationem iis contulerunt, ut cum decessissent, ministerium ipsorum alii viri probati ĕxciperent.

Epistulae S. Pauli monstrant eundem sibi conscium esse se missione ac mandato Christi agere.[10] Potestates, Apostolo pro Ecclesiis commissae, aliis viris, in quantum communicabiles, tradebantur,[11] qui et ipsi easdem aliis tradere debebant.[12]

1 Cfr. Conc. Vat. II, Const, (login. *Lumen gentium,* n. 18: AAS 57, 21-22.

• Cfr. Conc. Vat. II, Decr. *Ad gentes divinitus,* n. 5: AAS 58, 052.

• Cfr. *Ap.* 21, 14; cfr. *MI.* 10, 18.

' Teht. *De Praescr. haer.* XXI, 4; cf. ottani I Ep. Clementis *Ad Cor.* XL1I, 1-4; Ionatics Ant. *Ad Magn.* IV *et passim;* Irenaeus *Adv. Haer.* 4, 21, 3; ORIGENES *De Princip.* IV, 2, 1; Serapion Ep. Ant. apud Eus. *Hist. Ecd.* VI, 12.

• Cfr. Conc. Vat. II, Const, dogai. *Lumen gentium,* n. 10: AAS 57, 14. [Cfr. n. 2587].

• Cfr. A. 8, 2-0; 11, 30; 13, 1; 14, 23; 20, 17; *l Th.* 5, 12-13; *Ph.* 1, 1; C. 4, 11 et passim.

' Cfr. *A.* 20, 25-27; 2 *T.* 4, G s.; *C.* 1, 1; *l T.* 5, 22; 2 *T.* 2, 2; *Tt.* 1, 5; S. Clkm. Rom. *Ad Cor.* 44, 3.

• Cfr. *A.* 20, 28.

• Cfr. S. Cune. Rom. *Ad Cor.* 44, 2; Conc. Vat. II, Const, dogm. *Lumen gentium,* n. 20: AAS 57, 23.

M Cfr. 2 *C. 6,* 18 es.

" Cfr. 2 *T.* 1, 0.

»• Cfr. *Tt.* 1, 5.

Illa Ecclesiae structura essentialis, e grege et pastoribus consulto deputatis| constituta, secundum ipsius Ecclesiae Traditionem semper *normal iva* fuit (‘t manet; (¡na quidem structura fit, ut Ecclesia numquam m se ipsa clausa manere possit et semper ‹ hristo, tamquam suo origini et Capiti, subdatur.

Inter diversi generis charismata et ministrat iones unum sacerdotale Novi Testamenti ministerium, quod Christi mediatoris munus continuat, a communi omnium fidelium sacerdotio essentia et non gradu tantum distinctum,[2] perenne reddit Apostolorum opus essentiale: Evangeli! etenim efficaci proclamat ione, communitatis congregatione ac ductu, peccatorum remissione, et praesertim eucharistica celebratione, ‹ tirisi um, Caput communitatis, praesentem reddit in eius humanae redemptionis et perfectae Dei glorificationis opero exercendo.

Episcopi enim et, subordinato quidem gradu, presbyteri, vi sacramenti Ordinis, quod unctionem Spiritus Sancti confert cosque <‘hristo configurat,[3] participes fiunt munerum sanctificandi, docendi et regendi, (piorum exercitium hierarchies communione pressius determinatur.[1]

.Ministerium sacerdotale culmen attingit in peragenda sacra Synaxi, (piae et fons et centrum est unitatis Ecclesiae. Solus sacerdos in persona Christi agere valet ad praesidendum et perficiendum sacrificale convivium, in quo Populus Dei Christi oblationi consociatur?

Sacerdos signum est divini ac praevenientis propositi, hodie in Ecclesia proclamati et efficacis. Ipse Christum, totius hominis Salvatorem, inter fratres sacrament aliter praesentem reddit et quidem tam in eorum vita personali (piam sociali. Ipse sponsor est tam primae Evangelii proclamat ionis ad Ecclesiam congregandam, quam indefessae renovationis Ecclesiae iam congregatae. Deficiente praesentia et actione illius ministerii, quod per impositionem manuum eum oratione recipitur. Ecclesia plenam certitudinem de sua fidelitate ac de sua visibili continuitati habere nequit.

3183 5. *(Permanens indoles sacerdotii).* Per manuum impositionem donum inamissibile Spiritus Sancti communicatur? Haec ipsa res ministrum ordinatum Christo Sacerdoti configurat et consecrat,[1] eumdemque participem efficit Christi missionis sub duplici cius respectu, auctoritatis nempe et servitii. Ista auctoritas non est ministri propria: est enim manifestatio (-exousiac ›› (i. e. potestatis) Domini, cuius virtute sacerdos legatione fungitur, in opere eschatologico reconciliationis? Ipse quoque inservit humanis libertatibus in Deum convertendis ad Christianae communitatis aedificationem.

• Cfr. *1 Pt.* 5, 1-4.
’ Cfr. Conc. Vat. II, Const, (login. *Lumen gentium,* n. 10: AAS 57, 14. [Cfr. n. 25S7J.
’ Cfr. Cono. Vat. II, Decr. *Presbyterorum Ordiniti,* n. 2: \AS 58,9Ü1t». [Cfr. n. 2674],
‘ ('fr. Conc. V \T. II, Const, dogin. *Lumen gentium,* nn. 24, 27 ct 28: AAS 57, 29, 32 s.
• Cfr. Conc. Vat. II, Const, dogm. *Lumen gentium,* n. 28: AAS 57, 31. (Cfr. n. 2589],
• Cfr. 2 T. 1, 0.
’ Cfr. Conc. Vat. II. Decr. *Presbyterorum Ordinis,* n. 2: A AS 58, 992. (Cfr. n. 267 1).
• Cfr. 2 *C.* 5, 18-20.

Permanens haec indoles per totam vitam huius *realilatis signantis,* quae ad fidem pertinet et in Traditione Ecclesiae nomine characteris sacerdotalis appellatur, id exprimit Christum Ecclesiam sibi modo irrevocabili consociasse pro mundi salute et ipsam Ecclesiam modo definitivo Christo dicari ad eius opus adimplendum. Minister, cuius vita obsignationem praesefert doni per sacramentum Ordinis accepti, Ecclesiae in memoriam revocat donum Dei definitivum esse. In medio communitatis Christianae, quae Spiritu vivit, non obstantibus suis defectibus, pignus est salvificae Christi praesentiae.

Haec sacerdotii Christi peculiaris participatio minime evanescit, etiamsi sacerdos ecclesialibus aut personalibus ex causis ab exercitio sui ministerii dispensetur vel amoveatur.

3184 6. *(In servilium communionis).* Sacerdos, licet ministerium suum in peculiari communitate exerceat, tamen in singularem fidelium coetum exclusive intentus esse nequit. Ministerium enim eius semper ad totius Ecclesiae tendit unitatem et ad omnes gentes in eam congregandas. Quaevis singularis fidelium communitas indiget communione cum Episcopo et Ecclesia universali. Hoc modo sacerdotale etiam ministerium essentialiter *communitarium* est in presbyterio et cum Episcopo, qui, communionem servans cum Petri successore, corpori Episcoporum est insertum. Quod dicendum est etiam de sacerdotibus non immediate servitio alicuius communitatis addictis, aut de iis, qui in remotis ac seiunctis territoriis operantur. Religiosi presbyteri quoque, intra ambitum peculiaris finis atque structurae sui Instituti, modo indissolubili missioni ecclesialiter ordinatae inserti sunt.

Vita et navitas tota presbyteri imbuatur spiritu catholicitatis, sensu nempe universalis missionis Ecclesiae, ita ut omnia Spiritus dona illa libenter agnoscat, eis libertatis spatium aperiat eaque ad commune dirigat bonum.

Christi exemplum sequentes, presbyteri fraternitatem cum Episcopo et inter se excolant, in ordinatione et unitate missionis fundatam, qua credibilius fiat sacerdotale testimonium.

3185 7. *(Sacerdos ct. res temporales).* Quaevis incepta vere Christiana ordinantur ad hominum salutem, quae, cum indolis eschatologicae sit, res quoque temporales complectitur: omnis enim huius mundi *realitas* Christi dominatui est submittenda, quod tamen non significat Ecclesiam sibi vindicare technicam competentiam in ordine saeculari, huius autonomia neglecta.

Missio propria sacerdotis, sicut et Ecclesiae, quam Christus ei concredidit, non est ordinis politici, oeconomici vel socialis, sed religiosi,[1] attamen secundum rationem sui ministerii multum confería potest ad ordinem saecularem magis iustum instaurandum, ibi praesertim, ubi humana problemata iniustitiae et oppressionis graviora sunt, semper tamen communione ecclesiali servata et seposita violentia, sive in dictis sive in factis, utpote quae non sit evangelica.

1 **Cfr. Cose.** Vat. **II, Const, past.** ***Gaudium et spes,*** **n. 42: AAS 58, 10G0.**

Revera verbum Evangelii, quod ipse annuntiat in nomine (liristi et Ecdesiae, atque efficax gratia vitae sacrament alis, quam administrat, hominem a suis personalibus et socialibus *egoismis* liberare ac iustitiae condiciones inter homines promovere debent, quae signum sint caritatis Christi apud nos praesentis.1

Pars Altera - Directoriae rationes quoad vitam ET MINISTERIUM SACERDOTIS

Sacerdotalem missionem considerantes sub lumine mysterii Christi et communionis Ecclesiae, Patres huius Synodi, eum Romano uniti Pontifice, conscii anxietatum, quas Episcopi et presbyteri ex difficultatibus in communi munere hodie fungendo experiuntur, sequentes exhibent directorías rationes ad nonnullas quaestiones apertius explicandas et ad illorum animos corroborandos.

1. *Presbyteri in missione Christi et Ecclesiae*

I. *(Missio: evangelizatio et vita sacramentalis).*

3186 *a)* « Presbyteri Novi Testamenti, vocatione quidem et ordinatione sua, quodam modo in sinu Populi Dei segregantur, non tamen ut separentur, sive ab eo sive a quovis homine, sed ut totaliter consecrentur operi ad quod Dominus eos assumit ›.2 Suam ideo identitatem inveniunt presbyteri, quatenus missionem Ecclesiae plene vivunt eamque diversis exercent modis in communione eum toto Populo Dei. ut pastores et ministri Domini in Spiritu, ad propositum salutis in historia opere complendum. « Cum autem Presbyteri per proprium suum ministerium quod praecipue in Eucharistia, quae Ecclesiam perficit, consistit cum Christo Capite communicent et alios ad hanc communionem adducant, non possunt non sentire quantum adhuc ad plenitudinem Corporis desit, et quantum proinde praestandum sit ut in dies crescat ♦?

3187 *b)* Ad omnes homines mittuntur presbyteri eorumque missio a praedicatione verbi Dei initium sumere debet. ‹ Presbyteri ... primum habent officium Evangelium Dei omnibus evangelizandi... Verbo enim salutari in corde non fidelium suscitatur et in corde fidelium alitur fides Evangelizatio ad id ordinatur, ‹ ut omnes, per Iidem et Baptismum filii Dei facti, in unum conveniant, in modio Ecclesiae Deum laudent, Sacrificium participent et cenam dominicam manducent ›.s Ministerium verbi, si recte intellegitur, ducit ad Sacramenta et ad vitam christianam, prout haec in visibili Ecclesiae communitate et in mundo ad praxim deducit ur.

1 **Cfr. CONO. Vat. II. Const, past.** ***Gaudium el spes,*** **n. 58: AAS 58, 1079.**
’ **Conc. Vat. II, Decr.** ***Presbyterorum Ordinis,*** **n. 3: AAS 58, 994. [Cfr. n. 2679].**
* **Conc. Vat. II, Decr.** ***Ad ventes divinitus,*** **n. 39: AAS 58, 986. [Cfr. n. 2672).**
• **Conc. Vat. II, Decr.** ***Presbyterorum Ordinis,*** **n. 4: AAS 58, 995. [Cfr. n. 2681].**
‘ **Conc. Vat. II,Const.** ***SacrosanctumConcilium,*** **n. 10: AAS 56, 102**

Sacramenta enim cum Verbi Dei proclamatione coniuncta celebrantur atque ita (idem provehunt, eam gratia corroborando. Non licet ergo parvipendi Sacramenta, quia per ea verbum ad suum pleniorem effectum pervenit, scilicet ad communionem mysterii Christi. Immo sacerdotes officium suum praestent ita ut fideles « ea Sacramenta impensissime frequentent, quae ad vitam christianam alendam sunt instituta »?

Constans autem evangelizado et ordinata vita sacramentalis communitatis postulant, natura sua. diaconiam auctoritatis, id est servitium unitatis et munus praesidendi caritati. Ita relatio mutua inter evangelizationem et. celebrationem Sacramentorum manifeste apparet in missione Ecclesiae. Divisio inter utramque ipsum veluti cor Ecclesiae divideret usque ad fidei discrimen et presbyter, qui servitio unitatis in communitate est mancipatus, ministerium suum graviter detorqueret.

Unitas inter evangelizationem et vitam sacramentalem semper est propria ministerialis sacerdotii et ab omni presbytero sedulo prae oculis habenda. Applicatio vero huius principii ad vitam et ministerium singulorum cum prudentia et moderatione fiat oportet; nam exercitium ministerii sacerdotalis saepe variari practice debet, quo melius respondeat rerum condicionibus peculiaribus vel novis, in quibus Evangelium nuntiandum est.

3188 c) Quamvis paedagogia fidei exigat, ut homo vitae Christianae gradatilo initietur. Evangelium tamen mundo integre semper ab Ecclesia nuntiari debet. Quilibet presbyter speciale participat onus et officium praedicationis totius verbi Dei eiusdemque interpretationis iuxta fidem Ecclesiae.

Verbi Dei proclamado, quae est in virtute Spiritus annuntiatio rerum mirabilium a Deo patratarum ac vocatio hominum ad paschale mysterium participandum idque ut fermentum inducendum in historiam *concretam* hominum, actio Dei est, qua virtus Spiritus Sancti Ecclesiam interius exteriusque congregat. Minister verbi evangelizatione parat vias Domini magna cum patientia et fide, variis condicionibus singulorum et populorum vitae, citius vel tardius progredientis, sese conformans.

Necessitate compulsa respiciendi aspectus sive personales sive sociales nuntii evangelici, ut eo simul respondeatur quaestionibus primariis hominum,2 Ecclesia non modo singulis hominibus conversionem ad Deum praedicat, verum etiam, pro parte sua, quasi conscientia societatis effecta, ipsam societatem alloquitur et munere prophetico circa eam fungitur, curans semper de sua propria renovatione.

Quod vero ad vitae experientias, sive hominum in genere sive presbyterorum attinet, quae prae oculis habendae sunt et semper sub lumine Evangelii interpretandae, eae non possunt esse neque sola neque principalis norma praedicationis.

3189 *d)* Salus, quae per Sacramenta perficitur, non e nobis provenit sed desuper a Deo; quod demonstrat primatum actionis Christi, unici Sacerdotis et Mediatoris, in corpore Eius, quod est Ecclesia.

1 Conc. Vat. II, Const. *Sacrosanctum Concilium,* n. 50: AAS, 5G, 116.
1 Cfr. Conc. Vat. II, Decr. *Christus Dominus,* n. 13: AAS 58, 678.

Sacramenta, cuín revera sint fidei sacramenta,[1] a quovis christiano, qui usu rationis capax est, consciam et liberam participationem exigunt. Hinc magnum patet momentum praeparationis atque dispositionis fidei pro eo, qui Sacramenta recipit; hinc etiam necessitas testimonii tidei, quod minister in tota vita sua perhibere debet, praesertim vero in modo aestimandi et celebrandi ipsa Sacramenta.

Episcopis et, in casibus iure statutis, Conferentiis Episcopalibus, munus committitur, iuxta normas a S. Sede datas, authentice promovendi actionem pastoralem et instaurationem liturgicam, magis unicuique regioni accommodatas, et etiam criteria definiendi circa admissionem ad Sacramenta. Quae criteria, a presbyteris applicanda, fidelibus quoque explicanda sunt, ita ut, qui sacramentum petit, proprii officii magis conscius fiat.

Presbyteri, conscii muneris sui reconciliandi omnes homines in Christi caritate et attento animo praecaventes pericula divisionum, magna cum prudentia caritateque pastorali satagant communitates zelo apostolico imbutas formare, quae spiritum missionarium Ecclesiae ubique manifestent. Parvae communitates, quae structurae paroeciali vel dioecesanae non opponuntur, ita inseri debent in communitatem paroecialem et dioecesanam, ut eidem tamquam fermentum spiritus missionari! inserviant. Necessitas inveniendi formas aptas, ut nuntium evangelicum omnibus hominibus, in variis adiunctis positis, modo quidem efficaci afferatur, locum praestat multiformi exercitio ministeriorum presbyteratu inferiorum.

2. *(Operositates profanae et politicae).*

3190 *a)* Ministerium sacerdotale, etiam si cum ceteris operositatibus conferatur, non modo ut navitas humana plene *valida* considerandum est, quin immo ceteris operositatibus praestantius, quamvis hoc eximium bonum tantum sub tidei luce prorsus intellegi possit. Itaque ex ordinaria rei ratione tribuatur ministerio sacerdotali tempus plenum. Minime enim participatio navitatum saecularium, quas homines exercent, praecipuus linis habenda est neque ad presbyterorum peculiarem *responsabilitatem* exprimendam sufficere potest. Presbyteri, cum de mundo non sint neque hunc quasi exemplar assumant, in mundo tamen vivere debent,[2] testes existentes et dispensatores alterius vitae.[3]

Ut in *concretis* adiunctis determinetur congruentia inter operositates profanas ct ministerium sacerdotale, oportet inquirere, an et quo pacto illa officia et operositates inserviant tum missioni Ecclesiae, tum hominibus nondum evangelizada, tum denique communitati christianae de indicio Episcopi localis cum eius presbyterio, consulta, quantum opus sit, Conferentia Episcopali.

[1] **Cfr.** Conc. Vat. **II, Const.** ***Sacrosanctum Concilium,*** **n. 59: AAS 56, 116.**

[2] **Cfr.** Conc. Vat. **11. Decr.** ***Presbyterorum Ordinis,*** **n. 3, 17: AAS 58, 994; 1017;** ***I.*** **17, 14-16. [Cfr. nn. 2679; 2715).**

[3] **Cfr.** Conc. Vat. **II, Decr.** ***Presbyterorum Ordinis,*** **n. 3: AAS 5S, 994. [Cfr. n. 2679].**

Quando huiusmodi operositates, quae ordinario modo laici» conipetunt, ipsa missione evangeliza!rice presbyteri quasi postulantur, oportet ut eae cum aliis ministerialibus navitatibus componantur, siquidem iis in circumstantiis ut necessarii modi ac rationes veri ministerii considerari possunt.[1]

3191 *b)* Presbyteri, simul cum tota Ecclesia, debent omnibus, quibus possunt, viribus definitam agendi rationem seligere, eum agitur de primariis humanis iuribus defendendis, de personis integro promovendis, de causa pacis et iustitiae provehenda, subsidiis et viis eum Evangelio semper quidem congruentibus. Quae omnia valent non tantum in ambitu *individuali,* sed etiam sociali; quocirca presbyteri laicos adiuvent, ut hi propriam conscientiam recte formare studeant.

In illis adiunctis, in quibus diversae optiones politicae aut sociales aut oeconomicae legitime exstant, presbyteri, sicut omnes cives, ius habent proprias optiones faciendi. Sed cum optiones politicae natura sua *continyentes* sint et Evangelium numquam omnino, congruenter et perenniter, interpretentur, presbyter, qui testis est eorum, quae futura sunt, corta quadam ratione, se removeat a quolibet politico officio vel studio.

Ut autem signum *validum* unitatis maneat atipie Evangelium in eius plenitudine nuntiare queat, presbyter quandoque obligatione teneri potest sese ab exercitio sui ipsius inris hac in re abstinendi. Insuper curandum est, ne eius optio quasi unica legitima christianis appareat vel causa discidii inter christilideles liat. Memores sint presbyteri maturitatis laicorum, (¡nae magni facienda est, cum dc ambitu peculiari, in (pio versantur, agitur.

Assumptio muneris ad moderationem pertinentis *(leadership)* vel actuose militandi modus pro aliqua factione politica excludi debent a quolibet presbytero, nisi id in *concretis* extraordinariisque circumstantiis bono communitatis reapse postuletur, de consensu quidem Episcopi, consultis Consilio Presbyterali et si casus ferat Conferentia Episcopali.

Prioritas ergo missionis peculiaris, quae totam existen tiam presbyterorum pervadit, prae oculis semper habenda est, ita ut ipsi magna cum fiducia, renovatam eorum, (piae Dei sunt, experientiam habentes, ea hominibus, (pii talia exspectant, effiçaeiter et eum gaudio nuntiare valeant.

3. *(Vita spiritualis presbyterorum).*

3192 Intimam rationem totius suae vitae in unitate et robore Spiritus ducendae inveniet quisque sacerdos in sua ipsa vocatione et ministerio. Vocatus enim, sicut et ceteri baptizati, ut conformis sit Christo,[2] presbyter insuper, sicut Duodecim, participat modo speciali consuetudinem cum Christo et Eius missionem ut Pastoris Supremi: *Et fecit Duodecim ut essent cum illo, et ut mitteret eos praedicare (Me.* 3, 14). Ideo in vita

1 **Cfr. Cose. Vat. II, Decr.** ***Presbyterorum Ordinis,*** **n. 8: AAS 58, 1001. [Cfr. n. 2697].**
* **Cfr.** ***H.*** **8, 29.**

sacerdotali divisionem haberi non licet inter amorem ‹ liristi et zelum animarum.

Sicut Christus, unctus a Spiritu Sancto, ex intirno >uo amore ad Patrem impulsus est, ut propriam vitam pro hominibus daret, ita presbyter, a Spiritu Sancto consecratus et Christo specialiter configuratus se operi Patris per Filium patrato dedicat. Ideo tota regula vitae sacerdotalis his verbis lesu exprimitur: *Pro eis ego sanctifico meipsum: ut sint et ipsi sanctificati in verilate (Io.* 17, 19).

Exemplo ergo Christi, qui continenter orabat, et Spiritus Sancti ductu, in quo clamamus « Abba, Pater », presbyteri contemplationi Verbi Dei incumbere debent et occasionem quotidie capere eventus vitae sub luce Evangelii perpendendi, ita ut, verbi auditores fideles atque attenti facti, veraces ministri sermonis evadant; in oratione personali, in Liturgia horarum, in sacramento Paenitentiae frequentius recipiendo, et praesertim in devotione erga mysterium Eucharistiae assidui sint. Eucharistica celebratio, etsi eam sine fidelium participatione fieri, contingit, manet tamen centrum vitae totius Ecclesiae et veluti cor exsistentiae sacerdot alis.

Mente ad caelestia elata, communionis Sanctorum consors, presbyter saepius aspiciat Mariam Dei genetricem, quae Verbum Dei fide perfecta suscepit, et quotidie ab ea imploret gratiam sese conformandi eius Filio.

Apostolatus navitates, pro sua parte, alimentum pernecessarium praebent ad vitam spiritualem presbyteri fovendam: ' Boni Pastoris partes agendo, in ipso caritatis pastorali exercitio invenient vinculum perfectionis sacerdotalis ad unitatem eorum vitam et actiones redigens Presbyter enim in suo ministerio exercendo illuminatur et roboratur actione Ecclesiae et exemplo fidelium. Abnegat iones, ipsa vita pastorali impositae, semper ad profundiorem ('luisti crucis participationem idcoque ad puriorem caritatem pastoralem adipiscendam illum adiuvant.

Eadem caritas presbyterorum efficiet quoque, ut vitam suam spiritualem accommodent modis et formis sanctificationis, quae aptiores sunt et magis consentaneae hominibus propriae aetatis et cultus humani. *Omnibus omnia fieri* cupiens, *ut omnes faciat salvos,*2 attentus esse debet sacerdos afflatui Spiritus Sancti hisce diebus. Ita non solum humano conatu Dei verbum annuntiabit, sed ut instrumentum validum ab ipso Verbo assumetur, cuius sermo est *efficax et penetrabilior omni gladio ancipiti (Ileb.* 4, 12).

4. *(Caelibatus).*

3193 *a)* Fundamentum caelibatus.

Caelibatus sacerdotum plene concordat cum vocatione ad apostolicaia sequelam Christi necnon cum responso, omnis exceptionis nescio, hominis vocati, qui servilium pastorale assumit. Per caelibatum saeer-

l Conc. Vat. **II, Decr.** ***Presbyterorum Ordinis,*** **n. 11: AAS 58, 1013. [Cfr. n. 2710).**
• **Cfr.** *1 C.* **9, 22**

dos Dominum suum sequens, se pleniore modo promptum et paratum demonstrat et, viam crucis aggrediens, cum gaudio paschali quodam modo eucharistico consummari cupit.

Si autem caelibatus in spiritu Evangelii, in oratione et vigilantia, cum paupertate, laetitia, honorum despectu, amore fraterno vivitur, signum est, quod diu latere non potest, sed efficaciter t'hristum hominibus etiam nostrae aetatis proclamat. Nam verba hodie vix aestimantur, sed vitae testimonium, *radicalismum* evangelicuin ostendens, virtutem habet vehementer trahendi.

b) Causarum in unum convergens ratio.

3194 Caelibatus uti optio personalis, pro aliquo bono maioris momenti etiam mere naturali, personae humanae plenam maturitatem et *integrationem* promovere potest; idque magis dicendum de caelibatu propter regnum caelorum assumpto, uti patet in vita tot sanctorum necnon fidelium, qui vitam caelibem viventes pro Deo et hominibus sese prorsus impenderunt progressum humanum et Christianum promovendo.

In humano cultu hodierno, in quo valores spirituales valde obnubilantur, sacerdos caelebs praesentiam Dei absoluti significat, qui ut ad Eius imaginem nos renovemus invitat. Ubi autem valor *serualitatis* ita exaggeratur, ut genuinus amor oblivioni tradatur, caelibatus propter Regnum Christi homines ad altitudinem amoris fidelis revocat et ultimum sensum vitae patefacit.

Recte insuper sermo fit de valore caelibatus uti signi eschatologici. Omnem *contingentem* valorem humanum superans, sacerdos caelebs Christo ut bono ultimo et absoluto speciali modo se consociat atque libertatem filiorum Dei anticipando manifestat. Plene agnito valore signi et sanctitatis matrimonii christiani, caelibatus propter Regnum (darius ostendit illam *pneumaticam* fecunditatem seu virtutem generatricem Novae Legis, qua Apostolus se in Christo patrem et matrem suarum communitatum esse novit.

Ex hac peculiari Christi sequela sacerdos vim et virtutem potiorem haurit ad Ecclesiam aedificandam; quae virtus nonnisi intima ac permanenti coniunctione cum Eius Spiritu servari et augeri potest. Hanc coniunctionem cum Christo fidelis Populus Dei in suis pastoribus agnoscere vult et discernere potest.

Per caelibatum sacerdotes facilius corde indiviso Deo servire possunt et pro ovibus sese impendere ita ut plenius promotores evangelizationis et ecclesiasticae unitatis esse queant. Ideo sacerdotes, etsi numero pauciores sed praeclaro hoc vitae testimonio fulgentes, maiore fecunditate apostolica pollebunt.

Caelibatus sacerdotalis est insuper testimonium non modo unius tantum personae, sed vi communionis peculiaris, quo membra Presbyterii inter se devinciuntur, etiam socialem notam induit, ut pote testimonium totius ordinis sacerdotalis populum Dei ditans.

c) Caelibatu» in Ecclesia Latina servandus.

3195 Salvae maneant Ecclesiarum Orientalium traditiones, prout nunc vigent in variis territoriis.

Ecclesia ius habet et officium determinandi formam *concretam* ministerii sacerdotalis et proinde etiam seligendi candidatos aptiores, certis qualitatibus humanis et supernaturalibus insignitos. Cum Ecclesia Latina caelibatum ut condicionem *sine qua non* ad sacerdotium suscipiendum exigit,l hoc non facit propterea quod putet hunc vitae modum esse unicam viam ad sanctificationem assequendam. Id facit sedulo considerans formam *concretam* ministerium exercendi in communitate ad aedificationem Ecclesiae.

Propter intimam et multiformem cohaerentiam inter munus pastorale et vitam caelibem, lex vigens sustinetur: qui enim libere vult *disponibilitatem totalem,* quae est nota distinctive huius muneris, libere etiam suscipit caelibem vitam. Candidatus hanc vitae formam non ut *ab estrinseco* impositam, sed potius ut manifestationem liberae suae donationis, quae ab Ecclesia per Episcopum acceptatur et rata habetur, sentiat oportet. Hoc modo lex tutela et praesidium lit libertatis, qua sacerdos se Christo donat, et tamquam ‹I iugum suave » evadit.

d) Condiciones caelibatui faventes.

3196 Novimus plane caelibatui in mundo hodierno difficultates peculiares undequaque impendere, quas ceterum per saeculorum decursum iam pluries sacerdotes experti sunt. Difficultates vero presbyteri superare possunt, si promoveantur condiciones aptae, nempe: vitae interioris incrementum ope orationis, abnegationis, caritatis ardentis erga Deum et proximum, aliisque subsidiis vitae spiritualis; aequilibrium humanum per ordinatam insertionem in compaginem socialium relationum; fraterna cum aliis presbyteris et cum Episcopo consuetudo et conversatio, pastoralibus structuris ad hoc melius aptatis, aditi vante quoque communitate christ itidelium.

Fatendum est caelibatum ut Dei donum servari non posse, nisi candidatus ad eum congruenter praeparetur. Inde ab initio candidati attendant oportet ad rationes positivas pro caelibatu eligendo, neque se obiectionibus turbari sinant, quarum cumulati© et continua oppositio potius est signum valorem pristinum in discrimine positum esse. Meminerint insuper virtutem, qua Deus nos confortat, semper adesse iis. qui Illi fideliter et integre servire contendant.

Sacerdos, qui exercitium ministerii reliquit, aeque et fraterne tractetur; etsi in servitio Ecclesiae adiutricem operam praebere potest, non tamen admittatur ad actus sacerdotales exercendos.

3197 *e)* Lex caelibatus.

Lex caelibatus sacerdotalis in Ecclesia Latina vigens integre servari debet.l

1 **Cfr.** Conc. Vat. **II, Dccr.** ***Presbyterorum Ordinis,*** **n. 16: AAS 58, 1015. [Cfr.** d. **2713].**

1 **Exitus suffragationis:** ***Placet*** **168.** ***Non placet*** **10.** ***Placel iujcta modum*** **21.** ***Abstensiones*** **3.**

3198 /) De ordinatione virorum matrimonio ¡unctorum.

Duae formulae propositae sunt suffragationibus Patrum:

Formula .1: Salvo semper Summi Pontificis iure, ordinatio presbyteralis virorum matrimonio iunctorum non admittitur ne in casibus quidem particularibus.

Formula B-. Solius Summi Pontificis est, in casibus particularibus, ob necessitates pastorales, attento bono universalis Ecclesiae, concedere ordinationem presbyteralem virorum matrimonio iunctorum provectioris tamen aetatis et probatae vitae.[1]

* * *

II. *Presbyteri in communione Ecclesiae*

1. *(Relationes inter Presbyteros et Episcopum).*

3199 Sacerdotes eo fidelius suae missioni adhaerebunt, quo magis fideles se communioni ecclesiali et sciant et exhibeant. Ita enim ministerium pastorale, quod ab Episcopis et presbyteris et diaconis exercetur, evadit in Ecclesia signum eminens huius communionis ecclesia lis, quatenus ipsi peculiare mandatum acceperunt huic communioni serviendi.

Et vero hoc ministerium fiat revera communionis signum, censendae sunt maximi ponderis condiciones *concretae,* quibus exercetur.

Principium vero dirigens in Decreto *Presbyterorum Ordinis* a Concilio Vaticano II expressum, quo scilicet ipsa unitas consecrationis missionisque requirit hierarchical» presbyterorum communionem cum ordine Episcoporum, habetur fundamentale ad practice restaurandam vel renovandam, plena cum fiducia, mutuam relationem inter Episcopum et Presbyterium. cui ipse Episcopus praeest. Hoc autem principium in praxim praesertim per Episcoporum sollicitudinem pressius deducendum est.

Servitium auctoritatis, ex una parte, et exercitium oboedientiae non mere passivae, ex altera parte, in spiritu fidei, mutua caritate, filiali atque amicali fiducia, constanti et patienti dialogo fieri debent, ita ut sociata opera et *responsabitis* cooperatio presbyterorum cum Episcopo sincera, humana simulque supernatural!» evadat.[2]

Libertas autem personalis, propriae vocationi et charismatibus a Deo susceptis respondens, simul atque omnium ordinata mutua necessitudo in servitium communitatis et in bonum missionis adimplendae, sunt duae condiciones, quae modum proprium actionis pastoralis Ecole-

[1] luxta dispositiones a Praesidibus datas suffragationes habitae sunt non per *placet* aut non *placet,* sed electionem unius aut alterius formulae (Prima formula, seu *A,* obtinuit 107 suffragia, altera, seu B, 87. Abstentiones fuerunt 2 et 2 pariter vota nulla).

[1] Cfr. Conc. Vat. II, Const, dogm. *Lumen aenlium,* n. 28: AAS 57, 35; Decr. *Christus Dominus,* n. 13: AAS 58, 679; Decr. *Presbyterorum Ordinis,* n. 7: AAS 58, 1001 s. [< n. nn. 2589; 2618; 2693],

siae efficere de,boni;l quarum condicionum spontrix est auctoritas Episcopi in spiritu servitii exercenda.

Fraternitatis inter sacerdotes in sacramento Ordinis fundatae. Consilium Presbyterale, quod natura sua est dioecesanurn, quaedam forma est *institutionalis* manifestationis.

Navitas huius Consilii lege plene definiri non potest; eius efficacia pendet praesertim ex iterato conamine omnium opiniones audiendi, ut ad consensum perveniatur eum Episcopo, cuius est decisionem finalem ferre.

Si haec liant maxima cum sinceritate et humilitate, quavis ratione unam tantum partem spectandi superata, facilius ad bonum commune recte, procurandum perveniri potest.

Consilium Presbyterale est institutio, in qua presbyteri, crescente in dies varietate in exercitio ministeriorum, agnoscunt sese invicem compleri in serviendo uni eidem que Ecclesiae missioni.

Ei competit inter alia investigare fines certos et distincte circumscriptos, prioritates proponere, rationem agendi indicare, quidquid Spiritus per singulos et coetus excitare solet, adiuvare, vitam spiritualem fovere, ut necessaria unitas facilius attingi possit.

Communionis hierarchieae inter Episcopos et presbyteros[2] inveniendae sunt novae rationes, quibus Ecclesiae locales magis inter se pateant et agant, quaerendi sunt modi communis operae presbyterorum eum Episcopis in institutis et in inceptis plurium dioecesium.

Presbyterorum religiosorum adiutrix opera cum Episcopo in Presbyterio necessaria est. etiamsi eorum actio Ecclesiae universali validum adiutorium praestat.

2. *(Relationes presbyterorum inter se).*

3200 Cum presbyteri intima fraternitate sacramentali et munere consocientur inter se et ad idem opus annitantur et conspirent, quaedam communitas vitae vel aliquod vitae consortium, quod varias formas, etiam non *institutionales,* induere potest, inter eos excitetur et ipso iure, opportunis normis ac renovatis aut inventis novis pastoralibus structuris, sanciatur.

Consociationes sacerdotales etiam provehendae sunt, quae, in spiritu ecclesialis communionis, a legitima ecclesiastica auctoritate recognitae, « per aptam et approbatam vitae ordinationem et per iuvamen fraternum»[3] fines suo muneri proprios necnon «sanctitatem sacerdotum in exercitio ministerii »[4] promovere student.

Optandum est, ut. quantum fieri potest, requirantur modi, quamvis difficiliores evadant, quibus consociationes clerum fortasse in factio-

---

1 ('fr. Conc. Vat. II, Decr. *Presbyterorum Ordinis,* n. 7: AAS 58, 1001 s. [Cfr. n. 2093],
• Ctr. *Ibidem.*
' Conc. Vat. II, Decr. *Presbyterorum Ordinis,* n. 8: AAS 58, 1005. [Cfr. n. 2697],
‘ *Ibidem.*

nes dividentes ad communionem et structuram ecclesialem adduci valeant.

Maior habeatur communicatio sacerdotum religiosorum cum sacerdotibus dioecesanis, ut vera fraternitas sacerdotalis inter eos exsistat, et mutuum adiutorium sibi praebeant praesertim in rebus spiritualibus.

3. *(Relationes inter presbyteros et laicos).*

3201 Meminerint presbyteri « cum fiducia laicis in servitium Ecclesiae officia » committere, «eis agendi libertatem ct spatium relinquentes, immo eos ut opera etiam sua sponte aggrediantur opportune invitantes». Laici «item, eorum sollicitudinem participantes, oratione et opere, quantum fieri possit, auxilio sint suis presbyteris ut hi aptius difficultates superare et fructuosius officia sua adimplere valeant »?

Oportet semper prae oculis habere indolem communionis Ecclesiae propriam, ut tum libertas personalis, iuxta uniuscuiusque probata officia et charismata, tum unitas vitae et actionis Populi Dei apte inter se componantur.

Consilium Pastorale, in quo clerici, religiosi et laici delecti partes habent? suo studio et consideratione indicia praebeat necessaria, ut communitas dioecesana munus pastorale tum *organice* praeordinare, tum efficaciter persolvere possit.

Quo vero magis in dies invalescit Episcoporum ac presbyterorum mutua *responsabitis* cooperatio praesertim ope Consiliorum Presbyteralium, eo magis desiderandum est, ut in singulis dioecesibus Consilium Pastorale constituatur.

4. *(Ratio oeconomica).*

3202 Quaestiones oeconomicae Ecclesiae congruenter solvi nequeunt, nisi bene perspiciuntur ratione habita communionis et missionis Populi Dei. Nam omnium christifidelium est necessitatibus Ecclesiae inservire.

In his autem quaestionibus tractandis prae oculis habenda est non tantum solida necessitudo in sinu Ecclesiae localis aut dioecesis aut Instituti religiosi, sed insuper condicio dioecesium eiusdem regionis aut nationis, immo orbis universi, praesertim Ecclesiarum in territoriis missionum, quae dicuntur, atque aliarum pauperum regionum.

Remunerati© sacerdotum, certe in spiritu paupertatis evangelica© determinanda sed pro viribus aequa et sufficiens, est officium instiliae et debet etiam socialem cautionem comprehendere. Auferendae sunt in hae re nimiae differentiae, praesertim inter presbyteros eiusdem dioecesis vel dicionis, attenta etiam communi gentis regionis condicione.

Valde optandum videtur, ut Christianus populus ita pedetemptim formetur, ut proventus sacerdotum separentur ab actibus ministerii, praesertim sacramentalibus.

* Conc. Vat. **11, Dccr.** ***Presbyterorum Ordinis,*** **n. 9: AAS .58, 1006. [Cfr. n. 2701].**
‘ ***Ibidem.***
’ **Cfr.** Conc. Vat. **II, Dccr.** ***Christus Dominus,*** **n. 27: AAS 58, 687.**

Conclusio

Sacerdotibus, ministerium Spiritus[1] in medio communionis totius Ecclesiae exercentibus, novae viae patent ad testimonium profunde renovatum in mundo hodierno exhibendum.

Christiana ergo cum fiducia futurum tempus aspicere oportet ac Spiritum Sanctum implorare, ut. non obstantibus periculis, quibus Ecclesia ope adminiculorum mere humanorum occurrere nequit, Suo ductu ac Sua inspiratione portae Evangelio aperiantur.

Apostolos, praesertim Petrum et Paulum, uti exempla imaginis renovandi saverdotii, semper prae oculis habentes, gratias Deo Patri agamus, quod nobis occasio datur, ut maiore cum fidelitate omnes vultum (’liristi manifestemus.

Iam adsunt vera signa renascentis vitae spiritualis, dum homines ubique terrarum, in invertit inline huius temporis versantes, plenitudinem vitae exspectant. Haec renovatio certe fieri nequit sine participatione crucis Domini, quia *non est servus maior domino nuo.*[2] Obliviscentes ea, *quae retro sunt, nos ad ea quae sunt futura extendimus.*[3]

Vera cum audacia mundo ostendere plenitudinem mysterii a saeculis in Deo absconditi necesse est, ut homines per eius participationem in totam plenitudinem Dei intrare possint?

J*n nuntiamus robis vitam aeternam, quae erat apud Patrem et apparuit nobis: quod vidimus et audivimus, annuntiamus vobis, ut et vos societatem habeatis nobiscum et societas nostra sit cum Patre et eum Filio eius lesu Christo (1 Io.* 1, 2-3).

AAS 63, 898-922.

De necessitate Philosophiae studia in Seminariis impensius promovendi

(Ex Litt. S. C. Pao Inst. C.VTH. ad universos Episcopos, 20 ian. 1972L

3203 Nel periodo attuale di vari cambiamenti nella vita dei seminari, questa Sacra Congregazione si permette di intrattenere l'Eccellenza Vostra Rev.ma su un argomento che, a suo parere, riveste una grande importanza.

t’om’è noto, tra i vari problemi connessi con il rinnovamento conciliare dei seminari si pone in modo particolare anche quello della formazione filosòfica dei futuri sacerdoti. Il Concilio Vaticano II. nell'intento di creare una solida base per gli studi teologici e di porre le necessarie premesse per un fecondo incontro tra la Chiesa ed il mondo, tra la

‘ **Cfr. 2** ***C.*** **3, 4-12.**
’ **Cfr.** ***1.*** **13, 16.**
’ **Cfr.** ***Ph.*** **3. 13.**
‘ **Cfr.** ***E.*** **3, 19.**

fede e la scienza, tra il patrimonio spirituale cristiano e la cultura odierna, ha creduto opportuno di insistere, tra l'altro, anche su una profonda riforma dell'insegnamento filosofico, offrendo a tal tine alcuni orientamenti fondamentali.[1]

Si tratta di un programma molto vasto ed impegnativo che nelle attuali circostanze, mentre da una parte assume il carattere di urgenza, dall'altra incontra non poche difficoltà. infatti, la Sacra Congregazione per l'Educazione Cattolica, che segue con particolare interesse la situazione in questo campo, ha potuto costatare in varie occasioni non solo lodevoli sforzi e progressi, ma, purtroppo, anche segni inquietanti che causano talvolta sfiducia e scoraggiamento.

Oggi, a distanza di sei anni dal Concilio, è necessario fare il punto della situazione, per trarne conclusioni concrete e precise per l'avvenire. Infatti, le difficoltà che gli sforzi per il rinnovamento filosofico oggi incontrano sono innegabili e tali da richiedere un accurato esame insieme con un attento studio degli opportuni rimedi per il loro superamento.

I

Difficoltà attuali degli studi filosofici

3204 L'attuale riforma degli studi filosofici nei seminari s'inquadra in un clima spirituale che si presenta nei confronti della filosofìa ad un tempo favorevole e ostile. Mentre, infatti, da una parte la nostra epoca con numerosi cambiamenti sociali e movimenti ideologici è ricca di richiami ad un serio ripensamento filosofico, dall'altra si nota la tendenza a sottovalutare la filosofìa fino al punto di dichiararla, in alcuni casi estremi, inutile o di farla scomparire. Non v'è alcun dubbio che la cultura odierna, chiudendosi sempre più al problema della trascendenza, stia diventando avversa ad un autentico pensiero filosofico, ed in specie alla speculazione metafìsica, la quale sola è in grado di raggiungere i valori assoluti.

A tale riguardo bisogna menzionare anzitutto l'odierno spirito tecnologico che tende a ridurre l'« homo sapiens » all'« homo faber ». La tecnica, mentre comporta per l'umanità numerosi innegabili vantaggi, non sempre favorisce nell'uomo il senso dei valori dello spirito. Come viene oggi comunemente rilevato, la mentalità dell'uomo sembra essere rivolta prevalentemente al mondo materiale, concreto, al dominio della natura mediante il progresso scientifico e tecnico, riducendo la conoscenza al livello dei metodi delle scienze positive. L'accento posto unilateralmente sull'azione rivolta al futuro, l'ott¡mismo alimentato da una fiducia quasi illimitata nel progresso, mentre spingono alle trasformazioni immediate e radicali nel campo economico, politico e sociale, fanno spesso dimenticare il carattere permanente di certi valori morali e spirituali e, soprattutto, apparire come superflua, o addirittura dannosa, l'autentica specu-

[1] Cfr. Decr. *Optatam lotius,* n. 15: AAS 58, 722; Const, past. *Gaudium c.l sites,* n. 62 ct passim: AAS 58. 1082 s.: Decr. *Ad nentes divinitus,* n. 16: AAS 58.066. [Cfr. nn. 2639: 2731; 2695].

lazione filosofica, che dovrebbe invece essere considerata come base indispensabile per tali cambiamenti. In questo dima la ricerca seria delle verità supreme è spesso disprezzata, ed i criteri della verità non sono più i fermi e gli indiscussi principi metafìsici, ma l'attualità ed il successo; è pertanto facilmente comprensibile che lo spirito dei nostri tempi si manifesti sempre più come antimetafìsico e quindi aperto ad ogni specie di relativismo.

Non fa nessuna meraviglia se in tale contesto molti non trovano più il posto per una filosofia distinta dallo scienze positive. Oggi, infatti, mentre si nota quasi dappertutto una notevole diminuzione dell'interesse per le discipline filosofiche classiche, va aumentando rapidamente l'importanza delle scienze naturali ed antropologiche, con le quali spesso si pretende di dare una spiegazione esaustiva della realtà, arrivando fino al punto di eliminare completamente la filosofia, come qualcosa di arcaico e destinato ad essere superato. In tal modo, invece di un auspicabile incontro che potrebbe contribuire al vero bene e progresso sia delle scienze sia della filosofia, si va verificando un antagonismo con conseguenze negative per entrambe le parti.

Se molti scienziati si oppongono alla filosofia distinta dalle scienze positive lino a contestarne resistenza, certi teologi considerano la filosofia inutile e persino dannosa per la formazione sacerdotale. Essi ritengono che la purezza del messaggio evangelico sia stata compromessa, nel corso della storia, dall'introduzione della speculazione greca nelle scienze sacre; pensano che la filosofia scolastica abbia appesantito la teologia speculativa con una quantità di problemi falsi, e pertanto sono del parere che le discipline teologiche debbano essere coltivate esclusivamente con il metodo storico.

3205 Altre difficoltà nascono nello stesso campo della filosofia. Infatti, là dove la filosofia non *è* contestata, si fa sempre più strada il pluralismo filosofico, dovuto non solo all'incontro di varie culture del mondo, alla diversità ed alla complessità delle correnti filosofiche, ma anche al pluralismo quasi inesauribile delle fonti dell'esperienza umana. Questo processo si va accentuando nonostante i lodevoli sforzi che vari filosofi moderni stanno compiendo per giungere ad una maggiore coerenza dei loro sistemi ed a posizioni più equilibrate. La vastità e la profondità della problematica suscitata dal sorgere di varie nuove filosofie e dal progresso scientifico è tale da rendere estremamente difficile non solo una sintesi, ma anche l'assimilazione di nuove nozioni tanto necessarie per un insegnamento filosofico veramente vivo ed efficace.

È naturale che questa situazione si ripercuota gravemente sugli studi filosofici nei seminari: ne risentono sia i professori sia gli alunni. È comunemente noto quanti gravi e numerosi compiti s'impongano oggi all'attività di un professore di filosofia: la necessità di assimilare una grande quantità di nozioni nuove derivanti dalle varie mentalità filosofiche e dal progresso delle scienze; la problematica spesso del tutto nuova da alirontare; le esigenze di nuovi adattamenti nel linguaggio e nei metodi didattici, eco. E tutto ciò bisogna assolvere spesso in una relativa

ristrettezza di tempo, in un ambiente povero di mezzi e con un alunnato non sempre sufficientemente interessato e preparato.

3242 14. Quo accuratius candidati ad ordines, praesertim sacros, instituantur, curandum est ut sacrae Ordinationes tempore ad eas magis idoneo habeantur. Ideoque minus aptum censetur *aestivum tempus* congruenti examini explendo in sacris exercitiis Ordinibus praeviis; pariter valde expedire videtur ut excludatur tempus quod immediate sequitur vel praecedit finem anni scholaris, quando nempe alumni vel ob recenter expleta pericula in sacris disciplinis vel ob proxime eadem subeunda labore defessi ac mente distenti necessaria carent conditione ut rite valeant perpendere maximum negotium suae ordinationis.

▮ [Cfr. n. 19641.
» [Cfr. ii. 19581.

Abstineant insuper Ordinarii a nimis facile implorandis induitis Apostolieis habendi sacras Ordinationes *extra tempora a iure* **(can. 100G)** *statuta.* **Temporibus enim a canone praefixis iuxta litúrgicas praescriptiones universus ohristianus populus et sacerdotes inter Missarum sollemnia publicas elevant ad Deum propitiatorias preces ut dignos ministros misericors Deus ad suam Ecclesiam mittat, iisdemque temporibus adiecit Codex I. C. etiam legem abstinentiae et ieiunii (can. 1252), quo praefatae supplicationes efficaciores evadant.**

3243 **15. Quod attinet ad liceitatem SS. Ordinationum, prae oculis habendum est statutum can. 974 § 1; et quoad irregularitates et impedimenta, quibus prohibentur alumni ab iisdem recipiendis, cfr. cann. 975; 983 et ss.**[1]

Quod vero propius respicit defectum aetatis candidatorum, super immodica eiusdem mensura dispensationem ne implorent Episcopi, neve pronos se praebeant ad dispensandum super interstitiis inter SS. Ordinationes iure (can. 978) [2] **constitutis.**

3244 **16. Ne admittantur ad experimentum subeundum in aliena Dioecesi aut in Congregatione religiosa clerici subdiaconi et diaconi saeculares, qui in sua Dioecesi graviter deliquerint praesertim in genere morum: sed iidem, si indigni prorsus sacerdotio habeantur, ad saeculum sunt dimittendi per dispensationem ab Apostolica Sede impetrandam.**

3245 **17. Opportuno antea tempore providendum est ad ea omnia, quae SS. Ordinationes spectant comparanda. Congruum necesse est intercedat spatium pro iisdem habendis, ut interim documenta omnia requirantur, dispensationes, si quae, opus sint, impetrentur, ne casus accidat ut in limine ordinationis ipsiusmet** *per telegrammata* **postulentur ab Apostolica Sede indulta pro dispensationibus aut quaestiones solvendae proponantur pro candidatis ad ordines; quod vero inconsiderantiam ac neglegentiam in hoc gravi explendo munere evidenter prodit.**

3246 **18. Quum ab hac S. Congregatione postulantur indulta reductionis ad statum laicalem subdiaconorum vel diaconorum, et etiam presbyterorum, firma pro istis ultimis manente obligatione servandi sacrum caelibatum, precibus** *adiciantur semper acta scrutinii* **ante SS. Ordinationes ad normam memoratae Instructionis et praesentium litterarum peracti.**

Haec autem preces oratorum manu scripto exaratae eorumque nomine et cognomine subsignatae sint oportet. Quodsi ab Ordinariis mittantur ut hi clerici in sacris constituti ad statum laicalem *ex officio* **reducantur ob admissa probra vel scandala sine spe emendationis, si isti preces conficere et subsignare, ut supra, recusent, id significare ne omiserint.**

3247 **19. Probe est animadvertendum, ad postumas praecavendas querelas, inderogabilem esse praxim huius S. Congregationis numquam readmittendi in clericalem militiam clericos in sacris constitutos postquam redacti fuerint ad statum laicalem. Id ceterum expresse cavetur per hanc specialem clausulam apostolico indulto adiectam:** *sine spe readmissionis ad pristinum statum.*

[1] [<tr. nn. 1395; 1396].
[2] [Cfr. n. 14011.

Alte proinde in eorum inente residere debet ante indulti imploratio-nem, quando istud proprio marte invocant: nempe ut mature probeque hi clerici omnia perpendant reductionis ad statum laicalem consectaria, ne accidat quod, ipsa impetrata, eorum conditio deterior quam antea evadat eosque poeniteat de novo statu, a quo amplius, inutiliter interpositis co-natibus, recedere non valent.

3248 **20. Hae litterae una cum Instructione cogitate et serio expendantur** al> **omnibus sacerdotibus et in coetibus ecclesiasticis, necnon de iisdem sermo instituatur in spiritualibus exercitiis ad clerum.**

Recolant Moderatores et Superiores in suum caput recidere eventum de examine perficiendo candidatorum ad ordines; ad eos fertur adhorta-tio Pii XI: «Animadvertant hi qui iuvenum animis moderantur ... quam magni periculi — ad Deum, ad Ecclesiam et ad ipsos iuvenes quod at-tinet — auctores fiant si suas cuiusque partes omni ope non expleant ne eiusmodi erratum perpetretur » (Litt. Enc., *Ad cath. Sacerdotii,* III).[1]

Per enunciata» digestas normas aeque compositas cum praescriptio-nibus saepe memoratae Instructionis hoc S. Dicasterium arbitratur, Deo cooperante, haud spernendam contulisse opem solutioni ardui operis cano-nicae idoneitatis explorandae candidatorum ad ordines, ad hoc ut indigni a sacra capessenda militia tempestive et a limine prorsus arceantur, ne dedecus ac probrum Ecclesiae Dei impingant; et ut idonei undequaque ministri Dei servitio mancipentur uberesque sanctimoniae fructus com-parent, animarum profectum. Ecclesiae decus Deique honorem maxi-mum efficaciter provehant et assequantur.

Ex Archivo S. C. dc Sacratu.

Canones Ecclesiarum Orientalium ad clericos spectantes

(Promulgati a Pio XII, Litteris Ap. Motu Pr. datis *Cleri Sanctitati* 2 iun. 1957)."

Titulus III

Do Clericis in genere

Can. 38

3249 **§ 1. 1° Qui divinis ministeriis, per sacrum ritum in propria disci-plina receptura, mancipati sunt, clerici dicuntur;**

2° Clerici ex divina institutione a laicis distinguuntur.

1 **[Cfr. n. 1964 J.**

• Ad istorum Canonum validitatem quod attinet, cf. Pauli **VI Motu Pr. *Episcopalis potestatis, 2* mali 1967: AAS 59, 386: • I. Quas leges previdentissima Mater Ecclesia Lit-teris Apostolieis *Crebrae allatae* (22 febr. 1949), *Sollicitudinem .Vostram* (6 ian. 1950), *Postquam Apostolieis Litteris* (9 febr. 1952), *Cleri sanctitati* (2 iun. 1957), pro Ecclesiis Orientalibus sanxit atque aliis deinceps editis documentis statuit nec revocavit, integras et sanctas declaramus, nisi eas Concilium Oecuinenicuin Vaticanum II aperte abrogaverit aut iis in quibusdam obrogaverit vel derogaverit ». [Cfr. n. 2786).**

§ 2. Non sunt omnes in eodem gradu, sed inter eos ecclesiastica hierarchia est in qua alii aliis subordinantur.

§ 3. Ex divina institutione ecclesiastica hierarchia ordinis constat Episcopis, presbyteris et ministris; hierarchia iurisdictionis constat pontificatu supremo et episcopatu subordinato; ex Ecclesiae autem institutione alii quoque gradus accessere.

Can. 39

3250 **Qui in ecclesiasticam hierarchiam cooptantur, vel. cooptati, ad altiorem eiusdem hierarchiae gradum promoventur, non ex populi vel potestatis saecularis consensu aut vocatione adleguntur vel promoventur; sed in gradibus potestatis ordinis constituuntur sacra ordinatione: in supremo pontificatu, ipsomet iure divino, adimpleta condicione legitimae electionis eiusdemque acceptationis; in reliquis gradibus inris dictionis, canonica missione.**

Can. 40

3251 **In iis ritibus in quibus admittuntur clerici ad subdiaconatum et ad maiores ordines non ascensuri, iidem clerici reguntur tantum iure particulari.**

Can. 41

3252 **§ I. I0 Patriarcha titulo praelatitio, honoris causa, condecorare potest, firmo can. 260, § 1, n. 3, presbyteros sui ritus virtute et doctrina praestantes, qui tamen suis insignibus et privilegiis uti non possunt extra patriarchatus, nisi aut Patriarcham comitentur vel eiusdem personam sustineant in Synodis aliisve solemnitatibus, aut consensum Ilierarchae loci obtinuerint;**

2° Haec potestas competit Episcopis quoque pro suo cuiusque territorio ad normam n. 1, firmo praescripto §2, et iure particulari quo haec potestas, etiam quod attinet ad clericos saeculares, Patriarchae reservetur.

§ 2. Religiosi extra proprias domos officia exercentes augeri non possunt titulis sui ritus dignitatum nisi Patriarcha, audito Superiore, consensum dederit. Cessante officio, cessat, nisi aliter ferant liturgicae leges, etiam dignitatis titulus.

§ 3. Circa privilegia et insignia quae titulis de quibus in § 1 adnexa sunt, servetur ius particulare.

Can. 42

3253 **§ 1. Patriarcha et Episcopi, ad normam can. 41, titulo praelatitio, honoris causa, condecorare possunt, de consensu tamen, in scriptis dato, ipsorum Ilierarchae, presbyteros alienae eparchiae, diversi quoque ritus, latiuo excepto.**

§ 2. Ili tituli praclatitii facultates haud ferunt quae iisdem titulis

in ritu concedentis adnexae sunt, sed tantum tribuunt ius deferendi liturgica honoris insignia in liturgici» caeremoniis ritus eiusdem concedentis.

Can. 43

3254 Circa Romani Pontificis Familiares, sive praelati titulo gaudeant, sive non, standum privilegiis, regulis et traditionibus Domus eiusdem Summi Pontificis.

Caput I

De clericorum adscriptione alicui eparchiae vel Relictioni

Can. 44

3255 Quemlibet clericum oportet esse vel alicui eparchiae vel alicui Religioni adseriptum, firmo can. 52.

Can. 45

3256 Per sacrum ritum, quo quis clericus tit, clericus adseribitur eparchiae pro cuius servitio promotus fuit.

Can. 46

3257 § 1. Per sacrum ritum quo religiosus, etiam professus ad tempus in monasteriis aut in Ordinibus vel Congregationibus in quibus emittuntur vota perpetua, clericus fit, religiosus suae Religioni qua clericus adseribitur.

§ 2. Clericus in Religionem legitime receptus, votis ad tempus adstrietus, etsi suae eparchiae maneat adseriptus, Superiori religioso qua clericus subiicitur. Emissa autem professione perpetua vel elapso sexennio a prima professione in Religione sine votis perpetuis, propriam eparchiam amittit.

§ 3. Salvis inris praescriptis de religiosis clericis subdiacono inferioribus a Religione dimissis, religiosus clericus subdiacono inferior, qui ad normam § 1, suae Religioni, qua clericus, adseriptus est, si Religionem relinquat, nisi ab aliquo llierarcha benevolo receptore propriae eparchiae adseribatur, ipso iure e statu clericali decidit.

Can. 47

3258 Praeter casum de quo in can. 49 et casum receptionis, ab llierarcha benevolo, religiosi in subdiaconatu vel in maiore ordine constituti qui propriam eparchiam ad normam can. 46. § 2 non amiserit, ut clericus alienae eparchiae valide adseribatur, a suo llierarcha obtinere debet litteras ab eodem subscriptas dimissionis perpetuae et absolutae; et ab llierarcha alienae eparchiae litteras ab eodem subscriptas adseriptionis pariter perpetuae et absolutae.

Can. 48

3259 **Clericum adscribere alicui eparchiae vel ex aliqua eparchia dimittere valide nequeunt:**

I0 Syncellus sine mandato speciali;

2° In patriarchatibus, Administrator patriarchatus ad tempus constitutus, sine consensu Synodi permanentis, Exarchus patriarohalis et Administrator eparchiae vacantis, sine consensu Patriarchae;

3° Extra patriarchatus, Exarchus archiepiscopalis sine consensu Archiepiscopi, Administrator eparchiae vacantis, nisi post annum a vacatione sedis episcopalis et de consensu consultorum eparchialium.

Can. 49

3260 **Clericus, qui ab Ilierarcha alienae eparchiae quodvis beneficium residentiale obtinuerit cum consensu sui Hierarchae in scriptis dato, vel cum licentia ab eodem in scriptis concessa ex eparchia discedendi in perpetuum, ipso iure censetur dimissus a sua eparchia et adscriptus alienae eparchiae.**

Can. 50

3261 **Dimissio ex aliqua eparchia fieri nequit sine iustis causis, et effectum non sortitur, nisi secuta sit adscriptio alii eparchiae, cuius Ilierarcha de eadem priorem Hierarcham quantocius certiorem reddat.**

Can. 51

3262 **Ilierarcha suae eparchiae alienum clericum ne adscribat, nisi:**

I0 Necessitas aut utilitas eparchiae id exigat, et salvis iuris praescriptis circa canonicum ordinationis titulum;

2° Ex legitimo documento sibi constiterit de obtenta legitima dimissione ex eparchia, et habuerit praeterea a curia dimittente, sub secreto, si opus sit, de clerici natalibus, vita, moribus ac studiis opportuna testimonia, praesertim si adscribendus sit clericus diversae linguae vel nationis; Ilierarcha autem dimittens, graviter onerata eius conscientia, advigilare debet ut testimonia sint veritati conformia;

3° Clericus scripto declaraverit se in perpetuum novae eparchiae servitio velle addici ad normam canonum.

Can. 52

3263 **Si, iure particulari ita ferente, clerici adscribantur non certae eparchiae sed ipsi patriarchatui: eorundem tum adscriptioni tum e patriarchal» dimissioni applicentur praescripta can. 44-51.**

Caput II

De iuribus et privilegiis clericorum

Can. 53

3264 **Soli clerici possunt potestatem sive ordinis sive iurisdictionis ecclesiasticae et beneficia ac pensiones ecclesiasticas obtinere.**

Can. 54

3265 **Omnes fideles debent clericis, pro diversis eorum gradibus et muneribus, reverentiam, seque sacrilegii delicto commaculant, si quando clericis realem iniuriam intulerint.**

Can. 55

3266 **§ 1. Clerici in omnibus causis sive contentiosis sive criminalibus apud indicem ecclesiasticum conveniri debent, nisi aliter quod attinet ad particularia loca legitime provisum fuerit, firmo praescripto § 2.**

§ 2. Apud indicem laicum conveniri nequeunt:

1° Sine licentia Sedis Apostolicae: Patres Cardinales, Legati Romani Pontificis, Patriarchae, Archiepiscopi; ob negotia ad ipsorum officium pertinentia, Officiales maiores Romanae Curiae, Administratores apostolici et Visitatores apostolici; extra patriarchatus: Episcopi etiam titulares, Exarchi cum territorio proprio, Exarchi apostolici, Administratores eparchiarum vacantium, firmo praescripto n. 3, supremi Religionum iuris pontificii Moderatores et Superiores monasteriorum sui iuris exemptione pontificia fruentium;

2° Sine licentia Patriarchae: Episcopi, etiam titulares. Exarchi patriarchales, Syncelli Patriarchae, Administratores eparchiarum vacantium, Delegati Patriarchae ob negotia ad ipsorum munus pertinentia, supremi Moderatores Religionum iuris pontificii vel patriarchalis, et Superiores monasteriorum sui iuris exemptorum;

3° Sine licentia Archiepiscopi, Exarchi archiépiscopales et Administratores eparchiarum vacantium;

4° Sine licentia llierarchae loci in quo causa peragitur, ceteri privilegio fori gaudentes, quam tamen Ilierarcha, praesertim eum actor est laicus, ne deneget sine iusta et gravi causa, tum maxime eum controversiae inter partes componendae frustra operam dederit.

§ 3. Si nihilominus ab eo qui nullam habuerit licentiam conveniantur, possunt, ratione necessitatis, ad vitanda maiora mala, comparere, certiore tamen facto Superiore a quo licentia obtinenda fuisset.

Can. 5(5

3267 **Clerici omnes ab onere militiae itemque a muneribus ot publicis civilibus otlieiis a statu <dericali alienis immunes sunt.**

Can. 57

3268 **Clericis qui creditoribus satisfacere coguntur, salva sint quae ad honestam sui sustentationem, prudenti ecclesiastici indicis arbitrio, sunt necessaria, firma tamen eorundem obligatione creditoribus quamprimum satisfaciendi.**

Can. 58

3269 **.Memoratis privilegiis clericus renuntiare nequit; sed eadem amittit, si ad statum Iaicalem reducatur aut privatione perpetua inris induendi habitum ecclesiasticum plectatur, ad normam can. 157, § 1; recuperat vero, si haec poena remittatur aut ipse rursus inter clericos admittatur. Privilegia vero suspenduntur si clericus privetur ad tempus iure deferendi habitum ecclesiasticum.**

Can. 59

3270 **§ 1. Curet llierarcha ut in sua eparchia habeatur pecuniae summa pensionibus solvendis destinata, ad sublevandos parochos aliosquc clericos saeculares eparchiae, qui, viribus deficientes, officiis obeundis impares exsistunt.**

§ 2. Ad hanc pecuniae summam constituendam et augendam conferre debent domus seu mensa episcopalis, paroeciae vel quasi-paroeciae, singuli eparchiales consultores, parochi, vicarii paroeciales et, si statuta eparchialia ita ferant, ceteri clerici eparchiae adscripti.

§ 3. Hierarchae plures, in finem de quo in § 1, inter se convenire possunt pro clericis omnium suarum eparchiarum.

Caput III

De obligationibus clericorum

Can. 60

3271 **Clerici debent sanctiorem quam laici vitam interiorem et exteriorem ducere iisque virtute et recte factis in exemplum excellere.**

Can. 61

3272 **Curent locorum Hierarchae ut clerici omnes:**

Io Poenitentiae sacramento frequenter conscientiae maculas eluant;

2° Quotidie per congruum tempus veritates fidei, mysteria vitae Domini nostri lesu Christi, obligationes proprii status meditentur; Christum Dominum in divina Eucharistia praesentem adorent, Deiparam Virginem receptis ab Ecclesia orationibus colant, conscientiam suam discutiant et Sacram Scripturam Veteris et Novi Testamenti assidue legant.

Can. 02

3273 § 1. Omnes presbyteri saeculares debent tertio saltern quoque anno recollect ioni spirituali, per tempus a proprio llierarcha determinandum, in pia aliqua religiosave domo ab eodem designata vacare; neque ab iis quisqnam eximatur, nisi in casu singulari, insta de causa ac de expressa eiusdem Hierarchae licentia.

§ 2. Eadem obligatione tenentur etiam diaconi ad presbyteratum non promovendi.

Can. 63

3274 Omnes clerici, praesertim vero presbyteri, speciali obligatione tenentur suo quisque Hierarchae reverentiam et obedientiam exhibendi, -Meminerint autem Hierarchae se esse patres, non dominos; paterno idcirco allectu clericos prosequantur.

Can. 64

3275 Quoties et quandiu id, indicio proprii Hierarchae, exigat Ecclesiae necessitas, clericis, nisi legitimum impedimentum excuset, suscipiendum est ac fideliter implendum munus quod ipsis fuerit ab eodem commissum.

Can. 65

3276 § 1. Clerici studia, praesertim sacra, recepto sacerdotio, ne intermittant; et in sacris disciplinis solidam illam doctrinam a maioribus traditam et communiter ab Ecclesia receptam sectentur, devitantes profanas vocum novitates et falsi nominis scientiam.

§ 2. Pro viribus autem studeant ita catholicam de tide deque moribus doctrinam callere, ut eam ceteris proponere apte possint, et ad hominum animos regendos magis in dies idonei fiant.

§ 3. Profanarum quoque scientiarum, earum praesertim quae cum sacris disciplinis arctius cohaereant, talem sibi copiam compararo negligati, quam excultos homines habere decet.

Can. 66

3277 § 1. Expleto studiorum curriculo, presbyteri omnes, nisi ab Hierarcha loci ob iustam causam fuerint exempti, examen singulis annis saltem per integrum triennium in diversis sacrarum scientiarum disciplinis, antea opportune designatis, subeant secundum modum ab eodem Hierarcha determinandum.

§2. Iu collatione officiorum et beneficiorum ecclesiasticorum ratio habeatur eorum qui, ceteris paribus, in his periculis praestiterunt.

Can. 67

3278 **§ 1. In civitate episcopali et in singulis protopresbyteratibus saepius in anno, diebus arbitrio Hierarchae loci praestituendis, conventus habeantur, quos collationes seu conferentias vocant, de re morali et liturgica; quibus addi possunt aliae exercitationes, quas Hierarcha opportunas indicaverit ad scientiam et pietatem clericorum promovendam.**

§ 2. Si conventus haberi difficile sit, resolutae quaestiones scriptae mittantur, secundum normas ab Hierarcha loci statuendas.

§ 3. Conventui interesse, aut, deficiente conventu, scriptam casuum solutionem mittere debent, nisi a loci Hierarcha exemptionem antea presse obtinuerint, tum omnes presbyteri saeculares, tum religiosi, licet exempti, curam animarum habentes et etiam, si collatio in eorum domibus non habeatur, alii religiosi qui iurisdictionem ad audiendas confessiones ab Hierarcha obtinuerunt.

Can. 68

3279 **Caelibatus clericorum eorundem statui ac divinorum ministeriorum exercitio dignius aptiusque respondens, prout fert unanimis Ecclesiae cum Orientalis tum Latinae traditio, ab omnibus in honore habendus est.**

Can. 69

3280 **Nullus ad episcopalem ordinem promoveri potest qui non sit caelebs vel a matrimonii vinculo legitime solutus.**

Can. 70

3281 **Subdiaconi omnesque clerici in maioribus ordinibus constituti ita a nuptiis arcentur ut, ad normam iuris, ad matrimonium contrahendum inhabiles sint.**

Can. 71

3282 **Quod attinet ad coniugato», ad subdiaconatum vel ad maiores ordines admittendos aut absolute aut cum dispensatione sive Patriarchae sive loci Hierarchae, non autem Syncelli, vel etiam ad eosdem ab iisdem ordinibus arcendos, hae Litterae Apostolieae nihil innovant circa vigentem in unoquoque orientali ritu disciplinam.**

Can. 72

3283 **In ritibus in quibus non admittuntur clerici coniugati:**

I0 Clerici subdiacono inferiores possunt quidem nuptias inire, sed initis nuptiis, ipso iure e statu clericali decidunt, nisi matrimonium fuerit nullum vi aut metu iisdem incusso;

2° Coniugatus qui sine dispensatione apostolica subdiaconatum vel ordines maiores, licet bona fide, suscepit, ab eorundem ordinum exercitio prohibetur.

(’an. 73

3284 Clerici, etiam coniugati, castitatis decore elucere debent. Qui contra castitatem peccaverint, ad normam iuris puniantur.

Can. 74

3285 § 1. Caveant clerici ne mulieres, de quibus suspicio esse possit, apud se retineant aut quoquo modo frequentent.

§ 2. Firmo can. 71, iisdem licet cum illis tantum mulieribus cohabitare, in quibus naturale loedus nihil mali permittit suspicari, quales sunt mater, soror, amita et huiusmodi, aut a quibus spectata morum honestas, cum provectiore aetate coniuncta, omnem suspicionem amoveat.

§ 3. Indicare an retentio aut frequentatio mulierum, etiam illarum in quas communiter suspicio non cadit, in peculiari aliquo casu scandalo esse possit aut incontinentiae afferre periculum, ad Ilierarcham loci pertinet, eiusdemque est clericos ab hac retentione vel frequentatione prohibere.

§ 4. Contumaces praesumuntur concubinarii.

Can. 75

3286 Consuetudo vitae communis inter clericos caelibes laudanda est iisque suadenda, caque, ubi viget, quantum fieri potest, servanda.

Can. 76

3287 Clerici in subdiaconatu vel in maioribus ordinibus constituti, exceptis iis de quibus in can. 157, 158, obligatione tenentur divinum officium publice vel privatim persolvendi iuxta praescripta iuris particularis.

Can. 77

3288 § 1. Clerici ecclesiasticum habitum decentem induant, cumque conformem cum legitimis locorum consuetudinibus et Hierarchae loci praescriptis; capillorum simplicem cultum adhibeant. Ad barbam gestandam quod attinet, serventur locorum consuetudines et Hierarchae loci praescripta.

§ 2. Annulo ne utantur, nisi id ipsis iure, sive communi sive particulari, aut privilegio, sit concessum.

§ 3. Clerici, subdiaconis inferiores, qui contra praescriptum § 1 propria auctoritate sine legitima causa habitum ecclesiasticum dimiserint, nec, ab Hierarcha moniti, sese intra mensem emendaverint, ab eodem Hierarcha, pro eius prudenti arbitrio, ad statum laiealem redigi poterunt.

Can. 78

3289 A üdeiubcndo, etiam de bonis propriis, clericus prohibetur, inconsuito loci Hierarcha.

Can. 79

3290 Clerici ab iis omnibus quae statum suum dedecent, prorsus abstineant: indecoras artes ne exerceant; aleatoriis ludis, pecunia exposita, ne vacent; arma no gestent, nisi quando insta timendi causa subsit; venationi ne indulgeant, clamorosam autem nunquam exerceant; tabernas aliaque similia loca sine necessitate aut alia insta causa al) Hierarcha loei probata ne ingrediantur.

Can. 80

3291 § 1. Clerici etiam ea quae, licet non indecora, a clericali tamen statu aliena sunt, vitent.

§ 2. Sine apostolico indulto medicinam vel chirurgiam ne exerceant, tabelliones seu publicos notarios, nisi in curia ecclesiastica, ne agant; officia publica quae exercitium laicalis iurisdictionis vel administrationis secumferunt, ne assumant, firmo praescripto can. 260, § I, n. 2, 5.

§ 3. Sine licentia sui Hierarchae ne ineant gestiones bonorum ad laicos pertinentium aut officia saecularia quae secumferant onus reddendarum rationum; procuratoris aut advocati munus ne exerceant, nisi in tribunali ecclesiastico, aut in civili quando agitur de causa propria aut suae ecclesiae; in laicali indicio criminali, gravem personalem poenam prosequente, nullam partem habeant, ne testimonium quidem sine necessitate ferentes.

§ 4. Senatorum aut oratorum legibus ferendis, quos *deputatos* vocant, munus ne sollicitent neve acceptent, sine licentia Patriarchae vel Archiepiscopi, quae concedi potest dummodo nihil obstet ex parte Hierarchae clerici; sine licentia tum sui Hierarchae tum Hierarchae loci in quo electio facienda est, extra patriarchatus et archiépiscopal us; ubi vero prohibitio Sedis Apostolicae praecesserit, sine eiusdem licentia.

Can. 81

3292 Spectaculis, choreis et pompis quae eos dedecent, vel quibus ipsos interesse scandalo sit, praesertim in publicis theatris, clerici ne intersint.

Can. 82

3293 § 1. Saecularem militiam ne capessant voluntarii, nisi cum sui Hierarchae licentia, ut citius liberi evadant; neve intestinis bellis et ordinis publici perturbationibus opem quoquo modo ferant.

§ 2. Clericus, subdiacono inferior, qui contra praescriptum § 1 sponte sua militiae nomen dederit, ipso iuro e statu clericali decidit.

Can. 83

3294 Prohibentur clerici per se vel per alios negotiationem aut mercaturam exercere sive in propriam sive in aliorum utilitatem.

Can. 84

3295 Clerici, licet beneficium aut officium residentiale non habeant, a sua tamen eparchia per tempus non breve, sine licentia saltem praesumpta proprii Hierarchae, ne discedant.

Can. 85

3296 § 1. Licentiam commorandi extra regiones orientales concedere potest suis clericis Hierarcha loci, non tamen ultra sex menses, nisi causa studiorum intercedat, firmo praescripto § 3.

§ 2. Licentiam pro ulteriore commoratione concedere competit Sedi Apostolicae, firmo praescripto can. 260, § 3.

§ 3. Exceptis casibus vis maioris et salvis praescriptis inris de stipe cogenda et probatorum statutorum quae, causa sacri ministerii sub obedientia Superiorum exercendi, aliter caveant, Superiores non possunt permittere ut subditi extra domum propriae Religionis degant, nisi gravi et insta de causa atque ad tempus quam brevissimum secundum statuta; ad absentiam vero quae sex menses excedat, nisi causa studiorum intercedat, requiritur licentia Patriarchae, aut, extra patriarchatus, Praesidia Confoederationis monasticae vel Supremi Moderatoris Religionis.

Can. 86

3297 Qui cum licentia sui Hierarchae in aliam eparchiam transierit, suae eparchiae manens adscriptus, revocari potest, iusta de causa et naturali aequitate servata; et etiam Hierarcha alienae eparchiae potest ex justa causa eidem denegare licentiam amplius commorandi in proprio territorio, nisi beneficium eidem contulerit.

Can. 87

3298 Clericus qui extra propriam eparchiam, propter magisterium, studia vel aliam iustam causam, per tempus non breve commoraturus sit, loci Hierarcham sine mora adeat, eumque ut suum Hierarcham, in iis quae sui status obligationes respiciunt, habeat, eiusque vigilantiae, auctoritati et correctioni subiectus maneat.

Caput VI

De reductione clericorum ad statum laicaleni

Can. 155

3299 § 1. Etsi sacra ordinatio, valide recepta, nunquam irrita fit, subdiaconus tamen et clericus maior ad statum laicaleni redigitur rescripto Sedis Apostolicae, decreto vel sententia ad normam can. 158, demum poena depositionis maioris.

§ 2. Clericus subdiacono inferior ad statum laicaleni reducitur ipso

facto, ob causas in iuro definitas, aut Hierarchae decreto insta de causa lato, si nempe Ilierarcha, omnibus perpensis, prudenter indicaverit clericum non posse cum decore status clericalis ad subdiaconatum vel ad ordines maiores promoveri; itemque ad eundem statum regreditur sua ipsius voluntate, praemonito loci Ilierarcha.

Can. 156

3300 **§ 1. Clericus subdiacono inferior, ad statum laicalem quavis de causa regressus vel reductus, inter clericos denuo admitti nequit, nisi loci Ilierarcha, audito Ilierarcha eparchiae vel Superiore maiore Religionis cui clericus adseriptus erat ante reductionem vel regressum ad statum laicalem, post diligens examen super vita et moribus, et congruum experimentum, eum sacro ministerio dignum indicaverit, graviter super hac re eius onerata conscientia.**

§ 2. 1° Subdiaconus vel clericus maior ad statum laicalem a Sede Apostolica reductus, inter clericos ab una Sede Apostolica denuo admitti potest.

2° Si autem ad statum laicalem a Superiore infra Romanum Pontificem reductus est, ut inter clericos denuo admittatur, indiget Sedis Apostolicae licentia, firmo praescripto can. 260, § 1, n. 2, *c.*

Can. 157

3301 **§ 1. Omnes qui e clericali statu ad laicalem legitime reducti aut regressi sunt, eo ipso amittunt officia, beneficia, iura ac privilegia clericalia et vetantur habitum ecclesiasticum induere.**

§ 2. Subdiaconus et clericus maior, matrimonio ante receptam ordinationem legitime non iuncti, si ad statum laicalem reducantur, lege sacri caelibatus tenentur, salvo praescripto can. 158.

Can. 158

3302 **Clericus qui metu gravi coactus subdiaconatum vel ordinem maiorem recepit, nec postea, remoto metu, eandem ordinationem ratam habuit saltem tacite per ordinis exercitium, volens tamen per talem actum obligationibus clericalibus se subiicere, ad statum laicalem, legitime probata coactione et ratihabitionis defectu, sententia indicis redigatur, sine ullis clericalibus obligationibus.**

AAS 49, 44S; 47G-477.

PAULIS VI (1963-.....)

Do die mundiali pro vocationibus ecclesiasticis quotannis celebrando

(Lift. IL J. Card. Cicogjiani Secretarii Status ad J. Card. Pizzardo, Praef. S. C. DE SEMIN. et Stud. Univ. *È Qui pervenuto,* 23 ian. 1964).

3303 **È qui pervenuto il venerato Foglio N. 2000,63, in data 18 corrente mese, con il quale Vostra Eminenza Reverendissima, confortata dal felice esperimento della Giornata Nazionale Italiana per le Vocazioni ecclesiastiche, celebratasi nei due trascorsi anni, esprimeva il voto che ¡'Augusto Pontefice Si compiacesse di istituire una** *Giornata Mondiale per le Vocazioni,* **da tenersi ogni anno, nella seconda Domenica dopo Pasqua.**

È stata mia premura di sottoporre tale voto alla sovrana considerazione del Santo Padre, il Quale Si è benevolmente degnato di accoglierlo con le seguenti clausole:

1) sia denominata « Giornata Mondiale di preghiere per le Vocazioni »;

2) sia unica, ed abbia luogo nella seconda Domenica dopo Pasqua, detta del Buon Pastore;

3) nel determinare i particolari della celebrazione, le Sacre Congregazioni competenti esaminino in spirito di piena collaborazione e decidano di mutuo accordo circa le sue modalità, ponendone specialmente in rilievo il carattere e la finalità spirituale.

Ex Archiv. S. C. De Semin. et Stud. Univ.

Pont. Institutum altìoris Latinitatis in Urbe conditur

(Litt. Ap. Motu Pr. <1. *Studia latinitatis,* 22 febr. 1964).

3304 **Studia latinitatis antiquarumque litterarum quam maxime coniungi cum sacrorum alumnorum institutione atque disciplina persuasum nullo non tempore Summi Pontifices habuerunt, qui non minus praeterita quam nostra hac aetate huiusmodi super re gravia in lucem ediderunt documenta; Nosque ipsi Litteris Apostolicis recens datis, quibus a verbis** *Summi Dei Verbum* **initium, haec commonuimus:** *In studiorum ... supellectile, qua adulescens clerus ornari oportet, sane ponenda est non exigua variarum linguarum scientia, in primisque Latinae, si maxime de sacerdotibus agatur Latini ritus.*[1]

Sed in actis, quae hac de re al) Apostolica Sedo in vulgus nostris hisce diebus profecta sunt, principem obtinere locum dicenda sane est Constitutio Apostolica, a verbis *Veterum Sapientia* **incipiens, quam De-**

1 **Epist. Ap.** ***Summi Dei Verbum*** **AAS 55, 993. (Cfr. n. 2536).**

cessor Noster fel. ree. loannes XXI11 duos abhinc annos promulgavit.1 In ea enim cum quaedam quasi laudum summa in medio ponitur, quibus Maximi Ecclesiae Pastores, spectatis catholicae rei utilitatibus, alius ex alio linguam Latinam ornaverunt, tum vero momenta illustrantur, quae praeclara multaque habent Graecae Komanaeque litterae ad sacerdotii tirones disciplinis, sui muneris propriis, optime instituendos et erudiendos. Quibus admonitionibus certa praescripta continuantur eo nimirum pertinentia, ut sive sacrorum Seminariorum sive religiosorum Ordinum ac Sodalitatum alumni magna cum cura et diligentia ad antiquas et humanas litteras informentur; in primisque illud, quasi totius Constitutionis caput, Sacro Consilio Seminariis Studiorumque Universitatibus praeposito mandatum datur, ut *Academicum Laiiititatis Institutum* condendum curet.2

Quae praescripta, in rebus atque in usu posita, quam opportune sint edita in confesso est omnibus. Nam si dioecesium et religiosorum Ordinum Antistites, ad quos illa spectabat Constitutio, consentienti approbatione ea acceperunt quae de pondere docebantur linguae Latinae ad sacrae iuventutis optimam disciplinam quod attinet, non defuerunt tamen qui animadverterent, se non posse facili negotio quae praescriberentur ad effectum brevi adducere, eam praesertim ob causam quod magistrorum copiam non haberent ad auctam sui muneris gravitatem idoneorum.

3305 Etenim exploratum est prudenti cuique, nihil magis valere ad imbuendos iuvenes antiquitatis linguis quam praestantissimos praeceptores; qui scilicet et doctrinae possessione, et linguae, quam tradere debeant, scientia, et docendi arte scholis ita praesint, ut non solum frugiferas, verum etiam eas discipulis delectabiles faciant, a quibus materies eadem sit olirn in alios vulganda discipulos. Cum vera namque, tum honesta, et digna sapiente haec habenda est S. Ambrosii sententia: *Primus discendi ardor nobilitas est magistri.*3

Quam ob rem, quolibet impendio et onere neglecto, habiles praeceptores, si desint, in Seminariis maioribus et minoribus parentur oportet; cum cuiusvis eruditionis progressiones in disciplinae initiis plerumque consistant. Maximopere idcirco contendatur necesse est, ut magistri habeantur non subitarii, sed omnibus numeris ornati, sui officii propriis; abundanti eruditione exculti, atque adeo ad animos discipulorum capiendos habiles; docendi vias persequentes, non in experimentis tantum vel in memoria positas, sed rationi etiam convenientes; siquidem inepte ii sentire dicendi sunt, qui opinentur linguae Latinae professoribus sufficere, si eam aliquanto magis quam discipuli noscant. Quin immo optandum est, ut quibus tantum hoc munus deferendum sit, ii, si ullo pacto fieri queat, in maximis Athenaeis instituantur, ubi a praestantissimis magistris simul exquisitiore antiquarum litterarum cognitione, simul arte informandi alios imbui possint.

1 Const. Ap. Veterum *Sapientia**. AAS 54, 129-135. [C'ir. nn. 2472 88.1.
• [Cfr. n. 2480 J.
1 S. Anibkos., *De Virg.* 2, 2, 7: ML 10, 209.

3306 lure igitur ac merito Decessor Noster fel. ree. loannes XXIII, ea, quam commemoravimus, Constitutione iniunxit Sacrae Congregationi Seminariis et Studiorum Universitatibus praepositae, ut Romae Pontificium Institutum condendum curaret Latinitati docendae, quod plane hoc spectaret, ut delectum manipulum condocefaceret sacerdotum, qui qua totius Latinitatis notitia, qua assidua et rationali Latine scribendi exercitatione, pares honestissimo officio exsisterent linguam Latinam aut in saeris Seminariis et in Collegiis ecclesiasticis docendi, aut in variis Romanae Sedis Consiliis et in Curiis vel dioecesium, vel religiosorum Ordinum ad maiorum exemplum scribendo usurpandi.[1]

Quapropter, cum Nobis prorsus persuasum sit id peropportune fieri, ut Romae altior Schola ab Apostolica Sede constituatur, quae ceterorum Athenaeorum, almam hanc Urbem non uno nomine illustrantium, veluti magisteria complens, ad linguae Latinae studium omni ex parte absolutum conducat, Nos, grato animo amplas et ornatas aedes accipientes, quas Sodalitas Salesiana, non sine suis incommodis, ob egregiam hanc causam Nobis dedit, ea quae sequuntur motu proprio Nostraque auctoritate decernimus.

3307 I - Ut ad effectum adducantur praescripta Constitutionis Apostolicae *Veterum Sapientia* a Decessore Nostro loanne XXIII promulgatae, ad Pontificium Athenaeum Salesianum fundamus atque condimus Pontificium Institutum altioris Latinitatis, simulque praecipimus, ut inibi si udiorum cursus primo quoque tempore principium ducant.

3308 II - Institutum obnoxium erit auctoritati Sacrae Congregationis Seminariis et Studiorum Universitatibus praepositae, non modo ob generalem moderationem, quam eadem ex canone 256 C.l.C. in hac provincia tenet, sed etiam ob peculiare Instituti patrocinium, quod ipsa Congregatio suscepit; ita quidem, ut huiusmodi Institutum auxilio esse possit Apostolicae Sedi in iis omnibus, quae ad linguae Latinae incrementum in Ecclesia efficaciter pertinere videantur.

3309 III - Munus propterea Magni Cancellarii penes erit Emuni Cardinalem Praefectum Sacri Consilii Seminariis et Studiorum Universitatibus moderandis.

Quoniam vero Societas a S. Francisco Salesio in se recepit Instituti altioris Latinitatis prosperitatem, Magno Cancellario adiutricem praestabunt operam cum Moderator Supremus ♦pro tempore » Societatis Salesianae, qui Magni Cancellarii vice fungetur, tum Rector Magnificus Pontificii Athenaei Salesiani.

3310 IV' Proxima autem et ordinaria Instituti moderatio erit penes Praesidcm a Sacra Congregatione Seminariis et Studiorum Universitatibus praeposita, Nobis probantibus, delectum ae nominatum. Qui quidem Praeses, a Collegio académico in expediendis negotiis maioris momenti adiutus, coniunctissimas habebit rationes cum eadem Sacra Congregatione in iis omnibus, quae ad ipsius Instituti actionem et incepta attinebunt.

1 **Cfr. Const. Ap. Feterum** *Sapientia,* **n. G. (Cfr. n. 2180).**

to

3311 **V – Cum omnino necesse sit Institutum parem habere facultatem professorum, tam famae auctoritatisque celebritate quam suae cuiusque disciplinae peritia insignium, opera idcirco danda erit, ut nullo nationum discrimine tales doctores sive ex utroque clero, sive e laicorum ordine eligantur. Quorum scilicet nominatio dumtaxat ad Sacrum Consilium spectabit Seminariis et Studiorum Universitatibus praepositum.**

3312 **VI – Quae doctrinarum instructio in Instituto tradetur, eas complectatur disciplinas primarias et secundarias, per quas alumnus et veterem et recentiorem Latinitatem penitus noscere possit, vias nempe rationesque secutus, quae ad litteras discendas nostris hisce diebus aptissimae putantur.**

Ad quam institutionem accedat necesse est assidua Latine scribendi exercitatio, ut discipuli non solum linguae Latinae naturam, vim, praecepta cognitione comprehensa habeant, sed etiam expedite, integre, eleganterque hac lingua scribant.

3313 **VII – In numero autem disciplinarum tradendarum suus tribuatur locus oportet linguae Graecae, quam qui ignoret, litteris Latinis bene doctus nullo pacto dicendus sit. Nemo enim dubitat, quin lingua Latina quam maxime cum Graeca coniungatur, sive ad utriusque naturam structuramque respiciat, sive expendat quantum haec ad illius progressionem tabentibus saeculis contulerit.**

3314 **VIII – Omne studiorum curriculum quattuor annorum spatio continebitur; ita ut qui duos annos studiis laudabiliter operam dederit, Bacalaureatum, uti dicunt, adipisci possit; qui tres, Licentiam; qui vero quattuor, Lauream. Sed ad hos gradus académicos nemo traduci poterit, nisi prius disciplinarum omnium, quotquot imperatae sunt, periculum fecerit, pariterque scriptas exercitationes subierit, quae summa industria elaborato studiorum ordine statuentur.**

3315 **IX – Ut quorundam discipulorum necessitatibus serviatur, ita universus studiorum ordo opus est digeratur, ut praeter plenum cursum, quo quis ad Lauream perducatur, breviora iis praeparentur curricula, qui peculiaria consedentur diplomata studii in litteris vel Latinis vel Graecis collocati.**

3316 **X – Pontificium Institutum altioris Latinitatis adulescentibus ex omnibus gentibus patebit; quod ideo non modo alumnis e clero saeculari, quem vocant, et religiosis sodalibus liberum erit adire, sed etiam laicis hominibus.**

Episcopos autem ac summos religiosorum Ordinum et Sodalitatum Antistites hortamur, ut eos praeceptores qui in sacris Seminariis vel in religiosis Collegiis docent, maxime si iuniores, ad hoc Institutum mittendos curent, ut studia litterarum, quibus dediti sint, absolvant atque perficiant.

3317 **XI – Censemus praeterea, ut optimis quibusque discipulis, qui nempe diligentia, studio, doctrina praestent, beneficia et commoda impertiantur, quibus studiorum sumptus tolerare possint. Quam in rem**

suademus, ut pariter alumnis studiorum celebrandorum causa annua praebeantur, pariter Instituto insta pecunia suppeditetur, qua coepta ad litterarum doctrinarum que processus necessaria inventar. Cuius pecuniae et annuorum administratio propria lege temperabitur, a Sacro Consilio Seminariis et Studiorum Universitatibus praeposito probanda, cuius sane erit omni rei procurationi invigilare.

3318 XII – Institutum scriptorum opera et acta ad universam Latinitatem attinentia in lucem edenda curabit; atipie deliberationes omnes capiet, coeptisque favebit, quae ad linguae Latinae scientiam et usum conducant.

3319 XIII Extremum Sacro Consilio Seminariis et Studiorum Universitatibus praeposito mandata damus ut, Nostris hisce praescriptis congruenter, leges et iura opportune describat, quibus, natura et tine Instituti spectatis, tum eiusdem ordinationi, tum litterarum progressibus, tum moderatorum magistrorumque condicioni prospiciatur. Peculiari modo studiorum ratio conficiatur, et docendi viae dentur et educandi normae tradantur.

Quaecumque a Nobis hisce Litteris motu proprio datis decreta sunt, ea omnia firma ac rata esse iubemus, contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die xxn mensis Februarii, Cathedrae S. Petri Ap. sacro, anno mdccccl xiv. Pontificatus Nostri primo.

AAS 56, 225-231.

Fideles ad ecclesiasticas vocationes impense fovendas invitantur

(Nuntius Radiophonicus *Predate il padrone* occasione Primae Diei mundialis pro vocationibus, 11 apr. 1964).

3320 **« *Prépaie il padrone della messe, affinché mandi operai* • per la sua Chiesa.l**

Lanciando lo sguardo ansioso sulla sterminata distesa di campi spirituali verdeggianti, che in tutto il mondo attendono mani sacerdotali, sgorga dall'animo Taccorata invocazione al Signore, secondo l'invito di Cristo. SI, oggi come allora. • *la messe i copiosa, ina gh operai sono pochi»* pochi, in confronto delle accresciute necessità della cura pastorale; pochi, di fronte alle esigenze del mondo moderno, ni suoi fremiti di Inquietudine, ai suoi bisogni di chiarezza e di luce, che richiedono maestri e padri comprensivi, aperti, aggiornati; pochi, ancora, di fronte a coloro, I quali, sebbene lontani, indifferenti, o ostili, pur vogliono nel sacerdote un modello vivente irreprensibile della dottrina, ch'egli professa. E soprattutto scarseggiano questo mani sacerdotali nei campi di missione, ovunque ci siano uomini e fratelli da catechizzare, da soccorrere, da consolare.

La presente domenica, che nella Liturgia Romana prende dal Vangelo il nome del Buon Pastore, veda dunque unito in un unico palpito di preghiera le schiere generose dei cattolici di tutto il mondo, per invocare dal Signore gli operai necessari alla sua messe. E perché questa Giornata mondiale di preghiere per le Vocazioni sacerdotali e religioso avesse

• Cfr. *Matlh.* 9, 38.
• *Ibid.* 9, 37.

quella risonanza, elio essa merita, abbiamo desiderato rivolgere la Nostra incitatrice parola a tutti i Nostri tìgli dilettissimi, affinché nessuno manchi a un dovere così grave e responsabile. Il problema «lei numero sufficiente dei sacerdoti tocca da vicino tutti i fedeli: non solo perché ne dipende l'avvenire religioso della società cristiana, ma anche perché questo problema è il preciso e inesorabile indico della vitalità di fedo e di amore delle singole comunità parrocchiali e diocesane, e testimonianza della sanità morale delle famiglie cristiane. Ove numerose sbocciano le vocazioni allo stato ecclesiastico c religioso. là si vivo generosamente secondo il Vangelo: là vi è segno che vi sono genitori fervorosi c buoni, che non solo non temono, ma si sentono ben lieti od onorati di dare i propri tigli alla Chiesa; là vi sono sacerdoti zelanti e fedeli, per i quali la continuità del proprio sacerdozio è il primo e più importante programma di cura pastorale; là soprattutto vi sono adolescenti generosi e aperti, puri c coraggiosi che, nutriti di vita eucaristica e sensibili alla voce di Cristo, sanno alimentare nel loro giovane cuore il desiderio di servire un giorno la Chiesa, e di donarsi alle anime per tutta la via, per riprodurre in sé i lineamenti del Buon Pastore, o seguirne fedelmente le orme.

Si alzi dunque al Cielo la nostra preghiera: dalle famiglie, dalle parrocchie, dalle comunità religiose, dalle corsie degli ospedali, dallo stuolo dei bimbi innocenti, affinché crescano le vocazioni, o siano conformi ni desideri del Cuore di Cristo.

Così pregheremo:

O Gesù, divino Pastore delle anime, che hai chiamato gli Apostoli per farne pescatori di uomini, attrai a te ancora anime ardenti e generose di giovani, por renderli tuoi seguaci e tuoi ministri; falli partecipi della tua sete di universale Redenzione, per la quale rinnovi sugli altari il tuo Sacrifìcio. Tu. o Signore, *sempre vivo a intercedere per noi » (Hcbr,* 7, 25), dischiudi loto gli orizzonti del mondo intero, ove il mutuo supplicare di fanti fratelli chiedo luce di verità e calore di amore; affinché, rispondendo alla tua chiamata, prolunghino, quaggiù la Tua missione, edifichino 11 Tuo Corpo mistico, che è la Chiesa, e siano « *sale della terra* -, « *luce del mondo* (*Alatili.* 5, 13). Estendi, o Signore, la tua amorosa chiamata anche a molte anime di donne illibate e generose, o infondi loro Panala della perfezione evangelica, «· la dedizione al servizio della Chiesa e dei fratelli bisognosi di assistenza e di carità. Cosi sia.

In pegno delle particolari predilezioni del Signore su quanti, unendosi alla Nostra preghiera, offriranno oggi al Cielo le loro suppliche, di cuore impartiamo a voi, diletti figli e llglie, la Nostra propiziai rice Benedizione Apostolica, cho estendiamo in special modo a tutti I sacerdoti e alle anime consacrate, ed a quanti, nei seminari e nelle case religiose, si preparano nella pietà, nello studio, nel sacrifìcio a salire all'Altan?, ad essere un giorno I cooperatori demordine sacerdotale.

Instanomenti 2, 240-242.

Seminaria Regionalia Italiae in Conferentiaruin Epise. Regionalium jurisdictionem transferuntur

(S. C. De Sem. et STUD. Univ. Lift. *Varie circostanze* ad Praesides Conferent larum Epiae. Regionalium. 6 iul. 1966).

3321 Varie circostanze hanno indotto questa Sacra Congregazione a sottoporre il problema dui Pontifìci Seminari Regionali ad un serio ed accurato esame, in vista delle decisioni che le circostanze sopra accennate sembrano suggerire.

Tale esame, dopo approfondito studio della questione nei suoi aspetti generali c par-

t¡colari, Ini fatto apparire opportune alcuno proposto che riguardano la conforma zinne e rassetto giuridico dei Pontifici Istituti in futuro. Queste proposte sono:

1 – di atildare i Seminari Regionali alla giurisdizione immediata delle Conferenze degli Eccellentissimi Vescovi rispettivamente interessati, I quali potranno esercitarla ut-travorao una Commissione di tre membri da ossi eletti: uno per la disciplina, uno por gli studi ed uno per l'economia, e sotto l'alta vigilanza di questa Sacra Congregazione, a cui è riservata, almeno per ora, la nomina del Rettore (in seguito si potrà vedere mj, per tale nomina, possa bastare il «nulla osta › di questa Sacra Congregazione);

2 – di passare alle stesse Conferenze Episcopali l'ammintstrazione ordinaria dei Seminari Regionali, mentre la proprietà degli immobili c le spese straordinarie per la loro manutenzione rimarranno alla Santa Sede;

3 – ebe le singole Conferenze Episcopali di cui sopra mandino annualmente a questa Sacra Congregazione un'accurata relazione sullo stato dei Seminari Regionali.

L'Eccellenza Vosi ni abbia la bontà di ƥortan quante» sopra a conoscenza dei Suoi Ecc.nd Confratelli, riuniti in assemblea straordinaria per esaminare tali proposte. Le saremo vivamente grati se vomì poi riferirci il Suo personale pensiero e quello della Conferenza Episcopale.

Ex Archivo S. C. dc Sem. et Stud. l'niv.

Criteria et normae cum Exe.mis Episcopis communicantur de Seminariis Regionalibus in eorum jurisdictionem transferendis

(S< C. pro Inst. Catii. Liti. *Questa Sacra* ad Archiepiscopos Praesides Commissionum Episc. pro Seminariis Regionalibus Italiae, G iul. 1968).

3322 Questa Sacra Congregazione, dopo avere sottoposto agli Ecc.nd Ordinari cointeressati {'opportunità di trasferire alla giurisdizioni» delle Conferenze Episcopali Regionali i Pontifici Seminari Regionali d'Italia, accolse con viva soddisfazione la notizia die i sullodati Ordinari avevano costituito un Comitato Vescovile per lo studio delle modalità di pratica attuazione della proposta prodotta.

Come PE. V. ha saputo, tale Comitato si è riunito a Chieti nel giorni 12-13 marzo u. se., ed ha redatto una Nota contenente alcuni desideri e Indicazioni, che questo Sacro Dicastero lia attentamente valutato alla luce del diritto vigeate, delle concrete condizioni locali c delle conseguenze previste dal nuovo assetto dei Seminari Regionali.

Si è ora lieti di trasmettere all'E. V. il Documento allegato, dove troverà indicati i criteri con cui questo Sacro Dicastero, aderendo sostanzialmente alle proposte del Comitato e facendole proprie, vuol portaro un efficace contributo di collaborazione con 1 Recano Episcopato alla realizzazione del trasferimento in parola.

Preghiamo pertanto l'E. V. di voler Invitaro 1 Suol Ece.mi Confratelli ad applicare generosamente I presenti criteri, maturati nel clima della collaborazione ma non senza il superamento di alcune difficoltà, del resto facilmente comprensibili, per portaro ad effetto, nel tempo previsto, un disegno dal quale non è estranea la volontà del Santo Padre.

